BLONDI FLAVII FOR


LIVIENSIS DE ROMA TRIVMPHANTE LIBRI DE-cem, priſcorum ſcriptorum lectoribus utiliſſimi, ad totiusq; Romanæ antiquitatis cognitionem pernecesſarij.

Romæ inſtauratæ LIBRI III

Italia ILLVSTRATA

Hiſtoriarum ab inclinato Rom. imperio Decades III

. Omnia multo quàm ante caſtigatiora.



BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA MENSE
MARTIO ANNO M. D. XXXI

INDEX RERVM ET NOMINVM ROMANAE ANTIQVITATIS.

Consules

Patina

Prima ara

T

Tribus tri-

FINIS.

AD SANCTISSIMVM PATREM ET DOMINVM PIVM SECVNDVM PONT. MAX.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS IN TRIVMPHANTIS ROMAE LIBROS.

QVOTQVOT hactenus scriptores & uates opera sua principibus inscripsere : id solum Beatissime pater quæsiuere : ut ab illorum potentatu & magnitudine laboribus suis apud omnes autoritatem : & ab inuidis tutellam munimenq; pararent: prudenter id quidem: quando ita ueteri consuetudine fieri uidemus:ut omni in re: sed in litteraria in primis minus uulgo cognita: quod princeps probat , gratum habet, cæteri etiam laudent,cupiant, tueantur. Ego aũt & si meæ triumphanti Romæ multarum lucubrationum operi,tuo nomini dicato tibi inscripto, autoritatem à tuo pontificatu:à tuoq; potentatu protectionem non renuo:aliud tamen & quæro & expecto,quod plurimi sum facturus. Eo pater sanctissime post Leonem utrunq; primum & secundum pontifices Romanos dicendi & scribendi ornatu polles, ut quales post illorũ tempora non uidit ecclesia, apostolicas denuo litteras Romano principatu Romana dignitate dignas iã tandem orbis christianus accipiat: quiq; ad tuum ueniunt conspectũ oratores & omnium gentium nationum urbium uiri præstantiores: sedere in Petri sede uicarium Iesu Christi intelligant, orationis uerborum & sententiarũ dignitate ac grauitate ostendentem,se unum esse cuius eloquentia,omnium maximã æquet muneris pontificij amplitudinem.Si itaq; meum opus accipis,& probasse uideris:abesse non poterit, quin à tam eloquente laudatũ summo pontifice,laudandum quoq; cæteri omnes existiment.Qua fretus confidentia non uerebor facere editionẽ:multis hoc tempore ut mea fert opinio profuturam . Exciti enim à te ingentes Italiæ Galliarum Hispaniarũ & Germaniæ populi in magnam præclaramq; expeditionem quam paras in Turcos,Græciam,Constantinopolin,Mesiasq; dura & crudeli tyranni de prementes,nonnulla in ipso opere edocebuntur,aliquando alias simili in rerum difficultate gesta,ut ipsa priscorũ uirtutis imitatio generosis quibusq; animis sit ad rem capessendã stimulos additura. Tuq; interea dum priscæ urbis Romæ triũphos lectitabis:clarissimum quem pio tibi optimus pientissimusq; Deus noster ex deletis inanitis Turcorum opibus ex liberataq; primum omnium Europa, post Hierosolyma & terra illi adiacente sancta daturus est triumphum expectabis breui,ut auguror & confido, cum summo applausu summa omnium gloria ducendum. Vale.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS IN ROMAE TRIVMPHANTIS LIBROS PROOEMIVM.

ARDENTI uirtute præstantiq; ingenio ferme omnes quos de gestis rebus deque cæteris mortalium uitæ partibus latine scribendi libido cœpit: ut ad urbem sese uerterint gentemq; Romanam factum uidemus,probabili id certe ac necessaria ratione.ea enim fuit ciuitas ut Cicero inquit ex nationum conuentu instituta , quæ propter uirtutem omnibus nationibus imperauit:peculiaris cuius fuit dignitatis, ut reges,ut nationes exteræ:ut gentes ultimæ non minus eam amauerint quàm timuerint:quæ firmissimum uel ea ratione habuit imperium quod eo obedientes gauisi sunt,Romanis magistratibus sua consilia, sua studia in id maiori ex parte conferentibus, ut hi qui in eorum imperio erant q̃ beatissimi essent. Qua ratione Cicero ipse non indigne eam urbem terrarum orbis , atq; omnium gentium arcem appellauit:& Plinius proprie scripsit, Romam terrarum cõmertio patentem undiq;:& tanquam ad mortales adiuuandos natam esse, quod imperij maiestati orbi terrarum communicata societas festæ pacis: omniumq; etiam quæ prius occulta fuerant promiscuus usus sit

effecta. Romani enim maximã orbis partem suæ subactam ditioni ita pacauerũt, cultamq́ bonis moribus, & artibus reddiderunt, ut disiunctæ mari montibusq́ & fluminibus separatæ gentes, ac linguis literaturaq́ differentes populi: per latinæ linguæ cõmunionem, per que cõmunes omnibus Romanos magistratus una eadẽq́ ciuitas sint effecti. quod quidẽ maximum humani generis beneficium dei potius quàm hominum opus fuisse uidetur: licetq́ dicere & Cicero de responsis differens inquit, debere qui deos esse intellexerint etiam intelligere: eorum numine hoc tantum imperium esse natum & auctum & retentum. Nam ut ab Italia incipiam: Roma annis iam trecentis condita hetrusci Romaniq́ silua intercedente cimina nũc Viterbio imminente, paulo plus minus triginta milibus ab urbe distãte, nullum inter se cõmercium habuerũt. Liuius enim Patauinus sic habet in nono. Silua erat cimina magis tum inuia atq́ horrenda quàm nuper fuere germanici saltus. nullus ad eam diem ne mercatorũ quidem abdita ea intrare aut ferre quicquam præter ducem ipsum audebat. Et proximos Romæ ad tertium lapidem sabinos lingua moribus & institutis differentes à Romanis fuisse eodem docente cõstat: qui pariter ostendit: circa Mutinam Bononiamq́ & proxima loca nunc totius Italię amœnissima siluas omnia obtinuisse. remotiores uero ab urbe regiones Campaniam Lucaniam Appuliam, Calabros & Brutios maiori ex parte Græcis subditas, nec latinis nec sabinis: neq́ etiã hetruscis per linguarũ diuersitatem satis cõmunicasse nulli dubium uideri credimus: cum cæteræ omnes præsentis Italiæ regiones, quę ultra Bononiam & Mutinam sunt, Roma ab initio crescente gallorũ fuerint: quam gentem autor est in cõmentarijs C. cæsar priusq́ Romano subijcerentur imperio nullas sciuisse aut uidisse litteras: nisi quas Græci aduenæ pro miraculo habiti uel paucu las ostendissent: pariter hæc de Hispanis: pariter de Britãnis nunc Anglis, pariter de omnibus germanis: licet asserere. Eas uero oẽs maximas præclarissimasq́ totius Europæ gentes: Romani litteris moribusq́ & omni uirtutũ munere: ita cultas reddidere, ut nullis post Italiam dignitate & gloria nunq́ postea cesserint. Et omnis Aphrica Romano subdita populo per quingentos fermè annos litteris moribusq́ Romanis effloruit, adeo ut per tempora beati Aurelij Augustini gente Aphri concilia ecclesiæ ibi habita ab octingentis episcopis litteras edoctis latinas celebrata fuerint. Nec minus asia quàm aphrica Romanis litteris moribus institutisq́ ornata atq́ pacata fuit: adeo ut plures in ea uiros uirtutum fama celebres quingenti Romanorum ditionis anni genuerint: ijs omnibus quos prius à condito orbe, aut postea à mille iam & centum annis, natos in ipsa aut nutritos fuisse posset ostendere. Romanæ igi turgentis & urbis laudes, Romanorum instituta & uitæ exempla: non Italæ magis quàm externæ gentes litteris utentes latinis haud secus quàm parentum & progenitorum gesta & legunt auide: & attentissima exaudiunt diligentia: ut idoneos ad scribendum inuitare, ac impellere uideantur. Qua nos adducti ratione Romanorum inclinationis imperij historia duobus iam & triginta libris digesta: urbis Romæ ædificia tertio uolumine reddidimus instaurata: italiamq́ facta priscorum nouis urbium & locorum omniũ nominibus collatione quantum octo libris fieri potuit illustrauimus: & demum senectutis nostræ inertis grato atq́ honesto munere cum ipso Cicerone in legibus fungi uoluimus, neq́ passi sumus: sicut Varro de agricultura scripturus, sese non passurum est professus: Sibyllam solam ea quæ se uiua & se demum mortua prodessent hominibus cecinisse. & quando uidemus Ciceronem Plautium defendentem dicere: Marcum catonem in originibus scripsisse: semper se pręclarum ac magnificum putauisse: clarorum uirorum atq́ magnorum non minus otij quàm negotij rationem extare oportere: operam hanc nostræ senectutis magnæ illi & gratæ hominibus laudi præstabimus: quam ideo Cicero Murenam item defendens esse dixit. Vnum hominem elaborare in ea scientia quæ sit multis profutura. Itaq́ cœpimus tentare, si speculum, exemplar, imaginem, doctrinã omnis uirtutis & bene, sancte ac fœliciter uiuendi rationis, Vrbem Romam florentem ac qualem beatus Aurelius Augustinus triumphantem uidere desiderauit: nostrorum hominum ingenio & doctrina ualentium oculis & menti subijcere ac proponere poterimus. Idq́ immensum opus quinq́ partita distributione tractabimus: ut quæ ad religionem spectauere primum quæ rei p. administrationis fuerunt secundum: tertium militiæ disciplina: mores uero ac uitæ instituta quartum: & triumphi ipsius ratio quintum obtineant locum. Præfari tamen hoc initio libet: nos de Romanorum gentiliumq́ aliorũ religione ea ratione ac intentione dicturos: ut deorũ appellationes

lationes cum templorum ædium phanorumq; uocabulis edocentes, ſimul loca urbis Ro/
mæ in quibus ea fuere oſtendamus: inde rituum quos dij gentium ſicut propheta inquit
dæmonia ſuis ſacrificijs adhiberi iuſſerint ſpurcitia impietate atq; etiam maxima leuitate
oſtenſa, Chriſtianæ religionis ſanctimoniam bonæ uoluntatis hominibus gratiorem eſſe
faciamus. Sed iam noſtræ diuiſionis executioni partium incumbamus.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS TRIVMPHANTIS ROMAE LIBER PRIMVS

RELIGIONEM deorum culturã eſſe Nonius Marcellus ſcribit. Ean *Religio*
dem diuinarũ rerum ſcientiam à philoſophis maioribusq; cæteris ap/
pellatam fuiſſe Plutarchus in Pauli æmilij uita eſt autor: & Aulus ge
lius M. Ciceronem dicit in oratione de accuſatore conſtituendo aſſe
rere, religioſa dici delubra maieſtatis uenerationisq; plena: & Maſſu *Religioſa*
rium ſabinum uelle religioſum eſſe id quod propter ſanctitatem aliq; *delubra*
remotum ac ſepoſitum ſit à nobis, à relinquẽdo dictũ. Seruiusq; ſul/
picius religioſum eſſe uoluit, propter ſanctitatẽ aliquam à relegando
appellatũ, & Pompeius feſtus religioſos dicit qui facienda & uitanda diſcernunt. Qualis
uero fuerit religio Romanorũ ſi hoc initio paſſis ut aiunt uelis narrare pergemus, eorum
potius fatuitatẽ notare, quàm celebris famæ populi uirtutes ſicut profitemur laudare uo/
luiſſe uidebimur: hinc duximus paululũ à propoſito digrediendum, & gentium fama no/
tiſſimarum quæ ante cõditam urbem Romã fuerint religio qualis erat oſtendendum: quo
pateat, prudentiſſimos tantæ urbis ac rei p. fundatores ſi traditos in tam neceſſaria re mo
res ſecuti ſunt, magis ꝙ nullam habuerint meliorem propoſitam miſeratione proſequen/
dos, quàm ꝙ talem acceperint religionem, culpandos eſſe. Ne etiam ignominiæ quã à Ro
manis auertere cupimus notam cæteris inuramus gentiũ populis, quorũ pleroſq; conſtat
ingenio doctrina & bonis uitæ ac morũ inſtitutis excelluiſſe, nõnulla religionis & theolo
gię gentiliũ rudimenta, partim ab ipſis gẽtibus, partim à doctiſſimo Chriſtianæ religionis
theologo, Euſebio Pamphili relata altiuſcule repetemus. Ex quibus id in primis multifaci
endũ apparebit, nullas fuiſſe barbaras etiã gẽtes nullos uel moribus & uita efferatiſſimos
populos, qui de deo non bene ſenſerint, & quod fuit conſequens, immortalitatẽ non credi
derint animarũ. Cui ſententiæ Cicero in legibus cõcordat, animũ eſſe ingeneratũ à deo aſ/
ſerens, ex quo uel agnatio nobis cũ celeſtibus uel genus uel ſtirps appellari poteſt. nullam
enim gentem eſſe dicit, neq; tam immanſuetã, neq; tam feram quæ etiamſi ignoret quali/
ter habere deum deceat, tamen habendũ non ſciat. Vnde idem de aruſpicũ reſponſis ora/
tionem habens ſic inquit. Quis autem cum ſuſpexerit in cœlum deos eſſe non ſentiat, &
ea quæ tanta mente fiunt ut uix quiſquam arte ulla ordinem rerũ ac uiciſſitudinem perſe/
qui poſſit, caſu fieri putet. tribuitq; eam uim Cicero in legibus huic opinioni ut dicat illud
bene dictum à Pythagora doctiſſimo uiro, quia maxime & pietas & religio uerſentur in
animis, ideo nos rebus diuinis operam dare. Auguſtinus autem in dei ciuitate platonicos
dicit affirmare animas hominum dęmones eſſe, & ex hominibus fieri putare, lares ſi meri *Demones*
ti boni ſunt, Lemures ſi mali ſeu laruas. Manes aũt incertum utrum boni uel mali. Diuini *Lares*
tus itaq; inſitũ eſſe inquit Euſebius, non ſolum utile atq; conducibile quid dei nomine ſi/ *Lemures*
gnificatum, uerum etiam rerum omnium creatorem ſic appellari. eum tamen uerbo ita o/ *Laruæ*
mnes natura duce conueniant, re autem creaturas pro creatore coluerunt, præter poppu/ *Manes*
lum unum aut admodũ paucos, ſicut ueriſſimis hebreorum litteris oſtenditur: qui à rebus
uiſibilibus ad intelligibilia oculos mentis ſancte reducentes nõ creaturæ alicui, ſed ipſi re/
rum omnium creatori, cunctorumq; largitori bonorum, dei appellationem attribuerunt:
cæteri autẽ omnes tenebris animos inuoluti ad tantam impietatem deducti ſunt, ut pecu/
dum more honeſtũ & conducibile bonorumq; omnium ſupremũ uoluptate corporis ter/
minarent. Qua ratione eos qui genera uoluptatum uel adinuenerunt, uel auxerunt ampli
ficaueruntq;, & hos quidem maleficos ac mortales uiros, quaſi bonorum largitores, ſalua
tores ac deos ſuos appellauerunt, piam huius nominis notionẽ natura eis inſitam ad eos
transferentes quos bonorum inuentores putabant: Tantumq; ea mentis inſania ualuit, ut
nec peccare ſe arbitrarentur, nec erubeſcerent diuinis honoribus maleficos atq; potentes

propter regna tunc primum constituta colere & admirari. Cumq; mores hominum legibus stabiliti non essent, nec supplicia peccatoribus imminerēt, adulteria, nephanda matrimonia, maribus ereptam pudicitiam, homicidia, paricidia, confecta scelere bella, quasi res pulcherrime gestas dijs suis attribuebant. Et earum rerum memoriam posteris suis quasi perutilem relinquere studebant. Alij postea sensim uirorum mulierumq; membris, & inexpertæ rationis ferarum natura sanctissimam dei appellationem inquinarunt, deoq; talia attribuerunt, quæ si de hominum aliquo dicantur, legibus & consuetudine ciuitatum grauissimo supplicio puniretur. Alij argutiores doctrina habiti theologiā excogitarunt quadripartitam: qua deum patrem omniū atq; regem imprimis locandum putarunt, deinde aliorum deorū multitudinē, tertio loco dæmones, quarto heroas deputantes, quos omnes lucem esse dicunt præter malignos dæmones, qui tenebræ appellantur. Dæmones enim alios bonos alios prauos arbitrati sunt, & bonis quidem regionem lunæ atq; aeris, prauis uero infernæ habitationis locum attribuerunt: quos Empedocles pœnas peccatorū dare confirmat, quoniam æther eos & pontus expellat, terra nullo modo suscipiat, sicq; ab alio in aliud depulsi elementū atrociter uexentur. Bonos uero dæmones nō deos sed deorum ministros ea ratione dixerunt, quod oraculis præsint & magicam homines artem docuerint, per quam à maleficis hominibus ita illigentur, ut neq; recedere quidem possint cum uoluerint: quorū aliquos Pythagoras dixit non sponte inuitatos sed necessitate quadā carminum impulsos accedere, alios quadā accedendi consuetudine & maxime si natura boni sunt facilius accedere, alios si negligentius quispiam in ea re se habuerit, cum inuiti aduenerint, ut noceāt adniti. His præmissis ex quibus apparet, cupiuisse & pro uiribus quæsiuisse barbaras etiam gentes aliquā dei creatoris sui notitiam habere, ad particularem singulorum ex ipsis theologiæ & religionis historiā ueniamus. Eruntq; primi ægyptij, quos constat omnium primos cum in cœlum oculos sustulissent, motum ordinem & quantitatem cœlestium admiratos, solem & lunam deos putasse: soli uero osiris, id est, multioculi, lunæ isidis tanquam priscæ, quoniam sempiterna priscaq; sit, nomina indidisse. Ritus uero qui his adhibebatur colendis castus primo purusq; fuisse uidetur, nullam habens admixtam crudelitatem, quod nulla tunc sicut postea factitatum est cædebantur animalia, nullus effundebatur in sacrificio sanguis innoxius, sed fruges terræ quibus ipsi uescerentur offerebant. hærbas enim integras quasdam cum radicibus & folijs ac fructibus sumentes simul concremabant, ex qua fumigatione exalationeq;, ante dictis cœlestibus litabant. Vnde asserit Macrobius: Aegyptios Saturno & Serapi ampla extra urbes cōstituisse templa, in quibus solis pecudum sanguine immolabant, cum cæteris in ciuitate thure & precibus. In templis uero ignem perpetuum tanquam dijs simillimū seruabant. Ab eaq; exhalatione quam Græci thymiasin appellabant, thysia quoq; est dicta, quod latine sacrificium appellamus. Paruo deinde post tempore alius adolēdi modus per mirrhæ, casiæ, croci, primitiarum oblationem inuentus est: cui fœdissimus & crudelitatis plenus subrepsit modus, occisis animalibus eorum sanguine deorum aras cruentandi. Huiusmodi autem primos & antiquissimos hominum constat nec templorum extruendis molibus, nec simulachrorum dedicationibus operam dedisse. quippe qui nec pingere nec fingere aut cælare, sed nec ædificare scirent. Qui uero in ægypto procedente tempore coaluerunt doctrina & litteris cultiores, cum theologiam id est diuinarū rerum scientiam & sermonem tractare cœpissent, maioribus homines erroribus intricare cœperunt, deos asserentes suos mortales homines fuisse, sed uirtute ac beneficijs quibus uitam communem excoluerunt immortalitatem consecutos: quorum nonnulli reges fuerint nominaq; habuerint, alij noua quædam, alij à cœlestibus translata. Solem enim dixerunt primum omnium apud Aegyptum regnasse solis cœlestis cognomine, deinde Saturnum qui sorore Cybele in uxorem ducta Osirim & Isiden, aut ut plurimi dixerunt Iouem & Iunonem genuerit, eosque uniuersum orbem imperio subiugasse, ac quoq; deos procreasse, Osirim, Isidem, Typhona, Apollinem, & Venerem. Isidemq; cererem esse, quæ osiri id est Dionysio coniuncta est: qui cum regno successissent, plurimum humano generi contulerint. Condidisse enim in tractu Thebaico centum portarū urbem, quam alij Iouis urbem, alij Thebas dixerunt. Fuit uero hæc Thebana centum portarū ciuitas, de qua Ammianus Marcellinus scribit Gallum poëtam, in patria nostra Foroliuio genitum, prætorem Aegypti ab Augusto cæsare

Theologia quadripartita *Demones maligni* *Boni dæmones.* *Aegyptij primi solem & lunā deos putarunt.* *Osiris. Isis* *Mos sacrificandi Osiri & Isidi.* *Templa Saturni & Serapis extra urbes.* *Ignis perpetuus in templis seruabatur* *Thysia.* *Osiris. Isis* *Typhon* *Apollo* *Venus* *Thebe ciuitas C. portarum* *Gallus poeta.*

ſare cõſtitutum, abſtuliſſe obeliſcos concasq́ peregrini marmoris quibus etiam nũc urbs Roma et Italia eſt ornata. Proſequiturq́ Euſebius ex porphyrio, erexiſſe Oſirim dijs omni bus aurea templa, quorũ ſingulis certas ſtatuerit cerimonias, & proprios qui earũ curam haberent conſecrauerit ſacerdotes: unde profectum ſit, ut diuerſis diſtincti honoribus ho mines alij colerent, alij colerentur. Pauloposť Oſiride inſidijs laniato, alia quidẽ eius mem bra ab Iſide uxore nõ mediocri labore inuenta diuinis honoribus ſepulta. Penis uero uiri lis membri in Nilum ab inſidiatoribus proiecti, conſtituto idolo ſacra ac cerimonias maio ris aliquanto cultus ſtatuta fuiſſe. Vnde Græci primum poſt Romani acceperint, ut Dio nyſij orgia & dies feſti cum honore uirilis membri fierent, cuius ſimulacrum in myſterijs ferentes phallum Græci priapum noſtri appellauerunt. Multa hic omittimus ſuperflua de aliorum deorum origine. Simulacrorum autem originem hanc Aegyptij fuiſſe perhibent Cadmum enim ferunt ex Thebis Aegyptijs in Bœotiã profectum Semelen aliosq́ filios procreaſſe. Semelenq́ ab ignoto compreſſam ſeptimo menſe puerũ peperiſſe: hunc mor tuum à Cadmo deauratum & quaſi deum ingenti cultu & ſacrificijs decoratum fuiſſe, pa rentemq́ eius prædicatum Iouem, ut ſtuprum Semeles leniretur. Adorationis uero ani maliũ quam fecerunt Aegyptij, cauſam hanc afferunt, effigies animaliũ ab Aegyptijs im peratoribus ducibusq́ in galeis ſculptas ferri ſolitas in prælio, quibus duces principes inſignio res forent: parta deinde uictoria, ea animalia quorum imaginem duces geſtaſſent, quaſi offenſionẽ belli ipſa ad hoſtes repuliſſent, in deos relata fuiſſe. Alia quoq́ affertur cultus animaliũ cauſa. Bouem enim adorari ferunt, quod partu & arandi opera conducat. Ouem quod pariat & tegumentorum materiam præbeat, ac lacte & caſeo nutriat. Canem quia una cum hominibus uenetur, & ad cuſtodiendos homines ſit natus: quapropter deus qui apud eos anubis uocatur, caninum habet caput. Feles apud eos colitur, quia ad ſcuta faci enda conducit. Ex auibus Ibis apud eos utilis dicitur ad ſerpentum, locuſtarum, & eruca rum interitum. Aquila quia eſt regia: Hircus q́ eadem ratione, in diuinis ſuſcipitur, qua & priapus apud Græcos, quia per genitalis membri inſtrumentũ, ſpecies animaliũ conſerua tur: Quapropter ſacerdotes omnes Aegyptiorũ huius dei myſterijs initiantur. Vnde pa nas aiunt & Satyros huius rei cauſa cunctis hominibus eſſe uenerandos, quia ſimulachra eorum in templis, membra in morem hircorum habent, quod animal ſua tentigine perpe tua ſemper ad coniunctionem eſt promptum. Lupi etiam apud eos ſunt ſacri, quia cani bus ſunt ſimillimi. Crocodilli Aegyptijs honori ſunt quia eorum terrore ab Arabia atq́ Libya latrones in Aegyptum natare non audeant. Prædicta autem animalia quando obie runt Aegyptij linteamine contegentes plangentesq́ & pectora cum gemitu tondentes in ſacrarijs ſepeliunt, condiuntq́ loculis. quorum ſi quis ſponte aliquod interfecerit mor te mulctatur. Felem autem, & ibidem ſeu ſponte ſeu inuitus quiſquam necauerit, morte punitur. In quacunq́ autem domo canis mortuus fuerit, omnes qui eam inhabitant, uni uerſo capite raſo luctu maximo afficiuntur, nec uino aut tritico cæteriſq́ ad uictũ neceſſa rijs, quæ in ea domo recondita fuerant, uti amplius licet. Vnde Helius Lampridius ſcri pſit Comodum Antoninum Imperatorem Romanum Iſidis ſacra Romæ raſo capite co luiſſe. Et Helius Spartianus dicit in comodianis ortis in porticu Peſcenium nigrum Impe ratorem Romanum cum turba, pictum fuiſſe, ſacra Iſidis ferentem. quibus Commo dus adeo deditus fuerit ut & caput raderet & anubim portaret. & Antonium Caracal lam Imperatorem Romanum idem ſcribit Helius Spartianus cum habitaret Edeſſæ, atq́ inde Carras Luni dei gratia ueniſſet, interfectũ fuiſſe: per cuius imperatoris narrãdæ mor tis occaſionem idem Spartianus ridiculam rem narrat. Carræis ciuibus inoleuiſſe opinio nem, fœmineo nomine Lunam qui nũcupaſſent addictos mulieribus ſemper ſeruire. Qui uero marem deum eſſe crediderit, eum uxori ſemper dominari neq́ ullas muliebres inſidi as pati. proſequitur uero Euſebius, Iſide deo boue albo naturaliter mortuo & magnifice ſepulto, Aegyptij quouſq́ aliũ inuenerint ſimilem, in perpetuo luctu ſunt, quem ſimul ac inuenerint, ad urbem nili ſtatim adducũt, quo ſolo tempore mulieribus ipſum uidere con ceditur. obuiam namq́ prodeuntes ſublatis ueſtibus genitales partes ei oſtendunt, nec un quam poſtea hunc deum mulieribus uidere licet. Cuius bouis adorãdi inſania Romanos etiam tenuit. Nam ſcribit Lampridius, Titum Veſpaſianũ Imperatorem optimũ, in con ſecrando apud mẽphim boue api, diadema geſtaſſe, de more priſcæ religionis. & glorio

Templa au rea ſingulis dijs erecta ab Oſiride

Dionyſij cele brationes

Simulacrorũ origo

Semele com preſſa ab ignoto

Initium ado randorum animalium

Anubis

Feles

Ibis Aquila

Hircus

Priapus apud Græcos coli tur

Panes & Sa tyri uenerari tur

Lupi

Crocodilli

Aegyptij ani maliũ interi tu afficiuntur

Commodus imperator

Peſcenius ni.

Antonius Caracalla

Mos inquiren di bouis

ſus eccleſiæ doctor Hieronymus ad Siluinã ſcribens, Ad tauri inquit Aegyptij ſacra ſemel maritum admitti. & idem doctor ad Pãmachium exclamat: ut ſciremus quales deos ſemper Aegyptus recepiſſet, nuper ab Adriani amaſio urbs eorum Antinous appellata eſt. Sed iam phœnicum quos primos litteras inueniſſe conſtat theologiam uideamus.

Phœnices primi litterarum inuentores

Phœnicum theologia

Hi chaos neſcio quid turbidũ principio terũ fuiſſe aſſerentes, ſpiritũ dicunt ſua principia concupiſcentem feciſſe connexionem, qui Cupido ſit appellatus: & ex aquoſæ mixtura putredinis ſemina creaturarum omnium generatione cuiq; prodiſſe: ac imprimis animalia ſenſu carentia, ex quibus facta ſint animalia intellectualia, quę nominent Theophaniſmi, ideſt cœli conſpectores. poſt effulſiſſe moth id eſt ſolem & ſtellas & cœli aſtra. Mundo talibus inchoato principijs dicunt, aerem igneũ emiſiſſe fulgorem, ex quo mare, terra, uenti, nubesq; prodierint. paulopoſt ſole omnia ſuo calore ſeparante, ex cõflictu qui factus ſit in aere tonitrua & fulgura emanaſſe: quo ſonitu animalia ex limo quaſi ex ſomno tam ex terra quàm ex mari mares & fœminæ eruperunt. & uentos cum per nomina eſſent diſcreti atq; recogniti deos fuiſſe habitos, quibus adorationes infuſionibus atq; fumigationibus factæ fuerint. ex uentoq; colpia & nocte muliere ſæculum & primogeniũ uiros fuiſſe progenitos. quorum primus alimenta ex arboribus primum docuerit homines ex ijſq; natos uirum item & mulierem, genus & generationem dictos, phœnicem habitaſſe. cum uero æſtus eſſet factus phœnices palmam ad ſolem extendiſſe quem nomine Beelſemon id eſt cœli dominũ & deum uocant. Iſq; ſit quem Græci Iouem poſtea appellarunt. Et cum poſt hæc multa habeat phœnicum theologia parui nunc facunda: additur in illa Miſſonem tantu elementa litterarum primum omniũ conſcripſiſſe, eſſeq; illum quem Aegyptij thor, Alexandrenſes thot, Græci Mercurium uocant.

Cæli ortus

Et ab Cælio mulierecg; Beruth uocata, bibli habitantibus, natum eſſe terrenium aut indigenam, cui cœlus poſtea cognomen fuerit: à cuius nomine ſupremum corpus mira uarietate formoſiſſimum cœlum fuerit appellatum, cuius ſoror fuerit terra. Hicq; patri ſuo altiſſimo à beſtijs deuorato, ſacra & cerimonias inſtituerunt.

Cælus Terra

Saturnus ſiue Betillus

Athlas

Dagon

Cœlusq; patris regnum poſſidens terram ſororem duxit uxorem, quæ ei tres peperit filios. Betillum quem & Saturnum dicunt, Dagona qui & frumentarius appellatur, ac poſtremo Athlanta. Saturno autẽ in ſidus cœleſte mutato ſimulacrum Aegyptij facientes, quatuor oculos, in poſterioribus duos, & alios in anterioribus poſuerunt, qui uiciſſim contracti quieſcebant: alas quoq; quatuor in humeris fixerunt, duas extenſas quaſi uolaret, duas remiſſas, quaſi ſtaret: ſignificabaturq;, ipſum dormientem uigilare & uigilantem dormire. Pariter per alas quieſcentem uolare & uolantem quieſcere. Cæteris etiã dijs phœnices duas fecerunt alas in humeris, quaſi Saturno conuolarent. Vanam uero atque ridiculam phœnicum theologiam fuiſſe, unica arguit leuitate, quod ſerpentem illi diuinam eſſe naturam dixerunt: quoniam abſq; manuũ ac pedum ac omnino alicuius organi exterioris adiumento, eximiam celeritatem exequatur, uariasq; figuras & formas gradientes inuoluto reuolutoq; ad quam uelint celeritatem greſſu facillime præſtent. longæui etiam ſint, nec ſolum ſenectam cum pelle deponentes reuireſcant, ſed creſcant etiam in adoleſcentiam redeuntes: ita niſi percuſſi pereant uix naturali nece confici.

Serpentes apud phœnices colebantur

Ophion

Vnde felicem dæmona appellant ſerpentem, cui diuiniſſimo ut dicunt animali Ophioni appellato, ſicut cæteris dijs immolabant. Quam admiratus inſaniam beatus eccleſiæ doctor Ambroſius ut ſacratiſſimam Dei noſtri Iheſu Chriſti religionem Chriſtianis hominibus redderet gratiorem: hunc Ophionem qui & latine ſerpens dicitur, qualis à gentilibus Italicis phœnices imitatis colebatur, in ſua mediolanenſi eccleſia conſeruari uoluit, qui etiam nunc integer conſpicitur.

Græcorum theologia

Cadmus ex phœnicia profectus

Græcorum uero facile omnium ſapientiſſimorum doctiſſimorumq; theologia, non minores prædictis habuit fatuitates. Cadmum ferunt Agenoris filium ex phœnicia ad quærendum europam quæ fuerat à Ioue rapta, à rege miſſum fuiſſe: nec inuenientem, in bœotiam tandem perueniſſe, ac Thebas ibi ædificaſſe. cumq; Hermionem Veneris filiam uxorem duxiſſet Semelem & ſorores eius ex ea genuiſſe.

Dionyſius

Exercitus dionyſij

Poſtea ex Ioue & Semele natum eſſe Dionyſiũ, qui uitis & uini uſum homines docuerit. Atq; inuenerit coctionẽ ex aqua & ordeo confectam, quam appellauerit ceruiſiam: huncq; cum exercitu non ſolum uirorum, ſed mulierum quoq; orbem luſtraſſe, iniquis iniuſtisq; hominibus ubique punitis. Eius uero exercitus mulieres haſtis thyrſo ornatis armatæ fuerunt. Et muſæ omnes deum hunc ſecutæ, uirginitate atq; omni

genere

genere doctrinæ florentes, tripudijs & cantu eum permulcebant. Pædagogum is habuit Silenum, cuius uirtutem fuit consecutus. Mitra huic deo ligabatur caput, propter dolores qui effumante uino caput aggrediuntur. ferula ei in manibus est, quia cum non permixtum aqua uinum bibunt homines in furorem uersi alter alterum baculis cæderent, unde aliqui moriebantur. itaq; pro lignis ferula uti persuasit. Bacchus à Bacchis mulieribus est uocatus: Leneus quia Græce lenus torcular latine appellatur. Bromius à bromo id est, ignis sonitu, qui cum ille abortu ederetur insonuit. Satyri eum secuti sunt, qui saltando & tragice canendo uoluptatem ei afferebant. Ab hoc ferunt theatrum primo & musicam fuisse inuentam. Herculem Græci asserunt Ioue & Alcimena genitum, qui duos dracones à Iunone ad necem immissos puer gutture illiso peremerit. Aesculapium Apollinis & Coronidos filium adeo in medicina excelluisse, ut ab incurabili morbo multos liberauerit. ea re Iouem commotũ eum interemisse, cuius morte irritatus Apollo, Cyclopas qui fulmen illud Ioui sumministrauerant interfecerit. Vnde iratus Iuppiter Apollinem ad seruitium Admeti regis impulerit. Alia quoque fuit Græcorũ theologia quam ab Atlantijs populis acceperint. Atlantij enim, inquiunt, Cœlum apud se primum regnasse, qui filios quinque & quadraginta habuerit: quorum duo de uiginti Ops castissima mulier ei genuerit, ob quod meritum Ops quæ & terra in dearum numerum sit relata. Filias quoque Athlantem habuisse Basilian & Cybelen quam & Pandorem uocant: Basiliam post Cæli mortẽ Hyperioni fratri nuptam duos peperisse liberos, Solem & Lunam: Cybelen autem Hyperiona interemisse. solemq; ad fluuium Eridanum præcipitasse: Lunamq; cũ hæc sic facta percepisset, de alto sese loco deiecisse. Mater uero furore concita crinibus solutis tympanis & ululatibus Bacchans circumuagabatur. Demum postquàm nullibi poterat inueniri deificata fuit. & aræ templaq; illi constructa sunt. Cuius sacra cum cymbalis & tympanis fiunt. Sol uero atq; luna ad luminaria sunt translati. à phrygum quoq; theologia acceperunt Greci, phrygesq; dicunt Meona antiquissimum apud eos fuisse regem. A quo nata Cybele fistulam quam syringam dixerũt inuenerit, & montana mater appellata est. Cybelen Atydi adulterio iunctam. cũ uero cognita res esset interfecto Atyde ac socijs eius à patre, commotam furore per uniuersam regionẽ magnis ululatibus uagatam fuisse, tympanis dolorem suum consolantem. cumq; Apollo Cybelen adamasset Atidis corpus ab ea sepultum, quæ diuinos honores consequuta erat: unde adolescentis mortem Phryges plangunt & aris structis Atyda Cybelenq; ut deos colunt. Prosequitur Phrygum theologia, ex Athlante astrologo natas filias septem Athlantidas appellari, quibus plures dij & Heroes sint nati. à seniore quarũ Maia Ioui coniuncta Mercurius fuerit procreatus: Saturnumq; filium Athlantis auaricia & impietate præditum, sororem Cybelen duxisse uxorem, à qua Iouem suscepit: quamuis alium Iouem Cæli fratrem Cretæ regem contendunt fuisse. qui decem filios procreauerit, quos curetas appellarunt. Saturnum uero in Sicilia Italiaq; regnasse, à quo natus Iuppiter oppositam patri uitam duxit. alios etiam habuisse duos Saturnum ex Rhea filios Iouem & Iunonẽ: ipsum Iouem tres uxores Iunonem Cererem & Daphnem duxisse. à quarum prima Curetes genuerit, ab alia Persephonen, à tertia Mineruam. Multa præter hæc de dijs, quos susceperit Græcia dici possent, cum unicus poeta Hesiodus triginta deorum milia in terris fuisse commemorat. quod quidem illi faciliter concedere poterunt qui statuas æneas marmoreas que & ligneas sicut & ipse pro dijs habendas esse crediderint. Satis multa dixisse uidemur de dijs quos ante urbem conditam diuersæ orbis prouinciæ coluerunt. quos quidem deos Romani condita urbe non colere non potuerunt, præsertim cum Troianos eorum progenitores huiusmodi deorum superstitionibus plenos sicut ostendemus habuerint autores: quanquam & ipsa re constat, & nonnullos ex Græcis sensisse uidemus, Romanos in deorum susceptione multas Aegyptiorum phœnicumq; & Græcorũ ineptias impietatesq; omisisse. Sed pter deos deasq; alia nequaq; meliora à gentibus Barbaris ad Romanos reducta fuisse uidemus: fatorũ & fortunę necessitatẽ, oraculorũ responsa, auguria, somniorũ uanas interpretationes, uaticinationes, Necromantiã, & quęsita cũ dęmonibus mortuisq; colloquia: cũ tamen ex Græcis nõnulli fatorũ & fortunę necessitatẽ tollere p uiribus sint adnixi: ostendentes, q̃d & uerissimũ est, ea stante oẽm auerti tolliq; philosophiã, iacere pietatẽ iustitiãq; interire, nullã fore uirtutis laudẽ, aut uitiorũ uituperationẽ,

Silenus
Mitra
Ferula
Bacchi cognomina.
Theatrum & musica Dionysii inuentum
Herculis ortus
Aesculapij ortus
Apollo Admeti regis armenta pauit
Athlantij populi
Cælus
Ops
Basilia
Cybele seu pandora
Hyperion
Basilia deificata
Meon rex
Syrinx
Phryges Cybelē Atydáq; pro dijs colunt
Phrygũ theologia
Athlantides
Curetes
Iouis uxores
Persephone Cereris & Iouis filia

nullum que expectandum esse laborum & bene gestorum fructum, nullam malefactorum punitionem extimescendam. beatus autẽ Aurelius Augustinus dum ciuitatem dei aedificat sic habet. Prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana, quae si propterea fato quisquam tribuit, quia ipsam dei uoluntatem fati nomine appellant: sententiam teneat, linguam corrigat. ut ei uideatur adhaesisse sententiae Seneca. Duc me summe pater altiq; dominator poli, nulla parendi mora est, adsum impiger: fac nolle comitabor gemens, malusq; patiar facere quod licuit bono: ducunt uolentem fata, nolentem trahũt. Et Cicero in libris de fato ex Homero Tales sunt hominum mentes, qualis pater ipse Iuppiter auctiferas lustrauit numine terras. Et tamen de unico ex diuae fortunae cultoribus Tullo rege quid Plutarchus in problematibus habeat ostendemus: qui scribit illũ omnes actus suos fortunae ascripsisse: à qua sublatus fuerat ab ancilla matre ad regnũ prouectus: hincq; regem fortunae primogeniae & masculae templa erexisse, alud conuertentis, aliud bene sperantis aliud fortunae uidentis, quasi ab eo nos procul capiamur & negocijs ac rebus inhaereamus. Construxit etiam fortunae paruae templum, quasi docens homines diligenter attendere: nec ea quae accidunt quamuis parua contemnere. responsa uero simulachrorum, quod Aegyptiorum Phoenicumq; inuentum fuit, constat hominum malicia arteq; malefica fuisse facta, ad opes mendacio ac multorum pernicie cumulandas. Charilao enim & Archelao Lacedaemoniorum regibus respondit Apollo melius fore, si agri quem bello quaesiuerant dimidiam Apollini partem darent. itaque astuti & cauti homines animum ad id applicantes, ex adytis, penetralibus & profundissimis plerunq; speluncis responsa dantes, ea ab oraculis prodisse mentiebantur. Hi enim dispositos habuere per ciuitatem ministros inuestigantes, cuius rei egentes essent uel aduenae uel ciues, ut responsa excogitare possent. Habita autem indigentiae illorum noticia & necessarijs ad id interrogatiunculis blande factis, si aliquid futurum coniecturis assequebantur aperte respondebant. Sin uero dubia res coniecturis percipi nequisset, responsionis ambiguitate fallebant. ut redargutionem effugere uiderentur. Croesus imperium Lydiae sperans augere, templum Apollini delphico omnium orbis ditissimum erexit, & deus ab eo consultus sua responsa ambiguitate destruxit: sic enim uates oraculum dixisse mentitus est. Intrepidus si Croesus Alym transmiserit amnem, Imperium perdet magnum regnumq; superbũ. Quandoq; etiã cantando, & uerba quaedam inaudita responsionibus immiscendo multos decipiebant. Nec parum fidei faciebat huiusmodi adytorũ templorumq; custodibus uerborum elegantia, & orationis grauitas, siue futuris à casu ueris adhibita, siue in ambiguitatibus responsorum. Cum autem casu aliquid dictum, euentu comprobaretur, id marmoreis incisum litteris mandabatur, ad fidem à caeteris comparandam: quae autem falsa fuisset pene innumerabilia nullus cõmemorabat. Vt nõ ignaue iocatus fuisse uideatur Dionysius ille siculus, qui cum Apollinis delphici templum donis aureis argenteisq; refertũ fuisset, quae illi affixerant qui per dei inuocationem aliquo periculo liberati aut aliter beneficio affecti fuissent dixit: multo plura & propè infinita fore, si quis promissa deo munera haberet, quae quia exauditi non fuerant agitati confectiq; periculis & calamitatibus nõ dedissent. Argumento quoq; certissimo praedicta ab hominibus facta fuisse illud erit, quod Hadriani imperatoris temporibus quando maxime oracula desinere coeperunt, licet is christianus non esset, subiecti quaestionibus praedicti oraculorum uates, uniuersam rem suis inuentionibus ad turpes quaestus excogitatam edidere. Modosq; de quibus supradiximus patefecere, qui tanquam seductores & malefici ultimo supplicio secundum leges affecti sunt. Vnde postea procliuis fuit ad cultum christianae religionis & fidei suscipiendum, quod in uita Alexandri Seueri Helius innuit Spartianus: his uerbis. Iudaeis priuilegia reseruauit, Christianos passus est esse. Christo templũ facere uoluit, eũq; inter deos recipere: quod Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus iussit fieri sine simulachris, quę hodie quoq; quia nõ habuerunt numina, Hadriani dicuntur: etiam illa ad hoc parasse dicebat, sed prohibitus est ab is q̃ cõsulentes sacra reppererunt, oẽs christianos futuros, si id fecisset. Et Flauius Vopiscus in Saturnini gestis rebus hanc inserit Hadriani epistolã ad supradicta facientẽ. Hadrianus Augustus Seruiano cõsuli salutẽ. Ad Aegyptũ q̃ mihi laudabas ueni totã leuẽ pendulã & ad oĩa famae momẽta uolitantẽ. Illi q̃ Serapim colunt christiani sunt, & deuoti sunt Serapi, q̃ se Christi episcopos dicunt,

Nemo

[Marginal notes: *Tullus rex* — *Fortuna primogenia & mascula* — *Fortunae paruae templum* — *Charilaus & Archelaus* — *Croesus templum Apollini erexit* — *Deceptiones uatum* — *Dionysius siculus* — *Hadrianus Imperator* — *Hadrianus imperator & religioni Christianae procliuis* — *Epi. la Hadriani*]

Nemo illic Archiſynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo mathematicus, non aru/
ſpex, non aliptes. Vnus illis deus eſt, hunc chriſtiani, hũc Iudæi, hunc omnes uenerantur
gentes. Diuinationes uero proximum ſupradictis malum nonnullæ gentes attentiſſime
ſecutæ ſunt, ſed minus id nocuit malum quia multi ex eorum philoſophis diuinationem
nullo modo utilem eſſe ea probauerunt ratione, quod ſequi præuidebant omnia eſſe fata
ta: & quænam utilitas fuiſſet, ſi futura omnino mala præuideas, quæ nullo modo ualeas
euitare? nulla eñ omnino utilitas, ſed mœror potius fuiſſet ſecutus: qui hominũ animos
potius perturbaſſet. & non tantum homines ex bonorũ expectatione gaudent, quantum
timore impendentium malorum cõſueuerunt torqueri: nõ enim ſatis multum infortunij
Romanis fuit deos deasq; & fatorum oraculorum auguriorumq; & cæterorũ quæ dixi/
mus malorum initia à gentibus barbaris accepiſſe, niſi ritus quoq; ſacrorum infandos ab
is pariter habuiſſent, quibus tamen populus Romanus pro ſua prudentia minus flagitio/
ſe quàm traditi erant eſt uſus. Siquidẽ orgia Orpheus adinuenit Thracibus, quæ Diony/ *Orgia*
ſio à Bacchis mulieribus celebrantur: & hæ carnes crudas comedentes ſacro furori initia
bantur, & furentes ac Bacchantes uiros ſimul atq; fœminas in templis deorum noctu per
noctare cogebant. Cererem Romani ut caſtiſſimam coluerunt, adeo ut periculum caſtita *Ceres Romæ*
tis facturæ uittas eius matronæ palam in templo tangerent. Vnde poeta: paucæ adeò uit *culta.*
tas cereris contingere dignæ: ſed uideamus quæ fuerint merita, propter quę deificata eſt. *Vittæ Cereris*
Eam ferunt filiæ luctu mœſtam cum à Bambone nobili coribantum muliere hoſpitio ſuſ/ *Bãbo mulier*
cepta potionem multis cõfectam ex rebus, quã ciceona appellant ſumere recuſaſſet, indo *Ciceon genus*
luiſſe Bambonem, atq; ſublata ueſte genitalia membra cereri oſtendiſſe, quæ hoc ſpecta/ *potionis*
culo delectata ciceona ſuſceperit, atq; biberit, unde dea meruerit appellari. Matris uero *Matris deorũ*
deorum ſacra phrygij quotannis crudeliſſimis certaminibus faciebant, ſed Romani ſacer *ſacra*
dotes utriuſq; ſexus uirum & fœminam ex phrygia conſecrantes urbem ſolenni pompa
tympanorum ſonitu perluſtrabant. Maiora ſunt quæ ſequuntur, & quorũ pauca Roma/
ni uel modeſtiſſime duxerint imitanda. Rhodij hominem ſaturno ſacrificabant. Quã cru/ *Imolatio hu/*
delitatem cum poſtea duxerint mitigandam, aliquem mortis ſupplicio damnatũ ad ſatur *manorũ cor/*
nalia uſq; ſeruabant, quem ipſo in feſto grauatum uino immolabant. In Salamine inſula *porum apud*
Diomedi homo immolabatur, qui ab adoleſcentibus ter circũ aram ductus, tandem à ſa/ *uarios popu/*
cerdòte haſta percuſſus & rogo impoſitus cremabatur. Dionyſio Omaſti apud Chios *los*
homo crudeliter diſcerptus ſacrificabatur. Lacedæmonijq; hominẽ marti ſacrificare ſoli/
ti fuerunt. Et phœnices in bellorum aut peſtilentiæ calamitatibus amiciſſimos homines
Saturno ſolebãt immolare. Et in creta curetes Saturno pueros ſacrificabant. In Laodicea
Syrię palladi uirgo immolabat̃, Arabeſq; ſingulis annis puerũ imolãtes ſub ara ſepeliebãt
Omneſq; Græci priuſquam in ſuſcepta prodirent bella hominem immolabant, quod de
Iphigenia bello Troiano factum prædicant: Phœnices in magnis calamitatibus atq; peri
culis ſui principis, dilectiſſimũ ex filijs in redemptionis præmium iugulabant. Vnde Sa/
turnus rex regionis, qui poſteaquam hominẽ exuit, in Saturni ſtellam translatus eſt, cũ
unicum filium ex Anobret nympha haberet, Ieud dictum, quia maximo & periculoſo bel
lo ciuitas premebatur, regio indutum ornatũ, ſuper conſtructam ad hoc præparatamq;
aram immolauit. Ariſtomenes Meſſenius Ioui, quem appellant Ithomerem trecentos ſi/ *Ariſtomenes*
mul ſacrificauit homines, in quibus Theopompus lacedæmonius fuit. Cum fame atheni *Iupiter Itho/*
enſes propter Androgei cædem angerentur, & ad auxilia deorũ cõfugiſſent: Apollo iuſ/ *metes*
ſit ut ſingulis annis ſeptem mares totidemq; fœminas in cretam ſacrificandos mitterent, *Athenienſes*
quod & diligentiſſime multis ſeculis obſeruatum fuiſſe traditur. Scythæ quoſcunq; ad/ *Vij. mares to*
uenas ceperint (capiunt autem multos, qui fluctibus & tempeſtate ad eos depelluntur) *tidemq; femi*
Dianæ ſtatim imolãt: In Pella ciuitate Theſſaliæ hominẽ Pelleo & Chironi ſingulis imo *nas in cretam*
lant annis. Dionyſius alicarnaſſeus in primo de antiquitate Italica refert, Iunonẽ & apolli *ſacrificandos*
nem quoniam decima hominũ eis immolata non fuerat, magnas Italis calamitates indu/ *mittebant*
xiſſe, ut nullus in arboribus fructus ad maturitatem uſq; primam permanſerit: nec ſpicæ *Aduenæ à ſcy*
ſemine implebantur: nec herbæ pecori ſufficientes germinabant: Fontes deficiebant, mu *this dianæ*
lieres abortu periclitabant̃, aut nati filij manci & diſtorti erãt, cęteraq; hominũ multitudo *imolantur*
crebrius q̃ ſolebant uexabantur. Cũq; reſponſo accepto nollent dij immolationẽ anima/
liũ hoſtijs faciendã, magna omnes ambiguitate tenebantur. Tuncq; ciuitatum primates,

poſt

uitiorum sacra solennia obeunto. Quod autem ex hominũ genere consecratos sicut Herculem & cæteros coli lex iubet, indicat quidem omniũ animos immortales esse, sed fortiũ bonorumq; diuinos. Bene uero quod mens, pietas, uirtus fides consecranẽ manu, quarum omniũ Romæ dedicata publice templa sunt, ut illa qui habent (habent autẽ omnes boni) deos ipsos in animis suis collocatos putent. & idem Cicero in Verrem actione septima. Tuq; Ceres, & Libera quarum sacra sicut opiniones hominũ ac religiones ferunt longe maximis atq; ocultissimis cerimonijs continentur, à quibus initia uitæ, atq; uictus, legum morum mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data, ac dispersa esse dicuntur. Præterea ipse Cicero pro murena. Cum omnis deorum immortaliũ potestas aut translata sit ad nos, aut certe comunicata nobiscum. Satis itaq; hoc initio primæ diuisionis nostrę partis fundamẽta iecimus: qui per Ciceronẽ & iuris pontificij documenta deorũ uenerationis, & locorũ in quibus adorarentur principiũ causamq; ostendimus.

Dij ex samothracia in phrygiam ex phrygia in Italiã delati

Sed plura ad eam rem à M. Varrone afferemus. Is uir sanctorũ religionis nostræ doctissimorũ Hieronymi et Augustini iudicio doctissimus, est autor deos ex Samothrace in Phrygiã aduectos Aeneã ex Phrygia in Italiã detulisse: dictosq; ꝙ per eos spiremus: & corpus mentem ac rationẽ habeamus: quos fuisse uult Apollinem: & Neptunũ. unde Virgilius cum socijs natoq; penatibus & magnis dijs: & Iã pater Aeneas sacra & sacra altera patrẽ Afferet: illacos excipe uesta deos.

Virgilius

Opinio numæ de deo

Plutarchus in uita Numæ pompilij. Ea quę de deorum sacris Numa pompilius statuit ꝙ similia sunt prorsus Pythagoræ documẽtis. Nam primũ principiũ ille neq; sensui neq; perturbationi subiectũ: sed mentem inuisibilẽ: & increatam esse censuit. Hic aũt Romanos prohibuit existimare imaginem dei, aut hominis speciem, aut animalis habere formã: neq; fuit apud eos picta neq; ficta dei prius species. Sed in prioribus. clxx. annis tẽpla quidẽ ædificabãt: sacraq; tuguria erigebãt: simulacrũ uero nullum corporeũ faciebant. perinde atq; nephas esset deterioribus meliora assimulare, neq; aliter atq; intelligentia percipi deus possit.

Sacra instituta à numa

sacra quoq; à Numa instituta ritũ, sanctimoniamq; Pythagoræ uehementer attingũt. Erant eñ sine sanguine, eorumq; plurima ex farina & libo rebusq; uilissimis cõposita.

Dij selecti, & plebei

Affirmat etiam Varro deos ab antiquis Romanis plus annos. clxx. sine simulacris fuisse cultos, eorumq;. xx. selectos, cæteros appellauit plæbeios, suntq; selecti, xij. mares, octo fœminæ. Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater, Tellus, Ceres, Iuno, Luna, Diana, Minerua, Venus, Vesta.

Cõprecatio.

Et præter hos utriusq; sexus deos, alia fuit deorũ dearumq; tanq; matrimonialis coniunctio, ꝙ cõprecationem appellauerunt: ut qui scilicet rem diuinã uni fecisset, alteri quoq; supplicasse uidereẽ: & latiã Saturnus, salaciã Neptunus, horam Quirinus, mariam Vulcanus, miricen Quiritius, nerienẽ Mars, cõptecationem suam habuit.

Boni dij

Mali dij

Ianus bifrons quadrifrons

Deus iugatinus

Domiducus

Domitius

Manturna

Virgo super priapũ sedet

Nuces spargantur

Dea uirginensis. Subigus

Prema

Pertunda

Venus Mena

Liber pater

Libera dea

Attulit tamen aliã deorum diuisionẽ Varro à Labeone sumptã, qui asseruit deorũ partem esse bonam, partem malã, qui cultus diuersitate internoscãtur, cum mali cædibus hominũ & tristibus supplicationibus, boni obsequijs lætis atq; iucundis qualia sunt lectisternia, atq; ludi, & cõuiuia placarentur. Et cum deos ut diximus selectos à Iano cõmendare incepisset: quẽ tum bifrontẽ, tum quadrifrontem tanq; geminũ faciebant: de alijs minoribus tractauit, quorũ seriem à cõceptione ad decrepiti hominis sepulturã perduxit, in hunc maxime modum nostris hominibus perridiculũ. Quum mas & fœmina cõiunguntur adhibetur deus iugatinus, cum domũ est ducenda quæ nupsit officiũ id exhibet Domiducus. Vt aũt in domo sit deus Domitius, ut maneat cum uiro dea Mãturna præstat. perductaq; in mariti domum uirgo super priapũ, nimirum masculinũ immanissimũ & turpissimũ fascinum more honestissimo matronarũ sedere iubetur: nec prius mariti cubiculum ingredi permittitur, ꝙ aula & cæterę domus pattes cubiculo cõtinentes nucibus spargantur, quibus à multitudine conculcatis cõpressæ uirginis eiulatus inter strepitũ nequeat exaudiri, dumq; fuerint peragẽda secreta, ut sine difficultate uirginitas auferatur dea Virginensis, & deus pater Subigus, & dea mater Prema, deaq; Pertunda, & Venus Priapo & ipsi deo præstant obsequiũ, Subsequiturq; illico dea Mena Iouis priuigna, cruori menstruo præsidens: & liber accurrit pater, quem sic uocatũ esse uolunt, ꝙ mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. nec tardius præstat officiũ dea libera & Venus dicta, illud idem mulieribus q̃d liber uiris præstans auxiliũ. Vnde credit à Labeone doctus Varro duobus ijs mari & fœminæ numinibus, honores in tẽplis marmore aut ære, Libe/

ro uirilis

ro uirilis corporis pudendã partem, fœminini liberæ, excisos adornatosq́ fuisse. Mafum uero fuit obscurissimos à Romanis deos esse habitos Vitumnũ & Sentinũ, quorum alter uitam in Embrione, alter sensum puerperio largiebatur. Vt aũt nulla pars hominum præsidio numinũ careret, dei per singulos aderant actus, tanquã opifices in uico argentario, ubi unum uasculũ ut perfectum exeat, per multos artifices transit. Mulieri eñ fœtæ partu tres dei custodes adhibebantur ne Siluanus deus illam uexaturus ingrederetur. Intercido Pilumnus & Deuerrinus: eorumq́ significandorũ causa, tres homines noctu domus limina circuibant: Primus intercidoni subministraturus securi limen cædebat. Pilo secundus pro pilumno feriebat, & scopis tertius deuerrebat. tandẽ Lucina quã parturiens inuocaue rat: Ops quoq; dicta opem afferebat. Et ne agrippæ essent qui nascerentur, quos sic dictos fuisse constat quia peruerso ordine pedibus primum uentre egrederentur, deæ peruersa & prosa aduocabanť: post quas Vagitinus deus os puerperij aperiens succedebat: & partum ad lucem Diespiter perducebat: præstoq́ aderat leuana quæ partum de terra leuabat expositum. sed & rumina ueniebat mãmis præfecta mulierum quas prisci rumas appellauere, ut lac copiosissime preberetur, quousq; adueniente tempore Potina dea potionem: Edulica escam prebere possent. Nec paruum erat Cuninæ deæ opus: quæ & si cunas ipsa non agitabat ut leuiter mouerenť curabat. Maiora deinceps dicenda sunt numinũ collata hominibus beneficia. Mercurius inde quasi medio inter homines currens Hermes Græce ab herminia id est sermone appellatus loqui præstabat: quem effigiabant alas in capite & pedibus habentem: quod sermo hominũ per aera uoliter. Et Minerua quã dixerunt tẽporibus Ogygi regis ad lacũ tritonis uirginali primũ apparuisse habitu: unde tritonia sit dicta, artes quarum fuit inuentrix puerum edocebat. Pauoribus hominũ ut arcerentur pauentia: spei eorum quæ fortassis euenirent uenilia: uoluptatibus quibus fruerentur uolupia: actibus quibus se immiscerent agerónia, stimulis quibus agerentur stimula, strenue gestis quæ cõtingerent strenua, deæ præerant. Fessis dea fessona, ut quiescerent. Hostibusq́ pellendis dea Pellona præbebat auxilium. Numeria quoq; dea quibusdam bene numerare: Canería bene canere: Mars & bellona ut bene belligerarent, Victoria ut uincerent: Honorinus deus ut honorarentur, Pecunia ut pecuniosi essent, Esculanus & filius eius Argentinus dei ut haberent æneam argenteamq́ pecuniam præstabant. & ut suum quoq; deum improbi segnesq́ haberent dea erat Murcea: quæ præter modum nõ moueret, ac faceret hominem ut inquit Pompeius murcidũ, ac nimis desidiosum & inactuosum. Paruq; etiam existimatiõis neq; inter malos aut bonos deos posita fuit fortuna barbata, quæ cultoribus suis malas speciosius uestiens, se spernentes male barbatos glabrosq́ reddebat. Cum contra maiori deæ fortunæ quam omnipotentẽ appellauerunt, & deabus fatis multo maiorem quam oportuerit uim potentiamq́ sicut supra ostendimus tribuerint. Themin uero parum coluerint quã Festus deam fuisse dicit, quæ præciperet hominibus id petere quod fas esset, eamq́ id esse existimabant quod & fas est. Et ne plures quàm expediat perquiramus deos uitæ hominũ fortunisq́ adhibitos, Neniam gentiles uoluerunt deam mortuos homines in funere comitari, unde & modulationes inter eiulandum plangendũq́ adhibitas nenias uocauere. Sed & suam sata segetesq́ & cætera hominibus ufui futura deorum habuerunt turbam. Saturnumq́ deum in primis maximũ Iouis genitorem prædicant nata ex sese deuorare, quod semina unde nascantur reuertanť. Vnde propter agriculturã falcem manu tenet effigiatus, & ne solus tanto munere fatigetur: deam seiam ferunt satis frumentis quàm diu sub terra sunt: cum uero super terrã hærbescentes segerem faciũt deam Segetiam, frumentisq́ collectis atq; reconditis ut tuto seruentur deam Tutellinam esse præpositam: proserpinam pariter frumentis germinãtibus, deum Nodatum geniculis nodisq́ culmorum inuolutis, folliculorũ deam Volutinam, & cum folliculi patescunt ut spica exeat deam patelenam. Cumq́ segetes nouis æquẽtur aristis deam ostilinam, & deam floram frumentis florẽtibus, lactescentibusq́ deum lacturcũ, matutam maturescentibus, & cũ runcantur id est à terra auferunť deam runcinam præfecerũt. Et ne inculta agrorum uiderenť à dijs spreta: Diana syluarũ: rurum dea Rusina: iugorũ montiũ deus Iugatinus, collium dea Collatia, uallium dea Vallona curam habuit. Nec deus spinensis ut spinas ex agris eradicaret, nec dea rubigo ut non accederet spernebatur. Quin potius deæ Fructestæ: ut fructus uberrimos daret supplicabatur. Quia uero Romanis à principio urbis con

ditæ

Vitumnus | Sentinus | Siluanus | Intercido | Pilumnus | Deuerrinus | Lucina | Dea peruersa & prosa. | Vagitinus | Diespiter | Leuana | Rumina | Potina | Edulica | Cunina | Mercurius | Minerua | Tritonia | Fauentia | Venilia | Volupia | Ageronia | Stimula | Strenua | Fessona | Pellona | Numeria | Caneria | Murcea | Bellona | Victoria | Honorinus | Pecunia | Aesculanus | Argentinus | Fortuna barbata. | Themis | Nenia | Saturnus ex se nata deuorat. | Seia, Segetia | Tutellina | Proserpina | Nodatus | Volutina | Patelena | Ostilina | Flora | Lacturcus | Matuta | Runcina

ditæ & multo tempore poſtea parciſſimus fuit uini uſus, parua ac omnino minima deorū
turba uineis uiniſq; præfecta eſt, quandoquidem ſolus Bacchus tanti muneris curam ha- *Bacchi co-*
buit: qui multinomius Liber pater appellatus: cum bellaſſet in India & multas ſecum ha *gnomina*
buiſſet fœminas: quæ bacchæ dicebant non tamen uirtute nobiles: poſtea Bacchus: quan
doq; Priapus, quandoq; Bromius, quandoq; Brotinus fuit dictus. Et quia cuſtodiæ huiu-
ſmodi ſolus erat præfectus: omni ſpreta uinearum cura: unicæ uindemiæ cum iam uuæ
matureſcerent intendebat: tantaq; id actum eſt turpitudine ut modum pigeat pudeatq; re
ferre: quē omnino fuimus ſuppreſſuri: niſi quia noſtris conducere Chriſtianis arbitramur
talia ſcire: quo noſtræ religionis grauitatem & ſanctam mūdiciem lætioribus animis am
plectantur: eruntq; uerba per beatum Aurelium Auguſtinum à Marco Varrone Labeo-
neq; paululū immutata. Quum fierent libero patri ſacra in Italię compitis pudenda uirilia
cum honore plauſtellis impoſita, primo rure transferuntur in compita, poſt in urbem. In
oppido autem Lanuino, quod nūc ciuitas Indiuinia uocatū, uiro ſummo Proſpero ſubeſt
cardinali columnenſi, uni libero totus menſis tribuebatur: cuius diebus omnes uerbis fla-
gitioſiſſimis utebantur, donec illud membrum per forum tranſuectum eſſet, atq; in loco
ſuo quieſceret. Cui membro inhoneſto matremfamilias honeſtiſſimam imponere publi-
co in loco coronam neceſſe erat. Sic ab agris faſcinatio repellebatur, & matrona facere co *Matrona ho-*
gebatur in publico, quod nec meretrici ſi matronæ ſpectarent permitti debuit in theatro. *neſtiſsima in*
Ne domos etiam ſuas romani ſpernere uiderentur tres illis deos dederunt hoſtiarios, For- *publico pria-*
culum foribus, Cardinem cardini, Limentinū limini. Et ne maris cura eſſet abiecta, præ- *pum coronat.*
ter Neptunum Iouis fratrem uniuerſo prefectum mari, præterq; Anphytritem quam de- *Forculus*
am Placidus grammaticus fuiſſe uult deam maris Neptuni matronam, Veniliam dixerūt *cardo*
deam undæ maris quando uenit ad littus, Salatiamq; item deam eidem quando redit in *Limentinus.*
ſalum eſſe præpoſitam. Romani tamen duce Romulo in aſylo agentes, eos primū colen- *Amphytrite*
dos acceperunt ex ſupradictis dijs, quos troia auectos Albani primum, poſtea Laurentes *Venilia*
per trecentos annos coluerant: qui uidentur illi fuiſſe, quos ſupra ſelectos diximus appel- *Salatia*
lari. & tyberinū paulopoſt Romulus, deinde Faunū & Picum, Pauorē & Febrē ipſumq; *Tyberinus*
Romulū Titus Tacius rex, & alias ſenſim turbas ſupradictas, demumq; ſuos cæſares Ro *Faunus.*
mani in deorum numerum retulerunt. Quin etiam Albani patres primum, poſt Romani *Picus*
urbis conditores ſabulas pro miraculis acceperunt, quæ ante bellum troianum Græcis *Pauor*
Troianiſq; fuerunt communes: Minotaurum beſtiam fuiſſe incluſam labyrintho, quem *Febris*
cum intraſſent homines, inextricabili errore exire non poterant. Centauros equorum ho *Romulus*
minumq; natura cōiunctos. Cerberum tricipitem inferni canem, Phrixum & Hellen eius
ſororem ariete uectos, mare tranaſſe, Gorgonem ſerpentibus crinitam ſe aſpicientes in la-
pidem cōuertiſſe. Bellerophontem equo pegaſo pennis uolante uectum fuiſſe, Amphio-
nem citharæ ſuauitate lapides attraxiſſe. Dædalum & Icarum filium coaptatis ſibi pennis
Creta in Italiam aduolaſſe, Oedipum in ſphinga monſtrum quadrupes indiſſolubilia ho-
minibus cum uitæ periculo propoſuiſſe. Antæum qui terræ contactu fortior reſurgeret
ab Hercule fuiſſe proſtratum. Sed iam ſatis multa de ineptis deorum fabularumq; adin-
uentionibus: ad ſacra ceremoniaſq; ueniamus, plurima ſimul edocturi minutiora, quæ in
gentilium religione non minima habebantur. Vlpianus de uerborū ſignificatione dicit, *Sacer locus*
ſacrum locum eſſe locum conſecratum. Sacrarium in quo ſacra reponuntur. & idem in- *Sacrarium*
fra: ſancta proprie dici quæ nec ſacra nec prophana ſunt, ſed ſanctione quadam ſunt con- *Sancta*
firmata: ut ſanctæ leges. Martianus uero ſanctum eſſe uult quod ab iniuria hominum eſt *Sanctum*
defenſum: diciq; à ſagminibus herbis quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis *Sagmina.*
eos uiolaret. Cicero in legibus, ſacrum ſacróue commendatum qui depreſſerit raſeritq;
patricida eſto. idemq; de aruſpicum reſponſis. nego unq; poſt ſacra cōſtituta quorum ea- *Curiona ſa-*
dem eſt antiquitas quæ ipſius urbis. Feſtus Pompeius. Curiona ſacra quæ in curijs fiebāt. *cra.*
& infra: fornacalia ſacra erant, cum far in ſornaculis torrebant, quod ad fornacem quæ in *Fornacalia*
piſtrinis erat ſacrificiū fieri ſolebat. Plutarchus in Pauli Aemilij uita. Sacra faciente æmi- *ſacra*
lio, fulmen aram percuſſit, ſacraq; combuſſit. Macrobius in ſaturnalibus: Herculis ſacris *Mulieribus*
non licet mulieribus intereſſe, quia Herculi per Italiam tranſeunti mulier uinum petenti, *nō licebat ſa-*
ſe aquam dixit non poſſe præbere. Et Macrobius in ſaturnalibus dixit: ſacra celebritas eſt *cris Herculis*
cum ſacrificia dijs offeruntur: uel cum dies diuinis epulationibus celebrantur, uel cum lu- *intereſſe*

di in honorem aguntur deorũ,uel cum feriæ obseruantur. & infra idem : sacrum est quicquid deorũ habetur. Virgilius. Sacra dioneæ matri diuisq; ferebam. sacra Ioui stygio quæ rite incepta paraui: tibi enim tibi maxima Iuno mactat sacra ferens. Et sanctum uult Trebatius idem quod religiosum: interdum neutrum id est incorruptum. Virgilius sancta ad uos anima atq; istius inscia culpæ descendam. hinc sanctæ leges, & sanctum uirum integrum moribus. Nominaq; sacrorum locorum sub congrua proprietate proferre pontificalis obseruatio est. Helius Spartianus Adrianum commendat imperatorem, q̃ sacra romana diligentissime curauit, peregrina contempsit. post eamq; cognitionem sacrorum de ceremonijs est dicendum, quas supra diximus Trebatium uoluisse idem esse q̃ sacra. Sed Liuius libro quinto dicit: Lucium Albinũ de plebe unũ uirgines, sacerdotes, sacraq; plaustro Cere inuexisse, unde ceremonijs enatum sit nomẽ. & in septimo, ceretibus q̃ tarquiniensibus in populatione agri Romani consenserant, ob memoriam seruatorum sacrorũ pax & induciæ in centum annos datæ. Festus Pompeius. ceremoniarũ causam, alij ab oppido Cere dictam existimant, alij à caritate putant. Adorationis & immolationis originẽ Plinius in naturali historia sic ponit. Numa instituit deos fruge colere, & mola salsa supplicare, atq; ut autor est Cecinna, far torrere, quoniam tostum cibo salubrius. Is fornacalia instituit farris torrendi ferias, & æque religiosas terminis agrorum. Nonius autẽ Marcellus, ador frumenti genus quod epulis, & immolationibus sacris putatur piũ, unde adorare propiciare religiones. Festus Pompeius, Ador farris genus edor quod appellabatur, & fiebat tostũ: unde in sacrificio mola salsa efficitur: unde adorare. Festus item, Immolare est mola, id est farre molito & sale hostiam perspersam sacrare: & idem infra. Mola uocatur far tostum, sale aspersum, quod eo molito hostiæ asperguntur. Macrobius saturnaliũ. Cum hostia cæditur fari non est fas. intercisa & porrecta licet: rursus cum adoletur non licet. plurima item nunc minutiora religionis gentilium uocabula unico doceamus contextu: uidelicet, sacrificium, consecratio, ornamentorũ, uasorumq; uocabula: dehinc superstitio, sacrilegium, dedicatio, piaculum, iusiurandum, eleemosina, abstinentia, uirginitas, ieiunium, gestus inter faciendum rem diuinam, & demũ hostiæ, quid sibi uoluerint. Nonius Marcellus inter sacrificare & litare hoc dicit interesse. Sacrificare est ueniam dari petere. Litare est propiciare. Et Macrobius litare significat sacrificio facto placauisse deos. Litare est sacrificium rite facere. Cicero in legibus. Nocturna mulierũ sacrificia nõ sunto, præter illa quæ pro populo rite fient. Et Varro de lingua latina. Romano ritu sacrificium mulieres quum facient capite sunto coopertæ. Festus Pompeius: arcanum sacrificij genus quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum à noticia uulgari, ut ne literis quidem mandaretur, sed per memoriam successorũ relinquebatur: & infra. Iuuenilia fingebantur Dianæ simulacra, quia ea ætas fortis est ad tolerandã uiam. Diana enim putabatur dea uiarũ. Item stata dicuntur sacrificia quæ certis diebus fiebant: Item sacrificiũ quod fiebat in monte Palatino palatuar dicebatur. Liuius in. xxx. Philippi regis legati in senatum introducti sunt, gratulantes de uictoria: his petentibus ut sacrificare in capitolio, donaq; ex auro liceret ponere in æde Iouis optimi maximi, permissum ab senatu: centum pondo coronã auream posuerunt. Iam cõsecratio qua fieret ratione Cicero pro domo sua ad pontifices sic docet. Video esse legem ueterem tribunitiam, quæ uetat iniussu plæbis ædes, terrã, aram consecrare. Ornamentorum religionis uasorumq; modus fuit priscis castissimus. Sed ornamenta unde habuerunt originem, Liuius in Numæ gestis rebus sic docet. Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit, insigniq; eum ueste & curruli regia sella adornauit. Salios inde xij. Marti Gradiuo legit, tunicæq; pictæ insigne decreuit, & super tunicam æneum pectori tegmen: quali sacerdotes christiani, sed aureo & argenteo & iaspidibus ornato, pectorali appellato utuntur. Et Festus: Albogalerus à galea nominatus. Est enim pileus capitis quo diales flamines: id est Iouis sacerdotes utebantur, & flaminio uestimento Flaminia utebatur, Dialis uxor & Iouis sacerdos. tutulũ flaminiæ eodẽ erat colore. Item mortuæ pecudis corio calceos fieri flaminibus nephas habebatur, quoniam sua morte extincta omnia funesta existimabantur. Item tutulum dicebãt flaminiarũ capitis ornamentum, uitta purpurea innexa crinibus, & in altitudine extractum. Item Flaminias sacerdotissas, Diali addictas, scalas ultra tres gradus ascendere non licet. non comit caput, neq; capillum depectit. flamen solus habet galerum, q̃ maximus est. Cicero in legibus: in delubris

Marginal notes: *Ceremoniæ* · *Adorationis & immolationis origo.* · *Ador* · *Adorare* · *Immolare* · *Mola* · *Sacrificare* · *Litare* · *Mulieres capite cooperto sacrificant.* · *Arcanum sacrificium* · *Stata* · *Palatuar* · *Consecrare* · *Flamen* · *Salij* · *Albogalerus* · *Flaminia* · *Tutulum*

delubris omnibus textile nec operosius ꝙ mulieris opus menstruum. color autem albus *Color albus*
præcipue decorus deo est, cum in cæteris, tum maxime in textili. Tincta uero absint, nisi à *decorus deo*
bellicis insignibus. Plinius in naturali historia: antiquior fuit plastice ꝙ fundendi æris ars.
ex ea enim dij fiebant: & domus ciuium ornabantur, & dij fictiles erant. hæ enim tunc de-
orum effigies erant laudatissimæ, nec pœnitet nos illorum qui tales eos coluere. in sacris
quidem tum non mirrhinis, ut hodie cristallinisue, sed fictilibus libabant. Seneca epistola
xxxi. ex Virgilio. Exurge modo & te quoq; dignum finge deo: finges autẽ non auro nec
argento: non potest in hac materia imago dei exprimi: quin cogita illos cum propicij fu-
issent fictiles fuisse. Persius satyricus: Dicite pontifices in templo quid facit aurum: Nem-
pe hoc quod Veneri donatæ à uirgine puppæ. Cicero in legibus: Aurum & argentum in
urbibus, & priuatum in fanis inuidiosa res est: tum ebur corpore contractum. Iam æs atq;
ferrum duelli instrumenta non fani. Festus Pompeius de hac modestia religionis taliter
scribit, ut nostræ ætatis sacerdotibus ingentem inurat notam, qui ne dum equo uehuntur:
sed equitum turmas cum pari famulatu alunt: inquit enim. Sacerdotis proprium est, ut *Sacerdotes*
nec equo uehatur, nec plus ꝙ tribus noctibus ab urbe absit, nec pileum deponat: ex quo *equo non ue-*
flamen dictus. & idem dicit pura sacerdotes uestimenta ad sacrificia habuisse: id est non *hebantur.*
obsita, non fulgurita, non funesta, non maculam habentia. Fuit etiam unum sacrificanti- *Sacrificanti-*
bus uestimenti genus, quo sacerdotes cuiusq; ritus, & templi, & dei pariter utebãtur. qua- *bus unũ uesti*
le est camisium lineum album, quo christiani utuntur sacerdotes. & cum esset latũ adeoq; *menti genus.*
oblongum, ut discinctum per solum traheretur, postea cinctum pendentem supra cingu-
lum faciebat undiq; sinum, qui ritus fuisse perhibetur Gabinus. Liuius in quinto, C. Fa-
bius ritu Gabino succinctus à capitolio obsesso in quirinalem collem sacra ferens iuit & *Ritus Gabi-*
redijt. & Virgilius. Ritu succincta Gabino. & Cicero de aruspicum responsis: Strophium *nus*
quod græce ophium dicitur, pro insigni positum fuisse dicit: quod ponebatur in capitibus *Strophium*
sacerdotum: & alij coronam fuisse dixerunt: quod ornamentum nostri Ioanni baptistæ in
hymno attribuunt uespertino: Strophium bidentes. Sed iam instrumenta & uasa religio-
nis è Festo incipiamus ostendere: Præfericulum uas æneum sine ansa patens ad summum *Præfericulũ*
uelut peluis, quo ad sacrificia utebantur. Patenæ, uascula paruula sacrificijs faciendis ap- *Patenæ*
ta: Infulæ sunt fulcimenta lanea, quibus sacerdotes & hostia templaq; uelantur. Inarculũ *Infulæ*
uirga erat ex malo punico inaurata, quam regina sacrificans in capite gestabat. Acerra ar- *Inarculum*
cula thuraria in sacrificijs. Achamum poculi fictilis genus, quo in sacrificijs utebantur. No *Acerra*
nius Marcellus: Anclabris mensa ministerijs apta diuinis: uasa quoq; ea quibus sacerdo- *Achamum*
tes utuntur anclabra appellabantur. Festus: Secespita cultrum ferreum, oblongum, ma- *Anclabris*
nubrio eburneo, rotundo solido, uincto ad capulum argento & auro, fixum clauis æneis *Mẽsa*
ære cyprio, quo flamines flaminiæ uirgines pontificesq; ad sacra utebantur: dictum autẽ *Anclabra*
est secespita à secando. Cicero in Verrem actione tertia. Credo tum quum sicilia florebat *Secespita*
opibus & copijs magna artificia fuisse in ea insula. Nam domus erat ante istum prætorẽ
nulla paulo locupletior, qua in domo hæc non essent, etiam si præterea nihil esset argenti.
Patella grandis cum sigillis simulachri deorum: Patera qua mulieres ad res diuinas uteren *Patella gran-*
tur. Thuribulum: hæc autem omnia antiquo opere & summo artificio facta. Festus Pom- *dis*
peius. Simpulum uas paruulum non dissimile cyatho, quo uinum in sacrificijs libabatur, *Patera*
unde mulieres rebus diuinis deditæ simpulatrices dictæ. Struppi uocantur in puluinari- *Thuribulum*
bus fasciculi de uerbenis facti, qui pro deorum capitibus ponebantur. Suffibulum uesti- *Simpulum*
mentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite uestales uirgines *Simpula-*
sacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur. Damnarunt & ipsi etiã Romani *trices*
gentiles sacrilegia, per se ipsa à uerbo nota, & superstitiones. cuius uerbi uim originem ha *Strupi*
buisse uult Aulus Gellius ab ijs, qui filios superstites esse nimis importune à dijs efflagita- *Suffibulum*
rent, cum tamen omnis importuna ineptaq; religio possit superstitio appellari. Liuius in *Superstitio*
quarto. in ea rerum afflictione multiplex religio, & plæraq; externa inuasit: nouos ritus sa
crificandi, uaticinando inferentibus in domos quibus quæstui fierent capti religione ani-
mi: donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis peruenit, cernentes in omnibus uicis
sacellisq; peregrina atq; insolita piacula pacis deum exposcendæ. Datum tamen negociũ *Piaculum*
ædilibus ut animaduerterent, ut ne qui nisi Romani dij, neu quo alio more ꝙ patrio cole-
rentur. Idem Liuius xxix. Pyrrhus locros classe prætereuectus thesauros Proserpinæ inta-

ctos ad eam diem spoliauit.classis postera die fœdissima tempestate lacerata,omnesq̧ naues quæ sacram pecuniam habuerant,in littora nostra eiectæ sunt:pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri iussit:nec tamen ei postea aliquid prospere euenit, pulsusq̧ Italia ignobili atq̧ inhonesta morte Argos ingressus occubuit. Dedicatio quid fuerit Cicero pro domo sua ad pontifices sic ostendit: postem teneri in dedicatione templi oportere uideor audisse:ubi enim postis est,ibi aditus est.Liuius ix.C.Flauius scriba Libertino patre genitus ædilis ædem Concordiæ in area Vulcani summa nobiliũ inuidia dicauit.C.q̧ Barbatus pont.coactus consensu populi uerba præiuit. Itaq̧ ex auctoritate senatus lata lex: ne quis templum arãmue iniussu S.aut tri.pl.partis maioris dedicaret. C. Iunius Bubulcus dictator ædem Salutis quam consul uouerat, censor locauerat, dictator dedicauit: Idẽ xxiij.duũuiri creati sunt:Fabius Maximus, T. Octacilius Crassus ædibus dedicandis,Menti Attilius,Fabius Veneri erycinæ: utraq̧ in capitolio est.& infra.Gn.Domitius prætor urbanus dedicauit ædem fortunæ primogeniæ in colle quirinali:& in insula Iouis ædem dedicauit G. Seruilius duumuir. Valeriusq̧ sic habet. Oratius Puluillus cum in capitolio Ioui opt.max.ædem dedicaret: interq̧ nuncupationem solennium uerborum postem tenens mortuum esse filium audisset,neq̧ manum à poste remouit.Iurisiurandi & sacramẽti religio apud Romanos magni fuit momẽti. Et quidẽ iurisiurandi religio duplex fuit: una cũ quis requisitus aliquid dijs in testes uocatis spopõdisset aut firmasset.ceu Marcus Attilius Regulus sese Carthaginem nisi captiuorum permutatio fieret reuersurum iureiurando spopondit, formaq̧ huius iurisiurandi erat talis. Lapidẽ silicem tenebant iuraturi per Iouem hæc uerba dicentes: si sciens fallo: tum me diespiter salua urbe arceq̧,bonis eijciat:ut ego hunc lapidem.De quo Cicero legum primo:Periurij pœna diuina exitium,humana dedecus.& infra:pœna uiolati iurisiurandi esto. Altera iurisiurandi religio erat cum uerbo inter loquendum per deorum numina sponte quis iurasset:quale erat cum ædepol:me Hercules, & mediusfidius dicebant: duorumq̧ primo positorum loco facilis erat expositio:Cum per Apollinis ædem primus:alter per Herculẽ se mentientem periurio obligasset. Tertij expositio altiorem habet indaginem. Sanctus Fidius & Semipater dij fuerunt Sabinorum,quos domo demigrantes in collem quirinalẽ cum cætera suppellectile detulerunt,idq̧ numen uerbis trinum,re unicum esse dixerunt: unde licet tribus ipsis templum esset in quirinali colle dicatum,unius tamen sancti uocabulo appellabatur:obtinuitq̧ eiusmodi nominis opinio,sanctitatis magnam uim habere iusiurandũ,quo in trino & unico numine medium esse quis fidium affirmaret.Sacramentum autem esse dixerunt,quo milites scribendi à sacerdotibus adigebantur,nec prius militare,aut postq̧ eo absoluti essent in hostem pugnare poterãt:unde est illud Catonis: qui filium militia per sacramenti relaxationem dimissum,cum hoste manum conferere uetuit.Sacramenti ætimologiam originemq̧ sic refert Varro de lingua latina. Sacramentũ à sacro,qui petebat & qui inficiabatur uterq̧ quingenta æris ad pontificem deponebat:de alijs item rebus alio certo numero.qui iudicio uicerat suum sacramentum à sacro auferebar,uicti ad ærarium redibant.posuimus mixta inter se superius quæ de iureiurando & sacramento dicenda erant:ut ratio constet qua ducti opinamur:sacramentum fuisse in quibus rebus alia q̧ dei inuocationis,quæ per iusiurandum fit obligatio rerum erat: sicut ex Varrone supra ostendimus.& hinc orta est sacramenti militaris adactio:in qua præter inuocatos iureiurando deos in fidei suæ testes,alia item erat occulta obligatio stipendiorum & patriæ rerumq̧ amissionis,quam fidem fallens incurrebat. Vnde in uita beati Martini turonensis est,sacramẽtis militaribus implicitus:qui autem iureiurando aliquid affirmat, solum deũ,si fefellisset habebat ultorem.& tamen Romani aliquando ut sua digniras seruaretur pœnam ipsi & incommoda periurio adiunxerunt.Liuius xxij.post prælium cannense,cum egressi castris essent,unus ex his minime Romani ingenij homo,uelut aliquid oblitus,iurisiurandi soluendi causa cum in castra redisset ante noctem comites assequitur, qui postea reductus senatu iubente.Item Liuius xxxi.C. Valerius Flaccus quem præfectum creauerant:quia flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat. magistratus autem plus quinq̧ dies nisi qui iurasset in leges non licebat gerere.datus est qui iuraret pro fratre L.Valerius prætor,plebsq̧ sciuit,ut perinde esset ac si ipse iurasset: Contra Numantinos rebelles missus Q.Pompeius est superatus,& pacem cũ illis factam iureiurando sanxerat: quam

Dedicatio — *Mos iurisiurandi* — *Dij Sabinorũ* — *Mediusfidius* — *Sacramentũ* — *Flamẽ Dialis iurare in leg. nõ poterat* — *Magistratus in leges iurat*

quam Senatus cum accepisset, ad iusiurandum resoluendum idem remissus est. Missus
item C. Mancinus iterum peiorem pacem fecit. quam S. P. Q. R. quum non approbaret: *C. Mancinus*
Mancinus est numantinis deditus. qui nudus ante portam ad iusiurandi obseruationem
expositus deridebatur, nec ab hostibus nec ab suis recipiebatur. Suetonius de Vespasia-
no. Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro graui compertam di-
mitteret, quoniam se nunq; repudiaturũ iurauerat. Cicero pro Roscio comœdo. At quid
interest inter periurum & mendacem: qui mentiri solet peierare consueuit. Vnico apud
gentiles in loco eleemosina uerbum inuenimus quod apud christianos frequentissimum *Eleemosina*
habetur. Helius enim Spartianus de Antonio Caracalla scribit. Non tenax in largitionem
non lentus in eleemosinam. & pariter unico in loco est exorcizatio. Vlpianus de extra-
ordinarijs cognitionibus. Medicus fortasse si ut uulgari uerbo in posterum utar se exor- *Exorcizo*
cizauit. Plinius abstinentiam commendans Romanorum inquit. Non degustasse eos ui- *Primitiæ pri-*
na, aut nouas fruges, priusq; sacerdotes primitias libassent: quod quidem diximus, quia & *us à sacerdoti*
hoc eodem primitiarum uocabulo nostros sacerdotes uti uidemus. & omnibus sacris Ce- *bus libantur*
reris libationem uini esse prohibitam Macrobius scribit. Ieiunij & uirginitatis ac castimo- *Sacris Cere-*
niæ ob religionem priscis usus fuit: Liuius in Primo. Amulius Rheam Siluiã neptem ue- *ris uinũ non*
stalem legit, ut spem partus adimeret. Hieronymus ad Siluiam: flamen unius uxoris ad sa- *libatur*
cerdotium admittitur. Flaminia quoq; unius mariti uxor eligitur. Ad tauri ægyptij sacra
semel maritus assumitur: ut omittam uirgines Vestæ, & Apollinis, Iunonisq; Argiuæ, &
Dianæ, & Mineruæ, quæ perpetua sacerdotij uirginitate marcescunt. Liuius. XXXV.
prodigiorum causa libros Sibillinos ex S.C. decemuiri cum adijssent, renunciarunt ieiuni *Ieiuniũ institu*
um instituendum Cereri esse, & id quinto quoq; anno seruandum. Et Ouidius in fastis di *tum Cereri*
cit, Numam Pompilium quando orationem fecit pro frugibus, usu uenereorum, carni-
umq; esu abstinuisse. Helius Spartianus de diuo Iuliano imperatore. Sæpe autem nulla ex-
istente religione oleribus leguminibusq; contentus sine carnibus cœnauit. Et Hierony-
mus celeber ecclesiæ doctor cõtra Iouinianũ de ieiunio tractans, quasi non & superstitio
gentilium castum matris deum obseruet & Isidis. Sed iam uideamus hostias. quarũ duo *Hostiarum*
genera esse inquit Trebatius: unum quo uoluntas numinum per exta requiritur: alterum *duo genera*
in quo sola eius hostiæ anima deo sacratur. Virgilius de Priamo: Mactat lectas de more
bidentes, pecorumq; reclusis pectoribus inhians spirantia consulit exta: de altero uero
quum fecit Entellum uictorem Eryci mactare taurum. Hanc tibi Eryx meliorem animam
pro morte Daretis persoluo. hostias Placidus grammaticus inquit ab hostimento, id est
æquamento, & quandoq; uictimas dici ꝙ ictæ ui cadant: uel quia uinctæ ad aram produ- *Hostiæ*
cuntur: cũ Gellius dicat, hostiam pro cæsis hostibus à quolibet sacerdote, Victimam eius *Victimæ*
qui uicerit manibus debere immolari: & Festus Pompeius maximam hostiam esse dicit *Maxima ho-*
ouilli pecoris non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Et infra: solitaurilia, *stia*
hostiarum trium diuersi generis immolationem significãt, tauri, arietis, uerris, ꝙ omnes
solidi integriq; sunt corporis. Plinius: obseruatum à sacrisicantibus, si hostia quæ ad aras
ducitur fuisset uehementius reluctata, ostendissetq; se inuitam altaribus admoueri, nõ esse *Hostia uehe-*
admouendam, quia inuito deo eam offerri putabant: quæ autem stetisset oblata, hanc uo- *mentius relu-*
lenti numini dari. Virgilius. Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram. Vnde uictimarij *ctata non sa-*
postea sunt introducti mansuefaciendis bestijs. Virgilius. Et statuã ante aras aurata fron- *crificatur*
te iuuencum. Et Plinius item. Vituli ad aram humeris hominum allati non litant, nec clau *Victimarij*
dicantes, nec tractæ bestiæ ad aras. & infra. Suis fœtus sacrificio die quinto aptus, peco-
ris die octauo, bouis trigesimo: capræ non immolantur Mineruæ, quia oliuas rodunt. deo *Capræ non*
rum honori auratis cornibus hostiæ maiores duntaxat immolantur. Perbelle, ut erant me *immolantur*
riti, elusit C. Caligula imperator: quem scribit Suetonius admota altaribus uictima suc- *Mineruæ*
cinctum habitu poparum, elato alte malleo cultrariũ mactasse. Cicero oratione in legem *Hostiæ maio-*
agrariam Rulli prima. Erant hostiæ maiores in foro constitutæ, quæ ab ijs prætoribus de *res cornibus*
tribunali sicut à nobis consulibus de consilij sententia probatis ad præconem & ad tibi- *auratis immo*
cinem immolabãt. Nonius Marcellus, furuum bouem, id est nigrum immolabant auer- *lantur*
no. Quædam item degustationes quas liba appellabant in hostiæ locum offerebantur. Fe- *Bos furuus*
stus Pompeius: Muger mucosum sal in pila tonsum & in ollã fictilem cõlectum & in fur- *Liba*
no percoctum: quo de hinc in aquã misso uestales uirgines utebãtur in sacrificio. & infra: *Muger*

Punicum Punicum genus libi translatum à pœnis, id etiam appellãt probum, quia erat cæteris sua-
Probum uissimum. Pastillum in sacris genus fuit libi rotundi. & suffimenta uocabant quæ faciebãt
Pastillum ex faba milioq; molito, mulso asperso: ea dijs eo tempore dabantur quo uuæ calcante prælo
Suffimenta premebantur. Summanalia liba farinacea, in modũ rotæ facta. Festusq; dicit panibus redi-
Summanalia miri caput equi immolati idibus octobris in campo martio, quia sacrificiũ fiebat ob frugũ
Caput equi euentũ. & equus potius q̃ bos immolabatur ꝙ bos frugibus pariẽdis est aptus. & Macro-
panibus redimiri solitum bius deã Carnã esse dicit, cui mẽse Iunio sacrificatur, petiturq; ab ea ut intestina faciat sal-
ua. huic sacrificatur pulte fabacea & lardo, quia his rebus uires corporis roborẽtur. & in-
Carna fra, In sacrificio quod Proteruia dicitur, siquid superfuerat igne cõburebatur. Vnde iocus
Proteruia ille Catonis in eum qui omnia bona simul cum domus incendio amiserat, proteruiã eum
Flamen uulcanalis fecisse. & flamen uulcanalis Kalendis Maijs rem diuinã facit Maiæ Vulcani uxori, & sus
prægnans immolatur. Herculi, & Cereri x II. Kalendas Ianuarias faciunt sue pregnante
Hostiæ detestabiles & panibus & mulso. Sed aliæ fuerũt hostiæ detestabiles. Festus enim scribit uer sacrũ uo-
uendi mos fuit Italis, magnis enim periculis adducti uouebant quæcunq; proximo uere
nata essent apud se animalia immolaturos. sed cũ crudele uideretur pueros & puellas im-
meritos interficere, perductos in ætatẽ adultam uelabãt atq; ita extra fines suos exigebãt:
& Plutarchus in problematibus. Mense maio circa plenilunium de ponte sublitio simula-
Argei chra in tyberim iaciunt. quæ appellant argeos quod antiquis temporibus barbari ea inco-
lentes loca græcos quos ceperant eo pacto interfecerũt. Herculẽ postea admirati græcum
hominẽ ab huiusmodi cæde abstinuerunt: docti ab eodẽ ut ueterẽ superstitionẽ obmitten-
tes, simulachra in fluuium iacerent. idem in Pauli Aemilij uita aliud refert sacrificiũ, multi-
Genus sacrificij maximum tudine hostiarũ cæteris maximũ. Vt religiosus sacrorũ cultor ubi lunã deductam prospe-
xit, undecim tauros ei mactauit. Inde prima luce Herculi sacra faciẽs litauit, adusq; uiginti
hostias. Sacro igitur centũ boum, & ludis deo uotis aciem per priores strui iussit: de quo sa-
Hecatombe crificio hecatombe appellato Iulius Capitolinus in Puppieni uita sic habet: tantũ sane læ-
ticiæ in balbino qui plus timuerat ut hecatombem faceret, quod tale sacrificiũ est. Centũ
aræ uno loco ex cespite cõstruuntur, & ad eas centũ sues, centũ oues mactantur: iam si im-
peratorum sacrificiũ sit, centũ leones, centũ aquilæ, & cætera huiusmodi animalia cente-
na feriuntur: quod quidẽ Græci fecisse dicũtur cum pestilentia laborarent, & à multis im-
peratoribus frequentatum est. Ostendemus etiã aliquos ex multis uarijsq; moribus quos
Romani in facienda re diuina obseruauerunt. Macrobius ex Pauliniano asserit, eum qui
Facturus sacra reũ se primo fatebatur sacra facturus sit, se in primis reum fateri. Nam reum dicit primã uocẽ esse sacrorum: sicut
& apud nos confessio peccatorum cæteros diuinæ rei actus præcedere debet. & subinde
uoluisse maiores damnari qui promissa uota non soluit. Plinius in historia naturali dicit.
In adorando dexteram ad osculum referri consueuisse totumq; ea corpus circũagi, sicut sa-
lutifero crucis signaculo adoraturi se cõmuniũt christiani. Macrobius in saturnalibus. Vi-
Vitulari tulari in sacris est uoce lætari. Varro: pontifex in sacris quibusdam uitulari solet. Virgilius
Vitula dea Lætumq; choro pæana canẽtes. & Hyllus de dijs, Vitulam dicit putari deam, quæ læticiæ
Vitulatio præest. Vnde uitulatio sacrũ læticiæ est post uictoriam. Virgilius. Cum faciam uitula pro
Ops frugibus, ipse uenito. & item Macrobius. Terram dicunt opem, cuius ope humanæ uitæ
adiumenta quæruntur: huic deæ sedentes uota concipiunt terramq; de industria tangunt.
Festus Pompeius dicit: mos erat Romæ in omnibus sacrificijs precibusq; populo Roma-
De igni uestæ no Quiritibusq;, quod est à curibus quæ ciuitas Sabiniensiũ potentissima fuit. Ignis Ve-
stæ si quando interstinctus esset uirgines uerberibus afficiebãtur à pontifice: quibus mos
Omen erat tabulam fœlicis materiæ tamdiu terebrare, quousq; exceptum ignem cribro æneo
in ædem ferret. & ignem ex domo flaminia efferri non licet nisi diuinæ rei causa. Omen
uotum est mentis & uocis. Vnde à sacrificantibus bona habentur omina, id est ut circum-
stantes & bona mente uelint, & mera oribus proferãt: quale est apud christianos cum sa-
cerdos ab altari ad populum conuersus summissa uoce pro eo dicit orandũ. Plinius dicit
Genibus religionem inesse quandam genibus inesse religionem obseruantia gentium: hæc enim & supplices attin-
gunt, ad hæc manus tendunt, hæc aras adorant. Sed iam nimis diu huiusmodi ineptijs im-
moramur. Templa itaq; & cætera quæ illi sacra dixerunt loca præsertim notiora, distri-
butionis nostræ superius factæ partem alteram descripturi, eorum uocabula & ritus pri-
mo ostendamus, in ipsorum uero uarietate uocabulorum templum, ædes, delũbrum,

phanũ

phanum, tuesca, ara sunt notiora. de templo sic habet Varro de lingua latina: omne templum debet esse continuo septum, nec plusq; unum introitum habere. & præter id, templa esse dicunt singulis attributa dijs. Delubra uero multarum ædium sub uno tecto sacra sunt loca. Vnde curia hostilia templum est, sanctum non est: & in urbe Roma pleræq; sunt ædes sacræ, templa eadem sancta. phani significatio magis ab opposito q̃ proprio & attributo uocabulo est nota: prophanum enim inquit Macrobius, est quod extra phanaticam causam sit, quasi porrò à phano, id est religione remotum. Virgilius procul ó procul este prophani. Trebatiusq; ait prophanum quod ex religioso uel sacro in usum hominum est conuersum. Virgilius. Faune precor miserere inquit, tuq; optima ferrum Terra tene, colui uestros si semper honores, Quos contra æneadæ bello fecere prophanos. Aliquotq; loca ꝙ ædificia alicuius dei sunt dicuntur tuesca quod ibi mysteria fiunt, ut tueantur tuesca dicta. Macrobius in saturnalibus. Delubrum Varro inquit, locum esse in quo (præter ædem) sit area assumpta deum causa: ut est in circo flaminio: uel in quo dei simulachrum sit affixum & dedicatum. sicut candelabrum ubi candela: ita delubrum ubi deus. Virgilius. At gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunt, sæuæq; petunt tritonidis arcem, Sub pedibusq; deæ clipeiq; sub orbe teguntur. Item: Nos delubra deum miseri quibus ultimus esset ille dies. Altare Festus Pompeius ab altitudine dici uult, ꝙ antiqui dijs superis in ædificijs à terra exaltatis sacra faciebant: dijs terrestribus in terra: dijs inferioribus in terra defossa. & infra: terrentũ locus in campo martio dictus ꝙ eo loco ara ditis patris in terra occultaretur. primam aram Romæ fuisse quam Herculi Euander in foro boario extruxit, Ouidius sic dicit. Cacus auentinæ timor atq; infamia siluæ. noti sunt uersus: & infra. Instituitq; tibi quæ maxima dicitur aram. Et Varro aras primitus fuisse appellatas existimauit ꝙ eas qui sacrificent teneant. Vnde Macrobius dicit solam non posse orationem litare, nisi is qui deos precatur etiam manibus aram apprehendat. Virgilius. Talibus orantem dictis arasq; tenentem Audijt omnipotens: item. Tango aras medios ignes, ac numina testor. fuerunt & aræ apertis in locis: Plutarchus in problematibus. Aedem oræ maiores perpetuo apertam esse uoluerunt: quæ & ora est appellata, quia circumspecta est cum rebus humanis præsit prouida dea, quam res humanas curantem & conseruantem secordem & negligentem minime putant esse debere. Aedemq; Vulcani Romulus extra urbem posuit. nam cum incendijs urbs esset exposita, Vulcanum quidem colendum, sed tamen urbe excludendum existimarunt. laribus etiam locum sacrum attribuerunt, quod dixere lararium: eosq; Aeneam Troia aduexisse satis constat. Virgilius. Cum penatibus & magnis dijs. Cicero pro domo sua ad pontifices. Quid est sanctius, quid omni religione munitius q̃ domus uniuscuiusq; ciuium? hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacra & religiones continentur. Eos autem deos penates in larario domus custodes, canem semper appositum habuisse, & inde caninis fuisse pellibus contectos Plinius asserit: Seruiumq; regem eos boum ouiumq; effigie signasse: ut in prædicta locorũ sacrorum institutione prudentius cæteris gentilibus egisse uideantur Persæ: quos Asconius Pedianus secunda in uerrem actione affirmat credidisse, nulla dijs templa esse condenda, cum uni deo Soli quem adorarent, uix mundus ipse sufficiat. Econtra uero Romani ea in re eximiam curam uel potius superfluam susceperunt, quos non solum sideribus, sed quibuscunq; etiam hominum passionibus, templa & loca sacra erexisse uidemus: quorum partem ordine ex Liuio afferemus. Tarquinius superbus Iouis opt. maximi templum ex præda Suessæ pometiæ ædificauit. Exinde ædes Mercurij dedicata. post ob Veturiæ matris & uxoris Coriolani factum Fortunæ muliebri templum est ædificatum. Camillusq; dictator templum in auentino Matutæ matri dedicauit. expiandæ etiam uocis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum gallicum audita neglecta esset, iussum templum in noua uia Aio Locutio. Et terminus in capitolio inuentus moueri se non passus templũ ibi habuit, ædesq; monetæ Iunonis in area quæ ædium Manlij fuerat ædificata. Aedes paulopost Salutis à C. Iunio censore locata est. Caruilius subinde consul ædem fortis Fortunæ de manubijs faciendam locauit, & templum fuisse rostra Cicero in oratione in Vatinium testem sic indicat: Produxeris iudicem in rostris, illo inquam inaugurato templo. Nunc ad ritus transeundũ est. Festus Pompeius: Ritus, mos, consuetudo. Rite autem bene & recte. Liuius in primo: Pontificem deinde Numa M. Furium ex patribus legit, eiq;

Templum · Delubra · Phanum · Prophanum · Tuesca · Delubrum · Candelabrum · Altare · Terrentum · Prima ara Romæ · Aedes oræ semper aperta est · Aedes Vulcani extra urbẽ · Lararium · Domus uniuscuiusq; religiosa · Dij penates caninis pellibus contecti · Templũ Iouis opt. max. · Templũ Mercurij · Tẽplũ fortunæ muliebris · Tẽplũ Matu. · Templũ Aij Locutij · Terminus · Aedes Mone. · Aedes Salutis

Pontifici oĩa publica priuataq; sacra subiecta.

sancta omnia exscripta signataq; attribuit, quibus hostijs, quibus diebus ad quæ templa sacra fierent: atq; unde in eos sumptus pecuniæ erogarentur: cætera omnia publica priuataq; sacra pontificis scitis subiecit, ut esset quò consultum plæbs ueniret, nequid diuini iuris negligendo patrios ritus peregrinosq; adsciscendo turbaretur. Cicero in legibus: ritus familiæ patriæq; seruanto: itaq; ut cadat in cunctis anfractibus descriptum esto. certasq; fruges certasq; baccas sacerdotes publice libanto: quæ cuiq; diuo gratæ sint hostiæ prouidento: quo quæq; priuatim & publice modo rituq; fiant discunto ignari à publicis sacerdotibus: ex patrijs ritibus optima colunto. Ritibusq; ascribēda sunt ea quæ à Liuio tradita sunt, lacu albano emittendam fuisse aquam si uehijs potiri uellent uates prædixisse, & pariter à delphis legatos attulisse. & Iunonem interrogatam nunquid uellet Romam ire, cum affirmasset, fuisse aduectam, templumq; illi dicatum in auentino.

Templũ Iunonis in auẽtino

Et ancilia cœlo demissa cùm fuissent, iussu Numæ seruata: illis Salios inde solēnibus usos esse: de qua re sic habet Festus:

Mamurius

Ancile

Mamurij Hetrusci nomen frequenter cantu Romani frequentabant hac de causa. Numæ Pompilio è cœlo decidisse fertur ancile, id est scutum breue: quod ideo sic appellatur, quia ex utroq; latere erat recisum, ut summum infimumq; eius latus medio pateret: unaq; edita uox, omnium potentissimam fore ciuitatem quādiu id in ea mansisset. Itaq; facta eiusdem generis plura ideo miscerētur, ne internosci cœleste posset. probatum opus est maxime Mamurri hetrusci: primo loco petijt ut suum nomen intra carmina Salij canerent: de quo ancili sic habet Cicero in philippicis. qui ita conseruandus est, ut id signum quod cœlo delapsum uestæ custodijs continetur. his ad maiorem rerum intelligentiam præmissis, loca simul cum ipsis ritibus ostendere pergamus: nec erit abre multa repetere, que in Romæ à nobis instauratæ descriptione posuimus. Erit enim à Ioue principium quem omnia in omnibus esse uoluerũt: ut dicat Virgilius: deum namq; ire per omnes terrasq; tractusq; maris cœlumq; profundum. Id tamen tantum numen à paricidio, adulterio, stuprisq; suam magnitudinem esse nactum confitentur: adeo ut in ludis scænicis deorum uenerationi institutis, corruptorem pudicitiæ Iouem turpissimi histriones canerēt, agerentq;, ut populo placerent: & Adolescens ille Terentianus suum laudat adulterium Iouis dei exemplo, qui per auri impluuium Danaen Acrisij filiam corruperit. sed eius ritus sacra & sacerdotes discutiamus. in æde ipsius Iouis opt. maximi quæ in capitolio fuit, ubi nũc de facinorosis supplicium sumitur: & ad quam triumphi tantis ducebantur apparatibus, sacerdotes fuerunt perpetui epulones Iouis appellati:

Epulones Iouis

quos asserit Augustinus mensæ ad auream eius statuam positæ perpetuos fuisse conuiuas: ut mimorum ibi potius & parasitorum contubernia, quam dei sacra celebrarentur: fuitq; moris eo in contubernio sermones & confabulationes quotquot inciderent, non minus cum Iouis statua, quā ipsos inter se ipsos epulones deblacterare. Vnde Seneca Cordubensis in superstitiosos inuehens, In capitolium inquit perueni: puduit publicatæ dementiæ. quid nō sibi uanus furor attribuit officij? alius munera deo subijcit, alius horas Ioui nunciat. Alius lictor, alius unctor, qui uano motu brachiorum imitetur ungentem. sunt qui ad uadimonia sua deum aduocant. sunt qui libellos offerant, & illum causam suam doceāt. Doctus archimimus senex iam decrepitus quotidie in capitolio mimũ agebat, quasi dij libenter spectarent, quem turba desierat. omne illic artificum genus operantium dijs immortalibus desidet. sedent quædam in capitolio, quæ se à Ioue amari putant. antedictiq; epulones & subditi eis ędituí cisternas & specus in capitolio habuerunt subterraneas, quæ appellatæ sunt fauissæ, in quibus siqua collapsa & æs aurumue sacrorum reponebant.

Fauissæ

Sacerdos Iouis cane & capra abstinet

libet uero quasdam de legibus Iouis sacerdoti impositis à Plutarcho sumere, Sacerdotem Iouis cane & capra abstinere adeo uoluerunt, ut nec tangere, nec nominare debeat: quia capra fœdum & libidinosum sit animal & comitiali addictum. Canis uero tumultuosum animal, quod omnibus sacris locis arcetur: & in primis Iouis templo: ne sacerdoti ad ianuam sedenti, & profugos in templum reos excipienti, sit latrando infestus. sedentes enim ibi quicunq; mane adibant, eo die ab omni uerberatione & uiolatione tuti reddebantur. & cōfugientes ad eum locum conseruabantur, etiam si ligati erant soluebantur, loraq; non per ianuam sed per tectum abijciebantur. & infra. Sacerdotibus Iouis nec magistratũ capere nec petere permittebatur, & tamen lictore utebantur ac sella curruli, quia regiæ potestati par sacerdotij dignitas habebatˀ. Vnde nō uulgares nec ignobiles homines ad sacerdotiũ promouebant.

Sacerdotes Iouis lictore & sella curruli utebantur

At de

At de matre magna deum uideamus, quæ cum Berecynthia, Cybele, Vesta, Ops, & Pro/ *Cybele*
serpina sit dicta, cellam habuit prope templum Vestæ apud tyberim, & prope pontem
nunc sanctæ Mariæ: prout in Roma ostendimus instaurata. fuitq; magna deum mater: de
qua Liuius xxix. Oratores Romani Pergamum ad regem uenerunt. Is legatos comiter
acceptos Pessinontem in Phrygiam deduxit sacrumq; ijs lapidem quem matrem deum
esse incolæ dicebant tradidit, & deportare Romam iussit: quem Tybri aduectum Scipio
Nassica optimus uir à senatu iudicatus per portam capenam duxit in urbem, & quum
Nassica templum ei uouisset: Metellus incœpit: Augustus perfecit. Ouidius. Illa sedens
plaustro porta est inuecta capena: sparguntur iunctæ flore recente boues. Nassica exce/
pit, templi non extitit autor: Augustus nunc est, ante Metellus erat. Eius deæ, quam uir/
ginem & matrem fuisse mentiti sunt: simulacrum manu gestabat timpanum: turres habe/
bat in capite. Vnde Virgilius, qualis Berecynthia mater Inuehitur curru phrygias turri/
ta per urbes. & contra eam posita erat sedes, seruiebantq; illi sacerdotes galli molles tur/ *Sacerdotes*
pissime eunuchati: quos Plinius samia testa uirilitatem amputare affirmat. & Festus Pom *galli eunuchi*
peius dicit eos appellari à flumine gallo quod accolũt. Et Liuius in xxxvi. Liuius L. Sci/
pionis legatus classem in Europam ad Seston oppugnandam traiecit. Iamq; subeuntibus
muros phanatici galli primum cum solenni habitu ante portam occurrerunt: iussu se
matris deum uenire memorant ad deprecandum Romanos ut parcerent ciuibus urbiq;.
nemo eorum uiolatus est: mox uniuersus Senatus cum magistratibus ad dedendam ur/
bem progressus. & idem in xxviij. Consul M. Fuluius Sangarium amnem transgressus
ponte perfecto. præter ripam euntibus galli matris magnæ à pessinonte occurrere, cum
insignibus suis uaticinantes phanatico carmine deam Romanis uiam belli & uictoriam
dare, imperiumq; eius regionis. Hi itaq; galli sacerdotes eunuchi molles apud deam se ia/
ctantes faciebant cimbalorum æramentorumq; iactorum ac manuum sonitum, leoq; ad/
iungebatur solutus & mansuetus. Molles uero dicit beatus Aurelius Augustinus contra
omnem uirorum mulierumq; uerecundiam consecratos madidis unguento capillis, facie
dealbata, fluentibus membris, incessu fœmineo, per plateas uicosq; à populis unde turpi/
ter uiuerent quæritasse, nec immerito queritur & defler ipse sanctus uir, hoc crimen, hoc
dedecus habere inter illa sacra professionem, quod in uitiosis hominum moribus uix ha/
bet inter tormenta confessionem. Castrati autem sunt ob memoriam Atys, quem formo/ *Castrati galli*
sissimum adolescentem quum illa procax & impudica perdite & efflictim amasser, ob ze/
lum muliebremq; animi impotentiam eunuchauit. idemq; Augustinus de seipso dicens
sic Berecynthiæ sacra commendat. Veniebamus nos etiam aliquando adolescentes ad
spectacula, ludibriaq; sacrilegiorum: spectabamus arrepticios. audiebamus symphonia/
cos, ludis turpissimis, qui dijs deabusq; exhibebantur, oblectabamur cœlesti uirgini Be/ *Turpissima*
recynthiæ matri omnium: ante cuius lecticam die solenni laudationis eius talia per publi/ *decantabãtur*
cũm cantabantur à nequissimis scænicis, qualia non dico matrem deorum, immo uero *ante lecticam*
qualia nec matrem ipsorum scænicorum deceret audire. Melius uero & prudentius q; *Cybeles*
uiri in Ioue suo, mulieres in Matuta dea egerunt: refert namq; Plutarchus in problemati/ *Ancillæ ædẽ*
bus, Ancillis ædem Matutæ ingredi fas non esse, unamq; tantum mulieres introducere, *Matutæ non*
quam alapis cædunt, hancq; unã ita pulsant ut seruas significent aditu prohiberi: Apudq; *ĩgrediebãtur*
eam deam filijs suis mulieres bona nõ optant sed nepotibus tribuũt, quod Ino quæ & Ma *Ino*
tuta, miti quodã & humano ingenio fuisse, & sororis filio mammã præbuisse: in filijs uero *Bona matres*
infœlix fuisse uidetur. Sed & uetustiora hoc principio tractemus. Euander carmentẽ ma *nõ filijs sed ne*
trem quæ latinas literas primo dicitur inuenisse ex Arcadia in Italiã ducens, attulit secum *potibus apud*
sacra quæ sunt Lupercalia. Vnde Ouidius. Nam iuuenis nimium uera cum matre fuga/ *Matutã optãt*
tus: Deserit Arcadiam Parrasiumq; larem. & alio loco. Quis uetat Arcadio dictos è mon/ *Carmentes*
te lupercos. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Liuius in primo. Romulus in pala/ *Lupercalia sa*
tino monte Lupercal fecit ludicrum, & à Palantia urbe palatium appellat. Vnde nudi iu/ *cra*
uenes Lycæum Pana uenerantes, per luxum atq; lasciuiam currerent. Et beatus Augusti/ *Palatium*
nus his uerbis hoc exponit. Varro asseruit Circen socios Vlixis mutasse in bestias, & Ar/
cades qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum cõuersos fuisse in lupos. Vnde Ro
manorum lupercalia ex illorum semine sunt exorta. Ouidius tamen aliã affert lupercorũ *Lupercalium*
originẽ, qui diffuse narrata Romuli & Remi in Tyberim expositorũ historia, Romanos *origo*
dicit

dicit beneficij memores quod lupa nutriendis infantibus præſtitit, templum illi ad ficum
Templũ Lupercal ruminalem extruxiſſe: quod lupercal ſit appellatum. Venit ad expoſitos mirum lupa fœ/
ta gemellos: illa loco nomen fecit: locus ipſe lupercal; Magna dati nutrix præmia lactis
habet. & nos eius templi locum fuiſſe oſtendimus: ubi ad ſuperiorem circi maximi partẽ
cælius mons deſinit, in ſancti Gregorij ædibus: in uiam appiam uergentibus. ſed ad rem.
Luperci eius templi ſacerdotes, Luperci ſicut uult Varro appellati: diuinam rem ſuam nudi age/
bant. nec in templo ſolum ſed per uicos urbis ac compita diſcurrentes: quin etiam præ/
Mares & fœminæ nudi in lupercalibus ter ſacerdotes quicunq; mares & fœminæ ſacrificio uolebant cõmunicare, nudi per tem/
plum, urbemq; cateruatim lycæum neſcio quod carmen canentes procedebant. & Feſtus
Pompeius creppos dicit lupercos eſſe dictos à crepitu pellicularum, quem faciunt uerbe/
Creppi rantes. Mos enim erat Romæ in lupercalibus nudos diſcurrere, & pellibus obuias quaſq;
fœminas ferire: Vnde notum eſt Marcum Antonium: cuius immiti ingenio inſaniã ad/
diderat C. Cæſaris uictoria, ut pani lycæo lupercalia celebraret nudũ nudatis omnia mẽ/
bra matronis & uirginibus ſociatum: curru per urbem fuiſſe uectum: quem puellæ pariter
nudæ traherent: quo die Cæſari coronam regni imponere eſt adnixus. Hercules quoq; cũ
Euandrum Caci timore liberaſſet: ob memoriam uaccarum quas eo mactato ceperat, bo/
Bos ænea uem æneam in foro obtinuit, quod inde boarium appellarunt. fuitq; ad id forum ab ipſo
Forũ boariũ deo templum ædificatum ara maxima appellatum: eo in loco uel prope contiguo ubi ec/
Ara maxima cleſiam ſancti Gregorij ad uelabrum eſſe uidemus. Liuius in ſecundo. Ara maxima Her/
culi ab Euandro dicata. hæc ſacra Romulus prima ex omnibus peregrina cepit. Herculi
uero rem diuinam facientes ſcribit Plutarchus alium neminẽ ex dijs nominare, quia ſemi/
deus ſit habitus: uel quod ſoli dum ageret in humanis, ara ab Euandro dicata eſt. Canem
Mos ſacrificandi Herculi amoueri uolunt: quia Cerberus Herculi fuit infeſtus: uel quia Licinio puero cane occiſo
ab ipothematibus prælio decernere coactus, multos ea pugna ex amicis, fratrem quoq;
perdidit. & Ouidius de Hercule. Immolat atq; illic taurum tibi Iuppiter unum. Victor &
Euandrũ ruricolasq; uocat. Conſtituitq; ſibi quæ maxima dicitur arã. Hic ubi pars urbis
de boue nomen habet. Auguſtinus autem de hoc templo habet infra ſcripta: eius dei quẽ
ſolum uirtus in æthera ſuſtulit indigna: quæ tamen uel ideo toleranda erunt, quia deam
nobis nunc primum notam efficiũt Larentinam: perpetui meretricij infamia nobiliſſimã.
Herculis ædituus ocioſus atq; feriatus luſit teſſeris ſecum utraq; manu alternante: in una
conſtituens Herculem, in altera ſeipſum: ſub ea conditione ut ſi ipſe uiciſſet, de ſtipendio
templi cœnam ſibi pararet amicamq; conduceret: Si autem uictoria Herculis fieret, hoc
idem de pecunia ſua uoluptati Herculis exhiberet. deinde cum à ſeipſo tanq; ab Hercule
Larentina nobiliſſima meretrix uictus eſſet, debitam cœnam & nobiliſſimam meretricem Larentinam deo Herculi de/
dit. at illa cum dormiſſet in templo, uidit in ſomnis Herculem ſibi eſſe commixtum ſibiq;
dixiſſe: ꝙ inde diſcedens cui primum iuueni obuia fieret apud illum eſſet inuentura mer/
cedem, quã ſibi illa credere deberet ab Hercule perſolutam. ac ſic accidit: eunti quum pri/
Carrutius mus iuuenis ditiſſimus Carrutius occurreret, eamq; dilectam ſecum diutius habuiſſet, illa
hærede defunctus eſt, quæ ampliſſimam adepta pecuniã, ne diuinæ mercedi uideretur in/
grata, quod acceptiſſimum putauit numinibus, populũ Romanum etiã ipſa ſcripſit hære
dem. atq; illa non cõparente inuentũ eſt teſtamentum, quibus meritis illam ferunt hono/
Larentia meretrix pro dea culta res meruiſſe diuinos. Sed Feſtus dicit Larentia eſſe feſta Accæ Larentiæ: quã Aulus Geli
us ſcribit Romuli nutricẽ fuiſſe: quæ ex duodecim filijs unũ morte cum amiſiſſet: Romu/
lus in eius locum ſeſe Accæ Larentiæ filiũ dedit, ſeq; & cæteros eius filios fratres aruales
Fratres aruales appellauit. & exinde manſit collegiũ fratrũ arualium numero duodecim, cuius ſacerdotij
inſigne eſt ſpicea corona & alba infula. & Varro ſcribit fratres Aruales dictos ꝙ ſacra pu/
blica faciũt ut fruges ferant arua. Et Valerius tradit Accam Larentiã fuiſſe ſepultã in ue/
labro celeberrimo urbis loco. Venerẽ minus miraremur obſcœnos habuiſſe in ſacrificijs
ritus: niſi diceret Auguſtinus, Romanos nõ erubuiſſe aliquando Veſtam Venerẽ appel/
Tres Vene. lare, forſan ea ratione ꝙ tres fuerunt Veneres. Vna uirginũ quæ etiam Veſta: cui puppas
Phœnices de proſtitutione filiarũ donũ Veneri dabãt donaſſe uirgines Perſius poëta innuit: alia cõiugatarũ, in cuius ſacris Adonis amicus eius
apri dente extinctus deplorabatur. Alia meretricũ: cui phœnices donum dabant de pro/
ſtitutione filiarum anteq; eas iungerẽt maritis. alias fuit uero templum Veneris erycinæ
dictum, extra portam collinã nũc Salariam: ubi ingentia in uinetis fundamẽta cernũtur;

De quo

De quo Ouidius. Templa frequentari collinæ proxima portæ Nunc decet. Et Veneris *Templũ Ve*
illius primæ uirginis Augustinus tale refert uidisse sacrificium. Ante illud delubrum ubi *neris eryci/*
simulacrum illud locatum conspiciebamus, uniuersi undiq; confluentes, & ubi quisq; po/ *næ*
terat, stantes, ludos qui agerentur intentissimi spectabamus: intuentes alternato conspe/
ctu, hinc meretricum pompam, illinc uirginum: deam illam suppliciter adorari, atite illam
turpia celebrari. Num ibi pudibundos mimos, num uerecundiorem scænam uidimus? *Sacra Vene/*
cuncta obscœnitatis implebantur officia, sciebatur uirginali numini quid placeret, & ex/ *ris obscœna*
hibebatur, quod de templo domum matrona doctior reportaret. nonnullæ prudentiores
auertebant faciem ab impuris moribus scænicorum, & artem flagitij furtiua intentione
discebant. At post impudicæ & turpis deæ obscœnitates, deæ unius rituum prudentiam
ostendamus. Romæ coli dicit Plinius in æde Voluppiæ deam Angeroniam ore obsigna/ *Angeronia*
to: & Macrobius addit. id à principio sic institutum fuisse, ꝙ qui angores suos dissimulan/
do supprimant, perueniant deæ beneficio ad maximam uoluptatem. Ad turpes ritus re/
deamus. Templum fuit ante urbem conditam Iunonis Lucinæ à luco dictum in quo erat, *Templũ Iuno*
qui ab exquilijs ad ripas tyberis pertinebat: eoq; luco Tarquinij reges in noualia purgato *nis Lucinæ*
agrum ibi seminarium babuere: cuius segetem messi maturam populus Romanus pulso
Tarquinio superbo & regno illi abrogato in tyberim furcis abiecit. unde insula urbi in/
clusa fieri cœpit. Isq; campus Marti consecratus postea dictus est campus Martius, ut nõ *Campus Mar*
sit dubitandum id Iunonis Lucinæ templum fuisse, ubi nunc est sancti Laurentij in Luci/ *tius*
na ecclesia. Refert uero Ouidius ei templo sacerdotem ex lupercalibus præfuisse. ad quẽ
quum irent mulieres concipere nequeuntes, is ante se denudatas prostratasq; flagello uer *Mulieres con*
berans hircinis confecto pellibus ut cõciperent efficiebat. Monte sub exquilio multis in/ *cipere neque*
ciduus annis Iunonis magnæ nomine lucus erat: & infra. Gratia Lucinæ, dedit hæc tibi *untes ad tem*
nomina lucus. Aut quia principium tu dea lucis babes. Augur erat nomen longis inter/ *plum Iunonis*
cidit annis. Ille caprum mactat: iussæ sua terga puellæ Pellibus exsectis percutienda da/ *Lucinæ uenie*
bant. Eiusq; moris meminit Iuuenalis: Condita in pyxide lyde. Nec prodest agili palmas *bant*
præbere luperco. Eademq; Iuno Iouis soror & cõiunx maiorẽ primariamq; habuit ædem
Ioui Tarpeio proximam. Ouidius. Si thorus in pretio est, dicor matrona potentis. Iun/
ctaq; Tarpeio sunt mea templa Ioui. in qus idem fiebat qui & Ioui cultus, cum dicat Se/
neca cõtra superstitiones scribens: præter alios actus insanos fuisse per singulos dies quas/
dam mulieres quæ Iunonis & pariter Mineruæ suam ibi cellam habentis simulacris pro/
pius accedentes, & digitos ornantium modo mouentes, capillos earum disponere simu/
labant, cum aliæ essent quæ tunc speculum tenentes, dearum oculis illud supponerent in
spiciendum. Et Varro de lingua latina dicit. Iunonem ꝙ unà cum Ioue iuuat terram esse: *Vnde Iuno*
Iunonemq; Lucinam inuocari, ꝙ partus à principio ab ea in lucem editur. Cicero autem
pro Murena Iunoni sacra fecisse consules sic ostendit. Nolite à sacris Iunonis sospitæ, cui *Cõsules Iuno/*
omnes consules facere necesse est, domesticum & suum consulem auellere. Operosum *ni sacrifica/*
fuerit singulos deorum ritus sicut in aliquibus supra fecimus distincte scribere, præsertim *bant*
quum tales fuerint quos non nisi erubescentes possumus scribere. sicut M. Ciceronem
uel hac una re diuino uirum ingenio erubuisse, & suis qui extant libris se uiuo per urbem
Romam disseminatis indignitatem rei damnasse uidemus. Nam in libro quem de natura
deorum accuratissime scripsit, hæc per Q. Lucilium Balbum dialogo respondentẽ dicit.
Vides ne igitur ut à physicis rebus, bene ac utiliter inuentis, ratio sit tracta ad commenti/ *Cicero deos*
tios deos: quæ res genuit falsas opiniones erroresq; turbulẽtos & superstitiones penè ani/ *suos damnat*
les. & formæ enim deorum & ætates, uestitus ornatusq; nõtescunt genera: præterea co/
gnationes, coniugia, omniaq; traducta ad consuetudinem imbecillitatis bumanæ. Nam
& perturbatis animis inducuntur. Accipimusq; deorum cupiditates, ægritudines, iracun/
dias. Quare ad ritus alios ueniemus, qui totam ciuitatem multis diebus feriatam tene/
bant. sacra fuerunt Cereris quando Proserpina eius filia ab Orco fuit rapta, & paulopost *Cereris sacra*
inuenta: quarum dearũ nominis interpretationẽ hanc Varro de lingua latina ponit. Ceres *Ceres*
ꝙ egerit fruges: Proserpina Luna, ꝙ ut serpens modo sit à dextris, modo à sinistris. earũq; *Proserpina*
dearum sacra licet ab Atheniensibus Eleusinia à loco dicta maiore celebrarẽtur apparatu: *Celebratio*
Romani tamen in lunæ defectu & Romæ & ubicunq; agerẽt maximo æneorum tinnitu *Cereris &*
ea celebrauere. ad cuius moris strepitum perpulchre Iuuenalis allusit, quum mulierem no *Proserpinæ*

tare

tare uolens garrulam atque contentiosam dixit. Vna laborandi poterit succurrere lunæ. seruatum autem a Romanis extra urbem eum morem Plutarchus in uita Aemilij sic ostendit. Luna obscurari cœpit ac deficiente lumine multisque coloribus mutatis, tandem nusquam apparuit. Romanis ut moris est tinnitu æris lumen eius reuocantibus, & ignes multis facibus ad cœlum tollentibus nihil simile à Macedonibus factum. Termino sacra fiebant quod in eius tutela fines agrorum esse putabant: denique Numa Pompilius statuit, eum qui terminum exarasset, & ipsum & boues sacros esse. Terminusque quo loco colebatur super eum foramen patebat in tecto, quod nefas esse ducebant terminum intra tectum consistere. At uero ædes ipsi gentiles templaque sicut & nostri rite consecrantes Augusta appellauere, unde uult Ouidius Augustum fuisse dictum quasi rite a populo sacerdotibusque dicatum: eademque ab origine auguria sunt dicta, quasi ea Iupiter manu sua dare & augere sit iussus. Is uero augurandi mos latam in urbe Romana habuit prouinciam, ut augures tanto præficiendi sacerdotio ex maioribus præstantioribusque urbis eligi consueuerint. Vnde gloriatur in Bruto Marcus Cicero se à Q. Hortensio uiro clarissimo in collegium augurum fuisse cooptatum: & Q. Mutium scæuolam augurem uidemus inter primarios omnium ætatis uiros connumerari, quem in templo uestæ quo nihil in urbe Roma habitum est sanctius aram ipsam amplexantem Syllæ carnifices interfecerunt. Cuius sanguine ignis ille uirginum cura perpetuus, penè fuit extinctus. Eratque sicut Paulus Aemilius solitus fuit dicere, summa eius sacerdotij potestas, quod nec Senatus cogi, nec conueniendi locum poterat habere, nisi quando & ubi augures præscripsissent. locum uero inaugurandi ostendimus fuisse in curia ueteri, ubi nunc sancti Petri ad uincula est ecclesia: quã titulo cardinalatus nunc obtinet uir summus Nicolaus de cusa, germania oriundus, philosophia theologiaque egregie & mathematicis eloquentiaque eximie ornatus, licet aliquando alibi inaugurarentur. Nam Festus Pompeius tesca uel tesqua dicit esse loca augurio designata, & postmurium esse pontificale pomœrium ubi pontifices auspicabãtur. artem uero inaugurandi ab ipsis seruatam facile ostendere possemus, nisi fomentum addere uereremur quorundam ex nostris insaniæ, qui nimium augurijs credere uidentur: Vt mustelæ occursum bestiolæ omnium mundissimæ & homini amicissimæ, ut corui crocitatũ, noctuæ ac bubonis cantum territi expauescant. Melius Cicero qui Nonio optimam spem habere licere dicenti quod septem aquilæ in castris Pompei essent captæ: inquit, recte moneres, si aduersus picas nobis pugnandum foret. & non insulse consul ille qui pullarios nunciantes pullos non addicentes sacris pasci nolle, iussit illos ut biberẽt projci in profluentem. & Labieno in castris Pompeij diuinationibus augurijsque innixo dicenti, Pompeium superaturum, deridens respondit Cicero, eos hac spe ductos castra nuper amisisse. sed omnium maxime grauiter & uere sensit doctissimus Varro, qui deos dixit otiosos & feriatos fore si sua consilia corniculæ crederent, aut coruo hominibus indicanda. & tamen ut leuitatem eorũ arguamus, qui se auium uolatui aut occentui committunt, augurandi particulam ex Varrone docebimus. augures cum se in supremam curiæ ueteris partẽ recepissent, uestem induti sacerdotalem, lituum quæ uirga erat, manu tenentes eleuata, spaciũ in cœlo ambitu quem prospicerent designabant. Idque templum appellauere, quod tribus modis dicitur, à natura, ab auspicando, à similitudine in cœlo quia tuemur templum, id quatuor modis sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. In terris dictum templum locus augurij intra fines qua oculi conspiciunt, id est tuentur, à quo templum. Et de lituo sic habet Liuius in primo: Numa Põpilius augurio creatus rex: inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id sacerdotium perpetuum fuit deductus in arcem, in lapide ad meridiem uersus cõsedit. Augur ad leuam eius capite uelato sedere cœpit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellauerunt, regiones ab oriente ad occasum determinauit: dextras ad meridiem partes, leuas ad septentrionẽ. oculis enim intentissimis aues augurium facientes (nam aliquæ nullius erant augurij) sinistrorsum an dextrorsum, & canentes ne an tacitæ aduolarent diligenter obseruabant, bonum inde aut malum futuræ quam animo meditarentur rei ex eorum disciplina uel potius insipientia elicientes. Nec mouere debebit quenquam quod multi scripserunt occentum soricis Fabio Maximo dictaturam abstulisse, quum id potius augurum inuidia sit factum, dictaturam alteri cupientiũ demandari: aut quod Liuius in primo refert, si Actius Naulus quia cotem

Termino sacra fiebant — *Augustum* — *Auguria unde* — *Q. Mutius scæuola augur interfectus* — *Summa augurum potestas* — *Locus inaugurandi in curia ueteri* — *Tesca uel tesqua* — *Postmurium* — *Cicero auguria deridet* — *Augurandi mos* — *Templũ* — *Sinistra* — *Dextra* — *Antica* — *Postica* — *Liuius* — *Occentus soricis*

quia cotem nouacula discidit augurijs sacerdotioq; tantus honor accessit, ut nihil belli domiq; postea inauspicato fieret: cōsilia populi, exercitus uocati, summa rerum, ubi aues non addixissent, dirimebantur. profecto enim id fuit quod Augustinus in ciuitate dei dixit scripsisse Porphyriū, à dæmonibus fuisse diuinationes augurū, aruspicum, uatum, atq; somniorum, & miracula magorum. multa igitur de augurum disciplina & augurijs iterato dicturi ab eo incipiemus, quod nostris omnibus ne hanc extimescant uanitatem plurimum prodesse debebit. Pliniū scilicet scribere, in augurum disciplina fuisse: nulla auspicia pertinere ad eos qui ingredientes obseruare ea neglexerint. & ne in primario eiusmodi rerum uerbo erretur, Nonius Marcellus docet, Auspicium esse auium inspectionem, Augurium rerum omniū coniecturam. Liuius in decimo: Rogatio promulgata, ut quum quatuor augures, quatuor pontifices tunc essent, placeret augeri sacerdotum numerum, & quatuor pontifices, quinq; sacerdotes de plebe omnes legerentur. inter augures enim constat imparem numerum debere esse. uocatæ tribus, ingenti consensu accepta est rogatio. Ita octo pontificum, nouem augurum numerus factus. & xxvij. Liuius: in locum M. Marcelli L. Aquilius Pętus augur creatus inauguratusq;. Cicero in legibus Sacerdotum genera duo esse dicit, unum quod præsit cerimonijs & sacris, Alterū quod interpretetur fatidicorum & uatum effata incognitaq;, quorum causa S. P. Q. R. asciuerit. Interpretes autem Iouis opt. maximi publici augures signis & auspicijs postea uidento, disciplinā tenento. sacerdotesq; uineta uirgeta, & salicta publica auguranto: quiq; agent rem duelli quiq; populare auspicium præmonento, olliq; obtemperanto, diuorumq; iras prouidento: hisq; parento, cæliq; fulgura religionibus ratis denotanto, urbemq; & templa & agros liberata & effata habento. Quæq; augures iniusta, nephasta, uitiosa, dira, defixerint irrita infectaq; sunto, quiq; non paruerit capitale esto. Quid uero maius si de iure quærimus q; posse à summis imperijs à summis potestatibus comicia tollere; cōsilia uel instituta dimittere, uel habita repudiare? quid grauius quàm rem susceptam dirimi, si unus augur aliter dixerit? quid magnificentius quàm posse decernere ut magistratu se abdicent consules? quid religiosius quàm cum populo, cum plebe, agendi ius dare: aut non dare? quid legem si non iure rogata sit tollere? Iam uero permultorum exemplorum & nostra est plena res publica & omnia regna, omnes populi, cunctæq; gentes, augurum prædictis multa incredibiliter uera cecidisse uiderunt. Omnes magistratus auspicium iudiciumq; habento, ex hisque senatus esto: eius decreta rata sunto. omnibus magistratibus auspicia dantur & iudicia, ut esset populi potestas ad quem prouocatur: auspicia ut multos inutiles conatus impedirent mora. sæpe enim populi impetum iniustū auspicijs dij immortales represserunt. Auspicia seruanto; augurijs parento. Est autem boni auguris meminisse maximis rei p. temporibus præsto esse debere: Iouiq; optimo maximo se consiliarium atq; administrum datum. Et M. Varro: augur cōsuli adest, tū quum exercitus imperatur, ac præit quid eum dicere oporteat. Cicero Philippicarum secundo. quod enim ipse me augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius & Q. Hortensius, neq; enim licebat à pluribus nominari. Festus Pompeius scribit quinq; genera signorum obseruasse augures. ex cælo, ex auibus, ex bipedibus, ex quadrupedibus, ex diris. Auspiciū ab aspiciendis auibus dictū est. Ex auibus illę appellabant funebres quæ in augurijs aliquid fieri prohibebāt. Oscinū augurium à cantu auium. oscines aues, auspicium ore facientes. Superuacanea dicebatur ab auguribus auis quæ ex summo acumine uocē emisisset, dicta ita quod omnia supra uagatur aut canit. Puls potissimum dabatur pullis in auspicijs, quia ex ea necesse erat aliquid decidere quod tripudium faceret id est terripauiū. pauire enim ferire est. bonum enim auguriū esse putabant si pulli per quos auspicabantur comedissent, præsertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere. Plutarchus in problematibus. Metellus pontifex maximus prudens & ciuilis post sextilem mensem augustū uetuit auspicari, quod adultis & perfectis auibus auspicando antequam æstas aduenerit sit prudentiæ. Autumno autē aues partim inutiles sunt, partim morbidæ, partim pulli imperfecti, & aliquæ propter anni tempus alio deuolant. & idem: qui prius auspices nunc augures in captandis augurijs luminaria semper accensa etiam interdiu habere uoluerunt, ut scilicet an uentus esset intelligerent quo prohibente aues dubie & perplexe uolant, nec aliquid certi cursus ostendere possunt: sed cum flamma cernitur recta &

Auspicium *Augurium* *Sacerdotum duo genera* *Augurum potestas* *Signa quinq; quæ augures obseruabant.* *Auspicium* *Aues funebres* *Oscines* *Auis superuacanea* *Puls* *Tripudium.* *Luminaria accensa in augurijs captandis*

Vultures fœminæ zephyro impregnãtur constans de auium quieto uolatu iudicant. & infra. In augurijs uulture plurimũ utuntur quia Romulo in condenda urbe xij. apparuerũt: uel quia ut Herodotus uultur nemini nocet animali, quæ nisi cadauera comedit, nec aues mortuas attingit. & uultures omnes fœminæ zephyro ut arbores impręgnanť. Vnde purior cęteris auibus. Item augures si ulcus haberent augurandi causa sedere prohibebãtur: quia integros & sanos corpore & mente eos esse oportet, qui sacra peragũt. Cęteris sacerdotibus simulac ad iudiciũ ducti ac dãnati sunt, alium substituũt.

Augur nunquam sacerdotio multatur Augurem uero donec uita suppetat licet maximorũ criminũ conuictum, sacerdotio non mulctant: quia non honoris nec magistratus, sed scientię atq; artis cuiusdam potius nomen est augur: quę non potest auferri, sicut nec medico medicina ars, nec musico cantandi peritia. alium uero non instituũt, quod sacerdotum numerum ab initio constiturum merito tuentur.

Caduca auspicia Caduca auspicia dicunt cum aliquid in templo excidit.

Cliuia auspicia Cliuia auspicia dicebant quæ aliquid fieri prohibebant. Omnia enim difficilia cliuia. Vnde & cliui loca ardua.

Pedestria auspicia pedestria auspicia arbitrabanť quæ dabantur à uulpe, lupo, serpente, equo cæterisq; animalibus quadrupedibus.

Piacularia auspicia piacularia auspicia arbitrabantur quæ sacrificantibus tristia portendebant: cum aut hostia ab ara effugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis quàm oporteret cecidisset.

Pestifera auspicia pestifera auspicia esse dicebant cum cor in extis aut caput in iecinore non fuisset.

Præpetes aues *Præpetere* præpetes aues dicuntur quæ se ante auspicantem ferunt, nam prępetere dicebant ante ire. & Plinius aues edocet auspicijs adhibendas.

Cornices *Corui* cornices sunt inauspicatæ garulitatis. corui in auspicijs soli uidentur intellectum habere significationũ suarum. pessima eorum significatio cum glutiunt uocem uelut strangulati.

Bubo Bubo funebris & maxime abhorrens publicis præcipue auspicijs, deserta incolit. Itaq; in urbibus aut omnino in luce uisus dirum ostentum est. priuatorum domibus insidere scio non fuisse feralem. capitolij cellam intrauit, propter quod urbs lustrata. Anser peruigil capitolium seruauit à Gallis.

Gallinæ nigræ Gallinæ nigræ digitis imparibus ad rem diuinam idoneæ.

Ardeolæ Est inter aues ardeolarum genus, quod leucos uocãt. altero oculo carere tradunt, optimi augurij cum ad austrum uolãt: solui enim pericula metusq; Nigidius ait.

Galli gallinacei Galli gallinacei: horũ sunt tripudia solistima. hi magistratus nostros quotidie regũt, domosq; ipsis suas claudũt, ac reserant. hi fasces Romanos impellũt aut retinent, iubẽt acies ac prohibent, uictoriarũ toto orbe partarum auspices: hi maximo terrarum imperio imperitant. Similem uero huic uerborũ leuitatem prior Plinio Liuius in quinto dixit. auspicijs hanc urbem conditam esse: auspicijs bello ac pace, domi, militiæ, omnia geri quis est qui ignoret? Quid enim est si pulli non pascanť? si ex cauis tardius exierint? si occecinerit auis? parua sunt hæc, sed parua ista non contemnendo maiores nostri maximam rem hanc fecerunt. Et nono libro L. Papirius dictator à pullario monitus ad auspicium repetendum Romam profectus. Item decimo, Papirius Cursor cõsul pullarium in auspicium immittit: & cum pulli non pascerentur, pullarius auspicia mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nunciauit. locatus in prima acie qui mentitus fuerat interfectus est. consul dij in prælio sunt inquit. habet pœnam noxiũ caput ante consulem. hoc dicente consule, coruus clara uoce occinuit. Vnde & ipse Cicero oratione in Catilinam tertia, hanc fatuitatum disciplinam laudibus effert.

Aruspices ex hetruria Aruspices ex hetruria ijdem iusserunt simulacrum Iouis facere maximum, & in excelsum contra atque fuerat ad orientem collocare: ac se sperare dixerunt, si illud signum quod uidetis, solis ortum & forum curiamq; conspiceret: fore ut ea consilia quæ clam essent patefierent. Et de aruspicum responsis idem Cicero. Quanta maiorum nostrorum fuerit sapientia perspicere possunt, qui statas solennesq; cerimonias pontificum rerum bene gerendarum autoritate, augurum fatorum, ueteri prædicatione Apollinis, uatum libris, & portentorum explanationis hetruscorum disciplina contineri putarunt. Vnde Ciceronis sententiam secuti sunt posteri, quod Flauius Vopiscus in Aureliani principis rebus gestis sic ostẽdit. Die tertia iduum Ianuarij Fuluius Sabinus prætor urbanus dixit. Referimus ad uos p. c. pontificum suggestionem & Aureliani

Fatales libri principis litteras, quibus iubet ut inspiciantur fatales libri, quibus spes belli terminandi sacrato deorum animo continetur. Scitis enim ipsi quotienscunq; grauior extitit aliquis motus, eos semper inspectos, neque prius mala publice esse finita quàm ex ijs sacrificiorum processit autoritas. Tunc surrexit primæ sententiæ Vlpius Syllanus, atq; ita locutus est, Sero nimis de re. pu. Pontifices retulerunt: qui puri, qui mundi, qui sancti, qui uestitu

minimisq́ sanctis sunt, Commodi templum ascendite: subsellia laureata consternite. Veteranis manibus libros euoluite. Varia r. p. quæ sunt æterna perquirite, patrimis matrimisq́ pueris carmen indicite, Nos sumptum sacris, nos apparatum sacrificijs, nos aris tumultuarias indicemus hostias. hæc interrogati pleriq́ senatores sententias dixerunt. Itum est deinde ad templum, inspecti libri, proditi uersus, lustrata urbs: cantata carmina, amburbium celebratum, amburbialia promissa, atq́ ita solennitas quo iubebatur modo expleta est. litteræ autem quas supra Flauius Aurelianũ scripsisse dicit, fuerũt hæ. Aurelianus augustus Senatui amplissimo salutem. Miror uos p.c. tamdiu de aperiendis libris Sibyllinis dubitasse, perinde quasi in Christianorũ ecclesia non in templo deorum omniũ tractetis. Agite igitur & castimonia pontificum cerimonijsq́ solemnibus iuuate principẽ necessitate publica laborantem. Inspiciantur libri, quæ facienda sunt celebrentur. profuit tamen multis in rebus Romanũ hunc principem religionis cultũ seruantem deos timuisse. Nam cum uerus Apollonius Tyaneus philosophus ipsi Aureliano desolationem Tyanę meditanti sic dixisset: Aureliane si uis uincere nihil est quod de ciuium meorum nece cogites. Aureliane si uis imperare à cruore innocentum abstine. Aureliane clementer te ages, si uis uincere. urbem ille liquit intactam. Sed iam aliquos particulares uideamus effectus, quos ab augurijs prouenisse dixerunt. Plinius. siculo bello ambulante in littore Augusto, piscis è mari ad pedes eius exilijt: quo argumento uates respondere, Neptunum patrem adoptantem eum sibi, Sextum Pompeiũ repudiasse. Et infra. Picus martius in capite prętoris urbani L. Tuberonis in foro iura pro tribunali ferentis sedit ita placide, ut manu prehenderetur. Respondere uates. Exitiũ imperio portendi si occideretur, at si dimitteretur, prætori. dimissa est: & prætor breui mortuus prodigium impleuit. gallinam cum lauri ramusculo cecidisse in sinum Liuiæ Drusillę, quę fuit imperatrix: & hucusq́ seruatum ut ex ea lauro imperatores fuerint laureati. Fuerunt quoq́ minores auguribus subditi sacerdotes Extispices, quos ab inspiciendis extis dixerũt. omẽtis enim extisq́ & fibris animalium sua inspectis disciplina, futura hominibus prędicebant, eosq́ sic descripsisse Virgilium supra ostendimus: pecorumq́ reclusis pectoribus inhians spirantia consulit exta. cuius insaniæ ab historicis poëtisq́ infinita sumi possent exempla, ex quibus nonnulla ponemus. Syllæ cuius tempora sicut inquit Augustinus talia fuerunt, ut superiora quorum uindex esse uidebatur, illius cõparatione quærerentur: cum primũ ad urbem contra Marium castra mouisset adeo læta exta immolanti fuisse scribit Liuius, ut custodiri se Postumius aruspex uoluerit capitis supplicium subiturus, nisi ea quę in animo Sylla haberet dijs iuuantibus impleuisset. & Suetonius de Cæsare dixit, cum somniasset se matri stuprum intulisse coniectores eum ad amplissimam spem incitauisse. sed & Cornelius Tacitus de Vespasiano scribit, Iudeam inter syriamq́ carmelus est, ita montẽ uocant: sacrificanti in eo Vespasiano cum spes occultas animo uersaret, Basilides sacerdos inspectis extis quicquid est inquit Vespasiane quod paras, siue domum extruere, siue prolatare agros, siue ampliare seruitia, datur tibi magna sedes ingentis termini. quod ad imperium euectus impleuit. Sed unica M. Varronis quam præmisimus respondeat sententia, non solum otiosos sed sordidissimos fuisse deos, si in iecorum & uiscerum sterquilinio sua oculuerunt consilia, hominibus ab insanis sacerdotibus manifestanda: ut optabilius fuerit ualuisse apud maiores Ciceronis pro A. cluentio sententiam: pietate & religione & iustis precibus, deorum mentes non contaminata superstitione, neq́ ad scelus perficiendum cæsis hostijs posse placari. Vbi enim fuisse deos alibi: quàm in stercore existimabimus, quando ea acciderunt, quę Plinius enumerat, ijs qui quæsiuerunt ostensa. M. enim Marcello cum perijt ab Annibale caput iecoris defuit. & C. Mario cũ immolaret Vticæ. Itẽ Caio principi kalendis Ianuarijs cũ iniret consulatũ quo anno interfectus est. Claudioq́ successori eius, quo mense intereptus est ueneno. Pyrrho regi quo die perijt, pręcisa hostiarũ capita repperunt. Sed & præbẽdis quoq́ lætis & prosperis dij in stercore iacuerũt, diuo namq́ Augusto Spoleti sacrificãti primo potestatis suæ die, uictimarũ iecinora replicata intrinsecus ab una fibra reperta sunt. responsumq́ duplicaturum intra annum imperium. Gemina item diuo Augusto apparuere iecinora, quo die apud Actium uicit. Sed & magici fuerunt & mathematici, quos accuratissime Cicero & Plinius impugnãt. quibus & Liuius cõsentire uidetur: cum regem Tullum quia Iouem mala religione, sollicitabat, fulmine cum tota domo fla-

Litteræ Aureliani imperatoris.

Apollonius Tyaneus

Piscis mari ad pedes augusti exiliuit.

Picus Martius.

Gallina cum lauri ramusculo in sinum Liuiæ decidit

Extispices

Læta exta Syllæ castra ad urbem contra Marium mouenti

Carmelus

M. Varronis in deos contumeliosa sententia

Sententia de dijs placandis

Tulli regis mors.

Aduersus artes magicas grasse dicit. Et Augustinus in ciuitate dei dicit aduersus magicas artes Romanorum esse leges præsertim duodecim tabularũ. Et Asclepiadẽ imprimis dicit Plinius adimere magicæ uanitates, ut abrogaret hærbis fidẽ: eumq́ probare bonis argumentis dicit, si magia fuisset uera potuisse Romanos contra Cimbros & Theutonas, contra Aphros, contra Gallos, & cæteros prouidisse, si herbarum arte magica fames tolleretur, & portę urbium reserarent. Et Helius Spartianus de Didio Iuliano imperatore scribit: fuisse illi eam amentiam, ut per magos plæraq́ faceret, quibus putaret odium populi deliniri, quasdam enim non conuenientes Romanis sacris hostias imolauerunt, carmina prophana cantauerunt, & ea quę dicunt ad speculum fieri in quo puer prælligatis oculis incantato uertice qua respicere dicitur. *Mathematici à Tyberio expulsi* Mathematicos uero Suetonius asserit à Tyberio imperatore expulsos fuisse, sed deprecantibus, & se artem deserturos promittentibus ueniam dedisse. Cornelius autem Tacitus mathematicos dicit genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate Romana & uetitum semper & retentum fuit, quos postea Vitellium imperatorem asserit expulisse. Sed & alios habuerunt prisci sacrificulorum præstigiorum & precationum ac uariarum obseruationum mores, à quibus partim in urbe Roma uetitis, partim à superstitiosis in usu habitis, plurimæ oriebantur insaniæ. Liuius xxij. interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta, inter quæ gallus & galla: Græcus & Græca in foro boario sub terrã demissi sunt uiui, & item infra. Liuius xxv Tanta religio & ea maxima ex parte externa ciuitatem incessit, ut homines aut dij alij uiderentur effecti: nec iam in secreto modo, sed in publico etiam ac foro capitolioq́ mulierum turba erat, nec sacrificantium nec precantium deos more patrio. Sacrificuli ac uates ceperant hominum mentes: quorum numerũ auxit rustica plebs ex incultis diutino bello infestisq́ agris egestate & metu in urbem compulsa, & quæstus ex alieno errore facilis quem uelut ex concessæ artis usu exercebant. M. Aemilius prætor edixit, ut quicunq́ libros uaticinos, precationis ue, aut artis sacrificandi haberet, eos libros omnes litterasq́ ad se ferret: *Precatio* Maiorumq́ in prædictis autoritatẽ habuit precatio, cui faciendæ ex scripto, sicut scribit Plinius, præibat aliquis, & alius adhibebatur custos, ne erraretur in uerbis: alius item præponebatur qui linguis faueri à circunstãtibus iuberet: quemadmodum apud nos seruatur cum sacram lecturus in ecclesia lectionem alta dicit uoce, iube domine benedicere: cui boni ominis fit responsio, ut digna in eius corde & labijs sacrorum dogmatum sit enuntiatio. *Fauere linguis omnes* dicebant enim Gentiles, fauete linguis omnes, & tu tibicen cane ne aliud interea exaudiatur: uestalem itaq́ precationem fuisse asserit Plinius, qua aquam illa cribro attulit: Et parietes ab incendijs precationibus fuisse circunscriptos, & uestales creditum mancipia fugitiua nondum urbem egressa retinuisse in loco, precationibus. Vnde & traditum more dicit primum anni diem lætis præcationibus inuicem faustum ominari. *Obseruatio* obseruationes cum fuerint propemodum infinitæ: nonnullas ponemus. *Ad comicialem morbum sanguis gladiatorum bibebatur cæsorum* Sanguinem gladiatorum ex uulnere morientium bibebant, ut procul à comitiali essent, quod tamen scribit Plinius cum spectaretur aut fieret in harena horrorem attulisse. Et obseruatio illa erat qua Augustũ scribit Suetõius adeo tonitrua & fulgura expauisse, ut semper & ubiq́ *Pellis uituli marini* pellem uituli marini circunferret pro remedio. & qua cæsar post unum ancipitem uehiculi casum semper domum egrediens carmine ter repetito securitatem itinerum nuncupabatur, sicut nos domus limitum transgressuri signaculo crucis pręmisso diuinam ab aduersis tuitionẽ imprecamur. *Publica obseruatio* publicaq́ illa fuit obseruatio cũ in oppugnationibus ante omnia euocabantur à Romanis sacerdotibus dij: sub quorũ tutela urbs aut oppidum id erat, promittebantq́ illi uel illis dijs eundẽ aut ampliorem locũ Romæ alibiq́. *Tutelaris deus* ideoq́ Romæ deus tutelaris ignorabatur, ne posset ab hoste aliquo euocari. publica etiam obseruatio illa erat de qua Cicero in Vatiniũ. Ioue fulgurante cũ populo agi nefas esse. & laurũ in sinu Iouis poni, quotiens lætitiam nouã uictoria attulerit. in prophanis usibus pollui laurũ & oleam fas non esse, & ne propiciandis quidem numinibus accendi ex his altare, aram ue debere. *Aliæ obseruationes* Et Plutarchus in problematibus scribit, cum in cæteris Dianæ templis ceruorum cornua affigere mos esset, in ea tantũmodo quæ erat in auentino boum affixa fuisse: *Cornua ceruorum in Dianæ templis* quod Antronius Horatius in sabinis bouem insigni specie & magnitudine natam, à diuino quodam monitus siquis imolasset totius Italiæ imperio eius ciuitatem potituram: Cornelius sacerdos eo ad tyberim lauandi specie misso imolauerit, & Romæ imperium Italiæ peperit. Et

præstigia

præstigia damnans Suetonius de Vespasiano dicit. Nunciata fuisse ex urbe præstigia: Ne *Præstigia* ronem diebus ultimis monitū per quietē ut thensam Iouis optimi ex sacrario in domum & in circum deduceret: quorum etiam præstigiorum iudeos scribit pœnas dedisse, cum in oriente percrebuisset uetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore iudeæ præfecti rerum potirentur. Iudeiq́ id ad se trahētes rebellarunt, & urbe amissa ad exterminium sunt adducti. quorum tamen præstigiorum aliquid certioris euentus habuisse est uisus Iosephus nobilis iudeus, qui cum Vespasiani iussu cōijceretur in uincula, constantissime asseuerauit: fore ut ab eodem absolueretur, uerum iam imperatore: quod & postea factum fuit. *Iosephus iudeus* Quod autem supra Cicero in legum libris, diuorum iras prouidento hisq́ parento, dixit: ad prodigia spectat. de quibus eodem libro, prodigia & portenta ad hetruscos & aruspices si senatus iussit deferunto, hetruriæq́ principes disciplinam discunto, quibus diuis decreuerint procuranto, ijsdemq́ fulgura & ostenta pianto. prodigia autē Nonius Marcellus dicta uult quod porrò sint adigenda. & infra. prodigia semper esse pessima, quod deorum sint iræ uel minæ. *Prodigia* Liuius viij. M. Rutilio tertium & Manlio torquato tertium coss. prodigium lapidibus pluit. & libro xxij. quod autem in piceno lapidibus pluisset nouendiale sacrum editum est, urbs lustrata, hostiæ maiores quibus edictum est dijs, donum ex auro pondo xl. ad lanuinum Iouem portatū, & signum æneum auratum Iunoni in auentino: lectisternium Cere & Romæ: à iuuentute supplicatū fortunæ in algido: & inde Romæ omnibus dijs & genio maiores hostiæ. Attilius Seranus prætor uota suscipere iussus, si in decem annos r. p. eodem stetisset statu. & infra Liuius xxiij. prodigia eo anno multa nunciata sunt, quoq́ magis credebant simplices ac religiosi homines, eo plura nunciabantur. Et xxiiij uerū ex ingenio fateri coactus sic habet: prodigia procurarunt quæ nunciata erant: & alia ludibria oculorū auriūq́ credita, pro ueris. ostentaq́ proximo loco Romanis fuerūt. quæ Vlpianus de uerborū significatione dicit Labeonē definisse, cum cōtra naturam alicuius rei genitū factum'ue est aliquid. duoq́ eorū genera esse cum quis cōtra naturam nascitur tribus manibus aut pedibus homo: alterū cum quid prodigiosum uidetur, quæ Græci phantasmata dicunt. *Ostentum* *Phantasma* Plinius: Subsedit in cumano arbor, graui ostento, paulo ante Pompeij Magni bella ciuilia, paucis ramis eius eminentibus. Ostentumq́ est, cum arbores in capitibus statuarum uel in atrijs enascuntur, uel in arboribus ipsis alienis. In capitolio bello Persei enata palma uictoriam triumphosq́ portendit, quæ tempestatibus prostrata, eodemq́ loco ficus enata est in Messalæ & C. Cassij censorum lustro. à quo tēpore pudicitiam prostratam Piso grauis autor est. Monstra subsequūtur: Nonius dicit deorum monita esse. Et Festus monstrum dictum uelut monestrū quod moneat aliquid futurum: prodigium uelut prædicium quod prædicat. portentum quod portendat. Ostensum est quod ostendit. *Monstrum* *Prodigium* *Portentum* Tenitas esse inquit festus deas sortium: dictas, quod tenendi habeāt potestatem. *Tenitæ deæ* Videmusq́ bina fuisse sortiū genera. Vnum quas sortes uirgilianas appellauere: cum aperto Virgilij codice destinati in ordine & numero uersus qui forte occurrissent; in augurium accipiebantur. *Duo genera sortium* *Virgilianæ sortes* De quo Helius Spartianus in Adriani uita. Quoquidem tempore cum solicitus de imperatoris erga se iudicio uirgilianas consuleret sortes: in hos incidit uersus. Quis procul ille autē ramis insignis oliuæ Sacra ferens, nosco crines incanaq́ menta Romani regis, primam qui legibus urbem Fundabit, Curibus paruis & paupere terra. Alterum fuit sortium genus uetustissimum à sacerdotibus confictum, responsisq́ oraculorum adsimile, quod inscripta folijs arborum tabellisq́ diuersorum euentuum eulogia, ad deorum puluinaria erant à sacerdotibus ita disposita, ut cum illi aut orati uoluissent aut sponte constituissent, certo decussa artificio: in id spei aut timoris populos & principes uiros inducerent, quod sibi conducibile aut delectabile existimarent. *Sortis genus antiquissimū.* hinc illud est apud Liuium libro xxij. prodigij à sacerdotibus procurandi loco habitum, sortes attenuatas, id est spōte sua in altare tanquàm è coelo delapsas: unamq́ excidisse ita scriptā, Mauors telum suum concutit. Cernere autem ex Liuio quales adhibitæ fuerunt procurationes, ex quibus omni sacerdotio maxima accessit delectatio, & utilitas iucundissimum est. *Procurationes* Decembri enim mense quærendis uoluptatibus summe idoneo, huius procurandæ sortis gratia, ad ædem Saturni Romæ imolatum est, lectisterniumq́ imperatum, & eum lectum senatores strauerunt; & conuiuium fuit publicum, ac per urbem saturnalia die ac nocte clamata, populusq́ eum diem festum perpetuum habere ac seruare iussus

Vota

Vota quoq; prisci impetrandis à deo cōcupitis emisere, quæ ut implerent constantissime sunt adnixi. Liuius in Tulli regis rebus gestis: In re trepida duodecim uouit salios. phanaq; pallori & pauori. & libro quinto, dictator M. Furius camillus uehios capturus decimam Ioui pythio uouit, & Iunoni hospitium promisit. & Annibalem Liuius bellum meditantem Romanum, facit secundis se uotis obligasse. Qua de re plura dicere omittemus, quia apud priscos pariter & apud nostros & pari forma est acta. Multa superius à nobis sunt ostensa per quæ prisci futura scire, prouidere & auertere conabantur: unum hoc loco libet ostendere, per quod certiora & oculis subiecta, sacrorum auxilio occultari posse credebant. Ad uallem egeriæ, quam fuisse tenemus ad sextumdecimum ab urbe lapidem, ubi Cinthianū est summi uiri Prosperi Cardinalis columnę oppidum: lacus illi subiectus sicut semper alias nunc nemorensis est dictus, quo in loco templum erat fortunæ uirilis. Eius sacerdotem uirgines quam primum uiri potentes esse inciperent, à parentibus ductę adibant: Isq; eas omnino nudatas undiq; inspiciens, uicia corporis apparentia indicabat. Et admonitæ uirgines cum fortunæ thura imolassent: uicium illud maritum qui contingebat perpetuo celari impetrasse tenebant.

Vallis Egeriæ
Virgines nudæ inspiciebantur à sacerdote

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS TRIVMPHANTIS ROMAE LIBER SECVNDVS

CONFECTAS iam & sub religionis uelamine à priscis gentilibus ad luxum, fastū, opesq;, quærendas uario excogitatas modo artes, pontificum scilicet flaminumq; & sacerdotum institutiones primū, post cætera quæ religionis fuere secundo hoc uolumine ostēdemus. Pontifices Varro de lingua latina scribit dictos esse a pōte sublicio, quem sæpe fecerunt, additq; Festus, maximū esse dictum pontificem quod maximarum rerum, quæ ad sacra & religionem pertinent, iudex sit, uindexq; contumaciæ priuatorum magistratuūq;. pontifices uero alij duorū fuerunt generū: ex patricijs maiores, & minores ex plebe. Quātę aūt dignitatis fuerit pontifex maximus Liuius libro xlvij. ostendit, quod Gn. Cornelio prætori mulcta indicta est: quia cum M. Aemilio lepido pontifice maximo iniuriose contenderat. sacrorum enim q̄ magistratuum ius potentius fuit. Eademq; pontificis maximi dignitas ab eius modo creandi apparet. Liuius enim xxv. scribit: Comitia pontifici maximo creando sunt habita. Res ingenti certamine acta. creatus est Licinius Crassus, qui ædilitatem currulem petiturus erat. ante hunc intra. cxx. annos nemo præter P. Cornelium pontifex maximus creatus fuerat, qui sella curruli non sedisset. Cicero autem oratione in legem agrariam Rulli secunda dicit. comitijs pontificum non nisi decem & septem tribus fuisse uocatas. Et Suetonius Tranquillus de C. Cæsare: Pontificatū maximū petijt, non sine profusissima largitione: in qua reputans magnitudinem æris alieni cum mane ad comitia descenderet prædixisse matri osculanti fertur, domum se nisi pontificem, non reuersurum. Atq; ita potentissimos duos competitores, multumq; ætate & dignitate antecedentes superauit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia quàm uterq; in omnibus tulerit. Vnicum tamen uideo Romanorum imperatorem non ad luxum & fastum, sed ad clementiæ & pietatis instrumentum quæsiuisse pontificatum: Suetonius enim scribit, Titum Vespasianum qui iure optimo appellatus est deliciæ humani generis, pontificatum maximum ideo se professum accipere, ut puras seruaret manus. fidemq; præstitisse, quod nunquam posthac autor fuit cuiusquam necis, nec conscius, quamuis interdū ulciscendi causa non deesset. qua in re intelligi potest, primas fuisse pontificis maximi partes, manus ab effusione humani sanguinis continere: quo posthabito respectu, alij omnes Romani imperatores uoluerunt pontificatu maximo exornari. Flamines Varro dicit dictos, quod caput uinctum habent filo: & cognomen accipiunt ab eo deo cui sacra faciunt. sed partim sunt aperta: ut Martialis, Volcanalis. obscuriora partim, ut dialis à Ioue, furialis à furida cuius in fastis feriæ erant furinales. Et Liuius dicit. Numa Pompilius flaminem Ioui assiduum sacerdotē creauit: insigniq; eum ueste & curruli regia sella adornauit: huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino. q̄ autem flamines etiam à pontifice maximo crearentur, Liuius xxvi. ostendit. C. Flaminius flamen captus à P. Licinio pontifice

Pontifex maximus

Pontificum duo genera.

Flamen

Flamines à pontifice creabantur

maximo, ut animum eius cura ſacrorum & cerimoniarum cepit, ita repente exuit anti/
quos mores, ut nemo in tota iuuentute patrum primoribus probatior haberetur. Crea/
tos etiam fuiſſe flamines à dictatore urbium & oppidorum oſtendit Cicero in milonia/
na oratione: Milo Lanuuium, ex quo erat municipio, & ubi tum dictator profectus eſt ad
flaminem prodendum. item infra: interim cum ſciret Clodius iter ſolenne, legitimum,
neceſſarium miloni eſſe lanuuium ad flaminem prodendum, quod erat dictator lanuuij
milo. Maximum flaminem fuiſſe dialem inter XV flamines dicit Feſtus: & cum cæte/ *Flamines XV.*
ri diſcrimina maieſtatis ſuæ haberent pro minimo habitum Pomonalem, quod Pomona *Flamen po/*
dea leuiſſimo fructu agrorum pomis præſideret. Et flamini diali annulum quidem gere/ *monalis*
re non licebat ſolidum, aut aliquem in ſe habere nodum: & flamini iurare diali fas non *Nefas flami/*
erat, quod parua in re ei fidem non habere abſurdum eſſet, cui diuina ſumma credita eſ/ *ni diali annu/*
ſent: flamen que Dialis cum flaminicam haberet uxorem, ea mortua ſacerdotio ſe abdica *lum geſtare*
bat. quia cum uno & eodem tempore uxor cum eo ſacraretur, multa eſſent in ſacris quæ
illa mortua agi nequirent, & ſtatim alteram ſuperducere cum difficile tum iniquum at/
que impium uidebatur. Palatualem flaminem ad ſacrificadum ei deæ conſtitutum fuiſſe, *Palatualis*
in cuius tutela palatium eſſe putabatur Feſtus aſſerit. cum Plutarchus in problemati/ *flamen*
bus affirmet, Iouis ſacerdoti quem flaminem dialem uocauere farinam frumentumúe
tangere non licuiſſe. quia frumentum res corrupta ac penè putrida: farina ex frumento
cõtrita, & nondũ in panem redacta, res ſit imperfecta. Hederam flamen dialis ſi attigiſſet
piaculum ei erat: nec iter facere poterat ubi umbracula ab ea arbore deſuper immine/
rent: quia arbor ſterilis, & hominibus omnino inutilis, quæ propter fragilitatem ſemper
alteri inhæret, ſoláque uiriditate & umbra delectat. Vnde non temere in domibus naſci
prohibetur. De pontificum flaminum'que uerbo & officio ſatis multa ſunt dicta. Sacer/ *Sacerdotes*
dotes Varro inquit, uniuerſos à ſacris dictos eſſe: Fuerunt enim pontifices, flamines & *unde*
cæteri omnes rebus præfecti ſacris appellati pariter ſacerdotes. per ea autem quæ Cicero
oratione in legem agrariam Rulli ſecunda habet uidemus, & ſi pontifices populi ſuffragi *Pontificũ &*
is, flamines uero à populo uel à principe uel dictatore uel pontificibus creabantur, neu/ *flaminum co/*
tros tamen potuiſſe ſacerdotium ita populi ſufragijs habere, quin ipſos oportuerit à col/ *optatio*
legio pontificum cooptari. Comitijs pontificum non niſi XVII tribus uocabantur, at/ *Comitia pon*
que hoc idem de ſacerdotijs Cn. Domitius tr. pl. uir clariſſimus tulit. quod populus per *tificum*
religionem ſacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi uocaretur: ab ea par/ *Lex Cn. Do/*
te qui eſſet factus, is à collegio cooptabatur. Vnde tractus mos apud nos uidetur, eos qui *mitij de ſacer*
à principibus ſiue populo & aliquo collegio ad dignitates eliguntur, oportere nihilomi/ *dotijs*
nus à Romano pontifice & eius collegio cardinalium confirmari. collegium uero quid *Collegium*
fuerit appellatum in oratione de aruſpicum reſponſis idem Cicero ſic oſtendit. At uero *quid*
domum meam P. Lentulus conſul pontifex maximus, L. Lentulus flamen Martialis,
L. Claudius rex ſacrorum, Sex. Cæſar flamen quirinalis, L. Cornelius, Q. Albinouanus,
Q. Terentius pontifices minores, omnes liberauerunt. ſic'que ex quinque ſacerdotijs
maioribus collegium conſtabat. Ad quam, ut uidetur, imitationem collegium Romanæ
eccleſiæ cardinalium ex tribus maioribus ſacerdotijs eſt confectum. Epiſcopis uidelicet
ſeptem urbi Romæ propinquioribus, præsbyteris'que parrochias urbis principales, &
diaconibus parrochias itẽ alias minores adminiſtrare ſolitis. Sed unũ præterire hoc loco
nolumus, à quo omnis gentiliũ Romanorũ religio cauſam uidetur originemꝗ babuiſſe.
ſacerdotes ipſos utriuſq; ſexus à maximo ad minimũ ſacerdotia habuiſſe, quorũ prouen/ *Sacerdotum*
tus erant tanti & tales, ꝙ ex illis nedũ rem ſuſtentabant familiarẽ, ſed fomenta inde ad fa/ *prouentus*
ſtum eis luxumꝗ proueniebant: cũ tamen ſacerdotes ipſi uxorẽ filiosꝗ & familias ex ſa/
cerdotio æque ac patrimonio alentes, publicis oĩbus præter admodũ pauca muneribus
fungerent, & militiæ ac mercaturæ, aut opificio pro ut cuiq; cõtigerat libebatꝗ uacarẽt:
eaꝗ ſacerdotia fuerũt qualia nos chriſtiani ꝑ priore uocabulo bñficia appellamus. Sacer *Sacerdotior*
dotiorũ aũt ſicut & beneficiorũ duo fuiſſe genera uidemus: unũ ꝗd ſacris eſſet addictũ lo *duo genera*
cis, ꝗ̃ rei pu. aut principũ, aut pontificũ collegij collatiõis eſſent: alterũ ꝗd ædis aut ſacelli
iuris eſſet à patrefamiliâs ea ratione erecti dedicatiꝗ, ut & ſacrorũ cura, & fructuũ ipſius
ſacerdotij perceptio ad ſolã gentẽ familiãꝗ ſuã perpetuis ſucceſſionibus deuolueret: ꝗ̃ ſa *Gentilitia ſa/*
cerdotia priſcis gẽtilitia, bñficia noſtris iuris patronat⁹ ſunt. Liuius I X: gẽs Potitia cuius *cerdotia*

ad aram Herculis familiare ſacerdotium erat. Et Cicero legum primo. de ſacris hæc ſit
una ſententia, ut conſeruentur ſemper & deinceps familijs prodantur, & perpetua ſint ſa-
cra: ut ne patrisfamilias morte ſacrorum memoria occideret, ut eſſet ea adiuncta ad quos
eiuſdem morte pecunia uenerit. & Cicero de aruſpicum reſponſis. Multi ſunt etiam in
hoc ordine qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello, ſtatuto anniuerſali factitarũt. Et Cor
nelius Tacitus de Othone. At recens ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis & paternis ſa-
cerdotijs in ſolatiũ repoſuit, idẽq; Tacitus de Vitellio. extructis in campo Martio aris, in
ferias Neroni inceſſit. cæſæ publice uictimæ, coronatiq; facem auguſtales ſubdidere,
quod ſacerdotium ut Romulus Tatio regi, ita Cæſar tiberius Iuliæ genti ſacrauit. primi
Quincuplex ſacerdotiorũ prouentus generis ſacerdotiorum publice inſtitutorum quincuplex fuit prouentus. ſacra enim con-
ſtruentes fundantes'que loca, uarias fundorum poſſeſſiones ſtipendia'que adiungebant,
à quibus ſacerdotum alimonia proueniret: Vnde Liuius Numam Pompilium facit cum
flamines & ueſtales inſtituiſſet, de quibus ſupra eſt dictum ſtipendia eis de publico ſta-
tuiſſe, quod quidem alios omnes ſacrorum fundatores locorum imitatos fuiſſe nullus ad-
dubitabit. Alioquin magni & ampliſſimi ciues Romani nunquam aur ſacerdotia cumu-
lare ſtuduiſſent, aut pro ipſis ſacerdotijs tantopere contendiſſent. Et Liuius trigeſimo
cum Fabium Maximum filium in locum patris mortui pontificem creatum dixiſſet, duo
ipſum ſacerdotia habuiſſe addit. De Cæſare autem Suetonium dicere uidemus: Anno
XVII ætatis, flamen dialis deſignatus à L. Sylla ſacerdotio mulctatus. Sylla enim qui
animos Cæſaris & eloquentiam ſuſpitioni maximæ duceret, haberi'que oportere palam
prædicaret, neruos illi adimere in ſacerdotij mulcta perrexit, à quibus fomenta potentiæ
Stipes & amplitudinis accepiſſet. Stipes ſecunda prouentus ſacerdotiorũ pars dicta erat, quod
noſtri oblationes eleemoſynas'que appellant. De his'que Cicero legum primo: præter
ideæ matris familias, eos'que iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. quod autem Cicero fa-
milias dicit, aliud à prædictis tribus generibus, pontificum, flaminum & ſacerdotum ſin-
gulorum dei alicuius cultui dedicatorum, genus indicat, quod procedente tempore mul-
tiplicatum eſt. Multi enim utriuſque ſexus in eandem familiam ad alicuius dei cultum
conuenientes ex unis eiſdem'que ſacerdotijs ac ſtipum & legatorum redditibus conuiue-
bant. uarijs'que uocabulis & cognominibus cenſebantur. Cicero pro A. Cluentio Habi-
Martiales latini to. Martiales quidam latini appellabantur miniſtri publici Martis. atque ei deo ueteribus
inſtitutis religionibus'que latinarum conſecrati: quorum cum ſatis magnus numerus eſ-
ſet, cumq; item in Sicilia permulti Venerei ſint. Helius Spartianus ſcribit Adriano im-
peratori in numerum deorum relato flamines & ſodales ſenatum conſtituiſſe. Et Sueto-
nius de Galba ob res in Aphrica geſtas & in Germania ornamenta triumphalia accepit
& ſacerdotium triplex, inter XV uiros ſodales inter auguſtales cooptatus. Helius Spartia
nus: clipeũ Adriano magnificentiſſimũ poſuit & ſacerdotes inſtituit. puellas alimentari-
Fauſtinianæ puellæ as in honorem Fauſtinæ fauſtinianas conſtituit. Meruit flamines & Circenſes: templũ &
ſodales Antonianos Fauſtinę uxori, in radicibus tauri montis nouas puellas fauſtinianas
Sodales inſtituit. Dati ſodales & ſatellites & flamines ipſi mortuo. Sodales autem fuerunt quales
Satellites noſtri appellant ſocietates ſecularium: ſatellites quales multos per orbem habemus, ſan-
ctæ Mariæ teutonicorum in Germania, & ſancti Iacobi de ſpata in Hiſpania. flamines no
ti ſunt: & infra Cicero. ſtipem ſuſtulimus, niſi eam quã apud paucos dies propriam ideæ
matris excipimus: implet enim animos ſuperſtitione, & exhaurit domos: Vnde conſtat
priuſquam ea lex ferretur conſueuiſſe omnes qui ſacerdotia haberent, illa quæſtu per ſti-
Solutiones pem petitam facto pinguiora reddidiſſe. Tertia ſacerdotiorum opulentia a ſolutionibus
prouenicbat, quas inferiora impetraturi ſuperioribus impendebant: quale apud nos eſt,
cũ pontifici Romano fructus primos antiſtites, & his minores ac ſubditi ſacerdotes pro
habitorum modo beneficiorum pecuniam diſſoluunt. Suetonius enim de Claudio impe-
ratore dicit, eum ſeſtertiũ octogies pro introitu noui ſacerdotij impendere coactũ. Quar-
Donationes ta iam pars ad ſacerdotiorũ exuberantiã prouentuũ donationes & legata fuere: Nam ui-
uentes, ut deos haberent propicios multa ſacerdotibus largiebant: fœlicitati aũt, ut appel
labant animarũ conſulturi, & ſi multa alia teſtamento legabant, epulũ raro aut ferè nunq̃
prætermittebãt: Qđ qua fieret ratione in multis q̃ p Italiã extant mamoreis ſepulchris ap
paret. Rauẽnæ eñ apud ſacrã Petri apoſtoli ędẽ, q̃ ſeraphici Franciſci uocabulo & fratrũ
eius

eius ordinis habitatione notior eſt: marmoreo in ſepulchro à Claſſenſi oppido tribus diſtante paſſuum milibus pridem auecto hæc legati in epulum eſt inſcriptio. Dijs manibus Flauiæ quinti filiæ ſalutari coniugi cariſſimæ: Lucius publicius Italicus decurio, ornamentum ſibi uiuens poſuit. hic collegio fabrum militiæ rauennatis ſextertia triginta uiuens dedit, ex quo redditu quotannis decurionibus collegij fabrum militiæ rauennatis in æde Neptuni quam ipſe extruxit die neptunaliorũ præſentibus ſportulæ numi bini diuiderentur, & decurionibus uigintiocto centeni quinquaginta quotannis darentur, ut ex ea ſumma ſicuti ſoliti ſunt, arcam publiciorũ Flauiani & Italici filiorũ, & arcam in qua poſita eſt Flauia ſalutaris uxor eius roſis exornẽt, de nummis X X V. ſacrificẽtq; ex X X I I & de reliquis ibi epulentur. ob quam liberalitatem collegium fabrum militiæ rauennatis inter benemeritos quotannis roſas ſupra ſe & Flauiam ſalutarem uxorem eius mittendas ex X X X V. ſacrificiumq; faciendum de X X I I. per magiſtros decreuit. P. Helius ciiſus ſibi & ligariæ Artimialdi uiuens poſuit in agro pedes X V. infra pedes X X V. hic locus heredem non ſequitur. Aliaq; ſepulchra Macerati & alibi in piceno extare uidemus, quibus ſimilia epulorum legata elegantibus litteris inſcripta ſunt, Vnde quod à pluribus factum eſſe conſtat, omnes tenemus teſtamento legaſſe epulum quotannis ad ſepulchrum roſis & uarijs reſperſum odoribus pro hereditatum facultatibus exhibendũ: cui quidem epulo non magis cognatos affinesq; quàm magiſtratuum quos geſſerant, opificiorumq; quæ exercuerant collegia, ut legionis in qua militaſſent ordinum ductores & commilitones, intereſſe iubebant. idq; & ſi ſacerdotibus pro diuina re facienda conuocatis & commodo & delectationi multis cedebat modis, maiorem breui poſt offerebat utilitatem. cũ enim cõtingeret aut herede abſq; legitimis ſucceſſoribus defuncto, aut uetuſtate ipſa epulum abſoleri in obliuionemq; deduci, hereditatis portio pecuniam legato subminiſtrare ſolita per ſeptemuirum diligentiam redigebatur in pontificum collegij poteſtatẽ: ex hiſq; ſacerdotia quæ à noſtris appellari diximus beneficia collegio pontificum diſtribuente fomenta nouasq; inſtitutiones habuerũt. ſeptemuiri. n. epulonum apud priſcos haud ſecus quàm noſtræ religionis epiſcopi legatorum ad pias cauſas exequutionis curam habebãt, cum tamen omnia templa præſertim maiora ſuos particulares epulones habuerint. Sicut de Iouis templo ſupra oſtendimus, in quo Aurelium Auguſtinũ diximus affirmare, epulones perpetuos fuiſſe, qui ad auream Iouis menſam ſtatuæ appoſitam perpetui erant cõuiuæ. ut mimorum ibi potius & paraſitorum contubernia quàm dei ſacra celebrarentur. Feſtus autem ſcribit epolones dixiſſe maiores eos qui poſtea epulones appellati ſint. datumq; fuiſſe nomen his quod epulas Ioui cæteriſq; dijs inſtituendi poteſtatem haberent. fueruntq; epulones à quibus ſcribit in nono Liuius tibicines fuiſſe à commeſſatione ſolita prohibitos, unde tibur cõceſſerũt. & nemo erat qui ſacris præcineret: ſed tiburtini ſopitos remiſerũt curru, & ius ueſcendi illis reſtitutum eſt. Eundem uero morem epulandi in ſacris locis ad legatorum executionem fuiſſe etiam à chriſtianis per multa tempora ſeruatum Auguſtinus in dei ciuitate his uerbis oſtendit. Quæcunque igitur abhibentur religioſorum obſonia in mortuorum locis, ornamenta ſunt ad memoriam, non ſacra uel ſacrificia mortuorum tanquam deorum. Quicunq; epulas ſuas eo deferunt (quod quidem à chriſtianis melioribus non fit) & in plæriſq; terrarum nullatenus eſt conſuetudo, cum appoſuerint orant. Septemuiri autem epulonum quantæ fuerint autoritatis, ex uerbis Auli gellij licet cognoſcere, q eos facit maioribus ſacerdotibus pares: Flaminibus, auguribus, quindecimuiris ſacrorum, his uerbis: Virgines ueſtales X X. fuerunt, quas pontifex maximus ex omni ciuitate capiebat, quæ non eſſent filiæ flaminis auguris Quindecimuiri ſacrorum, aut ſeptemuiri epulonum. fuiſſe autem ditiſſimos ſeptemuiros epulonum, quod plerumque uidemus illis accidere, qui multas etiam alienas tractant pecunias, unum extat argumentum: quod eius collegij unus ſepulchrum habuit Romæ extans, quod inſigne uidemus, penè integrum & falſo ab imperitis que remi appellatum, portæ urbis olim trigeminæ, poſt oſtienſi & nunc ſancti Pauli proximum. id enim monumentum in Pyramidem ſupra urbis mœnia quibus eſt incluſum ſurgens, litteras inſcriptum eſt ſemicubitales, ſeptemuirum epulonum eius autorem noſtro etiam ſeculo conſeruantes. Quinta ſacerdotiorum opulentiæ pars, fuerunt damnatorum & ui aut iure patria pulſorum bona, quæ ipſis in patriam aliquando reuerſis, aut

Epulum ad ſepulchrum

Septemuiri epulonum

Tibicines à cõmeſſationibus prohibiti tibur conceſſerunt

Septemuiri epulonum autoritas

Sepulchrum ſeptemuiri epulonum

Damnatorum bona ad ſacerdotes perueniebant

aut populus aut magistratus nunquam posse restitui cupiebant. Idq; facile intelliget qui uitam & orationem Ciceronis perleget, in qua domum suam à pontificibus compellente Clodio tribuno plæbis in templũ libertatis consecratam, ab eisdem obtinuit liberari. Partibus quinq; emolumenti & redditũ prouentuumq; sacerdotiorum siue beneficiorum generaliter explicatis, unicam legatorum replicare & diffusius tractare liber: ex qua apparebit, priscos gentiles fœlicitatem beatitudinemq;, ut appellabant animarũ in campis elysijs ducendam, per temporalium bonorum in legata post mortem dandorum distributionem diligentius, quàm nostros uitam per dei contemplationem æternam quæsiuisse. Sed prius quod de campis elysijs diximus aliqua ex parte ostendamus. Tibullus in elegis. *Campi elysij* Ipsa Venus campos ducet in elysios. Hic choreæ cantusq; uigent passimq; uagantes Dulce sonant tenui gutture carmen aues. Fert castam non culta seges, totosq; per agros Floret odoratis terra benigna rosis. At iuuenum series teneris immixta puellis Ludit, & assidue prælia miscet amor. Illic est cuicũq; rapax mors uenit amanti. Et gerit insigni myrtea serta coma. Econtra autem quia inferna etiam sicut nos pœnarum loca crediderunt, Tibullus de eis sic habet. At scelerata iacet sedes in nocte profunda Abdita, quã circum flumina nigra sonant. Tisiphoneq; impexa fero pro crinibus angue Sæuit, & huc illuc impia turba fugit. Tum niger in porta serpentum Cerberus ore Stridet, & æratas excubat ante fores. Virgilius autem de elysijs campis. Deuenere locos lætos & amœna uireta Fortunatorum nemorũ, sedesq; beatas. Largior hic campos æther & lumine uestit Purpureo, solemq; suum sua sidera norunt: Pars in gramineis exercent membra palæstris: Contendunt ludo, & fulua luctantur harena. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt: Nec non threicius longa cum ueste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina uocum, Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno. & infra. Nulli certa domus lucis habitamus opacis, Riparumq; thoros, & prata recentia riuis Incolimus. De inferis uero eadem & multo maiora, quàm Tibullus habet Virgilius. sed iam ad legata reuertamur. Valentiniano secundo Imperatore Romano eius nominis secundo apud Mediolanum agente, *Tumultus Romae sub Valentiniano* tumultus in urbe Roma ingens fuit inter christianos gentilesq; ex huiusmodi causa concitus. Erant per id temporis christiani in urbe adeo aucti, ut gentilium sectam opibus & numero æquarent, enitebaturq; unaquæq; pars & quotidie uarijs quærebat modis & artibus alteram superare. Accidit autẽ christianos aram quæ in curia ueteri ubi nunc sancti Petri ad uincula celebris est ecclesia, gentilium superstitionis erat, suo cultui dedicare. quod cum audiuere pagani ad arma tumultumq; est concursum. nostris quod intentauerant conseruare: illis impugnare ac in suam redigere idolatriam adnitentibus. sed quod erat propinqui & imperium obtinentis tunc etiam integrum imperatoris metus ingens, obtinuerunt utriusq; partis graues uiri rem ad principis iudicium ferendam. Missusq; est *Symmachus* Mediolanũ à gentibus uir nobilitate eloquentia ac dignitate insignis Symmachus patricius, ex cuius oratione quam habuit extante ista sumimus. Isq; inter cętera quæ diffuse dixit alio tempore & loco diligentius narranda à Valentiniano postulauit: Vestalibus reddi legatorum ius percipiendorũ quod paulo prius quàm ea dedicaretur de qua diximus à christianis ara eisdem uestalibus iussu imperatoris sublatũ erat. Symmachusq; inter orandum pluries dictum sæpe repetiuit, Tanti iam pridem fuisse urbi Romæ legata uestales potuisse capere ac distribuere: ut neminem illę in populo in urbe ipsa finerent mendicare. Constans'q; & perseuerans in fide catholica Valentinianus quã beatus Ambrosius ecclesiæ doctor in illo roborabat, ita in sententia perstitit: ut nec aram nec legata uestalium Symmachus pro gentiliũ secta obtinere potuerit. Sed iam satis pontifices, flamines, sacerdotes eorumq; ad lasciuiam, ad opes, ad amplitudinem fomentum, sacerdotia, quid apud priscos gentiles fuerint docuimus: cætera nunc ostendere pergamus, quæ eorundem su*Agonalia*perstitio habuit. Agonalia Iani sacra ad nonam diem Ianuarij festa erant, quorum nominis origo quincuplex reddebatur. quod minister sacrorum hostiam feriturus, ne iniussus ageret, cultrum tenens eleuatum continuo sacerdotes agendi tempus rogabat, una: & quod pecudes non uenirent, sed agerentur alia: tertia q; pro agnalibus ab agnis qui immolabantur corrupte agonalia appellarentur: & quarta quod pecudes uisa in aquis cultri quo feriendæ erant umbra animis angerentur. quintam meliorem Ouidius in fastis existimauit, agonalia scilicet uerbo Græco à ludis similibus appellari, obseruatumq; esse eo

in ſacrorum ritu hoſtiam non uictimam imolari,cum hoſtia ſicut docuimus pro cæſis ho *Hoſtia*
ſtibus à quolibet ſacerdote,uictima eius qui hoſtes uicerit manibus debeat imolari.fiebāt *Victima*
huiuſmodi ſacra ad templum Iani,quod penè integrum ad ſanctum Gregoriū in uelabro
patentibus quadrifariam portis Romam inſtaurantes extare docuimus.Februa à Roma *Februa*
nis triplici ratione piacula ſunt appellata:aut uetere uocabulo à lana quā regem ſacrificu-
lum aut flaminem dialem imolaturi peterent ſacerdotes:aut pari uetuſtate uocabuli à far
re frugibus mixto:aut à ramis de pura arbore cæſis , quibus ſacerdotes conſueuerint co-
ronari.Ouidius in faſtis.Februa Romani dixere piacula patres.Pontifices ab rege perunt
& flamine lanas:Quæ ueterum lingua februa nomē habent.Quæq; capit lictor domibus
purgamina certis.Torrida cū mica farra uocantur idem.Nomen idem ramo qui cęſus ab
arbore pura,Caſta ſacerdotū tempora fronde tegit. Macrobius in ſaturnalibus:pœnas à
nocente ſaturnalibus expoſcere piaculare eſt.& infra.Regi ſacrificulo flamini nō licet ui- *Flamini nō li*
dere ferijs opus fieri:& ideo per pręconem nunciabatur,ne quid ageretur.quanquam Fe *cuiſſe uidere*
ſtus petios dicit appellatos,qui taliter flamines præcedebant,& præcepti negligens mul- *ferijs opus*
ctabatur:pręter pœnam opus qui feciſſet,porcū pro piaculo dabat.Plutarchus in proble- *fieri*
matibus.Eos quos in agro externo obijſſe falſo nunciatum eſſet,cum poſtea reuerſi fuiſ- *Petij*
ſent,nō ianua in domum recipiebant,ſed tegulis dimittebant, quod piacula omnia ſub di
uo fieri cōſueuerūt.Plinius in naturali hiſtoria.Mirtea uerbena Romani Sabiniq; cū pro-
pter raptas uirgines dimicare uoluiſſent , depoſitis armis purgati ſunt,ꝗ in loco Veneris
cluacinæ ſigna ſunt.pugnare.n.cluere priſci dixere.& uulgata priſcis temporibus opinio *Cluere*
obtinuit,februa eſſe omnia quibus malefactorū conſcientia purgaretur,delerenturq; pec-
cata,aut manes animabus defunctorum placidi redderentur. Vnde inter februa fuit habi-
ta aquæ aſperſio,qua ſicut & nos gentiles utebantur.quanquam mos ipſe prius à Græcis *Aquæ aſper-*
quàm à Romanis originem habuit:Vnde Peleus traditur abſoluiſſe Patroclum,& ab A- *ſio*
caſto abſolutum fuiſſe Peleum à cęde Phoci fratris ſui,cū interim Aegeus Medeam aquę
aſperſione luſtrauerit : quam opinionem Ouidius damnat his uerſibus. Ah faciles nimiū
qui triſtia crimina cædis Fluminea tolli poſſe putatis aqua. Virgilius tamen facit Aeneā
cum iuſta Miſſeno ſoluiſſet,ſparſiſſe eum rore leui, dixiſſeq; nouiſſima uerba . Cicero le-
gum primo.Caſte iubet lex ad deos ire,animo uidelicet in quo ſunt omnia: nec tollit caſti
moniam corporis,ſed cum obſeruetur ut caſto corpore,multo etiam animis id obſeruan-
dum magis.Nam illud uel aſperſione aquæ,uel dierum numero tollitur.Animæ labes ne
diuturnitate uaneſcere,ne manibus ullis elui poteſt. Et Macrobius in ſaturnalibus. Con-
ſtat dijs ſuperis ſacra facturum corporis ablutione purgari: cum uero inferis litandū eſt, *Mos ſacrifica*
ſatis actū uidetur ſi aſperſio ſola attingat:Aeneas Virgilianus,donec,inquit,me flumine *turi ſuperis*
uiuo abluero,& infra.Annam cara mihi nutrix huc ſiſte ſororē. Dic corpus properet flu- *& inferis*
uiali ſpargere limpha.& alibi.Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni:nec non cū Miſ
ſenum ſepulturæ dari refert:Idem ter ſocios pura circuntulit unda,Spargens rore leui.Et
cum Aeneam facit apud inferos ramum Proſerpinæ cōſecrantem.Occupat Aeneas adi-
tum,corpusq; recenti ſpargit aqua.Fuit etiam propè portam capenam nūc appiam aqua *Aqua Mer-*
Mercurij appellata, ad quam cum cōueniſſet populus Romanus, unuſquiſq; lauri ramo *curij*
alterius caput ea aſpergebat aqua, Mercuriū inuocans:ut aſperſi peccata præſertim per-
iuria mendaciaq; diluerent . Maiora autem certioraq; fuerunt februa per duodecim di- *Februa*
es cōtinuos februarij celebrata: unde menſem illum nomen inde nactū fuiſſe multi exiſti-
mauerunt.hiſq; diebus cum pro impetranda mortuorum animabus quiete,omnis popu-
lus piaculis , ſacrificijsq; circa ſepulchra accenſis facibus cæreiſq; eſſet intentus, interdi-
ctum erat uirginum uiduarumq; matrimonijs,& ueſtem induti atram omnes cōſuetū do
mi dimittebant ornatū.Sed paulo poſt ꝙ horrida ceſſauerunt februa,dies ſuccedebant læ
tiſſimi cariſtia appellati , ꝗbus diebus agnati affineſq; alternato cōuenietes officio,primū *Cariſtia*
defunctos enumerabant, quos ab anteactis chariſtijs amiſiſſent.exinde ſuperſtitibus pa-
riter enumeratis ſinē eiulatibus defunctorūq; cōplorationi imponendū cōſtituebāt,& ge
nio in comeſſationibus cōuiuijs cæteroq; applauſu ꝓ uiribus ſupraq; indulgebāt. Romu
li cędis caſus,feriatā una die tenebat urbē,per Kalendas ꝗ inde Caprotinę ſunt appellatę, *Caprotinæ*
ꝙ ea die ad paludem capreæ in Roma inſtaurata deſcriptam,fuerit à patribus diſcerptus. *Terminalia*
Sed & terminalia dies ſuos habuerunt feſtos, inde dicta quod deo termino ſexto ab urbe
Roma

Roma miliario uia laurentina, fermè ubi sancti Sebastiani passionis est locus, magno populi concursu celebrantur. estque is terminus quem cum dedicaretur capitolium ferunt, cæteris dijs Ioui cedentibus remansisse. Idque M. Varro scribit optimum fuisse uisum Romanis augurium, quasi uero intelligi potuerit: Romani imperij terminos quocunque producentur inde remoueri repellique nequire. Diximus Romam instaurantes equuriam fuisse uiam qua rhedis à monumento augusti nunc augusta appellato, ad circum flaminiũ nunc Agonem currebatur, quæ quidẽ uia ecclesiæ continens esset sanctæ Mariæ nunc in equuria appellatæ. Sed quantum attinet ad præsens opus, equuria diebus quoque duobus ultimis Februarij nomen fuit. In quibus Marti deo is agitandi Rhedas & equos ritus, in sacrificium tribuebatur: Pulchrum uero fuerit loca per quæ is rhedarum equorumque à Marte sicut illi prædicabant impulsorum, cursus fiebat mente ingenioque inspicere. campi Martij proprium in quo deligendis magistratibus comitia haberentur, locũ fuisse ostendimus, cui columna Cocleis Antoniana fuit apposita: eoque cõtinebat campo augusti forum templo Martis contiguum: quod ipse princeps quo tempore arma in Brutum Cassiumque cepit uotum, postea quam augusti nomẽ accepit opere sumptuosissimo exædificauit, cuius quidẽ templi columnationes adeo fuere sublimes, ut dicat Ouidius. Digna giganteis sunt hæc delubra triumphis. Vnde uidemus eas quæ extant columnas stabulo summi uiri Dominici capranicensis cardinalis firmani supereminentes, multis frustis esse compactas, quod nullus ditissimus potentissimusque princeps habere potuerit integras tam sublimes. ut autem demus indicia eius templi reliquiarũ cum dictis columnis extantia, sunt plateæ presbyterorum appellatæ cõtinentes, quibus ecclesia imminet sancti Stephani parua, sed marmoribus picturisque ornata, & à columna Antoniana qua in occidentem solem uergit paruis paucisque ciuium ædibus separata. hisque in ciuiũ domibus & præsbyterorũ plateæ præter columnarum aliæ tanti templi reliquiæ nũc uisuntur. sed ad rem: scribit Plinius fuisse in foribus templi illius Martis: Apollinem eburneum ingentis magnitudinis. & Ouidius quem augusto adulari oportuit dicit, in summo eius fastigio diuersa fuisse signa ex ære eximij operis: hinc Aeneam qui Anchisam genitorẽ Troiæ excidio humeris asportaret, & alios gentis Iuliæ ac Cæsarum progenitores: inde ipsum Cæsarem augustum de patris sui interfectoribus superatis occisisque triumphantem: ut iam mente & animo perspicere liceat per ornatissimũ undique campum Martium, & post per forum augusti omnium urbis præter magnum Romanũ speciosius, deinde ad fores templi Martis ut diximus ornatissimas, uiã fuisse equos agentibus & spectantibus pulcherrimã. Nec soli deo Marti optime de Romano populo mereti, sed infami quoque mulieri Floræ habiti sunt honores. eã nobilissimum sui temporis scortum & amasse Pompeium & ab ea fuisse dilectum Plutarchus est autor: quæ sicut & Larentina cum pecuniæ ingentis meretricio quæsitæ populũ Romanum instituisset heredem, in dearum numerum est relata: illique ludorũ honores dati, floralia appellati, ad cliuum capitolinum mense Maio celebrabantur. quos quidem ludos meretrices egisse nudatas cum alibi tum maxime constat apud Senecam, ubi epistola XCVIII. scribit. Catone sedente populum Romanum negasse permissum sibi postulare florales ludos nudatarum meretricum: ut iam æquiore sit tolerandum animo, nostri tẽporis prostitutas eo propemodũ loco tabernas habere & casas, ubi floræ meretricis decus quotannis ludorum gloria honestabatur. Quia uero domum flora apud Pompeij theatrum habuerat, non indecenter aut accidit aut de industria factũ uidetur, ut qui amore iuncti fuerant, honorum quoque monumenta habuerint cõiuncta. campusque ex deiectis domibus meretricis in eius memoriam decusque floræ appellatus, nunc etiam id retinet nomen. estque omnium præsentis Romanæ urbis camporum arearumque publicarum comercijs & populi frequentia celebratissimus, præsertim posteaquã in Pompeij theatro pridẽ sicut Romam instaurantes diximus collapso, speciosissimas ornatissimasque ædes quidam flora & eius sodalitio dignus, sed nec nostris nec cuiuspiam litteris per famam quam semper simul cum uirtutibus spreuit conseruandus, magno sed in solo alieno extruxit impendio, benemereti ursinæ genti cõmodũ allaturo. Lustria fuerũt dies festi Martis dei ritibus consecrati, in quibus ad septimum Kalendas Maij tubæ, aquilæ aliaque Romana signa militaria lustrabantur: ut originem inde potuerit habuisse mos per ætatem quoque nostram seruatus, cum per diem natalem martyris Georgij, uexilla & omnẽ pompam castrensem ex urbi-

Marginalia: *Equuria uia* — *Columna Antoniana* — *Forũ Augusti* — *Templum Martis* — *Apollo eburneus* — *Flora* — *Floralia* — *Cãpus floræ* — *Lustria*

ex urbibus deferentes in nemora nostri milites etiam ipsi lustrare uidentur. Saturnaliaq; *Saturnalia*
& ipsa fuerunt dies festi Saturno dicati, quorum feriationem omnium longissimam & lu
xuriem maximam Senecæ uerbis libet ex epistolis describere. December est mensis cum
maxime ciuitas sudat: ius luxuriæ publicæ datum est. ingenti apparatu sonant omnia tan
quam quicquam inter Saturnalia intersit & dies rerum agendarum: adeo nihil interest, ut
mihi uideatur non errasse qui dixit, olim mensem fuisse Decembrem, nunc annū. Nec ta-
men parum similia esse uidentur quæ eodem mense per Christi dei nostri natalitia cõmit
tuntur à nostris. Et bacchanalia libero patri Baccho dicata temporis longitudine, per au- *Bacchanalia*
tumnū Saturnalibus paria, maiore luxu celebrata sunt. Nudi eñ uiri, cū nudatis omnia
membra mulieribus, matronis, uiduis & uirginibus, ad sacra conueniebant, quæ non nisi
nocturna erant: caput omnes pariter femoraliaq; pampinis & uuarū racemis cincti, alios
item uuarum racemos manu tenebant: & tumultuario inuicem cõmixti cœtu, in sublime
saltantes, uariaq; gesticulatione brachia ceruicem caputq; mouentes, carmen Baccho in
conditum decantabant: nec prius erat saltationis modus, quàm defatigati & toto corpore
uacillantes, partim resupinarentur proximioribus inhærenres, partim in pauimentum
phanatici amentesq; procumberẽt: ut recte senserit M. Varro talia nisi ab amentibus fieri
non potuisse. Quid uero incestuum constuprationumq; in huiusmodi nocturnis conuen
tibus sit commissum, Liuius XL. libro his uerbis scribit. Hispala originẽ Baccorū expro-
mit. primo sacrarium id fœminarū fuisse. Pacullam sacerdotem omnia tanquam deum
monitu immutasse: nocturnum sacrum ex diurno, quinos singulis mensibus dies initiorū
fuisse: ex quo inde promiscua sacra sint, & permixti uiri fœminis & noctis licentia acces-
serit, nihil ibi flagitij, nihil facinoris prætermissum: plura uirorū inter sese quàm fœmina-
rum stupra: si qui minus patiẽtes dedecoris sint, & pigriores ad facinus, pro uictimis imo-
lari nihil nefas ducere. uiros uelut mente capta, cum iactatione phanatica corporis uatici
nari: matronas Baccharū habitu crinibus passis, cum ardentibus facibus decurrere ad ty-
berim, dimissasq; in aquam faces, quia uiuū sulphur cum calce insit integra flamma effer-
ri. Prosequiturq; Liuius paulo infra: institutū fuisse, ne quis maior uiginti annis initiare-
tur, captatas ætates & erroris & stupri patientes. Consules in rostra ascenderūt & contio-
ne aduocata, cum solenne carmen precationis, quod fari prius quàm populum alloquan-
tur magistratus consueuerunt, peregissent, ita cœperūt: Bacchanalia tota iam pridem Ita-
lia & nunc per urbem etiam multis locis esse, nõ fama modo accepisse uos, sed crepitibus
etiam ululatibusq; nocturnis, qui personent tota urbe, certum babeo. Primum igitur mu-
lierum magna pars est, & is fons mali huiusce fuit: deinde simillimi fœminis mares, stu-
prati & constupratores, phanatici uigiles, uino strepitibusq; nocturnis attoniti. Maiores
nostri ne nos quidem nisi cum aut uexillo in atce posito comitiorum causa, aut exercitus
eductus esset, aut plæbi concilium tribuni edixissent, aut aliqui ex magistratibus ad cõcio
nem uocassent, forte temere coire uoluerunt. Et ubicunq; multitudo esset ibi & legitimū
rectorem multitudinis censebant debere esse. Senatusconsulto cautum nequa Bacchana-
lia in urbe neq; in Iralia essent. nec paruū ad ea tollenda momentū habuisse uidetur Len- *Lentulus Cor*
tuli Cornelij Suræ factū, quem constat ad urbis incendium cędemq; ciuium primam Sa- *nelius Sura*
turnalium noctem cum coniuratis destinauisse. Ludos etiam scænicos & theatrales flagi-
tiosissimos ad deorum cultum institutos, & ea ratione ipsum item theatrū à principio ædi
ficatum fuisse scripsit Aurelius Augustinus dicens, ludos scænicos spectacula turpitudi-
num, & licentiam uanitatis, nõ hominum uicijs sed deorum iussis Romæ institutos: cum
propter sedandam pestem corporum dij eós sibi iusserint exhiberi. quos postea asserit ob-
scœnis uocibus & motibus histrionū fuisse actos. præsertim cum fugalia celebrarentur, *Fugalia*
uere taliter appellata, quod pudor inde & honestas dedita opera fugarent. ut merito ipse
Augustinus exclamet: quanto iustius & honestius in Platonis templo libri eius legeren-
tur, q in templis molles abscinderent demonū, consecrarent secarenturq; insani, & quic-
quid aliud uel turpe turpiter, uel crudele crudeliter in theatris & deorum sacris celebra-
ri solet. Qualiter autẽ omnes ludi fierent scænici difficile fuerit docere, quod singulis pe- *Ludi scænici*
nè uicibus, ex histrionum ingenio ac industria uariarentur: & satis constat omnes fabulas
à Plauto Terentioq; & alijs comicis confictas in scæna & theatro ab histrionibus eorūq;
ministris personatis deorum cultui spectante populo fuisse actas. Vnde scribit in uita Ci-

ceronis Plutarchus, Aesopū cū in theatro repræsentasset Atreum cōsultantem de iudicio Thyestis, ex ingenti dolore mentis impotem, quendam ex ministris quod ipse nō obseruato tempore celerius aduentasset, sceptro percussisse ac interfecisse. Cætera quæ his scænæ actionibus competant in Roma dot uimus instaurata. Faciet autem ludorum mentio propter scænicos suborta, ut cætera de ipsis dicturi, ferias prius in quibus fiebant doceamus: quanquā nō solum ludos, sed & funebria & spectacula & pompas eodem penè contextu dicere oportebit, quæ omnia suos dies feriatos habere ut rite fierent oportebat. Feriarum Festus Pompeius inquit, alias sine festo fuisse, ut nūdinas, alias cū festo ut saturnalia: quibus adiungebant epulationes ex prouentu fœtus pecorū frugūq;: quæq; & idē Festus alio loco uim uerbi exprimens dicit, ferias à feriendis uictimis esse dictas. Nundinas aliqui Romulum, aliqui Tacium instituisse dicūt: quas Hortensius lege sanxit nephastas esse, ut rustici qui nundinandi causa in urbem ueniebant, lites componerent, legesq; acciperēt. Nephasto enim die prætorem loqui nō licebat. Feriarum publicarū quatuor esse genera uoluit Varro: aut enim statiuæ sunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut de quibus diximus nundinæ. Statiuæ omnis populi cōmunes certis & cōsuetis diebus ac mensibus, & in festis obseruationibus annotatæ, in quibus sunt agonalia & lupercalia superius à nobis descripta. cōceptiuæ, quæ quotannis à magistratib⁹ uel à sacerdotibus accipiunt in dies uel certos uel incertos: ut sunt, latinæ, sementinæ, paganalia, cōpitalia. Imperatiuæ sunt quas cōsules uel prætores pro arbitrio indicūt. Erant præterea feriæ propriç familiarū, ut Claudiæ, Aemiliæ, Iuliæ, Corneliæ, & aliarum. Erant singulorum, ut natalū, funerum, & expiationum, atq; frugum susceptiones: quæ feriarum pars latius patebat, quod tribus temporibus feriæ & dies festi erant, propter fructus quibus metuebāt: Rubigalia primo à Numa instituta anno regni sui undecimo ad septimum Kalendas Maij, quia tunc segetes rubigo occupat: Floralia quarto Kalendas Maias anno urbis quingentesimo sextodecimo ex oraculis sibyllæ, ut omnia bene deflorescerēt. Vinalia priora in Kalendis Martij degustandis uinis. Vinalia altera ad XIII Kalendas septembris quod festū tempestatibus leniendis institutū est. Sementinæ fuerunt feriæ à sementibus faciendis, paganicæ agriculturæ causa. Et demum feriæ stultorum appellatæ sunt quirinalia, quod eo die sacrificabāt ab his qui solenni die aut nō potuerāt rem diuinam facere, aut ignorauerāt: quibus omnibus in diebus feriatis nihil omnino qđ nō eius diei religio exposceret fieri licebat. quanquā Scæuola sicut & Hebræorum consuetudo habet, licere uoluit ferijs ea fieri, quæ neglecta nocerent: utputa qui bouem fossa extraxisset, tignū domus ruinosum tibijs sustentasset. post ferias uero & nundinas quoad expediens fore uisum est descriptas, funebria nobis ideo sunt dicenda, ut in eis qui exhibebantur ostensis ludis, alios cū spectaculis pompisq; describēdos ordine afferamus. Funebria mortuis primū à Numa Pompilio instituta fuisse Liuius sic ostendit. Nec cœlestes modo cæremonias, sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes, ut idem pontifex doceret. ipsa uero funebria quàm parce haberi deceret Cicero legum primo sic dicit: deorū manium iura sancta sunto; hos leto dato, diuos habento, sumptum in illis luctumq; minuunto. Et infra: minuendi sunt sumptus lamentationesque funeris. Quibus autem modis & causis minuerentur lamentationes ipse Nonius Marcellus sic ostendit. Minuebatur populo luctus, ædis dedicatione, cum à censoribus lustrum condebatur, cum uotum publice susceptum soluebatur. priuatis autem cum liberi nascerentur, cum honos in familiam ueniret, cum pater aut liberi aut uir aut frater ab hoste captus domum rediret, cum puella desponsaretur, cum propiore quis cognatione q̄ is qui lugebatur nasceretur, cum in festo cæteris consensissent. Sequitur Cicero in legibus. Mulieres genas ne radunto, ne ue lessum funeris ergo habento. Erat. n. lessus lugubris eiulatio. sequiturque Cicero hæc laudabilia & locupletibus fuisse cum plebe communia, quod quidem maxime rectum esset tolli fortunæ discrimē in morte. Coronam tamen uirtute partam, & ei qui peperisset & eius parenti sine fraude esse lex repositam iubet. hinc refert Liuius: Valerio publicolæ post tres consulatus defuncto ob paupertatem funus publice duci oportuisse: pariter Menenio agrippæ conciliatori plæbis cum patribus, & Q. Fabio Maximo in funus æra fuisse collata, quadragesimoq; octauo Liuius pariter M. Portium Catonem filij in prætura mortui funus tenuissimo ut potuit (erat. n. pauper) sumptu fecisse. Et M. Aemiliū Lepidum qui princeps senatus sextis iam censoribus

Marginalia: *Feriarum uarietas* — *Feriæ unde* — *Nundinæ* — *Nephastus dies* — *Feriarū quatuor genera* — *Statiuæ* — *Conceptiuæ* — *Imperatiuæ* — *Feriæ familiarum* — *Rubigalia* — *Floralia* — *Vinalia* — *Sementinæ feriæ* — *Quirinalis stultorum feriæ* — *Funebria* — *Luctus diminutio* — *Lessus* — *Qui ob paupertatem publice sepulti fuerint*

lectus erat, ante quam expiraret præcepiſſe filijs lecto ſe ſtrato ſine linteis ſine purpura ef-
ferrent, in reliquum funus ne plus quàm æris denos conſumerent. ſed poſt hanc priſcorũ
moderationem tam multa funeribus ſepulchris q; ornamenta, tam ingentes ſumptus po-
ſteri adhibuere, ut cæteram omnem priuatæ impenſæ inſaniam superuenerint. de quibus
oĩbus ordine eſt dicendũ. prius tamẽ mores parandi cadaueris, poſt funeris ſepulchri q;
impenſam oſtendemus. Qui coniunctiores erant, uxor filij, aut fratres paterue, aut gene- *Oculi claude-*
trix, defuncto oculos claudebãt: & poſt parum patefacto undiq; cubiculo, introductis ex *bantur mor-*
familia uiciniaq; qui inſpicere uoluiſſent, terni quaterniq; mortuum altiſſimis uocibus no *tuis*
mine ter inclamitabant. quo tacente, qui aduenerant, conclamatum eſſe in publicum effe-
rebant. quod autem nonnulli aliquando pro mortuis poſt conclamationem habiti, in ro- *Conclamare*
gumq; elati, ad flammæ contactũ palpitantes liberari nequiſſent: aqua omnes feruenti la-
uare mos fuit, qua tanquam expergefacti ſe uiuere oſtenderẽt. Exinde euerricator, quem *Euerricator*
Feſtus inquit, iure accepta hereditate, iuſta facere defuncto debuiſſe, certo ſcoparum ge-
nere adhibito domum purgabat, cupreſſi ramo domus hoſtio in funeris indiciũ ſuperpo- *Cupreſſus in*
ſito. quod eam arborem diti ſacram conſtat ſucciſam nequaquam à radicibus pululare. Si *foribus mor-*
autem defunctus uir fuerat alicuius uel minimæ dignitatis, preco ciues ad funus conuoca *tuorum*
bat. Erantq; uerba ut inquit Varro: Olli ollus fato functus eſt. polinctores exinde cadaue *Olli ollus fa-*
rum curatores, & ueſpillones urendi humandiue periti, ſuum & ipſi pręſtabant officium. *to functus eſt*
Nam quod Plutarchus in problematibus habet, in æde libitinæ quæ & Venus omnia ad *Pollinctores*
funus pertinentia publice parata erant. Qua ex re homines frugalitatis admonitos intelli- *Veſpillones*
gere uoluerunt: Venerem ſicut aduenientibus uiam, ita decedentibus ſepulturæ inſtru-
menta præbere. ueſpillones aut ſic appellauere maiores, quod pauperũ maximus in ciui-
tate numerus, cũ mane ſolenni & ſumptuoſo funere efferri nequirent, ueſpere ab illis ob-
ſcuriore per umbram modo deportarentur: appellabaturq; id populare pheretrum Sanda
pila, qđ Suetonius in Domitiani geſtis rebus ſic edocet: Cadauer eius populari Sandapi- *Sandapila*
la per ueſpillones aſportatum. Sed cum mortui in domo fieret comploratio lugentes pel- *Lugẽtes mor-*
les inſidebant: mulieresq;, quem nunc Romæ ſeruant morẽ, genas olim unguibus laceraſ *tuos pelles in-*
ſe hinc conſtat, quod lege id prohibitũ fuiſſe ſcribit Cicero. funebres interea tibię carmen *ſidebant*
ferale decantabant, aderantq; mulieres precio cõductę præficæ appellatæ, & flendo fortia *Tibiæ fune-*
defuncti facta miris in cœlum & confictis & falſis ſæpius quàm ueris laudationibus extol *bres*
lentes: quarum & aliarum id genus muliercularum ineptæ eiulationes & uoces nenia ap *Præficæ*
pellatę ſunt. quæ ſic diffinit Feſtus. Nenia carmen quod in funere laudandi gratia canitur *Nenia*
ad tibiam. Sunr qui eo uerbo finẽ ſignificari putant: quia uolunt neniã ideo dici quod uo-
ci ſimilior querimonia flentium ſit: quidam autem nenia dictum nomen ab extremi inte-
ſtini uocabulo, quod Græce extremum ſignificat. prętexta uero pulla uti, quod genus ue *Prætexta*
ſtimenti eſt oblongũ talare & atrum, illi à quo funus fieret, & nulli licuiſſe alio, Feſtus eſt *pulla*
autor: Mulieres uero defuncti propinquas in luctu albis ueſtibus indutas, ſicut & ipſum *Veſtes albæ*
mortui corpus, fuiſſe Plutarchus in problematibus aſſerit: redditq; cauſam primo cadaue *in lugendis*
ris, quod iam quaſi emeritum & graui certamine liberatum ad ſepulchrum deduci ſplen- *mortuis mu-*
didum oportuerit. Et propinquos decuiſſe dicit defuncti corpus indumenti colore & ſpe- *eribus*
cie imitari. infectæ enim coloribus ueſtes ſuperfluitatem præ ſe uiſæ ſunt ferre ac ſumptũ:
nec ſatis decuiſſe atro aut purpureo coloribus doloſis ſed potius alio amiciri coniunctos,
exemplo defuncti qui purus & omni commixtione uacuus tinctorio corporis ueneno li-
beratus eſſet. Sepeliendi corpora duplicem fuiſſe morem uidemus: Cicero enim legũ pri- *Sepeliendi*
mo antiquiſſimum dicit fuiſſe genus ſepulturæ illud quo apud Xenophontem Cyrus uti *corpora du-*
tur, quo corpus terræ redditur, & ita locato & ſito operimentum matris obducitur: gen- *plex mos*
temq; Corneliam uſq; ad memoriam ſuam hac ſepultura fuiſſe humatam. & Liuius in pri
mo dicit, Aeneæ ultimum operum mortalium fuiſſe apud Numicũ amnem ubi ſitus ſit,
Iouemq; indigetem appellari. Et libro CXIX Liuius dicit, uictum ab Hircio & Cæſare
Antoniũ in gallias confugiſſe: ac Hirciũ qui poſt uictoriam ex uulnere ceciderit, & Pan-
ſam ex uulnere defunctum in campo martio ſepultos eſſe. In legibus itẽ Cicero: Caij ma-
rij reliquias apud Anienẽ diſſipari iuſſiſſe Syllam uictorem, acerbiore odio incitatũ q̃ ſi
tam ſapiẽs fuiſſet quàm uehemens: quod ſuo corpori cum timeret accidere, primus è Pa-
tricijs Cornelijs igni uoluit cremari. & tamen ſequĩ Cicero declarare Enniũ de Aphrica-

Siti no:hic eſt ille ſitus uere.ſitoſq́ dici illos qui conditi ſint,eumq́ morē ius pontificale cõfir mare. Et Plinius quin defunctos ſeſe multi fictilibus ſolijs cõdi maluere. Nonius Marcel lus.membrũ abſcidi mortuo dicebatur,cum digitus eius decidebatur,ad quod ſeruatũ iu ſta fierent,reliquo corpore cõbuſto.Et itē Plinius:hominē fulgure exanimatum cremari fas nõ eſt,cõdi terra religio tradit. Et infra.cremare corpus nõ fuit ueteris inſtituti. Terra cõdebantur. Ante Syllam dictatorē nemo crematus eſt. Is quia Marij cadauer ludibrio fu it extractũ,cremari uoluit. Quod autē Plinius dicit,Syllam primũ fuiſſe crematum,de Pa tricijs uerum fuit,ſed prius cõſueuiſſe corpora mortuorũ cremari, infra ex Virgilij uerſi bus undecimi libri oſtendemus,& Terentius in Andria oſtendit. Additq́ Plinius linũ in uentum eſt, qđ igni nõ abſumitur. In rogis funebribus eius lini tunica corpori obducta fa uillam ab reliquo ſeperat cinere: naſciturq́ in deſertis aduſtiſq́ ſole Indiæ, ubi nõ cadunt imbres aſſueſcitq́ uiuere ardendo:rarũ inuenitur, difficile textu propter breuitatē,æquat precia ingentium margaritarũ. Et Suetonius in Caligulæ uita. Cor inquit, ueneno tactũ igni nõ cõburi.uſum autē cõburendi corpora nõ diu duraſſe Macrobius innuit, qui ſcri bit urendi corpora mortuorũ uſum ſuo ſeculo nõ fuiſſe, quē Adriani principis tēporibus ſatis cõſtat floruiſſe. Additq́ quo tempore igni corpora dare fuit honor,ſi quando uenif ſet ut plura ſimul cremarentur,ſolitos fuiſſe funerũ miniſtros denis uirorum corporũ ad dere ſingula muliebria. Itaq́ citius & facilius arſiſſe. Nõ licuiſſe autē mortuos in urbibus ſepeliri Cicero ſic oſtendit in legibus ciuilibus caueri:hominē mortuum in urbe nõ ſepe li,ne ue urito:credo propter ignis periculũ.in urbe tamen ſepulti ſunt clari uiri,quibus an te hanc legē habitus eſt honor, ut Publicolæ aut C.Fabritio:Heliusq́ Spartianus, Anto nium piũ inquit.intra urbes ſepeliri mortuos uetuiſſe.idq́ obſtinatius ſeruaſſe Athenien ſes ſcribit Seruius Sulpitius ad Ciceronē de morte Marci Marcelli his uerbis. Ab Athe nienſibus locum ſepulturæ intra urbem impetrare nõ potui ꝙ religione ſe impediri dice rent,neq́ tamen id ante cõceſſerant. Et Plutarchus in problematibus dicit, eius qui trium phaſſet, demum cõbuſtus eſſet,licebat oſſa capere,& in urbē deferre ac locare mortui ho noris cauſa:quorũ poſteris in forum delatis facem ſubijciebãt,ut ſtatim ſublati inuidia ho nore ſine inuidia uterent. ſed iam ſatis ea ſunt dicta,quæ circa corpus fiebant: cætera ſunt dicenda,quæ honori corporis uel potius ſuorũ in eo adhibebantur. prim æq; erunt lauda tiones funerariæ de quibus Cicero in legibus,honoratorũ uirorum laudes in cõtione me moranto,eaſq́ ad cantus ad tibicinem proſequuntor: Liuius XXVII. Marcellus filius M. Marcellum patrem cõſulem interfectum laudauit. Et Suetonius Tranquillus C.Cęſa rem ſcribit annos natũ duodecim auiam, & poſtea Tiberiũ annos agentē nouem patrem defunctũ pro roſtris laudaſſe. Pliniuſq́ orator ad Romanum de Virginio Rufo defuncto ſcribens. triginta annis gloriæ ſuæ ipſum ſuperuixiſſe & poſteritati ſuę interfuiſſe ſcribit, qui laudatus fuerit à cõſule Cornelio Tacito,ut ſupremus fœlicitati ſuæ cumulus acceſſe rit laudator eloquentiſſimus. quod aũt ſupra in legibus ſcribit Cicero ad Tibicinē & can tum mortuorũ laudes proſequendas eſſe, ſeruat in plæriſq́ locis urbi Romæ propinquis noſtræ ætatis cõſuetudo. Secundus mortuo honor nõ uerbis ut ſuperior, ſed re & multa grandiq́ impenſa adhibitus fuit: gladiatorum munus,quod quale fuerit poſtremus ferè ſcriptorũ ex priſcis quorũ ſcripta ad nos peruenerunt Helius Spartianus in Maximi ſiue Pupieni & Albini geſtis rebus ad aliud tamē propoſitũ ſic habet: Vnde tractũ ſit,ut pro ficiſcentes ad bellũ imperatores gladiatorũ munus & uenatus darent, breui dicendũ eſt: multi dicunt apud ueteres hanc deuotionē factam cõtra hoſtes,ut cum ſanguine litato ſpe cie pugnatorũ uim quandam fortunæ ſatiarent. ituros quoq́ ad bellũ Romanos debuiſſe pugnas uidere & uulnera & ferrum & ruentes inter ſe cohortes, ne in bello intuentes ho ſtes timerent,aut ſanguinem horrerent. Sed quod Spartianus dicit ueteres cõſueuiſſe, Li uius XXVIII ſic oſtendit. Scipio Carthaginem ad uota ſoluenda dijs, munuſq́ gladia torum,quod mortis cauſa patris patruiq́ parauerat edendum redijt. Gladiatorum ſpecta culum fuit,nõ ex eo genere hominũ, ex quo laniſtas cõparare mos eſt,ſeruorũ qui ſangui nem uenalem habent. Voluntaria omnis & gratuita opera pugnantiũ fuit: Nam alij iuſſi ab regulis ſuis,ad ſpecimē inſitæ genti uirtutis oſtendendum, Alij profeſſi ſe pugnaturos in gratiã ducis: Alios æmulatio & certamē,ut prouocarent,prouocatiue haud abnuerent traxit:quidam qui diſceptando cõtrouerſias finire nequiuerant aut noluerant, pacti inter

ſe ut

Marginal notes:

Sylla primũ crematus

Non licuiſſe mortuos in urbibus ſepeliri

Laudationes funerariæ

Gladiatorum munus in funeribus

Gladiatores ſpontanei

ſe ut uictorẽ res ſequeretur, ferro decreuerunt: neq; obſcuri generis homines, ſed clari illuſtresq;. patet itaq; ex ſuperioribus Liuij uerbis gladiatores ex laniſtis & ſeruis redimi cõſueuiſſe, & magno quidẽ precio. cũ infra oſtenſuri ſimus huiuſmodi perditiſſimorũ hominũ uitã, in certiſſimũ ſe diſcrimẽ precio exponentiũ, dũ nudi acutis mucronibus decertãt raro quempiã ultra ſextam uictoriæ palmam reportaſſe: quã quidẽ palmã Feſtus Lemniſcatum appellari ſolitam dicit: niſi forte credemus, miſeratum eoſdem populũ Romanũ cũ bini & nudi, quandoq; quaterni & multa ſimul paria unico concurſu digladiarentur, à cæde & uulneribus reuocaſſe: cum ſcribat Cicero in legibus, Etenim ſi in gladiatorijs pugnis & infimi generis hominum conditione atq; fortuna timidos, & ſupplices, & ut uiuere liceat obſecrantes etiam odiſſe ſolemus: fortes & animoſos, & ſe acriter ipſi morti offerentes ſeruare cupimus: eorumq; nos magis miſeret qui noſtram miſericordiam nõ requirunt, quàm qui illam efflagitant. & infra patebit, multa eorum paria ad dictam excarnificationem ſæpenumero fuiſſe exhibita. Sed ad rem: ſcribit XVII Liuius Decimum Iuniũ Brutum fuiſſe primum qui munus gladiatorium in honorem defuncti patris dedit. unde mirari ſoleo, qua ductus ignoratione Valerius Maximus ſcripſerit gladiatorũ munus primum in foro Boario Appium claudium Fuluiumq; cõſules dediſſe. Et Plinius Caio principi XX paria gladiatorum fuere in ludo, in his duo qui contra comminationes aliquas non conniuerent, ob id inuicti. & infra: C. Terentius Luctatius primus triginta paria gladiatorum in foro per triduum dedit. Macrobiusq; in Saturnalibus ſcribit, lapidandũ Vatinium teſtem gladiatorũ munus dediſſe, eodem quo lapidabatur tempore. ut populo moriens & dijs ſimul herebi placeret. Suetoniusq; ſcribit: Auguſtũ Cæſarem gladiatores ſine intermiſſione edi uetuiſſe. & Tiberius munus gladiatorũ in memoriam patris & aui Druſi diuerſis temporibus ac locis, primum in foro, ſecundum in amphitheatro, rudiarijs quoq; quibuſdam reuocatis autoramentum centenũ milium dedit. Rudem uero uirgam fuiſſe conſtat, qua prætor gladiatores ſexagenarios ab eo munere eximebat: quos cũ probi fuiſſent qui multa reportaſſent lemniſcata, Tiberius ad maiorẽ ludorum ſuorum magnificentiam, reuocatos centenis numum milibus donauit. Caligula uero munera gladiatoria partim in amphitheatro Tauri, partim in ſeptis aliquot edidit: qbus inſeruit cateruas aphrorum campanorumq; pugilum ex utraq; regione lectiſſimorum. cumq; populus ad ea ſpectacula frequentiſſimus cõueniſſet, ſeptaq; qui locus ſemper tecto caruit & pariter theatrũ per æſtatem frequentiſſimam lineis & quandoq; biſſinis intecta eſſent uelis: Caligula ipſe pernicioſus ſordidiſſimusq; princeps reductis eiuſmodi uelis æſtuantem in ſpectaculo populum ui contineri iuſſit. Claudius uero, princeps & ipſe ineptus, poſt munera gladiatoria multipliciter data, cum aliud requirenti populo daturus auaricia diſtineretur, quæſtoribus uim attulit, ut pecuniam ſternendis uijs paratam in id munus impenderent. ſcribitq; Suetonius: Claudiũ quocunq; gladiatorio munere uel ſuo uel alieno gladiatores etiã forte prolapſos iugulari iuſſiſſe. Cũq; par quoddã mutuis ictibus cõcidiſſet, cultellos ſibi paruulos ex utroq; ferro in uſum ſuũ fieri ſine mora iuſſiſſe. Helius Spartianus ſcribit Adrianũ per ſex cõtinuos dies gladiatoriũ munus exhibuiſſe. Et Antoninũ Pium ex publico ſumptũ gladiatorijs muneribus inſtituiſſe: pariterq; Iulius Capitolinus Marcũ Antonium philoſophũ gladiatoria ſpectacula omnifariam temperaſſe: quod quidem optimi principis temperamentũ adeo ualuiſſe uidemus, ut poſt Maximum ſiue Pupienũ & Balbinum, de quibus ſupra diximus, nemo id funeſtiſſimũ horridumq; munus ediderit. Vnde quod ſcribit Caſſiodorus facile credimus: Theodericũ regem Gothorũ ſecta Arianũ & tamen chriſtianũ idipſum munus Romanis optantibus ita denegaſſe, ut nunquam poſtea editum fuerit uel petitum. Tria nunc ſimul dicenda nobis occurrunt, funebrium apparatibus ſolita adhiberi. Nã ludi funebres ſimul cũ gladiatorio munere fuerũt quandoq; editi: quæ funera ſcribit Feſtus ſimpludearia maiores appellauiſſe: hisq; ludis & uiſceratio quandoq;, & epulum addita fuere. quos quidem ludos illis ſimiles fuiſſe tenemus, de quibus paulo inferius cum ſpectaculis dicturi ſumus. ſcribit XXIII Liuius M. Aemilij lepidi qui bis cõſul augurq; fuerat, filij tres Lucius, Marcus, Quintus ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & uiginti per triduum in foro dederunt. Et XXXI Liuius: ludi funebres eo anno per quadriduum in foro matris cauſa Valerij Leuini & Publij à Publio & Marco filio eius facti: & munus gladiatorium datum ab his, paria XXV

Lemniſcatum

Brutus primus editor gladiatorum

Contra Valeriũ Maximũ

Rudis

Ludi funebres

Simpludearia

pugnarunt. Et XL ac XLI Liuius: Publij Licinij funeris causa uisceratione data gladiatores CXX pugnauerunt. & ludi funebres per triduum facti, post ludos epulum: quo cũ toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis coorta coëgit plerosq; tabernacula statuere in foro. Eadem paulo post quàm differenasset sublata. Quid autem inter uisceratinem datam & epulum interfuerit & si infra in morum partibus diffuse certi usq; dicturi sumus, tamen paucis hic docebimus. cum Publij licinij præstantis ditissimiq; ciuis curatores funeris, præter ludos, & gladiatores oculis tantummodo populi Romani satisfacturos, cibum quoq; intenderent præbere, honoratioribus epulo opipare, & laute dato gratificaturi, plebem prius & multitudinem inuerecundam quæ ad stipem facile cõflueret uisceratione pauerunt. quæ uisceratio etsi ab initio uerbi originem habuit quando animalibus cæsis rem diuinam facturi uiscera is qui sacrificio intererant dispartiebantur:
Visceratio tamen postea in cõsuetudinem tractum est, uiscerationem quoq; appellari, cum carnes siue crudæ, siue coctæ, quandoq; panis, uinumq; cum illis domum perferentibus singulis
Epulum præbebantur. Epulum fuit estq; quod & conuiuium, appellatus ciborũ etiam uariorum
Triclinium lautus decensq; apparatus. Sed triclinium hic ueteri latinoq; more, aliter quàm multis retro seculis, sicut & nostro per abusionem factum uidemus, à Liuio positum est. non enim pars aliqua domus, sicut nunc utimur, triclinium fuit. sed coacta in locum unum parandæ paucorum cœnæ suppellex necessaria. Et quidem triclinij uerbum habuisse originem cõstat à tribus lectis qui contigui sternerentur, super quibus conuenientes ad conuiuium sicut Turci nunc & Græci faciunt accubarent. hinc Horatius: Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos. E quibus unus auet qua uis aspergere cũctos: Præter eum qui præbet aquam. Et Iuuenalis. Ergo duos post Si libuit menses neglectum adhibere clientem, Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto, Vna simus ait. Et Virgilius, Inde thoro pater Aeneas sic orsus ab alto. Sed postea sicut in multis factum esse uidemus, triclinium mutatæ rei formæ uerbum remansit, & apparatus ad mensam factus triclinium est dictus. quod auleis tapetisq; quosdam, alios uelis purpureis aut byssinis, argenteis nonnullos eburneis'ue cratibus & laminis obduxisse, infra in partibus morum, allatis singulorum qui usi sunt nominibus ostensuri sumus. qua in clausura poculorum, patinarum crateratum, uinariorũ, aquariorum & uasorum ex argento auro'ue & cristallinorũ mirrhinorumq; abacus omnis cõtinebatur. ubi igitur toto foro strata erãt triclinia, quæ multa tanto in spacio esse oportuit,
De sepulchris tempestas cũ procellis coorta coëgit plærosq; tabernacula statuere. Sepulchra deinceps dicenda sunt, de quibus Cicero legum primo. Iam tanta religio est sepulchrorum, ut extra sacra & gentem inferri fas neget lex esse. idq; apud maiores nostros Tarquinius in gente popilia iudicauit. & infra: decretũ à pontificũ collegio, nõ esse ius in loco publico fieri sepulchrum. Item in legibus: duæ præterea leges sunt de sepulchris, quarum altera priuatorum ædificijs, altera ipsis sepulchris cauet. Nam q; rogum bustum'ue nouũ uetat propius sexaginta pedes adduci ædes alienas inuito domino, incendium ueretur acerbum. quod autem uestibulũ sepulchris bustum'ue usu capi uetat, tuetur ius sepulchrorũ. hæc in XII tabulis secundũ naturã quæ norma legis est, reliqua sunt in more: & infra, Pœna est si qs
Bustum bustum, etiam id credo appellari tumbam, aut monumentũ inquit, aut columnam uiola-
Tumba uerit, iecerit, fregerit. Imprimis sepulchrorũ magnificentiã esse minuendã, quã legem eis-
Monumentũ dem penè uerbis nostri decemuiri in decimam tabulam coniecerunt. Vetat etiam lex ex
Columna agro culto eo'ue qui coli possit ullam partẽ sumi sepulchro, extruiq; uetat altius q̃ q; quin que diebus absolueretur: nec è lapide extrui plus'ue poni q̃ q; capiat laudem mortui inci-
Versus longi sam quatuor heroicis uersibus, q̃s longos appellat Ennius. Cicero etiã philippicorũ octauo: Maiores quidẽ nostri statuas multis decreuerũt, sepulchra paucis. sed statuæ intereũt tempestate, ui, uetustate: Sepulchrorũ autẽ sanctitas in ipso solo est, quod nulla ui moueri neq; deleri potest: atq; ut cætera extinguntur, sic sepulchra fiunt sanctiora uetustate. No-
Monumentũ quid nius Marcellus. Monumentũ ad memoriã posteritatis, & infra. Monumẽtũ est q; & mortui causa ædificatũ est, & quicquid ob memoriam alicuius factum est, ut pbana, porticus, scripta, & carmina. sed monumentũ quamuis causa mortui sit factum nõ tamen significat ibi sepultum. Martianus in digestis. Monumentũ sepulchri id esse diuus Adrianus rescripsit, quod munimenti causa id est muniendi eius loci causa factum. Florentinus de religione, & sumptu funeris. Monumentũ generaliter res in posterum memoriæ causa prodita:
in

In qua si corpus uel reliquiæ inferantur fiet sepulchrum: si uero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci cenotaphiũ appellant. Cicero Attico. phanum fieri uolo, neq; mihi hoc æui potest sepulchri similitudinẽ effugere. Plinius Cornelio Tacito de uilla Virginij Ruffi & eius sepulchro. libuit etiam monumentũ eius uidere: & uidisse pœnituit. est enim adhuc imperfectũ. nec difficultas operis in causa, modici ac potius exigui. At ille mandauerat caueratq;, ut diuinum illud etiam immortale factum uersibus inscriberetur. Hic situs est Ruffus pulso qui Vindice quondam, Imperiũ asseruit non sibi, sed patriæ. Et Montano Plinius. est uia tiburtina intra primũ lapidem monumentum Palantis, ita inscriptum: huic senatus ob fidem pietatemq; erga patronos ornamenta prætoria decreuit. & sestertium centies quinquagesies: cuius honore contentus fuit. Seruius Sulpicius Ciceroni de obitu M. Marcelli. Nos in nobilissimo orbis terrarũ gymnasio academiæ locum delegimus. ibiq; eum combussimus: posteaq; curauimus ut eidem Athenienses in eodem loco monumentũ marmoreum faciendum curarent. sepulchra autem & funeralibus expletis, & quandoq; postea floribus odoramentisq; fuisse sparsa multis legimus in locis. Plinius in historia naturali. Scipioni florum honos à populo Romano, funus ei è publico stipe collata & sperſi flores quacunq; delatus. Cicero oratiõe pro L. plan co indignabundus. Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominũ audacissimorum ac domesticorum hostium conuentu epulisq; celebratum est. hinc Virgilius Octauio Augusto & eius sorori in Marcello adulatus. Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpes Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis, Purpureos spargam flores, animamq; nepotis His saltem accumulẽ donis, & fungar inani Munere. idemq; mos cũ in plerisq; regionibus Italiæ tum maxime in subiectis apẽnino collibus Romandiolæ alicubi ætate nostra seruatur. Adhibita etiam sunt post funeralia in templis & publicis in locis ornamenta. Plinius. Cæsar post dictator, in ædilitate in munere patris funebri omni apparatu harenæ argẽteo usus est: ferasq; etiam argenteis uasis incessere tunc primo uisum. Et Macrobius templorum ornamenta, clipei, coronæ, & huiusmodi donaria: quod nostra quoq; ætas in nobilibus & honoratis uiris seruat. Iulius autem capitolinus de M. Antonio philosopho. iussit ut filij septennis mortui qui erat Cæsar imago aurea à circensibus per Pompam ferretur: & ut falij carmini insererent. Quid gentiles nostri circa mortuorum corpora egerint satis hactenus & habunde uidemur dixisse. pauca nunc dicenda sunt nobis de his, quæ bonorum siue malorum animis tam defunctorum quàm uiuorum cõtingere existimabant. Cicero legum primo cum multa de pœnis disseruisset transgressoribus legum inferendis hæc habet. Sed nimis aliquos sæpe uidemus pœnas euadere. Non enim recte existimamus quæ pœna diuina sit, & opinionibus uulgi rapimur in errorem, nec uera cernimus. Morte aut dolore corporis aut luctu animi aut offensione iudicij hominũ miserias ponderamus, quæ fateor humana esse & multis bonis uiris accidisse. Sceleris est pœna tristis, & præter eos euentus qui sequũtur, per seipsam maxima est: tantum dixerim duplicem pœnam esse diuinam, quod constat ex uexandis uiuorum animis & ex fama mortuorum, ut eorum exitiũ & uiuorum iudicio & gaudio comprobetur. idemq; Cicero oratiõe in Pisonem. Deinceps post mortem de tranquillitate bonorum pœnis impiorum habetis explicatis. nolite enim putare patres cõscripti, ut in scæna uidetis homines consceleratos impulsu deorum terreri furiarũ tædis ardentibus: sua quemq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate & mente deturbat: hæ sunt impiorũ furiæ, hæ flammæ, hæ faces. Et Philippicorũ XIII. illi igitur impij quos cecidistis etiã ad inferos pœnas paricidij luent. Vos uero qui extremum spiritũ in uictoria effudistis, piorũ estis sedem & locum consecuti. Breuis aũt à natura uita nobis data est. At memoria bene redditæ uitæ sempiterna. Cicero item in oratiõe pro Roscio amerino. Nolite enim putare quemadmodũ in fabulis sepenumero uidetis eos qui aliqđ impie scelerateq; cõmiserint agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus: sua quemq; fraus, & suus terror maxime uexat: suũ quemq; scelus agitat, amentiaq; afficit, suæ malæ cogitatiões amentiæq; animi terrent. Hæ sunt impijs assiduæ domesticæq; furiæ. Et in Vatiniũ testem Cicero. cum n audita & nepharia scelera susceperis, cum inferorũ animas elicere, cũ puerorũ extis deos manes ad te citare soleres. Noniusq; Marcellus, Lemures dicit sunt laruæ nocturnæ, terrificatiões imaginũ & bestiarum. Festus aũt quem Christianũ fuisse uidemus: sic scribit. Mundũ gẽtiles ter in anno pa

Cenotaphiũ

Florũ honos & odoramentorum in funeribus.

Quæ bonorũ & malorum animis tam uiuorum quam mortuorum contingerent

Lemures

tere putabant diebus his: postridie uulcanalia, & ante diem tertiū nonas Octobris, & ante diem sextam idus Nouembris. inferiorem enim eius partem cōsecratam dijs manibus arbitrantes, clausum omni tempore præter hos dies, qui supra scripti sunt credebant. quos dies etiam religiosos iudicauerūt, ea de causa quod his diebus ea quæ oculta & abdita religionis deorum manium essent, in lucem adducerentur & patefierent: nihil eo tempore in re publi. geri uoluerunt. Itaq; per hos dies non cum hoste manus conserebatur, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, nō aliud quicquam in re publi. nisi quod ultima necessitas exegisset administrabatur. Suetonius de C. Calligula. satis constat prius quam mortuus transferretur ortorum custodes umbris inquietatos. In ea quoq; domo in qua occubuerat nullam noctem sine aliquo horrore transactam: donec ipsa domus incendio consumpta sit. Et de Nerone. sæpe confessus est agitari se materna specie umbrisq; furiarum accidentibus. Quin & facto per magos sacro euocare manes & exorare tentauit. peregrinatione quidem Grecię eleusinis sacris quorum initiatione impij & scelerati uoce præconis summouentur: interesse non ausus est. ut supradictis omnibus addere non uereamur, quod beatus Aurelius Augustinus in ciuitate dei sic scribit. Et quoniam creberrima fama est, multiq; se expertos uel ab eis qui experti sunt de quorum fide dubitandum non esset audisse confirmant. Siluanos & Faunos, quos uulgo incubos uocāt, improbos semper extitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitus: & quosdam dæmones quos duo galli assidue hanc immundiciam & tentare & efficere plures talesq; asseuerant, ut hoc negare impudentię uideatur, nō audeo diffinire. Sed ad Gentiles redeundum

Parentalia est. Cum supradicta suorum animis uiuentium: ac mortuorum animabus accidere crederent, eis post sepulturę & funebriū munera parentabant: non dissimiliter nostris quando ad septimum diem, aut aniuersarium, diuina in animarum suffragia celebrant officia. Cicero in Philippicis. ut parentalia cum supplicationibus misceerentur: & infra, ut cuius sepulchrum nusquam extet ubi parentetur, ei publice supplicetur. Plutarchus in problematibus. Cum cæteri Romani februario mortuis inferias mittere & parentare cōsueuissent, Decius & Brutus ut Cicero scribit id decembri faciebāt: quia Saturno is mensis consecratus est, quem in inferorum deorum numero habent. Et cum saturnalibus & uoluptati ac genio omnes nimium idulgeant: hi nonnullas dijs etiam inferis & mortuis uoluptates impartiebantur: & infra, Plutarchus. Faba parentando absumitur: quia in ea animas mortuorum pythagorici esse dixerunt. Flaminicamq; ob id ea non uesci Varro tradit, quando in flore litteræ lugubres reperiantur. Satis iam superq; ostendimus quid uirorū cuiuscunq; status funebribus sepulturis & animarū statui curandū gentiles opinati sunt. maiora nunc Cæsaribus suis imperatoribus à populo Romano excogitata & tributa ostendemus. quid enim maius ne dixerim dementius, quàm homines id quærere, ut hominem & plerunq; sordidissimum sese deum facere existiment, & intentent. notum esse non dubitamus, atq; adeo uulgatum, ut à nobis particulariter scribi non oporteat: principum Romanorū plurimos in numerum deorum fuisse relatos. sed quo id fieret modo, quis adhiberetur in re ordo: apud latinos nondū inuenimus. Nuper uero Marcus Barbus patriciæ gentis Venetus, ecclesiæ Taruisinę antistes uenerādus, à nostro Omnibono Brendulensi Vincentino Græcis latinisq; litteris apprime erudito munus nobis attulit, quale bonarum artium studijs innutritos, & qui detulit, & qui misit, in nascentem Romam triumphantem conferre decuit. Ea est traducta ex Herodiano scriptore Græco Seueri imperatoris deifi-

Deificatio imperatorum catio, quam ipsius Omniboni uerbis penè totam inserimus. Mos est Romanis consecrare imperatores, qui superstitibus filijs uel successoribus moriuntur. Et eiusmodi honorem deificationem appellant: luctus quidem per omnem urbem ostenditur festa celebritate permixtus. corpus enim defuncti pro ritu hominum sumptuoso funere sepeliunt. sed cæream imaginem defuncto simillimam fingunt: quam sub uestibulo prætorij proponunt in eburneo lecto magno atque sublimi, uestibus aureis instrato. & imago illa sub ægrotantis specie pallida percumbit: & ab utraq; lecti parte ad multū diei sedent: lęua quidem senatus omnis uestibus atris indutus: dextra uero mulieres, quæ uirorum uel parentū dignitate honorem & gloriam sortitæ sunt. earum autē quęlibet conspicitur neq; aurū gestans neq; monilibus ornata, sed uestibus albis exilibus induta, mœrentium speciem præbens. Atq; septem dies hæc quæ dicta sunt continue geruntur: & in

troeuntes

troeuntes medici passim ad lectum accedunt, & ægrotum diu contemplati grauius utique habere pronunciant. postquam uero diē obijsse uisus est, lectum humeris tollentes equestris ac senatorij ordinis nobilissimi delecti iuuenes per sacram uiam deferunt, & ad uetus forum magnum proponunt: ubi magistratus Romani imperium deponunt. utrinque uero gradus quidam in scalarum modum constructi sunt, & in altera parte puerorum chorus ex nobilissimis atque patricijs consistit: in altera, mulierum ex his quæ digniores esse uidentur. & utrique hymnos in defunctū canunt & laudes uerendo & lamentabili carmine conditas. post hæc lectum suscipientes per urbem deferunt in campum Martium, ubi forma quædam quadrangula æquis lateribus qua latissime campus patet ædificata est in tabernaculi modum, quod materia fixum est alia quidem nulla præter quàm lignorum ingentium. Id quidem interius totum est aridis fomitibus plenum, exterius aureis uestibus & eburneis lignis tabulisque pictis ornatum. Infra uero alterum breuius positum est forma & ornatu simile. tertium autem & quartum perficitur, & sub ultimo quod est minimū aquila iacet. ædificij formam turribus quispiam comparet, quæ in portubus eminentes noctu per ignem naues in tutas stationes dirigunt. pharos eas uulgo appellant. Ad secundum igitur tabernaculum deferunt lectum: ibique & aromata & omne suaue olentium genus, siue fructus sint, siue herbæ succique imponunt, ac coaceruatum fundunt. Nam neque gens ulla neque ciuitas, neque cum dignitate quisquam uel honore, qui non suprema hæc munera in honorem pietatis ambitiose mittat. Vbi aromatū aceruus ingens aggestus fuerit & locus omnis expletus, equitatio fit circa ædificium illud, & omnis equester ordo circumuehitur, moderatione quadam & cursus replicatione, uersus interea pirrhichos decantando. currus etiam circumuehuntur personatis quibusdam purpura amictis onerati, quibus similitudo quædam superinducta est Romanorum ducum aut imperatorum, ex his quorum fama nominisque celebritas integrior extat. His itaque confectis qui ad imperium successurus est facem tabernaculo admouet, & reliqui deinceps ignem undique circumponunt: omniaque illico utpote arido fomite, & aromatum congerie plena igni ualido corripiūtur. Ex tabernaculo autem ultimo atque breuissimo uelut à pinnaculo quodam: Aquila simul cum subiecto igne dimittitur ætherem petitura, quæ à Romanis de terris in coelos imperatoris animam uehere creditur, cum alijs dijs perpetuo mansuram. hoc honore filij patrem consecrantes ad prætorium deducuntur. Hanc uero funebrium magnificentiam aliqua ex parte Virgilius imitatos fuisse Troianos facit Aeneidos undecimo: cum mandarentur sepulturæ corpora in prælio defunctorum. Aurora interea miseris mortalibus almam Extulerat lucem, referens opera atque labores. Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon, Constituere pyras: huc corpora quisque suorum More tulere patrum, subiectisque ignibus atris Conditur in tenebras altum caligine coelum. Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos: ter mœstū funeris ignem Lustrauere in equis ululatusque ore dederunt. Spargitur & tellus lachrymis: sparguntur & arma. It cælo clamorque uirum clangorque tubarum. Hinc alij spolia occisis direpta latinis conijciunt igni: galeasque enses que decoros, Frenaque feruētesque rotas: pars munera nota, Ipsorum clypeos & non felicia tela. Multa boum circa mactantur corpora morti, Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris In flammam iugulant pecudes: tum littore toto Ardentes spectant socios: semiustaque seruant Busta: neque auelli possunt, nox humida donec Inuertit cœlū stellis ardentibus aptum. Superiorem quoque referendi in numerum deorum morem aliqua ex parte imitari uidemus funeris Romanorū pontificum curatores. ædificata enim forma tabernaculi in turris phariç formam (castrum doloris nostri appellant) sericinis undique pendentibus ornatur: & sedet ad sinistram longus atra ueste indutorū ordo. lectusque sub tabernaculo amplissimus aureis contegitur: super quem uideri uolunt mortuū iacere pontificem. non aūt medici sicut in superiori per septem dies ad simulacrū hic conueniunt, sed stantes hinc inde ad lectum serui & ipsi atrati uentilabrum perinde muscis abigendis frequēter agitant: ac si in lecto iaceret uel ægrotans uel defunctus pontifex quem multis ante diebus condiderant sepulturæ. Sumpsisse etiam uidemus nostros & multorū supra sæculorum nobiles & honoratos morem ornandi defunctorū suorum: præsertim arma tractare, aut magistratus amplos administrare solitorum funebria: equitibus nonnullis atra ipsis & simul equis ueste intectis circa ducendum funus obequitare iussis: qui & ipsi cum Virgilianis lustrauere

uere in equis ululatusq; ore dederunt. Reliquum est nobis in religionis partibus, ludos, spectacula, & Pompam sicut supra polliciti fuimus ostendere. ludi qua causa fuerint instituti, Cicero legum primo etiam Platonis autoritate ostendit: suntq; hæc legis uerba. Ludis publicis, quod sine curriculo & sine corporum certatione fiat, popularem læticiam cantu & fidibus & tibijs moderanto. Eaq; cum diuino honore iungunto. & infra: iam ludi publici cum sint, cauea circoq; conclusi sint corporum concertationes cursu & pugillatione luctantum: curriculisq; equorum usq; ad certam uictoriam in circo constitutis, cauea cantu uoce & fidibus: dummodo ea moderata sint, ut lege præscribit. Assentiorq; Platoni: nil tam facile in animos teneros atq; molles influere: quàm uarios canendi sonos: quorũ uix dici posset quanta sit uis in utranq; partem. namq; & incitat languentes, & languefacit excitatos: & tum retrahit animos, tum contrahit. De ludorum ueteri ornamẽto, Q. Asconius pedianus: Olim cum in foro ludi populo darent, signis ac tabulis pictis. partim ab amicis, partim è Græcia accõmodatis utebãtur ad scænæ speciem, quia adhuc theatra non erant nec amphitheatra. De ludorumq; laudibus Cicero pro Murena hæc habet. Nam quid ego dicam populũ ac uulgus imperitũ ludis magnopere delectari minus est mirandum. Quamquam huic satis est: sunt enim populi ac multitudinis comitia: quare si populo ludorum magnificentia uoluptati est, non est mirandum eam L. Murenæ apud populum profuisse. Quid tu admiraris de multitudine indocta? Lucius Otho uir fortis equestri ordini restituit, non solum dignitatem sed etiam uoluptatem. Itaq; lex hæc quæ ad ludos pertinet est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore fructus quoq; iucunditatis est restitutus. Quo modo autem ludi fieri possint, quos dijs non placere crederetur, de aruspicum responsis Cicero docet. At si ludus constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus & matrimus, si tela non tenuit, aut thensam, si lorum emisit: aut si ædilis uerbo, aut si nutu aberrauit ludi sunt non recte facti. eaq; errata expiantur, & mentes deorum immortalium ludorum instauratione placantur. quomodo autem funesti, & perniciosi esse possent ludi, eodem loco infra sic ostenditur. Si ludi ab læticia ad metum traducti sunt, si non intermissi, sed perempti atq; sublati sunt, si ciuitati uniuersæ scelere eius qui ludos ad ludũ conferre uoluit funesti extiterunt: dies illi pro festis pene funesti. ludosq; à Romulo rege primũ fuisse introductos Liuius in primo sic ostendit. cũ de Romulo multa dixisset sic sequit: Ludos ex industria parat Neptuno equestri solemnes, consualia uocant, quibus quidẽ consualibus scribit Plutarchus in problematibus consueuisse asinos & equos coronis exornari, quia cum Neptuno equestri dies festus ageretur, & cum instituta nauigatione multa nauibus adueherentur, otium & remissio illis animalibus data erat. Tullus'que Hostilius secundo loco ludos dedit nouendiale sacrum feriatis nouem diebus, quia lapidibus pluisse nunciatum erat. Et Tarquinius Priscus rex tertio loco ludos instituit Troianos, de quibus in Roma instaurata diffuse descripsimus. Virgilius: Troiaq; nunc pueri Troianum ducitur agmen. de quo ludo Suetonius in Cæsaris rebus gestis: Troiam lusit turma duplex maiorum minorumq; puerorum. quem ludum retinere ætatem nostram pueri nos ipsi uidimus Arimini: munus à Carolo Malatesta præstanti doctoq; principe datum. non autem pueri sed uiri luserunt nobiles: qui ad nuptias Galeoti Malatestæ ex omni Italia inuitati erant: numero ad triginta in equis desultoribus uelocissimisq;, singuli arma induti ex corio fabrefacta perpulchre uarijs ornata coloribus, ferreum ensem nequaquã acutum manu gestabant: decurrentesq; in circuitum galeas in id tumentiores factas & humeros cæsim inuicem cædebãt. & proximum prisco ludus nomen retinet, pro Troiano agmine torniamen. primiq; libera iam Roma ludi fuerunt capitolini, quos Liuius in quinto datos fuisse dicit. quod Iuppiter op. max. suam ædem seruasset. Anno postea in urbe pestilentissimo scribit Liuius in quinto, ex libris Sybillinis duumuiri sacris faciendis lectisternium in urbe Roma primum fecerunt per dies octo: Apollinem, Latonam, Dianam, Herculem, Mercurium, Neptunum tribus q; amplissimis tum parari poterant stratis lectis placarunt. priuatim quoq; sacrum celebratum: tota urbe patentibus ianuis promiscuoq; usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosq; passim aduenas in hospitiũ ductos ferunt, & cum inimicis quoq; benigne ac comiter sermones habitos: iurgijs & litibus temperatum, uinctis quoq; dempta in eos dies uincula. Simile nos pueri uidimus accidisse ad annum unde quaterdecies

à Christi

De ludis · *Consualia* · *Troiani ludi* · *Ludi capitolini* · *Lectisternium*

à Christi dei natalibus centenum, cum ingenti laborantes peste singularum penè urbium
& oppidorum Italiæ populi albam & lineam induti uestem, cateruatim uicinas adirent ci/
uitates: ubi publice & priuatim hospitio accepti, diuinam carminibus in id compositis
misericordiam implorabant. nullum tunc litigium, nullæ fuerunt priuatæ dissensiones, si/
multates & inimicitiæ, quas non populi publico gaudio composuerint. Supradicto etiam
quinto libro scribit Liuius. Ludiones ex hetruria acciti ad tibicinẽ modos saltantes haud Ludiones
indecoros more hetrusco dabant: imitari deinde eos iuuentus simul inconditis uersibus
inter se iocularia fundentes cœpere. Et paulo post Liuius: histriones impletis modis, Sa/
tyras scripto iam ad tibicinem cantu, motuq; congruenti egisse: Liuium q; qui ab Satyris
ausus est primus argumento fabulam instruere, carminũ autorem puerum ad canendum
ante tibicinẽ statuisse. inde ad manũ cantari histrionibus cœptũ, diuerbiaq; tantum ipso/
rum uoci relicta. Postquam ludus in artem uerterat, iuuentus fabellarum actu relicto hi
strionibus, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus recitare cœpit: quæ ex/ Exodia
odia postea appellata, insertaq; fabellis potissimum attellanis sunt: quod genus ludorum
ab oscis acceptũ tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa: & institutum est, ut acto
res attellanarum nec tribu mouerentur, & stipendia tanquam expertes artis accipiant.
paulo post sequitur Liuius. Ab sano res initio ad hanc uix opulentis regnis tolerabilem
insaniam uenit. Continuauimus supra tribus in rebus Liuij textum in ludionibus histrio/
nibus & attellanis: ut eorum uocabulorum originem doceremus. de primis duobus sic
habet Valerius Maximus. Ludij hetruscorum disciplina qui apud eos histriones, turpes
& leuissimi histriones meliore instituto ad scænica & mutationes: solusque inter latinos Histriones
Festus dicit histriones dictos quod primum ab histria uenerunt. Macrobius autem in sa/
turnalibus. Recitabantur ultra comœdias mimiiambi à mimis & histrionibus. Vnde
Laberius uir senatorius à Cæsare coactus quos fecerat ipse homo sexagenarius mimi/
iambos recitauit, & tamen in prohemio suum deplorauit in fortunium. Is tamen liberta/
te ingenij multa in Cæsarem dixit lœdoria: quale est in Syri serui persona, porrò quiri/
tes libertatem perdidimus. dixit etiam: deceperunt se multi: frugalitas miseria est rumo/
ris boni. quæ cantabant histriones & saltabant. hinc Ilas Palladis discipulus cum iam ma
gistrum superaret, id quod eleganter cantauerat à populo coactus est saltare: histrionesq;
inter turpes uiros non habitos fuisse ostendit Roscij Amerini cum Cicerone amicitia &
oratio: in qua populum Romanum reprehendit Cicero, quod Roscio cantante tumul/
tuatus sit: qui scripsit librum in quo histrioniam oratoriæ comparauit. Habebant autem
histriones mercedem ex publico diurnam mille denarios: sine pregalibus. Vnde Aeso/ Merces histri
pus ex hoc quæstu filio ducenties sestertium reliquit. ludorum & eorum à quibus maio/ onum diurna.
ri ex parte edebantur origine dicta, uarias ipsorum aut partis maximæ species breuiter
complectemur. Fuerunt namq; de quibus est dictum Troiani & capitolini, fuerunt scæ
nici, quos Liuius in xxiiij. primum ad ædilibus currulibus factos eo anno memoriæ pro/
ditum dicit. Fuerunt Apollinares de quibus Liuius xxv. censuerunt patres Apollini Apollinares
ludos uouendos faciendosq;: & quando ludi essent facti, duodecim milia æris prætori
ad rem diuinam & duas hostias maiores dandas. Alterum senatusconsultum: ut decem/
uiri sacrum Græco ritu facerent, hisq; hostijs: Apollini boue aurato, & capris duabus al/
bis auratis. Latonæ boue fœmina aurata. ludos prætor in circo maximo cum facturus
esset edixit, ut populus, qui eos ludos spectaret stipem Apollini quantum commodum
esset conferret. hæc est origo ludorum Apollinarium: uictoriæ non ualitudinis ergó fa/
ctos populus spectauit coronatus, matronæ supplicauerunt: uulgo apertis ianuis in propa
tulo epulati sunt, celeberq; dies omni cerimoniarum genere fuit. Ludi Apollinares sena/
tus decreuit ut in perpetuũ uouerentur: quos ad nostram quoq; ętatem peruenisse cõstat.
siquidẽ hi sunt quos per extremos Carnispriuij dies, in circo flaminio ubi nunc agonis est
appellatio, fieri quotãnis uidemus. principio eñ mutationis prudenter factæ à gentilium
superstitione ad ritus Christianos: ut aliquid Apollinariũ appellationis ipsi ludo remane/
ret, prope sancti Apollinaris ecclesiam, ea etiam ratione institutis locus ludis est retentus:
nec multũ uariat tempus, quando hi sicut & illi ad finem Februarij ut plurimũ eduntur:
& quando hostię illorũ, sicut decuit sunt omissę: retinet consuetudo aliquod uictorię simu
lacrum faciendi sicut eos uictoriæ ergò inchoatos Liuius asseruit: quale proximis diebus

fuis

Prælij ſimilitudo, qua rex turchorũ ad bellogradum fuſus fuit.

fuit ſpectaculum omnibus nobis gratiſſimũ, qui eccleſiaſticæ Romanæ reipublicæ membra curiam ſequimur Romanã, cum in eodem circi flaminij agone prælij ſimilitudo quædam fuit, quod præclariſſimum æternaq; dignum memoria æſtate proxima geſtum eſt: ad Danubium qua fluuius influit Sauus. cum Maumeth turchorũ imperator, ſupra centum milia in exercitu habens, ad Bellogradum oppidum aliquamdiu oppugnatũ: machiniſq; & bombardis prope ſolo æquatum fuſus, & ſuis quibuſq; melioribus ad ſexdecim milia occiſis fugatus, bombardas & uim penè infinitam machinamentorum ac armorum amni terraq; amiſit. Lætum quippe nobis & dulciſſimum fuit inſpicere perſonatum quendam

Ioannes Caruaial

Ioannem Caruaial Hiſpanum Cardinalem ſancti Angeli indumento & ornamentis referentem: Chriſtianorum & Romani Pontificis exercitui in illam ducendo Barbariem præeſſe. ſed lætius erat uidere alia in perſona Ioannem Capiſtraneum ordinis ſancti Franciſci

Ioannes Capiſtraneus

fratrem: qui multis continuata annis opinione ſanctitatis tanto impleta miraculo, milites adduxerit Ieſu Chriſti uexilla ſequutos: qui celeberrimo Ioanne huniar uayuoda tranſiluano duce, pauca hominum milia ſupradictam in barbaris cædem edidere: fueruntq; ad id circi agonis ſpectaculum ex noſtratibus, ingenio, & doctrina cultiores nonnulli, quibus ea die Romanam rem lacertos adhuc mouere, Romanũ celebrari nomen apparuit: Cum tantas adhuc res aduerſus ſcythas Tanais olim & Ripheorum montium accolas turchos: maximę partis Aſiæ & Europæ dominatores ſub Romanis ſignis Romaniq; legati nomine geri, non magis ob ſpectaculi quod ante oculos erat oſtenſionem: quàm ob recentis uictoriæ refricatam memoriã uideretur. Equidem his in ludis apollinaribus ſuffectis etiam quod habet Liuius propemodum ſeruatur, ut uulgo apertis ianuis epulentur. Namq; die illa urbaniores quiq; Romani aut conuiuia celebrant: aut cibaria in id conſuetudine intro ducta uicinis amiciſq; miſſitant: cum tamen plebs infima ad tabernas uinarias in propatulo comedant. Iſq; cibus eſt pulte caſto aromatibus confectus: Ludi etiam fuerũt ſeculares,

Seculares ludi

quos Feſtus dicit centeſimo quoq; anno fieri ſolitos. Vnde miror Plinium dicere Stephanionem primũ togatum ſaltare in illis inſtituiſſe, & utriſq; ſui temporis ſaltauiſſe. Et Suetonius ſcribit Domitianum feciſſe ludos ſeculares cõputata ratione temporũ ab ijs quos Auguſtus dederat. Fuerunt & ludi Romani de quibus Liuius decimo. Coronati primum ob res bene geſtas bello, ludos Romanos ſpectauerunt, palmæq; tunc primum tranſlato

Ludi Romani

ex Græcia more uictoribus datæ. Et libro xxv. ludi Romani pro temporis illius copijs magnifice facti, & diẽ unũ inſtaurati, & cõgij olei in uicos ſingulos dati. Ludos plebeios ſcri

Ludi plebei

bit Quintus Aſconius Pedianus ſecũda actione in Verrẽ exactis regibus pro plebis libertate datos fuiſſe: aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in auentinum: quos poſtea L. Sylla poſt uictoriam inſtituerit. Et Liuius in xxvij. Aediles plebis ex mulctatitio argento ſigna ænea ad ædem Cereris dedere, & ludos pro temporis eius copia magnifici apparatus fecerunt.

Circenſes

Circenſes ludos deſcribere aggreſſum ſubijt animum recordatio: ipſos & alios quoſdam cõmodius oſtendi poſſe: ſi ludos, ſimul & ſpectacula prout ſæpenumero dabantur oſtendemus. ſpecum autem Plutarchus in problematibus dicit locum eſſe unde deſpicitur, & inde ſpectacula eſſe dicta. Vt itaq; à promiſcuis incipiamus, Cice

Spectacula unde

ro Caluiſio: Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſime quidẽ teneor. nihil nouũ, nihil uariũ, nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat: quo magis miror hoc, milia uirorũ currentes equos inſiſtentes curribus homines uidere. Et ad Marcũ Mariũ Cicero: omnino ſi quæris ludi apparatiſſimi, ſed nõ tui ſtomachi. Deliciæ uero tui noſter Aeſopus, eiuſmodi fuit, ut ei deſinere per omnes homines liceret. Is iurare cũ cœpiſſet, uox eum defecit in illo loco: ſi ſciens fallo. Nec id quidem leporis habuerunt quod ſolent mediocres ioci. Apparatus eñ ſpectatio tollebat omnem hilaritatẽ. quid enim delectationis habent ſexcenti muli in Clitemneſtra: aut in equo troiano craterarũ tria milia: aut armatura uaria peditatus, & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem

Venationes

tibi nullam attuliſſent. non enim te credo Græcos & oſcos ludos deſiderare. reliquæ ſunt uenationes binæ per ſingulos dies magnificæ, nemo negat: ſed quę poteſt eſſe homini politico delectatio? cum aut homo imbecillus à ualentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur? Extremus elephantorum dies fuit: in quo admiratio magna uulgi atq; turbæ, delectatio nulla extitit: quin etiam miſericordia quædam conſequuta eſt, atq; opinio huiuſmodi, eſſe quandam illi belluæ cum genere humano ſocietatem.

Siue

Siue autē Plinius ab hac Ciceronis epiſtola, ſiue aliunde ſumpſit: de elephātis hæc diffuſius ſcribit, quæ ſimul cū plurimis ab eo efferemus. Elephantes in circo pugnarunt Claudij pulchri ædilitate curruli, aduerſus tauros: Pompeij altero conſulatu, dedicatione templi Veneris uictricis in circo uiginti getulis ex aduerſo iaculantibus, mirabili unius dimicatione, qui pedibus cōfoſſis repſit genibus in cateruas, abrepta ſcuta iaciens in ſublime. Vniuerſi eruptionem tentauere non ſine uexatione populi circunductis clauſtris ferreis. Qua de cauſa Cæſar dictator ſimile edens ſpectaculum euripis harenam circundedit. Nero autem equitatū diſpoſuit. Sed Pompeiani amiſſa ſpe eruptionis ſupplicauere populo inenarrabili habitu oris ſeſe quadam lamentatione cōplorantes: tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris ac munificentiæ honori ſuo exquiſitæ, flens uniuerſus conſurgeret, dirasq; deneganti Pompeio pœnas quas breui habuit imprecaretur. pugnauere & Cæſari dictatori tertio conſulatu uiginti contra pedites quingentos. Iterumq; totidem turriti cū ſexagenis propugnatoribus eodem quo priore numero peditum, & pari equitum ex aduerſo dimicante. Leonum ſimul pugnam Romæ primus dedit Scæuola præfectus in curruli ædilitate: Pompeius magnus in circo iubatos CCCXV. Cæſar dictator CCCC. Senatuſconſultum fuit uetus, ne liceret Aphricanas pantheras in Italiam traducere. Contra hoc tulit ad plæbem Gn. Aufidius tribunus plæbis, permiſitq; circenſium gratia importari. Scaurus ædilitate ſua primus uarias miſit. Cn. Pōpeius deinde CCCCX. Auguſtus CCCCXX. Idem poſtea in theatro Romæ oſtēdit tigrin manſuefactam in cauea. Claudius Nero quatuor pariter manſuefactas. camelū equo ſimilem collo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis, rutilum colorem diſtinguentibus: Cæſar ludis circenſibus primum dedit. Pompeius ludis oſtendit primus chaum calliraphium quem uocant: effigie lupi, pardorum maculis. Idem cephos ex æthiopia, quorum pedes poſteriores humanis cruribus, priores manibus fuere ſimiles. hippopotamum & crocodillos quatuor M. Scaurus ædilitate ſua temporario theatro dedit. Domitius Aenobarbus ædilis curru lis urſos numidicos centū & totidem uenatores æthiopes in circo. Fuerūt quoq; in ſpectaculis ludisq; plurima quæ infinitum & ſimul ſuperfluum fuerit hic referre: ſed pauca quædam non ſolum ſpectacula, ſed ob ipſa diuerſis edita temporibus prædictis addere nō piget. Lentulus Spinter primus in theatro uela ſuperinduxit, apollinaribus ludis. Cæſar etiam dictator totum forum Romanum & uiam ſacram intexit, & Cliuum capitolinum in munere gladiatorio. Marcellus ſorore Auguſti Octauia natus pariter in auunculi ædilitate Kalendis Auguſti, ut litigantes in umbra eſſent. Cæſar poſtea dictator in ædilitatis munere patris funebri omni apparatu harenæ argenteo uſus eſt. Nero Pompeij theatrum operuit auro in unum diem quo Tyridati regi Armeniorū oſtenderet. Claudius pulcher ſcænam prius uarietate colorum adornauit: C. Antonius argento: Petreius auro: Catulus ebore & auro. De Cæſare autem in dictatura ſcribit Suetonius. Edidit ſpectacula uarij generis. Munus gladiatorium: Ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones. Item circenſes, athletas. Naumachiam in foro depugnauit Furius Leptinus ſtirpe prætoria, & Q. Calperius ſenator quondam actorq; cauſarū, pirrhicham ſaltauerunt Aſiæ Bithyniæq; principum liberi cum ludijs. Venationes editæ per quinq; dies, ac nouiſſime pugna diuiſa in duas acies, quinquagenis peditibus elephantis uicenis, trecentis equitibus, hinc & inde immiſſis. Nam quo latius dimicaretur ſublatæ metæ, inq; earū locū bina ex aduerſo cōſtituta erāt repagula. Athletæ ſtadio ad tempus extructo in regione campi martij cucurrerunt per triduum. nauali prælio in monte cælio defoſſo lacu, biremes ac triremes quatriremesq; tyriæ & ægyptiæ claſſis magno pugnantiū numero conflixerunt. ad quæ ſpectacula tantum undiq; confluxit hominum, ut plæriq; aduenæ inter uias tabernaculis poſitis manerent, ac ſæpe præ turba eliſi exanimatiq; ſint plurimi. Et in his duo ſenatores. De Auguſto autem Suetonius. Spectaculorum aſſiduitate & magnificentia omnes anteceſſit, fecit nonnunq; uicatim. Athletas quoq;, extructis in campo ſedibus ligneis. Nauale præliū circa tyberim. Ad ſcænicas quoq; & gladiatorias operas, & equitibus Romanis aliquando uſus eſt. Spectandi cōfuſiorem morem correxit, ut quoties quid ſpectaculi ubiq; ederetur, primus ſubſelliorum ordo uacaret ſenatoribus. Romæ legatos liberarum ſociarumq; gentium uetuit in orcheſtra conſidere, cum quoſdam etiam libertini generis inibi deprehendiſſet. Militem ſecreuit à populo, multis è plæbe prius or-

Elephantes

Leonū pugna

Vela theatro ſuperinducta

De ſpectaculis à Cæſare dictatore editis

De ſpectaculis ab Auguſto editis

dinem assignauit,prætextatis cuneũ suũ & proximum pædagogis:fœminis uero gladia/
tores quidẽ quos promiscue spectare solenne fuerat, nisi ex superiore loco spectare con/
cessit: solis uirginibus uestalibus locum in theatro separatum contra prætoris tribunal de
dit. Athletarum spectaculis muliebrem sexum omnem semouit. ipse cum spectaret nihil
agebat,Cæsaris reprehensionẽ timens,qui solitus fuerit epistolas lectitare & scribere &
rescribere.Spectauit studiosissime pugiles,& maxime latinos,non legitimos atq; ordina/
rios,non quos etiam cõmiscere cum græcis solebat,sed & cateruarios oppidanos inter an
gustias uiarũ pugnantes temere,ac sine arte. Athletis cõfirmauit priuilegia,& ampliauit:
histrionũ licentiam adeo cõpescuit,ut Stephanionẽ legatarium cum in puerilem habitum
ei circumtonsam matronã ministrasse cõperisset,per trina theatra uirgis cæsum relegaue/
rit. Et de Caligula Suetonius. scænicos ludos & assidue & uarij generis ac multifariã fe/
De Caligulæ cit,quosdam nocturnos,accensis tota urbe luminibus. Mirmillonem è ludo rudibus secũ
spectaculis batuentem & sponte prostratum confodit ferrea sica , ac more uictorũ cum palma discur/
Claudij specta rit. Et Claudius circo maximo marmoreis carceribus auratisq; metis , quæ utraq; & to/
culis phea & lignea fuerant exculto,propria senatoribus cõstituit loca promiscue spectare soli
tis,ac supra quadrigariũ certamen Troiæ lusit. Exhibuit thessalos equites, qui feros tau/
ros per spacia circi agebant,insiliebantq; defessos,& ad terrã cornibus detrahebant. Ger/
manorũ legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorũ & fiducia cõmotus : qui in
populari deducti cũ animaduertissent parthos & armenios sedentes in senatu ad eadẽ lo/
ca sponte transierũt,nihilo deteriorem uirtutẽ aut conditionẽ suam prædicãtes. Ad Ath/
letarũ spectaculũ inuitauit & uirgines uestales,quia olimpia quoq; Cereris sacerdotibus
Titi Vespasia spectare licet. Titus Vespasianus princeps optimus amphitheatro quod nunc coloseum
ni spectacula appellant dedicato , Thermisq; iuxta celebriter extructis,in quibus nũc sunt uineæ fratrũ
sanctæ Mariæ nouæ , munus edidit apparatissimũ largissimumq; : & nauale prælium in
naumachia ueteri,quã fuisse docuimus prope ecclesiã sancti Petri,ubi depressus est locus,
post sancti Michaelis ecclesiam.Et gladiatores,atq; uno die quinq; milia omnis generis fe
rarum.Domitianus & eius frater spectacula magnifica assidue & sumptuosa edidit , nõ in
amphitheatro modo,uerũ & in circo.ubi præter solennes bigarum & quadrigarũ cursus,
præliũ etiam duplex equestre & pedestre cõmisit,ac in amphitheatro nauale quoq;,uena/
tiones gladiatoresq; & noctibus ad lycnos:nec uirorũ modo pugnas,sed & fœminarũ. na
ualis pugna penè iustarũ classium effosso & circumstructo circa tyberim lacu,ubi nũc cir/
ca sancti Syluestri monasteriũ,& uiam flaminiam depresso in loco uineas esse ortosq; ui/
demus. Nunc quia Helius Spartianus Hadrianũ scribit fabulas omnis generis more anti/
quo in theatro dedisse,uerba libet aliqua apponere , quod supra à nobis desideratũ fuisse
nõ dubitamus. Scænã,Orchestrã, Mirmillones, Pantomimos declarat Placidus gramma/
Scæna ticus non incelebris. Scenam esse dicit camerã hinc inde cõpositam:quæ in umbræ locũ in
theatro erat,in quo ludi actitabantur. Item scænam dici arborũ in se incubantiũ quasi con/
cameratam densationẽ,ut subterpositos tegere possit. Item scænam uocari cõpositionem
alicuius criminis,quæ digna sit agi in theatro exclamationibus tragicis. Vlpianus autem
iureconsultus titulo de his qui notentur infamia scribit. Scæna est ut Labeo diffinit,quæ
ludorum faciendorũ causa quolibet loco,ubi quis cõsistat moueaturq; spectaculũ sui præ/
biturus , posita sit in publico priuatoq; uel in uico , quo tamen loco passim homines spe/
Theatrum ctandi causa admittantur. Nosq; è Cassiodoro in Roma ostendimus instaurata: theatrum
græca appellatione uisorium interpretari,q; turba conueniens eminus uideatur & uideat,
Et scænam theatri frontem binis plurimisue contignationibus cõstratam,in quibus histri
ones recitabant. Mimiq; mirmillones & cæteri ludij, uarios, de quibus supra est dictũ, lu/
dos gesticulationesq; edebant. in scæna autẽ cũ hemicycli formã haberet,gradus sediliaq;
fuere:de quibus primarij magistratus honorationesq; spectarẽt,eorũq; sediliũ pars intima
Orchestra Orchestra est dicta. quando autẽ theatra primũ facta sint, & in prædicta diximus instaura/
Mirmillones tione urbis: & infra in rei publi. partibus dicturi sumus . Mirmillones erant pugiles se ad
duellum sed semiludicrũ prouocantes. Quos quid fuerint Festus Pompeius sic edocet.
Retiario pugnanti aduersus Mirmillonem cantatur: Non te peto, piscem peto,quid me fu
gis galle. Quia mirmilloneum genus armaturæ gallicum est,ipsiq; mirmillones ante galli
appellabantur,in quorum galeis piscis effigies inerat,quod genus pugnæ institutum est à
Pitaco

Pitaco uno ex ſapientibus ſeptem græciæ. Pantomini autem ab omniũ uarietate ludorũ *Pantomimi*
in quos ſe gerebant appellati. Nam ſcænæ ſeruientes omnes edocti ludos erant. Sed ad
principem Hadrianũ reuertamur: Is cum doctiſſimus eſſet fabularũ recitationem omnis *Hadriani ſpe-*
generis in theatro ad ſcænam ſcilicet & Orcheſtram dedit, hiſtriones aulicos publicauit. *ctacula*
In circo multas feras & ſæpe centũ leones interfecit. Antonius autẽ pius, & ſi modeſtiſſi- *Antonius*
mus fuit princeps, munera dedit: in quibus elephãti crocutæ rhinocerotes, crocodili atq; *pius*
hippopotami, & omnia ex omni orbe terrarum animalia etiam tigres fuere. Centũ etiam
boues una miſſione dati. Temperauit autẽ ſcænicas donationes, ut quinos aureos ſcænici
acciperent. Ita tamen ꝙ nullus editor decem aureos ſupergrederetur. Spectacula mirifica
fecit. in munere autẽ publico tam magnanimus fuit, ut centũ leones una miſſiõe ſimul ex-
hiberet ſagittis interfectos. Commodus Antonius qui proprie eſt appellatus omnibus in- *Commodus*
commodus: huiuſmodi ſpectaculorũ infamiam per habitus geſtationem, melius ꝙ̃ cæteri *Antonius*
omnes ante ſe principes declarauit, qui penulatos iuſſit ſpectatores nõ togatos ad munus
cõuenire: quód funeribus ſolebat: funebris enim ueſtis eſt penula: ipſe pariter in pullis ue-
ſtimentis præſidens. Gordianus uero cũ eſſet ditiſſimus, clauſam indigentibus probis ui- *Gordianus*
ris per ſummã ſordidamq; auariciam liberalitatem ſuam exhibendis ferarũ muneribus pa
tefecit. Aedilitatis enim ſuæ tempore, duodecim populo Romano ſpectacula per ſingulos
duodecim dies dedit: ita ut gladiatorũ nõnunꝙ̃ quingenta paria, & nunꝙ̃ minus centum
quinquaginta, feras libycas uno die quãdoq; mille ediderit. Erat ei ſilua in qua habuit cer-
uos ducentos: britannos equos feros triginta: oues feras mille albas: decem aureas capre-
as, quas ſcilicet ipſe inaurari fecerat: ſtrutiones mauros miniatos trecentos: onagros tri-
ginta: apros centum quinquaginta: ibices ducentas: damas ducentas. Hæc omnia populo
diripienda conceſſit, die muneris quod ſextum edebat. Et Philippus ipſe arabs primus Ro *Philippus*
manorum principũ, cui deſuper ingens datum eſt munus ut fieret chriſtianus, cum mille- *arabs impe-*
ſimus annus ab urbe condita ſuo & filij cõſulatu incidiſſet, ſeculares ludos & munera edi- *rator*
dit circenſia. In quibus feræ ſunt datæ: quas Gordianus in triumphum perſicum paraue-
rat: elephanti duo & triginta: tygres uiginti: leones manſueti ſexaginta: Leopardi manſue-
ti triginta: belbi, id eſt hyenæ decẽ: gladiatores fiſcales paria mille: Rhinoceros unus: Ar-
choleontes decẽ: Camelopardali decem: equi feri quadraginta. Quando autẽ ludos omnes
& ſpectacula quo fierent modo magis particulariter ꝙ̃ ſupra eſt factũ deſcribere, nec poſ-
ſibile eſt, neq; etiam expedit, aliqua de utriſq; ex Caſſiodoro afferemus: cui ultimo omniũ
uari contigit ut ea inſpiceret, & ſcriberet. Is deteſtabile actum certamenq; infœlix, ſicut de
buit deteſtatus, ꝙ homines cum feris uellent contendere, quas fortiores ſe non dubitarent
inuenire, ſolã habuiſſe eos in præſumptionẽ ſpem dicit, & unicum in deceptione ſolatiũ:
qui feram ſi nõ effugiſſent, nec ſepulturam interdũ poterant inuenire, cũ adhuc ſuperſtite
homine periret corpus, & anteꝙ̃ cadauer efficeretur truculentiſſime abſumeretur. Ex pau *Genera ſpe-*
ciſq; huiuſmodi ſpectaculis quibus referendis contentus fuit: hoc primum eſt. Expoſitus *ctaculorũ ex*
in theatrum amphitheatrumue ſanguinẽ habens uenalem infœliciſſime auarus quiſpiam, *Caſſiodoro*
unica qua cũ redemptoribus erat pactus flexibili pertica armabatur: dumq; populus ple- *ſumpta*
nis deſuper ſpectans ſedilibus qua temeritate infœlix ille leonẽ aut urſum fame in id mace
ratum pertica à ſe abigere confideret, inuicem diſputãt, emiſſa derepente fera in eum præ-
ceps fertur: qui cum pari curſu in illam delatus eſſet, bianti ore imminentem non quidem
pertica prout ſpectantes credebant aut cæſim aut punctim ferire aggrediebatur: ſed flexi-
bili adminiculo ligni innixus, ſaltu beſtiam tranſuolabat, quæ tanꝙ̃ pudore quodam ſupe
rata, uictorem ſuũ ultra impetere negligebat: isq; parietibus adhærens theatri, mœſtũ &
ſuæ indolentem ſaluti populũ ut educeretur orabat. Alius pugnæ cum beſtijs cõmitten-
dæ ſcutum fragile cannis contextum deferre pactus, in ſpectaculum lætus prodijt, Sed ca-
uea emiſſam uoracem beſtiam cum prope mordicus apprehenſuram expectaſſet, illico in
terram proſtratus, cannarumq; inuolucro tectus deterruit, quæ & ultra contingere nõ eſt
auſa: ſicq; quod ait Caſſiodorus, haud ſecus ꝙ̃ ſpinæ ericium in orbẽ collectũ debilis can-
narum munitio hunc ſeruabat. Tertium ſcripturi ſpectaculum, uerbi expoſitionem præ-
mittere cogimur: quod licet Romana plæbs nunc paſſim utatur: paucis alibi etiam doctiſ-
ſimis notum eſſe uidemus. cancellum id eſt, crates rarior lineolis cõpacta ligneis, altrinſe- *Cancellum*
cus ſuperpoſitis: inter quas ſemipedalia ut plurimũ foramina relinquantur: ſeruatq; uſus

eiusmodi claustra uineis pro ualuis foribusq; apponi. itaq; cancello oblõgiore trinis aperto portis pariter inter se distantibus, in patenti area amphitheatri posito, erant qui constituta mercede ursum ibi leonemue expectarent: quem irruentem euasurus, ab uno ad aliud hostiolũ se uertebat, sicq; cancellosis ut ait Cassiodorus se postibus occulens, modoq; faciem modo terga bestijs monstrans, inter leonum dentes unguesq; uolitabat. Alius labenti rota feris occurrens, illas irruentes motus celeritate fallebat. sunt uero hæc spectacula ex his quæ Marcus Cicero ad Marcum Marium quod supra diximus scribit. Sed quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus à ualentissima bestia laniatur, aut præclara bestia uenabulo transuerberatur? Quam Ciceronis sententiã secutus Seneca, eaq; spectacula detestatus sic subiungit. Nuper in ludo bestiariorum unus è germanis cum ad matutina spectacula pararetur secessit ad exonerandum uentrem, nullum enim aliud illi dabatur sine custode secretum: ibi lignum illud quod ad emundandum obscœna adhærens spongiæ positum est totum in gulam farsit, & ibi præclusis faucibus spiritum elisit. Et infra: cum adueheretur nuper quidam inter custodias ad matutinum spectaculum missus, tanq; somno premente nutaret caput, eousq; dimisit donec radijs insereret, & tamdiu in sedili se tenuit, donec ceruicem circumactu rotæ frangeret. secundo naumachiæ spectaculo unus è barbaris lanceam quam in aduersarios acceperat rotam iugulo suo mersit. Satis iam supraq; ludis & spectaculis ostendendis immorati sumus. Supplicationes thensas pompamq;, ultimas religionis partes simul explicemus, sicut eas sæpenumero simul habitas fuisse uidemus. Fueruntq; his similes, quas nos letanias processionesq; appellamus. supplicationes uero referendis gesta re aliqua gratijs, ad deorum templa & sacra omnia loca institutas, priusq; pompas inchoasse constat. Liuius quinto: captis uehijs à Camillo senatus in quadriduum, quot dierum nullo ante bello, supplicationem decreuit. Forma autem supplicationis quæ fuerit Liuij uerbis ex XXVII apparet. Post uictoria de Hasdrubale nunciatam, discursum inde ab alijs circa templa, ut dijs gratias agerent. Senatus q; M. Liuius, C. Claudius incolumi exercitu ducem hostiumq; legiones cecidissent: supplicationem in triduum decreuit: omnia templa per totum triduum æqualem turbam habuere, matronæ cum amplissima ueste, cum liberis perinde ac si debellatum foret omni solutæ metu, dijs immortalibus gratias egerũt. & infra libro XXX. Prætor extemplo edixit, ut æditui ædes sacras tota urbe aperirent, circumeundi salutandiq; deos agendiq; gratias per totum diem populo potestas fieret: decretumq; ut quinq; dies circa omnia puluinaria supplicaretur, uictimæq; maiores immolarenrur centum uiginti. posteris uero florentis rei pub. temporibus, eam uim habuit supplicatio: ut cui ea decerneretur rem bellicã administrantis breui post imperator appellaretur. Cicero philippicorum XIII. Etenim cui his uiginti annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur aut minimis rebus gestis, aut plærunq; nullis. & ad triumphum facilius obtinendum ualuisse impetratã supplicationem, Cicero M. Catoni scribens sic innuit. q; si triumphi prærogatiuam putas supplicationẽ. quo in præstantissimo senatus & populi Romani uiris clarissimis decreto honore idem Cicero summum nactus est decus, cui priuato uiginti dierum pro sua reductione supplicatio præter cõsuetudinem decreta fuit: de qua idem tertia oratione in Lucium Catilinam sic dicit: q; meo nomine supplicationẽ decreuistis qui honos togato habitus est ante me nemini: & ad Marcum Catonem. Tu idem mihi supplicationẽ decreuisti togato. sed ad thensam ueniendum est, quam Festus Pompeius esse dicit uehiculũ argenteum, quo exuuiæ deorum ludis circensibus in circum ad puluinar uehebantur. Et Asconius Pedianus actione in uerrem secunda. Thensæ sunt sacra uehicula: pompa ordinũ & officiorum. Thensas alij à diuinitate dici putant: alij q; ante eas lintea tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui deducunt. & tertia in Verrem Cicero: quã tu nunc thensarum atq; pompæ eiusmodi curam egisti. & quinta actione. qui religiones deorum immortalium retinere uult, eisq; phana spoliare omnia, qui ex thensarum orbitis prædari sit ausus. Et septima: omnesq; dij qui uehiculis thensarum solennes cœtus ludorum ire iussistis. Et de aruspicum responsis oratione Cicero Lentulum appellans pontificem maximum: te appello Lentule, cuius sacerdotij sunt thensæ curricula præcentio, ludi, libationes. quod itaq; hic Cicero dicit sacerdotij esse pontificis maximi, thensas & ludos, causam præbet nobis ostendendi, quod supra diximus, supplicationes pompam & thensas & in

super

Detestatio ludorum

Supplicatiões

Thensa

ſuper ludos uno eodemq́; actu fuiſſe coniunctos. primum enim quantũ ad thenſarum or/
namentum ſpectat Liuius nono: Triumpho Lucij Papirij dictatoris de ſamnitibus longe
maximam ſpeciem captiua arma præbuere. tantum magnificentiæ in his ut aurata ſcuta
dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur: unde natum initium fori or/
nandi ab ædilibus cum thenſæ ducerẽtur: quas inter alios ſacerdotes Salij in primis præce *Salij xij.*
debant, eosq́; à Numa inſtitutos duodenario numero ſcribit Liuius: quibus tunicas pictas
inſigne decreuit, & ſuper tunicam æneum pectori tegmen, cœleſtiaq́; arma quæ ancilia
uocantur deferre ac per urbem ire cantantes carmina cum tripudijs ſolenniq́; ſaltu iuſſit.
Et Marcus Varro Salios à ſaltando appellatos dicit. Macrobiusq́; ſcribit Appium Clau/
dium qui inter ſalios uir triumphalis conſenuit pro gloria dicere ſolitum, q͂ collegas ſal/
tando excelleret. Hæc de ſupplicationibus thenſisq́;, pauca de põpis dicenda ſunt, quæ ta/ *De pompis*
men ſupradictis duobus aliquando fuere communia. Feſtus Pompeius: Ciceria dicit ap/ *Ciceria*
pellata fuiſſe effigiem quandam argutam & loquacem ridiculi gratia quæ in pompa uehi
ſolita ſit. Cato in Marcum Cecilium: quid ego cum illo diſceptem amplius, quem ego de/
niq; credo in pompa luſitatum ire ludis pro Ciceria atq; cum ſpectatoribus ſermocinatũr.
Et infra Feſtus. Manduci effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas formido/ *Manduci*
loſas ire ſolebat, magnis malis, ac late dehiſcens, & ingentem dentibus ſonitum faciens: *effigies*
de qua Plautus ait. quid ſi ad ludos me pro manduco locem, qua propter dire crepito den/
tibus. Petreia autem appellabatur quæ pompam præcedens imitabatur anum ebriam, ab *Petreia*
agri uitio ſcilicet petra abundantis appellata. fuit autem ducendæ pompæ grauitas ſerua/
ta. Nam cum circenſium die pompa duceretur ad placandum propter peſtem deos, puer
ſuperne ſpectans ſacrorum ritus uidit & patri narrauit, quare conſtitutum, ut uiæ tegeren *Viæ tegeban/*
tur uelis, per quas pompa eſſet ducenda. Vnde Cæſarem dicit Suetonius uoluiſſe impri/ *tur uelis*
mis ſtatuam inter regias, ſuggeſtũ in orcheſtra, thenſam & ferculum circenſi pompa. Et
Auguſtũ cum accidiſſet uotiuis circenſibus ut correptus ualetudine lectica cubaret then/
ſas manu dedicaſſe. pompam unam Liuius XXVII talem ſcribit: tacta de cœlo ædes in
Auentino Iunonis reginæ, prodigiumq́; id ad matronas pertinere aruſpices cum reſpon/
diſſent, donoq́; diuam placandam eſſe: ædilium currulium edicto in capitolium conuoca/
tæ, quibus in urbe Roma intraq́; decimum lapidem ab urbe domicilia eſſent: ipſæ inter ſe
quinq; & uiginti delegerunt, ad quas ex dotibus ſtipem conferrent. Inde donum peluis
aurea facta. Lataq́; in auentinum pureq́; & caſte à matronis ſacrificatum: confeſtim ad
aliud ſacrificiũ eidem diuæ ab decemuiris edicta dies, cuius talis ordo fuit. Ab æde Apol/
linis boues fœminæ albæ duæ porta carmentali in urbẽ ductæ. poſt eas duo ſigna cupreſ/
ſea Iunonis reginæ portabantur. Tum ſeptem & uiginti uirgines longam indutæ ueſtem *Ordo pompæ*
carmen in Iunonem reginam canentes ibant, illa tempeſtate forſan laudabile rudibus in/
genijs, nunc abhorrens & inconditum ſi referatur, uirginum ordinem ſequebãtur decem/
uiri coronati laurea, prætextatiq́;: à porta iugario uico in forum iuerunt: In foro pompa
conſtitit, & per manus reſte data uirgines ſonum uocis pulſu pedum modulantes inceſſe/
runt. Elegantiorem uero pompam galienos duos principes duxiſſe Iulius refert Capitoli/
nus: Conuocatis patribus decendia celebrauit, magno genere ludorum, noua ſpecie pom
parum, exquiſito genere uoluptatum: iam primum inter togatos patres & equeſtrem or/
dinem, & albatos milites, omni populo præeunte, ſeruis etiam prope omnium & mulieri/
bus cum cæreis, faſcibus etiam præcedentibus capitolium petijt. præceſſerũt etiam altrin/
ſecus centũ albi boues cornibus auro iugatis, & dorſualibus ſericeis diſcoloribus præful/
gentes. Agnæ candentes ab utraq; parte ducentæ præceſſerũt, & decẽ elephanti qui tunc
erãt Romæ. Mille ducenti gladiatores pompaliter ornati cũ auratis ueſtibus matronarũ,
manſuetæ feræ diuerſi generis ducentæ, ornatuq́; maxime affectæ, carpenta cũ mimis &
omni genere hiſtrionũ, pugiles faculis nõ ueritate pugnãtes. Cyclopea etiã luſerũt omnes
apenarij, ita ut mirãda quædã & ſtupenda monſtrarẽt. Omnes uiæ ludis ſtrepituq́; & plau
ſibus reſonabãt. ipſe medius cũ picta toga & tunica palmata inter patres, ut diximus, om/
nibus ſacerdotibus prætextatis, capitoliũ petijt. haſtæ auratæ altrinſecus quingentæ, uex/
illa centena præter illa quæ collegiorũ erãt, dracones, & ſigna templorũ omniũq; legionũ
ibant. Ibãt præterea gentes ſimulatæ, ut getæ, ſarmatæ, thraces, perſæ, ut nõ minus q̃ du/
centi globis ſingulis ducerentur. ſed iam de religione ſatis multa: ad alia tranſeundum eſt.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS TRIVMPHANTIS ROmæ Tertius Liber. Qui & adminiſtrationis rei publicæ PRIMVS.

ADMINISTRATIONEM reipub. Romanorum oſtenſuri, opus ſupra uires humanas aggreſſi uidemur, qui præpotentis omnium populi atq; ſapientiſſimi mille & amplius annorum conſilia, cogitationes, & demum gubernationem prope diuinã totidem penè iam quot ab origine in finem ſuum habita & conſeruata fuit annis deſtitutam collapſam & obliuioni magna ex parte datam, paucis enitamur libellis in noticiam lucemq; educere. Sed fore neminem arbitror tam iniquum exiſtimatorem, qui non potius intentatos etiam ſupra uires conatus laudet: q̃ infinitæ rei impoſſibilem à nobis explicationem deſideret, exigatq; abſolutam. Illud autem polliceri auſim, ſcriptam à me rei pub. Romanæ adminiſtrationem tanti futuram, tam multis abundaturã uel inſtitutis uel exemplis: ut quæcunq; à græcis & aliarum gentiũ nationumq; ac ipſius urbis Romæ doctiſſimis, ſapientiſſimis, eloquentiſſimis uiris, ſiue, ut appellãt, politica ſiuè de re publica, ſiue de principũ principatuũq; regimine ſcripta ſunt, minora atq; inferiora duci poſſint, his quę non diſputata à nobis & edocta quod neſciremus: ſed prudenter excogitata à maioribus probe geſta, & cõſtanter conſeruata tantũ, tam amplũ tam glorioſum peperiſſe & auxiſſe imperiũ oſtendemus. adminiſtrationem uero eſſe dicimus ciuilem gubernationẽ, in qua nec rei militaris nec morũ &

Adminiſtratio conſuetudinis ſingulorũ neq; honoris & præmiorum publice tributorum, triumphi, ouationis, trophei, partim ratio aliqua habeatur. Sed præmittendã fortaſſe quis dixerit, & cauſam & rationem condendæ urbis, & ipſam ædificationem ab initio ad culmen atq; etiã inclinantis imperij principia breui narratione perductam. Cui parti uidemur ſatisfeciſſe in

Cauſa Romæ ædificandæ Roma, quam deſcripſimus inſtaurata: ædificandæ autẽ ipſius urbis cauſam, regis Romuli & confluentis ad eum multitudinis tuitionem quæſitã, non abſurde dici poſſe uidemus, rationemq; ſi cauſam & ſupercœleſtem, quã ſingularem fuiſſe ab effectu cõſtat, diſpoſitionem poſtponere uolumus, hanc dicere poſſumus: quam apud Titum Liuium Camillus libro quinto militibus Romam à Gallis captam linquere meditantibus in diſſuaſionẽ adducit: ſaluberrimos eſſe in quibus ſit ædificata colles, flumen opportunum quo ex mediterraneis locis fruges aduehantur, quo maritimi cõmeatus accipiantur: mare uicinum ad cõmoditates, nec expoſitũ nimia propinquitate ad pericula claſſium externarũ nationũ. Italiæ mediũ ad incrementũ urbis. nactam bonũ locum argumentũ fuiſſe ipſam magnitudinem tam nouæ urbis: trecenteſimus namq; ſexageſimus quintus annus urbis tunc agebatur. contrariũ tamen dixiſſe uidemus milites Romanos apud eundẽ Liuiũ in ſeptimo. Qui enim in præſidio Sueſſulæ & campanorum manſerant, illecti dulcedine agri agitarũt conſilia, eodẽ ſcelere adimendã eſſe campanis capuam, per quod illi eam antiquis cultoribus ademiſſent. An enim æquũ eſſe dicebãt dedititios ſuos illa fertilitate atq; amœnitate perfrui, ſe militando feſſos in peſtilenti atq; arido circa urbẽ ſolo luctari. Et quidẽ Romanæ urbis aerem autumno ſemper grauẽ, ac prope peſtilentẽ fuiſſe multi ex priſcis ſcripſere. Sed unico Iulij Frontini teſtimonio cõtenti erimus, qui de aquæ ductibus tractans ſic dicit de aquis in urbẽ à Traiano principe optimo introductis: nec pereuntes quidem aquæ otioſæ ſunt. alia munditiarũ facies: purior ſpiritus, & cauſæ grauioris cœli quibus apud ueteres aer urbis infamis erat remotæ ſunt. Sed ad gubernationẽ: ea bipartite à nobis tractanda erit, ut urbis ipſius & illi continentiũ primo intrinſecum, poſt Italiæ & prouinciarũ imperio ſubditarum externum regimen oſtendamus: intrinſeciq; regiminis tot erunt partes quot magiſtratus ab urbe fuiſſe duxerimus oſtendendũ. à quibus etiã naſcet̃ ratio externi regiminis deſcribẽdi. & omnes has partes ſub maiori alia diuiſiõe tractari oportebit, ut regum primo, deinde ſtãtis & integræ rei pub. poſt principũ ſiue imperatorũ tempora ſeorſum ſingulas ſuas habuiſſe gubernationis formas doceamus. Quãq; de ipſa qua primo poſuimus loco regũ tẽporis adminiſtratione pauca ſunt quę ad noſtrã facere intentionẽ iudicemus. Satis enim cõſtat omnibus uel mediocriter eruditis, ſeptẽ fuiſſe reges, qui per quatuor & quadraginta ac ducentos annos urbis Romę imperiũ tenuerũt, apudq; eos magna

fuit

fuit senatorum & quorundam ex magistratibus auctoritas, à quibus & alijs postea additis magistratibus, liberæ urbis Romæ rescribere magistratus aggressuri, rei ipsius nomen dif finiamus. Magistrare, inquit Festus, est moderari. unde magistri, non solum doctores ar tium, sed etiam pagorum, societatum, uicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia om nes hi cæteris magis possunt. Vnde & magistratus, qui per imperia potentiores sunt quàm priuati, quæ uox duabus significationibus notatur: nam aut ipsam personam demõstrat, ut dicimus, magistratus iussit: aut honorẽ, ut cum dicitur, Titio magistratus est datus. Et Cicero legum secundo, Dicam de magistratibus, id est enim profecto, quod cõstituta reli gione rempublicã cõtineat maxime. Magistratus habet hanc uim, ut præsit præscribatq; recta & utilia & coniuncta cum legibus: ut enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus. Vereq; dicitur, magistratũ legem esse loquentem: legem autem mutum ma gistratum. Quod cum dico, legem à me intelligi nil aliud uolo quàm imperium, sine quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec humanũ uniuersum genus stare, nec rerum na tura omnis, nec mundus ipse potest. Igitur à senatoribus incipiamus, quos centum nume ro Romulum creasse Liuius in primo scribit. Patresq; ab honore, & patricios eorum pro genies, & senatores ob ætatẽ esse dictos. De quibus quid regum tẽporibus egerint, quan tumq; eorum auctoritas ualuerit, pauca sunt dicenda. Mortuo enim Romulo centum pa tres in decem decurias diuisi sunt: & uiginti singulis quinq; diebus regebant: fuitq; anno uno id interregnum. Ita patres centum gratiã inierunt, summa potestate populo factã: de creueruntq; ut cum regẽ populus iussisset, id sic ratum esset si patres auctores fierẽt: quod quidem bonum graueq; initium usq; adeo ualuit, ut semper postea quãdiu respublica ste tit, in legibus magistratibusq; rogandis fuerit obseruatum. Tullus rex postea allegit in se natum Albanorum patres: & Tarquinius Priscus centum alios patres addidit, qui deinde minorum gentium appellati sunt. Ciuitate autem post creatos cõsules libera, quot nume ro senatores usq; ad C. Cæsaris tẽpora per singulas ætates fuerint: satis fuerit nunc osten dere, ut aliorum magistratuum origine pariter ostensa, ad singulorum officia & gestas res gerendarum'ue facultatem ac potestatem redeamus. Secundo libro Liuius de primis con sulibus tractans dicit, Deinde quo plus uiriũ in senatu frequentia etiam ordinis faceret, cæ dibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis ad trecen torum summã expleuit: traditumq; fertur, ut in senatum uocarentur, qui patres quiq; con scripti erant: cui sententiæ cõcordat quod Moyses primo Machabæorũ de Romanis scri bit in hæc uerba, Et quia curiã fecerunt sibi, & quotidie consultant trecenti uiri consilium agentes. Itaq; quod inquit eodem loco Liuius, Dum nullum fastiditur genus in quo enite ret uirtus, creuit imperium Romanum. Festusq; Pompeius differentiam ponit, quæ in se natorũ nominatione sequuta est: Allectos fuisse dictos, qui propter inopiam senatorũ, ex equestri ordine in senatorum sunt numerum allecti. Nam patres dicebantur, qui erant pa tricij generis: cõscriptiq;, qui in senatu erant scriptis annotati. Libro autem XXII Liuius ea narrans quæ post cladem ad Cannas acceptam prouisa sunt, scribit, Octuaginta senato res, aut qui eos magistratus gesserant, unde in senatum legi deberent, cum sua uolũtate mi lites in legionibus facti essent, fuisse allectos. Et infra XXIII, C. Terentius cos. ex Appu lia accersitus, M. Fabium Buteonem dictatorẽ in sex menses dixit, qui & censor tum fuit: tum legit, qui ædiles, tribuni plebis, quæstores'ue fuerãt: tum ex his qui magistratũ cepis sent, qui spolia ex hoste fixa domi haberẽt, aut ciuicã coronã accepissent. Ita CLXXVII cum ingẽti approbatione hominũ in senatũ lectis extemplo magistratu se abdicauit. Quo autem modo senatores aut in demortui locũ, aut amoti subrogarẽtur, infra in censorũ ma gistratus descriptione ostendemus. Ad consules ueniendũ est, quorũ primos fuisse cõstat, qui regibus eiectis creati sunt, Iunium Brutum & Tarquiniũ Collatinũ. Consulem autem nominatũ esse inquit M. Varro de lingua latina, quod populũ & senatũ cõsuleret. Et No nius Marcellus, quod cõsulat senatũ. Considerasse enim existimo Noniũ consueuisse à tri bunis potius q̃ à consule populũ consuli. Cicero autẽ legum II, Consules regio præsunto imperio: hisq; præeũto, iudicãdo, cõsulendo prætores, iudices apparẽto: militiæ summum ius habento: nemini parẽto: iussa ijs populi suprema lex esto: eundẽ magistratũ ni interfue rint decẽ anni ne qs capito: ciuitatẽ annali lege seruãto: duella iusta iuste gerũto: socijs par cẽto: se & seruos cõtinẽto: populiq; sui gloriã augẽto: domũ cũ laude redeũto. Magnam

Magistrare
Magistri
Magistratus
Senatores centum
Patres
Patricij
Decuriæ decem
Interregnum
Minorum gentium
Allecti
Patres conscripti
Consules

consulis officij & auctoritatis partem Cicero in superiori lege exposuit. Idemq; oratione pro Rabirio perduellione ad Quirites habita inquit, Summum in cõsulibus imperiũ summum in senatu consilium. Et pro Plancio, Honorum populi finis est cõsulatus, quem magistratum octingenti ferè consecuti sunt. Sicut autem consules exactis regibus primi regium magistratum in populum cœperunt, ita P. Valerius moderatione sua Publicolæ cognomen assecutus, imperij quidem regij potestatem & insignia omnia sub cõsulum titulo cum collega retinuit, modestia tamẽ usus fasces securibus uacuefecit, & numerũ fascium pro dimidia diminuit: legem tulit de prouocatione ad populum, qua interposita ciuis nec uerberari nec necari poterat: ædes suas ex summa uelia ad fori infima trãstulit. Licet uero supra Cicero in legibus dixerit, nemini consules debere parere, eos dictatori paruisse constat: quandoquidem Liuius octauo dicit, consulibus iussis ante tempus abdicare se magistratu, quo maturius noui consules aduersus tantam belli molem crearẽtur, M. Valerium Coruinum, M. Attilium Regulum consules fuisse: cum autem cõsules principio conditæ crescẽtisq; reipublicæ ex patricijs creari solitos, plebs ex suo quoq; corpore creari magnis obtinuisset contẽtionibus: alia propè durior conditio ipsis creandis iniecta est, ut non nisi ex præclara stirpe oriundi consules fieri possent: & licet id nulla esset lege præscriptũ, difficultates tamen interpositæ erant, ut petituri consulatum, quæsturam, & ædilitatem prius gessissent, ludosq; & alia magnæ impensæ munera populo edidissent, de quibus infra suo loco dicendum erit: primusq; Cicero sicut oratione pro Murena dicit, claustra illa nobilitatis effregit, ut aditus ad consulatum postea sicut apud maiores fuerat, non magis nobilitati, quàm uirtuti pateret. Vnde in consulatu suo orationem habens secundam in legem agrariam Rulli nõ indigne gloriatus est, se fuisse unum ex omnibus nouis hominibus, de quibus tunc meminisse possent, qui consulatum petierit quàmprimum licitum fuerit, consul factus sit cum primum petierit. Quo in consulatu procuratorẽ cum consules haberent perpetuum, Cicero fecit annuum, non enim cõsulibus multa uel publice uel priuatim gerere & administrare minutiora per seipsos licebat, quæ huic procuratori exequenda committebantur. Et quia consules ut senatum cõsulerent creatos supra fuisse ostendimus, summa eis solis cõtingebat auctoritas, cum senatus permitteret iuberet'ue, ut curarent ne quid respublica acciperet detrimenti: sicut Plutarchus in Pauli Æmylij uita, Senatusconsulto summa rerum cõsulibus datur, ne quid detrimenti respublica accipiat: quod non crebrius à senatu agi solitum, quàm cum ingentis metus & grauis periculi discrimẽ reipublicæ immineret. Et Cicero in Miloniana oratione, Quanquã quis hoc credat, Cn. Pompeius cum senatus ei commiserit ut uideret, ne quid detrimẽti respublica caperet. Quo uno uersiculo satis armati semper consules fuerunt. & idem Cicero oratione in legem agrariã Rulli prima, Omnes qui se saluos uolunt, sequentur auctoritatem consulis, soluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in cõtentionibus. Dictatorem Romæ primum fuisse T. Largium Liuius secundo libro dicit, cui auctoritas summa sine prouocatione esset. Et cum is multiq; post eum patricij generis fuerint, tandem primum de plebe dictatorem fuisse C. Manilium Liuius libro septimo ostendit. Dictatorẽ diffinit M. Varro quod à consule dicebatur, cuius dicto audientes essent omnes. Et Plutarchus in Pompeij uita dictatorem scribit cæteras potestates dissoluere præter tribunitiam, Pompeiusq; de iuris origine, Proditi sunt dictatores à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est. Nam cum populo Romano aucto crebra bella orirentur, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente placuit maioris dignitatis magistratum constitui. Hunc magistratum quoniam summam potestatem habebat non erat fas ultra sextum mensem retineri, & his dictatoribus magistri equitum adiũgebantur sic, quomodo regibus tribuni celerum. Cicero de finibus bonorum & malorum, dictatorem dicit à maioribus magistrum populi appellatum fuisse. Senecaq; epistola nona centesima, cum quem nos dictatorem dicimus & in historijs ita nominari legimus, apud antiquos magistrum populi uocabant. Hodieq; id extat in auguralibus libris, & testimoniũ est, quod qui ab illo nominatur, magister equitum est. quod autem Pompeius hic & Seneca dixerũt de magistro equitum, Varro sic affirmat, magister equitum, quod summa potestas eius in equites & accensos. Hinc Liuius libro tertio, Dictator L. Quintius Cincinnatus, magister equitum Seruilius Hala, qui Melium interfecit, domus diruta Æquimelium appellatum. Et libro

Valerius Publicola — *Consules dictatori parebant* — *Procurator consulum* — *T. Largius primus dictator* — *C. Manlius primus dictator è plebe* — *Dictator unde* — *Magister equitum* — *Tribuni celerum* — *Magister populi*

Et libro XXII, Q. Fabius Maximus dictator, M. Minutium magistrũ equitum tunc primum dixit. Sed à quibus & quomodo crearetur dictator Liuius lib. XXVII, Decreuit senatus ut consul M. Valerius ex Sicilia uocatus priusquàm ex urbe discederet populũ rogaret, quem dictatorem dici placeret: eumq́ quem populus iussisset diceret dictatorem. si consul noluisset, prætor urbanus populũ rogaret. Si nec is quidem uellet, tum tribuni ad plebem ferrent. Cum consul se populũ rogaturũ negasset quod suæ potestatis esset, prætoremq́ uetuisset rogare. tribuni pl. rogarũt plebsq́ sciuit, ut Q. Fuluius qui tũ ad Capuam erat dictator diceretur. Sed quo die id plebis concilium futurum erat, consul nocte clam in Siciliam abijt, destitutiq́ patres literas ad M. Claudium mittendas censuerunt, ut desertæ à collega reip. subueniret, diceretq́ quem populus iussisset dictatorem: ita à Claudio cos. Fuluius dictator dictus.

Quomodo dictator crearetur

Fuerunt enim & alij solo penè nomine dictatores, claui ob sedandam pestẽ figendi causa unus sicut Liuius VII. Dictator figendi claui causa ad sedandam pestem: & alter de quo idem Liuius VIII. dictator feriarũ causa dictus, tribus omnis supplicatum ire placuit.

Dictatores ad pestem sedandam

Dictator causa feriarum

Prætor tertius in urbe magistratus dignitate fuit à præessendo, quod Liuius innuit dictus. Et tamen Varro de lingua Latina, Prætor dictus quod præiret exercitum. Et Cicero legum II. Iuris disceptator qui priuata iudicet iudicari'ue iubeat, prætor esto: iuris ciuilis custos esto: huic potestati parento: quotcũq́ senatus creuerit, populus'ue iusserit tot sunto. Et Liuius V dicit, primum prætorem ex patribus qui ius in urbe diceret creatũ fuisse, penes quem magistratũ omnis publici priuatiq́ iuris potestas, ut & nouum ius condere, & uetera abrogare facultas esset. Idq́ ob magistratus honorem ius honorarium appellatum est. Cum tamen regia illi essent insignia, ut apparatu cõsulibus penè par uideretur, lictores non amplius sex habuit.

Prætor

Ius honorarium

Lictores prætoris

Pomponius autẽ de origine iuris, Prætor creatus est cum cõsules auocarentur à bellis finitimis, neq́ esset qui in urbe ius reddere posset. Hic primo urbanus appellatus est, quod in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos non sufficiẽte eo prætore, ꝙ multa turba etiã peregrinorũ in ciuitate ueniret, creatus est & alius prætor, q peregrinus appellatus est. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia & Hispania, deinde Narbonẽsi ꝓuincia, totidẽ prætores, quot ꝓuinciæ in ditionẽ uenerãt, creati sunt: quorũ uni Paulo Æmylio ad hiberos eunti, duodecim cõcessi sunt lictores, & equo uectus albo trabeaq́ indutus albã ministros omnes albis indutos duxit. Ad qđ Iuuenalis allusit, Niueiq́ ad frena Quirites. Plutarchus in Bruti uita inquit, Prętorũ uirgas securibus fuisse alligatas: ꝙ significaret non oportere magistratus irã promptã & dissolutã esse, ut uirgarũ solutionis mora & tarditas irã frãgeret, & impetũ moderaretur.

Quare creatus prætor

Prætor urbanus

Prætor peregrinus

Prætores totidem quot prouinciæ

Tribuni pl. etsi magistratus dignitatẽ nõ haberẽt, maximi tamẽ momẽti in rep. fuerũt. Nã Plutar. in problematib. Tribunus pl. sicut cæteri magistratus purpura nõ utitur, quia tribunatus magistratus non est. Nã nec lictores habet, nec in sella curruli sedet ius dicturus, nec creato dictatore ius dimittit, sicut cęteri magistratus: sed tribunatus magistratui & imperio potius obijcitq́ ipse sit magistratus. Magnitudo ac fastus cõsulẽ decet & imperatorẽ: tribunũ uero abiectũ esse oportet, nec aspectu grauẽ, nec aditu difficilẽ, sed facilẽ, ac multitudini cõmodũ, ac tractabilem: unde nec domus tribuni ianuã claudere moris erat: sed noctu & interdiu semper patere, tanq́ portus quidã ac profugiũ quibus opitulãdũ esset.

Tribuni pleb.

Ianua domus tribuni non clauditur

Tribunorũ nominis etymologiã M. Varro de lingua latina hanc affert, Tribuni militũ ꝙ terni è tribus tribubus Rãnensi, Lucera, & Tatiẽsi ad exercitũ mitterentur. Tribuni pl. ꝙ facti ex illis qui plebẽ defenderent in secessiõe. Sed nos de militaribus tribunis dicere in partibus militaris disciplinæ differemus.

Tribuni unde

Cicero legũ II, plebs quos pro se cõtra uim auxilij ergó decem creauerit, tribuni eius sunto: quodq́ hi ꝓhibuissent, quodq́ hi plebẽ rogassent, ratũ esto, sanctiq́ sunto: néue plebẽ orbã tribunis relinquũto. Cũq́ in eo dialogo Q. Cicero frater multa questus esset de ui tribunitia, ac multorũ ex eis insolẽtiã narrasset, M. Cicero respõdens, Ego, inquit, frater in ista potestate inesse quiddã mali assentior, sed bonũ quoddã esse quęsitũ, modo in ea nõ aberremus. Nimia potestas est tribuni pl. quis negat? sed uis populi multo seuerior, multoq́ uehemẽtior, quæ ducem quod habet interdũ lenior est, q̃ si nullũ haberet. Dux enim suo periculo progredi cogitat, populi impetus periculi rationẽ sui non habet, atq́ aliquando incenditur, & quidem sæpe sedatur. quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo ex eis sana mente sit. Inuentum est id temperamentũ, quo tenuiores cum principibus æquari se putarent. In quo uno fuit ciuitatis salus; quamobrem aut exigẽdi reges non fuerunt,

fuerunt,aut plebi re non uerbo danda libertas.Causam creandorum tribunorum omitte/
mus à Liuio & à multis diffuse narratam: quando autem creati fuerint,& quot,Liuius se/
Tribunorum numerus cundo, In sacro monte creati tribuni plebis duo. Sed Asconius Pedianus qui Liuio penè
par ætate fuit,in expositione orationis M.Ciceronis pro Cornelio de maiestate, dicit, In
monte Sacro quinq; tribuni plebis creati,ut essent singuli ex singulis classibus. Et Liuius
tertio, Q.Minutio,M.Horatio Puluillo cõsulibus uigesimosexto anno à primis tribunis
plebis creati sunt decẽ,duo ex singulis classibus.Et infra,Creari tribunos pl. consulari po/
testate concessum promiscue ex utrisq;.Plutarchus in Gracchorũ uita scribit moris fuisse
Consules potuisse in carcerem à tribuno duci tribunorum plebis,ut uno intercedente nil alij possent efficere, consulemq; à tribuno ple/
bis in carcerem duci potuisse. Vnde Scipio Nasica,Quando,inquit,consul ciuitatem pro
dit,qui leges saluas esse cupiunt,me sequantur. Tribuniq; plebis senatũ non intrabant,sed
ad fores curiæ sedentes senatusconsulta inspiciebant,ut possent siqua displicuissent inter/
T, litera cedere:& ijs quæ placebant, T literam ipsi subscribebãt.si quando autem accideret tribu/
num plebis cogi ad aliqua faciẽda oportere,id munus collegæ præstabãt.Nam cũ L.Cot/
Tribunus in ius non uocabatur ta tribunus plebis æs alienũ soluere recusaret,quia in ius uocari nequiret, socij & collegæ
illum coegerunt comminati se creditoribus eum cõcessuros si postulassent.Nec solum æs
alienum tribuni à collegarum aliquo dissolui curabant,sed errata inuicem moderabantur
corrigebantq;.Memmius enim tribunus plebis accusatum A.Gabinium condẽnari obti/
nuerat,lictoresq; iam manũ accusato inijciebãt,cum filius Gabinij Sisenna ad pedes Mem
mij procidens,ueniam patri orabat:quem ille humi iacẽtem, cum diu sic esse permitteret,
Tribuno ab urbe unum diem abesse non licebat collegæ duodecim indignati insolentiam,Gabinium absoluerunt. Tribunoq; unum diem
ab urbe abesse non licebat. A.Gellius ex Atteio Capitone narrat:Labeonẽ Antistium iu/
reconsultissimum uiatori eum ad tribunos plebis uocanti respondisse, Tribunos uocatio/
nem in ius non habere,sed solam prehensionem esse permissam. Pariterq; Varronem sen
sisse Gellius asserit. Vnde intercessionem & plebiscitorum lationem, tribunis primarium
Quæstores fuisse munus,& prædicti asserunt uetustissimi & nos infra ostendemus. Quæstorum ali/
quos urbanis præfuisse rebus,quosdam per prouincias cum maiores gerentibus magistra
tus,exigendis uectigalibus fuisse missos constat.Et urbanos quidẽ quæstores partim æra/
rij pecuniarum curam gessisse,partim exercẽdis quæstionibus, partim legendis in senatu
epistolis præfuisse uidemus.Nominisq; diffinitionem M. Varro hanc affert: quæstores à
quærendo,quia cõquirerent publicas pecunias,& maleficia quæ triumuiri capitales con/
quirunt.Ab his postea qui quæstionum iudicia exercẽt,quæstores dicti. Asconius Pedia/
nus in secunda actione Ciceronis in Verrem dicit,Quæstores urbani ærarium curabant,
eiusq; pecunias expensas & acceptas in tabulas publicas referebãt . Põponius de origine
iuris, Quæstores cõstituti sunt , cum ærariũ populi auctius esse cœpisset,ut essent qui illi
Consuli ius dicere de capite ciuis Romani non licebat præessent:dicti sunt ab eo quod inquirendæ & conseruãdæ pecuniæ causa creati erant.&
quia de capite ciuis Romani iniussu populi,nõ erat permissum consulibus ius dicere:pro/
pterea quæstores cõstituebãtur à populo qui capitalibus rebus præessent. Vlpianusq; de
officio quæstoris, Quæstoribus creãdis origo antiquissima & penè ante omnes magistra/
tus. Granius deniq; iurecõsultus etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium binos
quæstores habuisse,quos ipsi nõ sua uoce,sed & populi suffragio crearent refert.Sed Plu/
tarchus in problematibus, uanum quæstoribus attribuit officiũ, quos dicit magistratum
ineuntes nihil prius curasse,quàm ut sacrarum anserum alimẽta locarent, quia Galli anse/
rum clangore prohibiti sunt Capitolio potiri:& addit,fuisse eas rubrica tinctas,quam im/
primis renouandam quæstores curabant. Cicero de administratione Asiæ ad Quintum
fratrem docet, quod supra diximus, alios quæstores cum singulis magistratibus procon/
sule præsertim & prætore cõquirendis uectigalibus fuisse missos.Quæstorem habes non
tuo iudicio delectum,sed eum quem sors dedit.Et ad M.Cælium ædilẽ idem Cicero,Ego
de prouincia decedens quæstorem Cælium præposui prouinciæ. Puerum,inquis.at nobi
lem adolescẽtem,& omnium ferè exemplo.Et Asconius Pedianus in diuinatione,oratio/
ne prima Ciceronis in Verrem, Siciliã dicit duos olim habuisse quæstores, Lilybitanum
unum,alterum Siracusanum. de tertio autem quod prædictis attribuimus officio legendi
in senatu epistolas, & de prædicta in prouincijs attributa eis cura, apud Vlpianum præ/
dicto loco sic habetur. Sed sicut dubium est an Romulo & Numa regnantibus quæsto/
res

res fuerint:ita etiam Tullo Hostilio rege quæstores fuisse certū est: & sane crebrior apud uetustos opinio est Tullum Hostilium primum in rempublicam induxisse quæstores, & à genere quærendi quæstores dictos. Iunius & Trebatius & Fenestella scribunt: Ex quæstoribus quidam solebant prouincias sortiri, ex senatuscōsulto, quod factum est Decimo Bruto & Cecinna consulibus, sane non omnes quæstores prouincias sortiebantur, uerum excepti erant candidati principis. Hi & enim solis literis in senatu legendis uacabant. Hodieq; obtinuit indifferenter quæstores creari tam patricios quàm plebeios. Ingressus est enim & quasi primordium gerendorum honorum sententiæq; in senatu dicendæ. de ædilibus dehinc dicendum, quos alterum fuisse gradum constat illis qui consulatum præturam'ue petere instituissent. Vnde Cicero scribens Furnio praeturam ambiēti, Non est annus hic tibi designatus, ut si ædilis fuisses post biennium tuus annus esset, ut omnia te metiri dignitate malim quàm ambitione, maioremq; fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate præturæ. Ad quid uero ædiles crearentur, idem Cicero legum secūdo: Suntoq; ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumq; solēnium. Ollisq; ad honoris amplioris gradum prius accessus esto. & Liuius in quinto, quando creati fuerint, eodem anno consul ... ex plebe prætor unus ædiles curules. Et in libro nono, C. Flauius scriba patre libertino ædilis curulis fuit: cum peteret neq; eius nomen à tribubus acciperetur, quia scriptum faceret, tabulam posuisset, & iurasset se scriptum non facturum. Decimo autem Liuius, quid aliquando ædiles egerint. ædiles curules fœneratoribus mulctatis, ex eo quod in publicum redactum est, ænea in capitolio limina & trium mensarum argentea uasa in cella Iouis, Iouemq; in culmine cum quadrigis, & ad ficum ruminalem simulachra infantium conditorum urbis sub uberibus lupæ posuerunt, semitamq; lapide quadrato à Capena porta ad arcem strauerunt. Et infra Liuius, Ab ædilibus mulctatitia pecunia pecuarijs damnatis ludi facti, pateræq; aureæ ad ædem Cereris positæ. Eodemq; anno ab ædilibus currulibus qui ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuarijs, uia à Martis silice ad bouillas perstrata est. Et trigesimotertio, Ædilitas insignis eo anno fuit, multos pecuarios damnarunt, & ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Iouis ædis posuerunt. Vt autem ludis faciendis absq; ærarij onere possent sufficere, ædiles feras ludis spectaculisq; ædēdas ex prouincijs aduehi prouincialium incommodo curabant. Vnde gloriatus est Cicero ad Quintum fratrem pro prætore Asiæ scribens. Asiam eo onere sua ipsorum fratrum uirtute liberatam esse, his uerbis. Quātum uero illud est beneficium tuum, quod iniquo & graui uectigali ædilitiorum magnis nostris simultatibus Asiam liberasti. etenim si unus homo nobilis queritur palàm, te quod edixeris ne ad ludos pecuniæ decernerentur, talenta sibi ducenta eripuisse, quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine quicunq; Romæ ludos facerēt quod erat iam institutū erogaretur. Hinc prius scripserat ipse Cicero M. Cælio ædili, De pantheris per eos qui uenari solent agetur: mandatū diligenter, sed mira paucitas est. Oppida etiam præter ipsam urbem Romam, ædiles habuisse, indicat Cicero ad Brutum. Nam constituendi municipij causa hoc anno ædilem filium meum fieri uolui, & fratris filiū, & M. Cæsium. Is enim magistratus in nostro municipio, nec alius ullus creari solet. Fuerunt alij minores magistratus, præfectus urbis, Triumuiri multiplices, alijq; qui & si stante republica originem habuerunt, maxime tamen sub principibus sunt mutati.

Quæstores primi sub Tullo Hostilio

Quæstores prouinciales

Ædiles

Ædiles etiā in oppidis

Magistratus minores

Quibus ad perpetuorum imperatorum tempora reseruatis, de censoribus dicere aggrediemur, cum tamen prius multa sub eum cadentia magistratum & regimen urbis Romæ ni primis declarantia ordine docuerimus. Eruntq; hæc uocabula, curiæ, tribus, classis, census, lustrum, & ab his diuersimode dependentia. Titus Liuius urbis conditæ initia descripturus ab eisdem rebus ita orditur, ut rem sibi & omnibus sui seculi notissimam minus aperte, quàm nostra exigeret intentio narret: incipitq; Romulum fœdere cum Sabinis ad lacum Curtium icto, & ex duobus populis facto uno, in curias triginta populum diuisisse, quibus nomen à Sabinis est inditum: & paulopost eodem tempore, tres equitum centurias fuisse additas, Ramnensem à Romulo, à Tito Tatio Tatiensem, & Lucerem, cuius nominis causam sibi asserit fuisse incertam. Sed Asconius tria ipsa nomina fuisse Hetrusca dicit, & Lucerem à Lucumonibus qui essent duodecim magistratus. Festusq; cum illud idem affirmet, addit existimasse etiam quosdā non magis à Lucumonibus Lucerem dici, quàm à luco, in quo urbs Roma, aut eius prima pars, asylum fuit conditum. Sed ubi triginta

Curiæ triginta

triginta curias fuisse Liuium diximus scripsisse, erratum in numero librariorum uitio non
Tribus & cu dubitamus, quod ipsa tribuum trigintaquinq; supputatio ostendet. Nam tribus idem fu-
ria isse quod Liuius primo curias appellauit cum alias constat: tum Asconius Pedianus se-
Tribus XXXV cunda io Verrem actione sic ostendit. Tribus quinq; & triginta in principio fuerunt tres,
tatiensis à Tatio, ramnensis à Romulo, luceres à Lucumone siue à luco quem asylum uo-
cauit Romulus. Post de nominibus Sabinarum multæ sunt dictæ quibus precatricibus
Tribus unde parentum bellum maritorumq; est finitum: dictæ à tributo dando, aut quia primo fuerunt
dicta tres. Igitur ut supputationem continuemus à Marco Varrone incipiamus, qui septem si-
mul sic ostendit. Ager Romanus primum diuisus in partes tres, à quo tribus appellantur,
Tatiensium à Tito Tatio, Ramnium à Romulo, Lucerum à lucumone. Sunt enim uoca-
bula thusca, & ab hac diuisione partes urbis quatuor tribus dictæ: Suburrana, palatina,
exquilina, collioa. & octauam Liuius io secuodo sic ostendit additam. Appius Clausus
cui postea Appio Claudio fuit nomen cum pacis ipse auctor, à pacis turbatoribus preme-
retur, magna clientum comitatus manu Romam transfugit. His ciuitas data, tribus addi-
ta nouis tribubus: uetus Claudia appellata, Appius inter patres lectus. ultra has tribus
Crustumia VIII. Festus Pompeius decem nobis enumerat his nominibus. crustumina tribus, à cru-
tribus stumina hetruscorum urbe. lemonia tribus, à pago lemonia appellata, qui est à porta cape
Lemonia na uia latina. Metia tribus à quodam castro sic appellatur: uffentia tribus, ab uffente flu-
Metia uio dicta, qui apud terracinam labitur. Pupinia tribus, ab agro pupinio prope tybur. po-
Vffentina pilia tribus, à popilio traxit originem. romulia tribus dicta, quod ex eo agro censebantur quē
Pupinia Romulus cœperat ex uehientibus. Scaptia tribus à nomine urbis Scaptiæ appellatur.
Popilia Sabatina à lacu sabate dicta. Tormentina tribus à campo tormento appellata. Vt reliquū
Romulia sit septem tantum & decem fuisse quibus nomen Romulus imposuerit curiarum, mulie-
Scaptia rum scilicet Sabinarū: cuius regionis primariū fuit oppidum cures, à quibus originē Nu-
Sabatina ma Pompilius duxit. Vnde Virgilius: Curibusq; sabinis. Fueruntq; hæc nomina Stella-
Tormentina tina, Armensis, Pontia, Publia, Mathia, Scatia, Aniensis, Terentina, Sergia, Quirina, Tri-
Stellatina nitica, Volitina, Velentina, Fabiana, Scaptensis, Voltinea, Narniensis. Scribit autem Li-
Armensis uius libro octogesimo: aucta iam ciuitate libertinos in trigesimam quintam tribum fuisse
Pontia distributos. M. Cicero prima oratione in legem Rulli agrariam respondit à romulia tribu
Publia se initium esse facturum. nam usq; ad armensem nomen habere properat. Et oratione pro
Mathia Plantio. non enim tribum Terentinam triniticam credo, ac Volitinam: quid Planco cum
Scathia Lemonia, cum Vientina, quid cum Crustuminia: testis de Volitina. Hæc autem à Cicero-
Aniensis ne attulimus ut necessarium fuisse doceamus, tribuum nomina hoc nostro dicendi regimē
Terentina urbis initio ostendi: quod multoties ipsa occurrenr: quamq; id etiam distincte sciri opor-
Sergia tuit: cum infra demonstraturi sumus uniuersosq; ex omni imperio siue urbes totæ fuerint
Quirina siue singuli præstantes uiri io ciues Romanos asciti sunt, oportuisse in dictarum tribuum
Trinitica aliqua conscriptos addictosq; esse: de quibus tam in ciuilibus, q; in militaribus quibusq;
Volitina rebus eorum ratio sumi posset: erantq; libri trigintaquinq;, in quibus tam multa scribeban
Veientina tur hominum milia apud censores: adeo ingentes & forma magni ut elephantini à beluæ
Fabiana similitudine dicerentur, quos libros singulo lustro ob mutationes hominum morientibus
Scaptensis suffectorum, aut aliter additorum, oportuit innouari: quaoq; & similes libros elephanti-
Voltinea nos Senatusconsulta apud eosdem censores habuisse patebit. Curiarum siue tribuum no-
Narniensis minibus expositis de censu classibusq; simul dicendum est: quas pro nostra intentione
Libri elephan imprimis necessarias Liuius eleganter sed nostro iudicio obscure describit. De Seruio
tini enim Tullio dicit. Censum instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio. ex quo pa-
Census cis belliq; munera non uiritim ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierēt. Et quidem salu-
berrimam esse hanc iostitutionem ætate oostra uidemus, apud Venetos, Genuenses, &
Florentinos: quas solas in toto orbe ciuitates eam sequi constat. Itaq; Seruius rex ut cen-
Classes quinq; sum declararet, classes prius distinxit numero quinq;, quas priusq; ipsius Liuij uerbis affe-
ramus, de pecuniæ singularum summa, ad quam referebantur fortasse non impertinenter
aliqua disseremus. Qui centum milium æris, inquit Liuius, aut maiorē censum haberet:
Quo tēpore hoc exponentes dicimus: æs per ea tempora nondum fuisse signatum: Liuius enim in pri-
primū nūmi mi belli punici descriptione dicit. Post classem naualem à Fuluio consule acceptā Romæ
argentei cusi statim ducentas naues fuisse refectas, quo tempore nummi primum argentei sunt cusi. &

nummus decima pars denarij aurei fuerit : à qua temporu m supputatione Plinius parum
differre uidetur, qui argentũ dicit signatum fuisse anno urbis quinto octogesimo quingen
tesimo Q. Fabio consule, anno quinto ante bellum primũ punicum. placuisseq́ denarium
pro decem libris æris. Hanc nos difficillimam numerorum siue ponderum uetustissimam
consuetudinem ad nostri temporis collationem inuiti hoc loco tractamus, quam infra suo *Aurei*
loco tractare constituimus: sed quantũ ad præsentem facit classium census & tributorũ di
lucidationẽ, dicimus denarios semper aureos appellatos põdere nostris fuisse simillimos,
quibus magna ex parte orbis penè totus nunc utitur. Quandoquidẽ Venetus, Florẽtinus,
Senensis, Lucensis, Mediolanẽsis, Ferrariensis, Mantuanus: & extra Italiam Germanicus,
Hungaricus, Polonicus: ex Gallis quoq́ & Hispanis maior pars, necnõ apud barbaros re-
ges & nationes cusi denarij aurei, quos ducatos siue florenos uulgo appellant: ita Roma-
no sunt similes : ut apud Romanum pontificem maximum caput orbis Christiani habi- *Prima classis*
tum unicam obtineat ducatus cameræ appellationem. si itaq́ Seruij regis temporibus cen *centũ milium*
tum milia æris primã constituebant classem, decem libræ ipsius æris denario attributæ au *æris*
reo ita cumulari supputariq́ debebunt, ut decem milia ducati nostri temporis diuitiæ fue
rint: quibus possessor sub classis primæ titulo inter urbis primarios numeraretur. Ad Li-
uium iam redeundũ est, qui centum miliũ æris aut maiorem censum haberent primæ clas
sis erant. Intra centum & septuagintaquinq́ milia census secunda classis. Tertia classis à *Secunda*
septuagintaquinq́ ad quinquaginta milia census. In quarta classe à quinquaginta ad ui- *classis*
gintiquinq́ milium æris census. Quinta classis inferiorem superiori censum habebat. Sed *Tertia*
Liuius prædictis quinq́ classibus centurias & arma attribuit, de quibus in parte rei milita *Quarta*
ris cum dicturi simus: nihil ultra nũc scribendũ duximus. Ad censoresq́ redibimus : quo- *Quinta*
rum primi fuerunt Papirius & Sempronius Marco Geganio Macrino: & Quintio Capi- *Papirius &*
tolino consulibus creati, ut censum prædictũ ex instituto Tulli regis rite haberent: à qua *Sempronius*
re cum laude executioni data censorum nomen eis est inditum: constitutumq́ ut is magi- *primi cẽsores*
stratus posset quinquẽnio retineri : de quorũ magistratus officio Cicero legum secundo. *Cẽsores unde*
Censores populi sobolis familias pecuniasq́ censento, urbis templa, uias, aquas, ærarium,
uectigalia tuento, populiq́ partes in tribus distribuunto, & pecunias in ciuitatis ordines
partiunto. Equitum peditum'ue prolem distribuunto. Celibes esse prohibento. Mores po
puli regunto. probrũ in senatu ne relinquũto. Bini sunto : magistratũ quinquẽnem haben
to. Reliqui magistratus annui sunto, eaq́ potestas semper esto. Ordo uitio careto, cæteris
specimen esto: ut uicio careat ordo, & ut censorem quærant interpretem. Varro agricultu
ræ secũdo. censor dictus ad cuius censionem id est arbitriũ populus censeretur. Pompeius
de origine iuris : censores constituti sunt cum census iam maiori tempore agendus esset,
consules non sufficerent. Plutarchus in Pauli Aemilij uita. Censura maximę omniũ magi *Censura ma-*
stratuũ reuerentiæ est, plurimæq́ potestatis: tũ in alijs rebus: tum maxime ad morũ emen *ximæ reueren*
dationẽ. Nam è senatu remouere potest, equitibus auferre equos: notare infamia: censum *tiæ ac potesta*
agere: lustrum condere. & idem in problematibus: Altero ex censoribus mortuo, alterũ se *tis*
magistratu abdicare oportebat. Mortuo eñ Liuio Druso, collega eius Scaurus magistra-
tu se abdicare minime uolebat : donec tribuni plebis iussu in carcerẽ ductus est. Asconius
Pedianus actione in Verrẽ prima. Censores quinto quoq́ anno creari solebãt. Hi prorsus
ciues sic notabãt, ut qui senator esset eijceret senatu: qui eques Romanus equũ publicum
perderet: qui plæbeius ne in tabulas referretur, & esset ærarius, ac per hoc nõ esset in albo
centuriæ suæ, sed adhuc non esset ciuis: tantũmodo ut pro capite suo, tributi nomine æra
præberet. Et Aulus Gellius de noctibus atticis, notas cẽsorias nõnullas sic colligit. Si quis
agrum passus fuerit sordescere. Si quis equũ habuit graciliorem aut parum nitidũ. Si quis
intempestiue usus esset ioco. Eumq́ qui in auditorio censorũ sonore nimis oscitasset, no-
ta censoria correctũ fuisse. Eumq́ etiã, qui cum esset obeso uentre perpinguis, & equum
traduceret strigosissimũ, causam interrogatus: uentrem suũ respondit & corpus à seipso,
equũ à Statio seruo suo curari : mulcta graui indicta equũ amisisse. Scribit Liuius XIIII
Fabricium censorem mouisse senatu P. Corneliũ Ruffinum consularem, q̃ is decem pon
do argenti facti haberet. Sed maiora ac meliora licet longiuscula de censoribus non duxi-
mus postponenda, ex quibus maxime sapientissimi Romanorũ forma regiminis de qua
agimus nota fiet. Liuius XIIII cẽsores uacui ab operũ locandorũ cura propter inopiam

ærarij, ad mores hominũ regendos animũ aduerterunt, castigandaꝗ; uitia quæ uelut diutinis morbis ægra corpora ex sese gignunt, nata bello erant. Primũ eos notarunt qui post cannensem pugnam rem P. deseruisse, Italiaꝗ; excessisse uelle dicebãtur. Princeps eorum M. Cecilius Metellus, qui quęstor tum forte erat. Iusso deinde eo cæterisꝗ; eiusdem noxæ causam dicere, cum purgari nequissent, pronunciauerunt uerba orationemꝗ; eos habuisse aduersus rem P. quo coniuratio deserendæ Italiæ causa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exsoluendi iurisiurandi interpretes, qui captiuorũ ex itinere regressi clam in castra Annibalis soluti quod iurauerãt implesse rebanť. His superioribusꝗ; illis equi adẽpti qui publicũ equum habebãt, tribuꝗ; moti ęrarij omnes facti. neq; senatu modo aut equestri ordine regendo cura se censorum tenuit: nomina omnium ex iuniorũ tabulis excerpserunt, qui quadriennio nõ militassent, quibus neq; uacatio iusta militiæ, neq; morbus causa fuisset. Ea supra duo milia hominum in ærarios relata tribuꝗ; omnes moti, additumꝗ; censoriæ notæ triste senatus consultum, ut ei omnes quos censores notassent pedibus merent: mitteretūrꝗ; in Siciliam ad cannensis exercitus reliquias. Et libro XXVI Liuius: M. Liuius Salinator erat multis annis ante ex consulatu populi iudicio damnatus: quam ignominiã adeo ægre tulerat ut rus migraret, & per multos annos & urbe & omni cœtu careret hominum. Octauo post damnationem anno M. Claudius Marcellus & M. Valerius Leuinus cõsules reduxerunt eum in urbem: sed erat ueste capilloꝗ; & barba promissa: L. Veturius & P. Licinius censores eum tonderi & squalorẽ deponere, & in senatum uenire, fungiꝗ; alijs publicis muneribus coegerunt. sed tum quoq; aut uerbo assentiebať, aut pedibus in sententiã ibat. Item Liuius XXIX: censores interim Romæ M. Liuius & C. Claudius senatum recitauerũt: princeps eorum delectus M. Fabius Maximus. notati septem, nemo tamen qui sella curruli sedisset. Equitum deinde census acceptus est, & ambo forte censores equum publicum habebant: cum ad tribum polliam uentum est, in qua M. Liuij nomen erat, & pręco cunctareť citare ipsum censorẽ: cita inquit Nero M. Liuiũ: & siue ex residua simultate, siue intempestiua iactatiõe seueritatis inflatus, M. Liuiũ quia publico iudicio esset damnatus, equum uendere iussit: item M. Liuius cum ad tribum Narniensem & nomen collegę uentum est: uendere equum C. Claudium iussit, duarum rerum causa: unius quod falsum aduersus se testimonium dixisset: alterius quod non sincera fide secum in gratiam redisset: æque ibi fœdum certamen inquinandi famam alterius non suæ damno siue factũ est. Exitu censuræ cum in leges iurasset C. Claudius, & in ærarium redisset, inter nomina eorũ quos ærarios relinquebat, dedit collegæ nomen. Deinde M. Liuius in ærariũ uenit, & præter Metiam tribum, quæ se neq; condemnasset neq; condemnatum aut consulem aut censorem fecisset: populum omnem trigintaquatuor tribuum ærarios reliquit, quod & innocentem condemnassent, & condemnatum consulem censoremꝗ; fecissent, neq; inficiari possent, aut iudicio semel, aut comitio bis à se peccatum esse. Duos prædictis contrarios moribus censores Liuius XXXII sic scribit. Creati censores P. Cornelius Scipio Aphricanus C. Aelius Pętus in magna inter se concordia & senatum sine alicuius nota regebant, & portoria uectigalium Capuæ Puteolisꝗ;, item castrum Vulturnum, quo in loco oppidum est ad frumentum locarunt, colonosꝗ; eo trecentos: is enim numerus à senatu finitus erat, & sub hastis capuæ agrum uendiderunt. & infra XXXVI Liuius, Censuram multi & clari uiri petierunt, M. Portius Cato, M. Atilius Glabrio, qui antiochũ ad Thermopylas Aetolosꝗ; deuicerat, in hunc maxime quod multa consul fecerat, quibus magnam partem hominum obligarat, fauor populi se inclinabat. Publius Sempronius Gracchus & C. Sempronius Rutilius diem eidem dixerunt, quod pecuniæ regiæ prædæꝗ; aliquantum captæ in Antiochi castris, neq; in triumpho tulisset, neq; in ærarium detulisset. uaria testimonia legatorum tribunorumꝗ; militarium erant: M. Cato ante alios testes aspiciebať, cuius autoritatẽ perpetuo tenore uitæ partam toga candida eleuabat. Is testis quæ uasa aurea atque argentea captis castris inter aliam regiam prædam uidisset, ea se in triumpho negabat uidisse. Censores T. Quintius Flamminius M. Claudius Marcellus creati. Liuius etiam primo quadragesimo. Censores M. Portius & L. Valerius senatum legerunt, septem mouerunt senatu, unum insignem L. Quintium Flaminium consularem: quod scortum puerum aut scortum mulierem habuerit; quorum alterius suasione hominem placentinum securi percussisset. & tertio se-

xagesimo

xagesimo Liuius: L. Domitius Metellus, Cn. Domitius Enobarbus censores duo & triginta senatu mouerũt.& libro duodecentesimo.Cn. Lentulus & L. Gellius censores aspe ram censuram egerunt,quattuor & sexaginta senatu amotis.Notam uero censoriã exter minio ciuibus non fuisse, Cicero in oratione pro A.Cluentio sic ostendit.G. Retam cum à L. Metello & Gn.Domitio censoribus ex senatu eiectus esset censorẽ postea ipsum esse factum: & cuius mores à censoribus erant reprehensi, hunc postea & populi Romani & eorum qui in ipsum animaduerterant motibus præfuisse. De modestia uero & grauitate quam in petendo censurã seruari oportuerit,Plutarchus in Pauli Aemilij uita sic habet.cũ Appius Claudius & Scipio patre genitus Aemilio paulo censurã peterent, Appius nobilitati innitebatur, Scipio populi fauores adhibuit. Descendentem igitur in forũ stipatum hominibus ingenerosis quidẽ & seruilibus ac maxime turbulentis popularibusq́, qui am biendo & clamando cuncta uiolenter exequebantur, ut conspexit Appius magna uoce ô Paule inquit Aemili, nonne etiam apud inferos, siquis illic nostrarum rerum sensus esset indignareris: ꝙ filium tuum Iulius tonsor,& Licinius declamator ad censurã perducunt? Non etiam fuisse impunitam nimiam censorũ seueritatem ex Valerio habetur. C. Gracchus,Q. Claudius ob nimis seuere gestam censuram ad populum die dicta à tribuno plebis perducti sunt: Claudium primæ classis centuriæ condemnabant:Gracchus absolutus alta uoce dixit,se parem cum illo subiturũ conditionem,cum quo omnia cõcorditer gesse rit.Post censorũ magistratus descriptionẽ ab eo dependens Lustrum est edocendũ, quod uerbum quid significet & unde habuerit originem Liuius in secundo sic ostendit. Omnes centuriæ & equites in campũ Martiũ conuocati: Sue Oue Tauro cæsis imolarunt: quod Lustrum est dictũ,sicq́ à sacrificio illo census obtinuit nomen lustri.quia uero census ipse siue lustrũ singulis habebatᷓ censorũ magistratus quinq; annis, maluit consuetudo Lustri appellatione annorum quinq; spacia quæq; appellari: Lustraq́; plurima Liuius describit per censores habita,quæ nõ duximus particulariter referenda, sed unũ in ipsis attente con siderandũ, ingens eorum & notabile incrementũ intra trecentos,& successiue maius intra quadringẽtos & quingẽtos annos factum esse:quandoquidẽ centuriæ omnes classium à Seruio Tullo rege institutarũ triginta supra ducentas fuerint,& aliæ equitũ ex primoribus duodecim,uiros ad summã quingentos & tria ac uiginti milia in se habentes:cũ anno abinde uix quadringẽtesimo, Tito Quintio Flaminio M.Claudio Marcello censoribus, ducenta & quinquagintaocto milia, octoq́ trecenta hominum capita Lustro condito sint inuenta. Fueruntq́ horum censorum sicut & Seruij regis temporibus iuniores à decimo septimo in quintum quadragesimũ ætatis annum,qui militarent censi,cum alij supra eam ætatem urbis custodiæ suffecturi,pro senioribus numerarẽtur.Qui tamen omnes utriusq; ætatis in centurias redigebãtur, ex quibus iudicia comitiaq́ haberẽtur. & pariter factum fuisse,quando ciuitas in duplum triplum'ue aucta est suo loco docebimus,ut miram fuisse constet formã, qua tanti populi uota creandis consulibus alijsue magistratibus & à cunctis singulariter data & paucarũ horarum spacio declarata sunt. Lustro & centurijs quantum expedit ostensis ad maiora sensim uenire possumus, si prius satis ostendere sciuerimus:oportuisse eos qui pro ciuibus haberi ac muneribus publicis fungi uellent, in aliqua tribuum censos esse. cuius quidẽ census ratione multi à muneribus excludebantur, quos non satis esset uni tribui ascriptos esse,si paupertate premente, aut iudicio excludente pro ærarijs haberentur. Ea enim uerbi ipsius sæpe tacti superius uis erat: ut qui aut nullũ, aut quintæ classis uiginti quinq; milium æris minorem haberet censum: aut qui iudicio in id damnatus esset:ærarius redditus à rei pub.corpore & à ciuitate ipsa omnino alienus esset. Hinc de Italiæ & prouinciarum orbis Romani ciuibus Romanis:qui ciuitatem modo dignitatemq́ adipiscerentur ac retinerent: altius repetendum est.Italiæ quantũ ad nostram hanc attinet intentionem,diuisio multiplex facienda est: cum pars ipsius urbi proxima & in qua urbs ipsa est latium appellata:certo modo ius Romanę ciuitatis adepta sit,quo alię urbes aliquãdo sunt donatæ: & aliquæ in ipsa Italia urbes,& oppida coloniæ fuerint: alia fuerint municipia, nonnullæ ciuitates liberæ,nonnullæ stipendiariæ,quousq; eo peruentum est,ut Romani ciuis ipsam inhabitantis urbem & Italici cuiusq; imparitas à sola uirtute discerneretᷓ. Sed prius de colonijs dicendum est:quarum deducendarũ causam & utilitatem Cicero in oratiõe in legem agrariam Rulli prima sic ostendit. & operepretium diligentiam

Nota cẽsoria · *De petitione Censuræ* · *Censores puniebantur* · *Lustrum* · *Centuriæ* · *Aerarius* · *Latium*

Coloniæ ligentiam maiorum recordari, qui colonias sic in locis idoneis contra suspitionem periculi collocarunt, ut esse non oppida Italiæ, sed propugnacula imperij uiderentur. Qua autem ratione nos adducti prius de colonijs tractare cœperimus, quam de municipijs aur la tij iure, Aulus Gellius edocet: coloniarum aliam fuisse docens quam municipiorum Romanis necessitudinem. Ex ciuitate enim propagabantur coloniæ & iura habebāt instituta populi Romani, ut essent quasi effigies populi Romani. Et quia qui ex urbe in colonias deducebantur, censum simul cum re familiari transferre cogebantur, quo in tributorum collatione urbs Roma caruisset: cautum erat, ut omnes coloniæ pensionem pro qualitate darent, quę tamen leuissima erat. Hinc est quod Plutarchus in Gracchorum uita scribit Liuium Drusum tribunū plebis duodecim decreuisse colonias, & tria milia hominum

Origo deducendarum coloniarum. in singulis quas sine pensione contra ac consueuerat esse uoluit. Vetustissimāq; coloniarū deducendarū fuisse originem Liuius ostendit, qui primam coloniam à Lauinia dixit uxore Aeneę Albam longam habitatoribus troianis fuisse deductā. Postea Tullum hostilium regem Fidenas, & Segnias Tarquinium regem deduxisse, dehinc Velitras & Norbam in pontino ex primis fuisse colonijs. Operosum uero ac omnino superfluum fuerit colonias referre singulas, quæ in Italia à nobis illustrata pro magna parte ostensæ sunt. Fuisse autem à Lauinia ad Cæsarem Augustū quatuor supra octuaginta deductas numerauimus, nec alias postea additas opinamur. quarum deducendarum ratio parumper diuersa fuit, quod aliquæ ex Romanis ciuibus Roma sunptis: aliquæ partim Romanis ueteribus, partim ex latini nominis ciuibus Romanis, nōnullæ ex solis latinis deducebantur, aliquæ milites simul & equites, aliquæ utrosq; solos habuerint. Placentiam enim scribit Asconius Pedianus equites solos sex milia latinos tamen non Romanos fuisse deductos. causam deducendi fuisse ut opponerentur gallis, ea tum loca quæ circunstant obtinentibus. Aliqua etiam loca pro colonijs habita fuisse uidemus, in quæ manentibus colonis ueteribus noui ex urbe coloni fuere deducti. Accipiebant uero coloni cum deducerētur pro uaria tempo

Colonorum præmia Iugerum rum rei P. cōditione: uaria quoq; præmia, quibus duo, quandoq; quatuor, sex aut septem iugera agri assignabantur. Iugerumq; constat fuisse & nunc etiam haberi: quantum unius diei labore duo boues arare possent. Sed postea rebus auctis ampliora colonis data sunt prædia, quando uidemus Lucium Valeriū Tapponem, Lucium Valerium Flaccū: Marcum attiliū Serranū triumuiros, milibus hominū tribus qui Bononiā coloni sunt deducti dedisse, equiti septuaginta, cęteris L. ager enim captus fuerat de gallis qui hetruscos inde expulerant. Et aliā item deducendarū coloniarū rationē fuisse uidemus, quas nō credimus in quatuor octuaginta numerū fuisse cōprehensas, cum ius latij urbibus uel oppidis concederetur. Sicut Asconium Pedianū dicere uidemus factū esse à Pompeio Strabone G. magni Pompeij patre: qui Transpadanas colonias deduxit iure latij permisso, ut sine ferendi suffragij iure ciuitatem adipiscerentur Romanam. Is enim erat honor quo solo ea tunc loca ornabātur, cum tamen aliæ accederent utilitates, posse scilicet eiusmodi colonos rei P. militare & Romanorū ciuium hereditates testamento accipere. Vnde Cicero pro Cecinna. Iubet eodem iure esse quo fuerunt Ariminenses: quos quis ignorat duodecim coloniarum fuisse & à ciuibus Romanis hereditates capere potuisse? Quamq; uero prius ut diximus colonias deduci quàm ciuitate Romana multos donari, & municipia constitui sit cœptum: tamen deduci colonias impossibile fuisset, nisi illa hominum exuberantia quę colonos suadebat emittēdos: ab acceptis in ciuitatem alienigenis prouenisset. Quū enim

Triumuiri ad colonias deducendas in urbe Roma multos ex ueteribus nouisq; incolis paupertate premi adeo ut cēsui soluendo non sufficerent intellectū erat, triumuiri deducendis colonijs à senatu creabantur, qui locis primum consideratis, in quibus rei P. expediret propugnaculum constitui nouum, edicta proponebant, danda esse nomina ab illis qui in nouam coloniā deduci uellent: proponebanturq; quandoq; loca (sicut supra diximus) Romanis ueteribus incolis, quandoq; nouis, quandoq; utrisq; simul. Sic quod urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati ad nouas quibus indigerent diuitias gratis datas cum familia accedebāt: nullum enim deductum fuisse constat, qui non uxorem & filios secum traheret. quamuis enim agri dati mentionem tantūmodo factam esse uideamus, domos tamen in loco inuentas, aut ipsis facile construendis locum & adiumenta à triumuiris accipiebant: qui tamdiu aderant, quousq; paruam ibi rem P. ad magnæ Romanæ similitudinem legibus & moribus

bus eisdem uidebant constitutam. & procedente per imperatorum tempora rei P. & imperij amplitudine factum uidemus, ut turmæ & cohortes ac legiones quandoque integræ non quidem edicto ex urbe Roma deducerentur, sed ipsis in prouincijs in quibus militabant a principibus colonias acciperent. Sed ad modos nobis redeundum est quibus populi in ciuitatem Romanam accepti sunt, qui multiplices uarijque fuerunt, à Liuioque initium est sumendum: à quo non solum qui populi & quando, sed quo etiam iure accepti sunt, facile est intelligere. primos enim ponit Tusculanos qui pacem à senatu & ciuitatem impetrauerint. Vnde Cicero in oratiõe pro Cornelio Balbo cum hanc de tusculanis confirmat opinionem, tum uetustiora huius Romanorum moris fundamenta his uerbis ostendit. Id enim sine ulla dubitatione maxime nostrum fundauit imperium, & populi Romani nomen auxit quod princeps ille creator huius urbis Romulus, fœdere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere, cuius autoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis. Itaque ex latio multi & Tusculani Lauinique, & ex cæteris generibus gentes uniuersæ in ciuitatem sunt receptæ: ut Sabinorum, Volscorum, Hernicorũ. Liuius octauo Lanuuinis ciuitas data: Aricini, Nomentini, & Pedani eodẽ iure quo Lanuuini in ciuitatẽ accepti. Campanis equitibus, fundanis, formianis, ciuitas sine suffragio data. Acerranis ciuitas data sine suffragio. Quod uero superius & alibi à Liuio & alijs dicit̃, aliquos in ciuitatẽ esse receptos, id significat tales populos cũ suffragio ciues fuisse Romanos: Nã Cicero pro Cornelio Balbo: Q. Mutius sceuola pontifex legẽ tulit de regendis in suas ciuitates socijs, cũ summa cupiditate ciuitatis Romę Italici populi tenerent̃, & ob id magna pars eorũ pro ciuibus Romanis se gereret. uerũ ea lege ita alienati animi sunt principũ Italicorũ, ut ea uel maxima causa belli Italici, quod post cruentũ exortũ est, fuerit. de quo quidẽ bello Cicero in Philippicarũ undecimo. Non enim ut eriperent nobis socij ciuitatem, sed ut in eam reciperentur orabant. & alio loco eiusdem orationis pro Cornelio idem Cicero. Acerbissima lege seruilia principes uiri grauissimi, & sapientissimi ciues hanc latinis id est fœderatis uiam ad ciuitatem populi iussu patere passi sunt. Liuius octauo: Lucani atque Appuli in fidem uenerunt, qui fœdere in ciuitatem accepti sunt. Quid autem fœdus esset cuiusque momenti, Liuius duodeuigesimo libro sic ostendit: Mos erat uetustus Romanis cum quibus nec fœdere nec æquis legibus iungerent̃ amicitia, non prius imperio in eos pacato uti, quàm omnia diuina humanaque dedissent, obsides accepti, arma adempta, præsidia urbibus imposita essent. Qui uero sine suffragio ciuitatem habere deberent, ijs Liuius sine suffragio datam aperte dicit. sicut supra acerranis & campanis equitibus: fundanis, Formianisque, quibus tamen Liuius duodequadragesimo libro suffragij lationem redditam ostendit. De formianis fundanis & arpinatibus G. Valerius Tappo tribunus plebis promulgauit: ut ijs suffragij latio (nam ante sine suffragio habuerant ciuitatem) esset. Ad prædictorumque summam constare uidemus, eos ex latinis aut propinquis urbi locis, qui in ciuitatem accepti aut ipsa donati fuisse dicuntur, habiles fuisse redditos, qui suffragium in comitijs ferre, militiæ in delectibus ascribi, & Romanorũ ciuium legata hereditatesque testamento accipere possent. & cum legibus proprijs institutisque maiorum ueteribus non Romanis domi uiuerent à censu Romano liberati: pensionem siue stipendium Romano populo quot annos persoluebant. Eisdemque concessionibus: siue (ut appellant) muneribus participabant populi alij, quibus latij ius erat datum. Coloni autem Romani, eo uno ab illis differebant, quod Romanis legibus & institutis uiuere cogebantur. leuesque habebant pensiones, principioque obseruatum est singulis in colonijs aliquos esse præstantiores uiros qui ciuitate Romana donati, ius petendi gerendique magistratus retinerẽt. Hinc est apud Ciceronẽ oratione pro Cornelio Balbo. Spoletinus Titus Macrinus unus ex his quos Marius ciuitate donauit, dixit causam ex colonia latina, imprimis firma & illustri. & infra: lege apuleia C. Marius tulit, ut in singulas colonias ternos ciues Romanos facere posset. eadem uero Romanorum liberalitas ad alios quoque donatos ciuitate breui manauit. Nam in prędicta Ciceronis oratione G. Pompeius magni pater rebus Italico bello maximis gestis P. Cæsium ciuem Romanũ uirum bonum, Q. Iunium rauennatem fœderato ex populo ciuitate donauit, & cohortes duas camertium. Municipes quid à prædictis siue donatis ciuitate siue fœderatis, siue colonis differrent, impeditioris negocij, magis quàm difficilis

Tusculani primi accepti in ciuitatem

Coloni Romani

cilis aut magnę utilitatis fuerit describere. Aulus enim Gellius qui post Liuiū Ciceronem
& iureconsultos scripsit, paucis uerbis quid municipes essent diffiniuit. Municipia dicta
Municipium quod cum omnino suis iuribus & legibus uiuerent, munera cum populo Romano habe-
bant cōmunia, id est tanquam Romani reputabantur. Sicq; idem fuisse uidentur cum fœ-
dere in ciuitatem acceptis. Vnde Cicero in oratione pro Aulo cluentio habita sic de eo di
cit. Equitem Romanū in municipio suo nobilem. Et Festus Pompeius sic habet. munici-
pes erant qui ex alijs ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratū capere
sed tantum muneris partem, ut fuerunt cumani Acerrani Atellani, qui & ciues Romani
erant, & legione merebant, sed dignitates non capiebant. Et infra: Municipiū id genus ho
minum dicunt, qui cum Romam uenissent, neq; ciues Romani essent: participes tamen
fuerunt omnium rerum ad munus fungendū una cum Romanis ciuibus: præterquam de
suffragio ferendo, aut magistratu capiendo: sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, La
uini, Tusculani, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt. Alio modo municipiū
id genus hominū diffinitur, quorum ciuitas uniuersa in ciuitatem Romanā uenit. ut Are-
tini, Anagnini. Tertio id genus hominū diffinitur, qui ad ciuitatem Romanā ita uenerūt,
uti municipia essent suæ quisq; ciuitatis, ut Tiburtes, Prenestini, Pisani, Vrbinates, No-
lani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucenses. Vlpianus autem iurecōsultus
ad municipales: proprie quidē municipales appellanť muneris participes recepti in ciuita
Municipes tem, ut munera nobiscum facerēt. Sed nunc abusiue municipes dicimus suæ cuiusq; ciui-
tatis ciues. utputa Campanos, Puteolanos. proprie aūt iureconsultū dixisse uidemus abu-
siue: nam consuetudo postea obtinuit, ut municipis uerbum solam ciuis Romani differen
tiam indicaret. cum enim omnibus in orbis Romani ciuitatibus & oppidis ciues Romani
ueteribus incolis indigenisq; inmixti uiuerent, qui urbanū hominem ex indigenis nomi-
nare uoluisset, ut Romani æquiuocationem per uerbum ciuis euitaret, municipem eius lo
ci dicebat. Munera quid proprie appellanť, de quibus supra sæpenumero diximus, & Her
Personalia munera mogenianus de munere & honore, & Martianus eodem titulo in legibus perite dixerūt:
munera ad summam facientes personalia esse quædam, quæ corporibus cum labore & so-
licitudine animi, ac uigilātia darentur, patrimonialiaq; alia in quibus maxime sumptus po
Patrimonialia stularetur, & alia mixta quibus utrunq; fieret. Hinc breuiter & simul plene diffiniuit Mar-
tianus, & ipse iureconsultus. munus proprie dici quod necessario subimus lege, more, im
Munus quid sit perióue eius, qui iubendi habet potestatē. Multa à nobis supra sunt dicta, dū conati sumus
ostendere quibus modis & artibus & populus Romanus & simul Romanū creuit impe-
rium: qua in re unica satisfacere potuit Ciceronis in prædicta pro Cornelio Balbo oratio-
ne particula, ubi hæc sunt uerba. Itaq; & ciues undiq; fortissimos asciuerunt, & hominum
ignobilium uirtutem, persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt: cuius particulæ causa omis
sis Italiæ rebus ad externa ueniendū est. Qua in parte primus idem Cicero in eadem pro
Cornelio oratione occurrit. Sylla Massiliensem Aristonē, & nouem gaditanos ciuitate
donauit. Etenim cum cæteris præmijs digni sunt qui suo labore & periculo nostram rem
P. defendunt, tum certe dignissimi sunt qui ciuitate ea donantur, pro qua pericula ac tela
subierunt. Cornelius uero Tacitus in oratione quam indignissimo attribuit Claudio im-
peratori inepto semperq; sopito, quibus artibus Romanū creuit imperium elegantissime
sic ostendit. Maiores mei quorū antiquissimus Clausus origine sabina simul in ciuitatem
Romanam & in familias patritiorū accitus est, hortanť uti paribus consilijs rem P. capes-
sam transferendo huc quod usq; egregiū fuerit. Neq; enim ignoro. Iulios Alba, Corunca
nos Camerio, Porcios, Tusculo, & ne uetera scrutemur, hetruria, lucania & omni Italia in
senatum accitos: postremo ipsam ad alpes promotam, ut non modo singuli uiritim, sed to
tæ gentes in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi quies, & aduersus externa
floruimus, cum transpadani in ciuitatem recepti, cum specie deductarum per orbem terræ
coloniarum additis prouinciarum quibusq; munitionibus ualidissimis fesso imperio sub-
uentū est: Nec pœnitet Balbos ex Hispania, nec minus insignes piros è Gallia Narbonen-
si transiuisse. Manent eorū posteri, nec amore in hanc patriā nobis cōcedunt. Quid aliud
exitio Lacedæmonijs ac Atheniensibus fuit quāq̄ armis pollerent, nisi q; uictos pro alieni
genis arcebāt: at cōditor noster Romulus tantū sapientia ualuit, ut plerosq; populos eodē
die hostes dein ciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt, libertinorū filijs magistratus

mandate

mandare non ut plærię falluntur recens,sed priori populo factitatum est.at cum senonibus pugnauimus, scilicet Volsci & Equi nunquã aduersam nobis aciem struxere. uel capti à gallis sumus,sed & thuscis obsides dedimus,& samnitum iugum subiuimus.attamẽ si cuncta bella recenseas,nullũ breuiore spacio quam aduersus gallos cõfectum:continua inde ac fida pax.Iam moribus,artibus, affinitatibus mixti nostris aurum & opes suas inferant,potiusquam separati habeant.omnia patres cõscripti,quæ nunc uetustissima creduntur noua fuere:plæbeij magistratus post patricios,Latini post plæbeos, cæterarum Italiæ gentiũ post Latinos. inueterascer, hoc quoq;, & qđ hodie exemplis tuemur,inter exẽpla erit. Qđ aũt Tacitũ peritissime uidemus dixisse,Romanos ueteres illos imperij fundatores specie deductarũ per orbem terræ coloniarũ, additis prouinciarũ quibusq; munitionibus ualidissimis fesso imperio subuenisse: libet ostensis colonijs ante oculos ponere,postea & ipsarum coloniarũ simul cum prouincijs gubernationem edocere: ut quod Tacitus supradictis continuat, cõstare possit, nõ pœnituisse maiores ex Hispania Balbos, & alios ex diuersis prouincijs præstantes uiros in senatũ equestremq; ordinem & Romanam ciuitatem fuisse ascitos, qua ratione nonnullos etiam ex præstantioribus ipsis uiris prouincialibus ostendimus. Inchoandum uero est à prouincijs Italiæ continentibus,de quibus Vlpianus de uerborum significatione. Continentes prouincias accipere debemus, eas quæ Italiæ iunctæ sunt,utputa galliam,& prouinciam:Siciliamq; magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diuiditur. Qua in prouincia cum duæ tantummodo fuerint coloniæ,eius gubernationem dicemus. Cicero quinta in Verrem actione. Inter Siciliam cæterasq; prouincias in agrorũ uectigalium ratione hoc interest, quod cæteris aut impositum uectigal certum quod stipendiarium dicitur,ut Hispanis cæterisq; pœnorum quasi uictoriæ præmium, ac pœna belli, aut censoria locatio constituta est, ut in Asiæ lege Sempronia: Siciliæ ciuitates sic in amicitiam fidemq; accepimus, ut eodem iure essent quo fuissent, eadem conditione populo parerent Romano, qua suis antea paruissent. Perpaucæ Siciliæ ciuitates sunt bello à maioribus nostris subactæ. Quarũ ager cum esset publicus populi Romani factus,tamen illis est redditus. Is ager à censoribus locari solet. fœderatæ ciuitates duæ sunt,quarum decimæ uenire non solent, Mamertina & Taurominitana:quinq; præterea sine fœdere immunes ciuitates ac liberæ,præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus est: itemq; ante imperium populi Romani ipsorũ siculorum uoluntate,& institutis fuit. Et quarta actione in Verrem Cicero. Nos uero experti sumus Italico maxime bello,Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo maiorum uetere & referto fuisse, frumentoq; suppeditato maximos exercitus nostros uestiuit,aluit, armauit. Sicilia breuiter expedita ad gallias prouinciam'que pariter Italiæ continentes ueniamus. Cicero pro Cornelio Balbo scribit quædam fœdera fuisse cum nonnullis barbaris præsertim ex gallia, ne quis suorum à Romanis reciperetur in ciuem. Suetonius uero C. Cæsarem dicit quosdam è semibarbaris in curiam recepisse, & demum galliam cui præfuerat Transalpinam à saltu Pireneo alpibusq;, & monte gebenna, fluminibus'que rheno & rodano. Neronem'que primum scribit idem Suetonius alpes defuncto Cotio rege, in prouinciæ formam redegisse. Et Cornelius Tacitus scribit Claudium imperatorem nationes alpium maritimarum in ius latij transtulisse. Et Plinius asserit, Narbonensem galliam uerius Italiam, quàm prouinciam unam fuisse habitam, quæ hinc appellata sit inter omnes orbis terrarum nationes regiones Romana prouincia. In qua Liuius scribit C. Sextium proconsulem uicta Salluuiorum gente, coloniam aquas Sextias condidisse, ob aquarum copiam ex calidis frigidis'que fontibus. Et Cicero in oratione pro Cornelio Balbo dicit, Syllam donasse ciuitate Aristonem Massiliensem. Factum autem uidemus, ut nedum ex Gallijs ciues, qui fuerunt propemodum infiniti, sed quosdam quoque imperatores habuerimus, quorum tamen primus fuit Antoninus Pius,quem Helius Spartianus traxisse genus scribit ex gallia Transalpina Nemausense, auum'que suum Titum Aurelium Flauium per honores diuersos ad secundum consulatum ex præfectura urbis peruenisse: patrem Aurelium Fuluium fuisse consulem hominem castum & integrum. Et Constantius Cæsar Magni Constantini pater cum ex gallijs traxisse dicatur originem, eam gloriam gallis dabit ut ipsum Constantinum imperatorem præstantissimũ, licet in Britannia nunc Anglia ex

Prouinciæ continentes

Recepti in curiam à C. Cæsare

Imperatores externi Romanorum

Antoninus Pius

Constantius

Helena natus fuerit, ciuem habuisse gloriari possint. Colonias in gallijs paucas fuisse uidemus: nec sine euidenti utilitatis ratione. Cum enim omnis ulterior gallia à C. Cæsare qui eam subegerat (sicut ostendimus) stipendiaria esset constituta, detrimento rei pu. uectigalibus accessurũ est uisum, quicquid agri colonis in ea assignandũ libertate donatũ est, quã à grauiore stipendio coloniæ habebant, & tamẽ postea Neronẽ Claudiũ Narbonem & Arelatum in gallis deduxisse colonias Suetonius scribit: Corneliusq́ tacitus de Agrippina prædicti Neronis genitrice dicit, eam quo uim suam socijs nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorũ in quo genita erat, ueteranorum coloniam deduxisse, cui nomẽ ex uocabulo ipsius inditum fuerit: Forte.n. acciderat, ut gentẽ ipsam rheno in Galliam transgressam Agrippa in fidem accepisset, qui fuit dictæ Agrippinæ pater. in qua deducenda colonia scribit Tacitus, nõ ut olim uniuersas legiones cũ tribunis & centurionibus & sui cuiusq́ ordinis militibus fuisse deductas, q̃ consensum & caritatẽ R.P. efficerẽt, sed ignotos inter se diuersos maniplos sine rectore, sine affectibus mutuis, numerũ magis q̃ coloniã effecisse. quocũq; aũt modo id acciderit, ea prisci nominis colonia Agrippina inter cæteras Germaniæ cui est ascripta urbes florentissima potentissima atq; etiam ornatissima nunc habetur. In Hispania ulteriore scribit Plinius nouẽ fuisse colonias, municipia centũ, oppida latio antiquitus donata, unde triginta, libertate sex, fœdere tria, stipendiaria centum uiginti. In Hispania citeriori coloniæ fuerunt duodecim, oppida ciuiũ Romanorũ tredecim, Latinorum ueterũ duodeuiginti, fœderatũ unum, stipendiaria centum trigintaquinq;: coloniaq́ Valentia, colonia Taracon, Scipionũ opus fuere, & colonia Calaguritana, aliud itẽ eiusdem familiæ opus minime gratum in Hispania fuit, cũ Scipio Numantia funditus excisa multas urbes reddiderit tributarias. At Lusitania ultima Hispaniarũ pars, ad Oceanũ uergens uniuersa diuiditur in cõuentus tres, Emeritensem, pacensem, scalabitanum, tota populorũ XLVI. In quibus coloniæ sunt quinq;. municipia ciuium Romanorũ latij antiqui tria, stipendaria triginta sex, colonia augusta Emerita Anæ fluuio apposita: Sed ad extremũ re pu. uarijs iactata procellis, Vespasianus imperator uniuersæ Hispaniæ ius latij tribuit. Viros ex Hispania præstantissimos Romana habuit res pu. quos omnes undiq; cõquirere fuerit operosissimũ, sed notiores nõ paucos afferemus. primus omniũ Hispanorum ciuitate Romana donatus fuit Cornelius Balbus Gaditanus ciuis: nisi forte uelimus attendere, quod Cicero in Corneliana oratione scribit, Syllam priorẽ Pompeio nouẽ Gaditanos ciuitate donasse. Corneliũ aũt M. C. oratione prædicta à G. Pompeio ciuitate donatum asserit. In qua oratione Cicero donationis huiusce hanc rationem affert plurimi faciendam. Cæterũ cum pro sua patria pauci post genus hominum natũ reperti sint, qui nullis præmijs propositis uitam suam hostium telis obiecerint: pro re pub. aliena, quenquam esse putatis, qui se opponat periculis, nõ modo nullo proposito præmio sed etiam interdicto: unde Tacitum supra dixisse uidemus, non pœnituisse Romanos ex Hispanijs Balbos in ciuitatẽ ascitos esse, ne dum uero nos postea pœnituisse debuit, Traianũ principem ex Hispanijs habuisse. Sed cum gratissima semper & iucundissima sit eius memoria, tum maxime molestissimum est interijsse culpa temporum scriptas de tanto principe historias. Cuius successor Hadrianus & si apud Hadriam Samnitum olim, nunc Aprutij ciuitatem in Italia natus est, progenitores habuit Hispanos. Cuius item successoris Marci Antonini pij originem Iulius capitolinus ab Hispanis fuisse ostendit, cum paternum proauum Anium Verum prætoriũ uirum dicit ex Succubitano Hispaniæ municipio factum fuisse Romanum senatorem. Et longe post eum Bonosus pariter imperator Romanus, quod Flauius Vopiscus historicus tradit, fuit Hispanus. Deinde alterũ Traiano uirtutum præstantia similem, sed religione christiana meliorem Theodosium magnum imperatorem habuimus, qui ultimus omnium fuit sub quo Romanum imperium floruit integrum, quandoquidem sub Archadio & Honorio filijs eius Romani imperij ruina incepit, quã duobus, & triginta libris defleuimus potiusq́ descripsimus. Senecã, Lucanũ eius nepotẽ, & Quintilianũ ex Hispania originẽ duxisse magis constat quàm ut nostro indige ant testimonio. Sed ad Aphricam transeundũ est paruo freto à Lusitanijs Beticaq́, quã Hispaniarũ partẽ unicã barbari occupãt, diuisam. In prouincia mauritania quinq; fuerũt Romanæ coloniæ. Tingitana prouincia colonias habuit quatuor, in quis una cohortis prætoriç à diuo Claudio instituta, Numidia duas habuit colonias, Aphrica septẽ, oppida ciuium

Marginal notes: *Lusitaniæ diuisio* — *Qui ex Hispanis urbe Romana donati fuerint* — *Cornelius Balbus* — *Traianus imperator ex Hispania* — *Hadrianus* — *Antoninus Pius* — *Bonosus* — *Theodosius* — *Coloniæ Romanæ in Aphrica*

ciuium Romanorũ quindecim.in Libya nulla fuit colonia. Seuerum imperatorem scribit Helius Spartianus ex Lepti Aphricanum fuisse,patre Romano equite,qui priusquam ciuitate donaretur,Græce & latine erat eruditissimus. Seuerusq́ imperator optimus,rei frumentariæ,quam minimam repperit, ita consuluit,ut excedens uita septem annorũ canonem populo Romano reliquerit: reliquitq́ olei tantum, ut per quinquennium non urbis solum usibus,sed & totius Italiæ quæ oleo eget sufficeret. Clodium etiam Albinum imperatorem scribit Iulius Capitolinus ex familia nobili Adrumentana Aphricanum fuisse: sed paulopost ex Tagastensi Aphricæ præclara urbe Aurelius Augustinus uir sanctus, & adeo doctus fuit,ut cætera superet quæ afferre possimus Aphricæ ornamenta. Illirico nunc Italiæ ad histriam contiguo,manus est apponenda. Et si uero eam regionem quibusdam uisum est id solum complecti, quod & Dalmatia appellatur, fuere tamen nonnulli quibus placuit, qcquid hinc à sinu phanatico nũc carnario Histriæ & Polæ urbi cõtiguo, secundum maris Hadriatici oram ad Achaiam nunc Moream, & inde danubij siue Histri ortu ad Sauum fluuium cõtinetur,Illirici uocabulo fuisse comprehensum. Vt ipsa Macedonia cum Epiro & Pannonia cum Dalmatia intra Illiricum censerentur. Nos uero subiectione populorum & prouinciarum à principio facta Romano populo ostendenda sicut summatim supra fecimus,& illiricum ampliore, de qua diximus,appellatione, & Græciam simul,germaniam quoq́ omnem amplectemur,ut ipsarum certe amplissimarum prouinciarum colonias,& uiros præstantes in ciuitatem Romanam acceptos simul percurramus. Paulus Aemilius Macedonia & Illirico receptis tributum imposuit, medium illius quod regibus soluere consueuissent,ne ob auariciam pugnare Romani uiderentur. Et Plinius scribit Macedoniæ Paulum Aemilium uictorem,una die LXXII ciuitates direptas uendidisse. Et Q. Flaminium cõsulem postea omnẽ Græciam liberam esse dixisse. Idem'que asserit Plinius in illirico populos duodecim ius Italicum habuisse,cęteros in curias diuisos stipendiarios fuisse, præter colonias quæ fuerint multæ. addictq́ Domitium Enobarbum uniuersæ Achaiæ libertatem dedisse. Cicero autem qui cum Q. Flaminio,& Domitio Enobarbo in re pub. uersatus est ad Quintũ fratrem certo modo scribens sic dicit. At Græcis quod uectigales sunt non ita acerbum uideri debet. Liuiusq́ priorum temporum gesta apud Græcos & Macedonas scribens,duodequadragesimo libro: in conditionibus pacis Aetolorum permisit consul M. Fuluius, ut pro argento in pensiones uarias imperato aurũ dare posent,dum pro argenteis decem,aureus unus ualeret. Gubernationi autem Macedoniæ Cicero accurate uidetur prospexisse in oratione, quã paulo ante bellum ciuile Cæsaris & Pompeij habuit de prouincijs consularibus.cum. n. multa dixisset de negligentia consulũ illius temporis, quod uiam illam quę per Macedoniam erat usq́ ad Hellespontum militaribus excursionibus barbarorum sinerent esse infestam, hæc uerba subiungit. Pacatam ipsam per se & quietã tenui præsidio atq́ exigua manu,etiam sine imperio per legatos nomine ipso populi Romani tenebamus,quæ nunc consulari imperio atq́ exercitu ita uexata est,ut uix se possit diuturna pace recreare. & ad oratiõis cõclusionem sic habet: ijs qui designati erunt cõsules Syriam Macedoniãq́ decerno: decernam eas prætorias,ut & pręteres annuas prouincias habeant. Sed postea sub imperatoribus multæ ex prædictis regionibus cõditiones mutarunt. Scribit nanq́ Suetonius Achaiam,Lyciam,Rhodum,Byzantium,Samum,liberate adempta in prouinciarum formam redactas fuisse. De Germania habent ueteres scriptores pauca, quæ ad præsens propositũ adducere possimus. cum enim ea prouincia per Cæsaris Augusti tempora cœperit Romano imperio esse subiecta,partim in ea cõtigit pauca fieri stantis rei pub. temporum rebus gestis similia: partim quæ gerebantur scriptores nominum barbariem abhorrentes mandare litteris non sunt ausi, quod Pomponium Mellam excusasse uidemus: partim quæ scripta fuerunt, ut Plinij & Samonici,interierunt. Cornelius Tacitus de germanorum legatis Romam missis,hæc habet. Intrauere Pompeij theatrum, quo magnitudinem populi uiserent. illic per ocium,neq́ enim ludicris ignari oblectabantur, dum cõsessum cauea,discrimina ordinum,quis eques,ubi senatus percontantur,aduertere quosdam cultu extraneo in sedibus senatorũ: & qui nam forent rogitantes postq́ audierunt, earũ gentiũ legatis id honoris datum, quæ uirtute & amicitia Romana præcellerent, nullos mortaliũ armis & fide ante Germanos esse exclamant, digrediunturq́, & inter patres cõsidunt: quod

[Margin notes: Seuerus; Clodius Albinus; Aurelius Augustinus; Illiricum; In Illirico xij populos ius latij habuisse]

quod comiter assentientibus exceptum. Viros iam qui prædictis ex prouincijs Romanæ ac-
Aurelianus imperator creuerunt rei pub. dicamus. Flauius Vopiscus dicit Aurelianum imperatorem ex pro-
uincia Dalmatia originem duxisse, aut ortum Sirmij in Pannonia superiore familia ob-
Dalmata scuriori, uel Dacia Ripensi uel Mesia. Et Probũ Augustum pariter ex Pannonia, Sirmi-
Probus Augustus ensi urbe, nobiliorem matre quàm patre: Iulius uero Capitolinus Maximinum imperato
rem ex Thracia Gothis & Halanis parentibus originẽ habuisse dicit: Firmiusq́ Saturni-
Maximinus nus scribit, Carum imperatorem Illiricianis parentibus fuisse Romanum uel Mediola-
Carus nensem, auo Aquileiense. Domicianum autem scripsere multi, & inter eos Paulus diaco-
nus, in Dalmatia natum fuisse. Constantinum supra diximus patre Gallico natum fuisse
in Britannia, nunc Anglia. Sed hoc in loco facti sui utinam ita felicis sicut eximij haben-
da est ratio: perierunt uero quæ de Constantino ab Amiano Marcellino eleganter scripta
erant. Primusq́ omnium ex christianis, qui historias attigerit, Paulus diaconus Aquilei-
Constantius ensis de Constantio sic habet. Constantius uir bonus suos omnes uoluit diuites esse mo-
Constantinus dice indutos, cum amicis comedebat, obijt in Britannia Constantino filio successore reli-
cto, quem ex Helena concubina susceperat. Hic fuit secundus imperator christianus post
Philippum. Milites contra eum creauerunt imperatorem Maxentium filium Maximini
Herculij, qui in Lucania morabatur. fuerũt tunc quatuor imperatores, sed Constantinus
Maxentius superato ad pontem miluium Maxentio & Licinio in Pannonia, solus imperator Con-
stantinopolim anno à condita urbe Roma undecies centeno ex Byzantio fecit, post tri-
Iulianus ginta annos obijt Nicomediæ, filijs diffidentibus. Iulianus factus Cæsar superauit Alema
Constantius nos, Constantio in Persis occupato, qui audiens Iulianum inuasisse imperium, in eum ue-
niens apud Ciliciam obijt. Asia nunc reliqua nobis est, quæ sicut alijs duabus orbis parti-
bus par amplitudine est, ita huiusmodi rerum de quibus nunc apud nos agitur copia eas-
dem æquat. Asiæ administrationi duo ex Romanis uiri optimi talia iecere fundamenta,
ut cito multũq́ in ea populus profecerit Romanus. Quintus enim Scæuola, qui in consu
latu M. Crasso collega fuit, Asiam prouinciam minorem dictam, adeo fortiter & integre
administrauit, ut senatus iuris post eum magistratibus pro norma & exemplari decre-
to proposuerit. Et Ptolemeus rex cum populum Romanum filio reliquisset tutorem, mis-
sus M. Aemilius Lepidus pontifex Maximus, patrem se potius quàm tutorem gessit. sed
Coloniæ Ro. in Asia colonias postea multas breui per omnem Asiam habuere Romani, primusq́ Pompeius
primam in Cilicia Pompeiopolim ædificauit, qui & Euphratinã à Mithridate conditam
à se uictam coloniamq́ constitutam Pompeiopolim appellauit. Idem'que in Mesopota-
mia Hebetam siue Meram Romani imperij terminũ constituit. Secundus C. Cæsar fuit
à quo Beritus colonia est deducta, & felix Iulia appellata, & Pharus insula ad nili hostiũ
Canopeium deducta, & dicta est Colonia Cæsaris dictatoris. In Capadociaq́ Claudij Cæ
saris fuit colonia. Archelaus qui princeps & in armenia superiore ad Hiberiam de Tigra
nis regnis captas tetrarchias barbaris nominibus instituit. à quo scriptum fuisse refert Pli
nius a Cimmerico Bosphoro ad Caspium mare, centũ esse & quinquaginta passuum mi-
lia, quæ excogitauerit perfodere Nicanor seleucus quo in tempore à Ptolemeo Cerauno
sit occisus. Vespasianusq́ imperator coloniam in finibus palestinæ deduxit, quæ dicta
est flauia. Anazarbeum in palæstina oppidum prestans postea dictũ est turris Stratonis,
quæ à conditore Cæsare augusta primum, post Cesarea sicut & nunc dicta est, cuius me-
minit beatus Hieronymus ecclesiæ doctor. aliæ fuerunt per Asiam Romanæ coloniæ,
quarum obscurior est fama: in Troade Alexandria ab Alexandro Macedone prius con-
dita. In Paphlagonia Sinope. Vltimamq́ reseruauimus Aconen à Ptolemeo conditam
Aegyptio rege, quam Claudius imperator coloniam Romanorum deductam Ptolomai-
dis nomen retinere permisit: quæ urbs proauorum nostrorum ætate in christianorum po
testate cum multis annis gloriosissima fuerit, ultima omnium Asiæ ciuitatum à christia-
nis amissa, & tum immunita soloq́ æquata sicut & manet remansit. Vlpianus autẽ iurecõ
sultus de censibus tractans, aliam nos edocuit in Asia coloniam his uerbis. Phœnice splen
didissima Tyriorum colonia est in Syria, unde mihi origo est, nobilis in regionibus Sy-
riæ siculorum antiquissima armipotens, fœderis quod cum Romanis percussit tenacissi-
ma. Huic diuus Seuerus imperator ob gratiam in rem pu. imperiumq́ Romanum ob insi
gnem fidem ius Italicum dedit. Nec parua fuit omnibus conseruandis colonijs Romano

rum

rũ principũ diligentia. Suetonius. n. scribit C. Cæsarẽ octuaginta ciuiũ Romanorũ milia in transmarinas colonias distribuisse: Et ne urbi exhaustæ ciuiũ frequentia deesset, sanxit ne quis ciuis maior annis uiginti, minor'ue decem qui sacramento nõ teneretur, plus trien nio cõtinuo Italia abesset, neu quis senatoris filius, nisi contubernalis aut comes magistra tus, peregre proficisceretur. in Asiaq; multis ab Italia distantibus prouincijs refertissima, cum ad tuitionem colonias constitui parum uideretur, aliam Romani duces inere guber nationis formam, magistratibus regionatim noua appellatione institutis, à quibus popu li in fide & obedientia continerent. In Cœlesyria. n. tetrarchię duę Zinderona & Gabena institutæ sunt. Et Iudæa in duodecim tetrarchias diuisa est, q magistratus à Romanis mit tebantur. In Mesopotamia præfectura fuit propè Calliroen, quæ & Carra est dicta morte Crassi notissima. Armenia uero præfecturam habuit, Corbuloq; dux ad portas usq; Ca spias domuit gentes, quas quidem portas ne Parthorum gentes indomitæ Persarũ regna inuaderent, Alexander Macedo posuerat: interq; ea duo Parthorum & Persarum regna fuit Palmira urbs nobilis, diuitijs solo & aquis amœnissima, quæ arenis ab omnibus ter ris diuisa & exempta quadam sorte in die fuit. Sed & sinum maris rubri Aethiopicum pri mo intrauere milites missi à Nerone principe id bellum cogitante. Petronius nanq; eques Romanus Augusti temporibus, cum ea loca primus armis penetrasset, Romanis id bellũ suscipi posse edocuit. At postq; inaccessibilium penè locorũ suborta mentio ad principũ Romanorũ cogitationes potius quàm gesta traxit, certiora de illis afferamus. Augustus ipse Octauius Aegyptum in prouinciæ formam redactam, ut feraciorem uberioremq; an nona urbẽ redderet, fossas omnes in quas Nilus exonerat, oblimatas longa uetustate, mi litari opere detexit. Vespasianusq; Cappadociæ propter assiduos barbarorum incursus le giones addidit, consularem rectoremq; imposuit. Et M. Antonius philosophus prouinci as ex proconsularibus cõsulares, ac ex consularibus proconsulares, aut prætorias pro bel li necessitate fecit, per legatos bellum parthicũ fecit, ita ut Babylonem inde mediam perue niret, & Armeniam uindicauit. Alexander autem seuerus terram quæ de hostibus capta est, limitaneis ducibus & militibus donauit, ita ut eorum esset, si heredes eorũ militarent, nec unquam ad priuatos pertineret: dicens eos attentius militaturos, si etiam sua iura de fenderent: addiditq; ijs & animalia & seruos, ut possent colere qđ acceperant. Iulius Capi tolinus scribit Gordianum iuniorem per hæc uerba gloriatum fuisse: ab Atheniensium ci uitatibus & reges Persarum & leges amouimus: Carras deinde cæterasq; urbes imperio Romano reddidimus, Nisibin usq; peruenimus. Tanta autem fuit Romanorũ in prouin ciarum gubernatione, cum iusticia, tum maxime comitas, liberalitasq;, ut principes & po puli eorũ dulce iugum libenter ferrent, quod quidem Valeriani imperatoris temporibus declaratũ est. Eo. n. apud Persas Sapori seruiente, quẽ in equũ humeris attollebat, Bactria ni, Hiberi & Albani & Taurocythæ Saporis litteras nõ receperunt, sed ad Romanos du ces scripserũt auxilia pollicentes. Immisitq; Galienus dicti Aureliani filius Odenatũ ducẽ suũ, qui Persas cum uastasset, Nisibin, Carras, & omnẽ Mesopotamiam in potestatẽ Ro manam recepit, Ctesiphontemq; peruenit, fugatusq; Sapor rex cũ suis satrapis. Quare Galienus participato imperio Odenatũ uocauit Augustum, & monetam eius, qua Per sas captos trahebat, cudi iussit. Scribit Cicero in oratione cõtra Gabinium habita nõ licu isse fasces singulares ingredi Alexandriã, & eius facti rationem Trebellius pollio in Ale xandri ex triginta unius uita hanc affert. Apud Memphiticos uates in aurea colũna Ae gyptijs litteris scriptum fuisse, Aegyptum liberam fore, cum in eam uenissent Romani fa sces, & prætexta consulare indumentum. Et tamen uidemus Romanos principes cũ Ale xandriam imperio tenerent, ab ingressuq; abstinerent, magna in omnẽ prouintiam benefi cia contulisse. Probũ em̃ imperatorẽ scribit Flauius Vopiscus milites in Aegypto nunq; ociosos esse permisisse, Extareq; apud Aegyptũ eius opera, quæ p milites struxerit, in plu rimis ciuitatibus, pontes, templa, porticus, basilicas, qui ora fluminũ multa patefecerit, pa ludes plerasq; siccauerit, atq; inibi agros ortosq; cõstituerit. Idẽq; Probus per Isauriã latro ciniјs semper infamẽ loca quæ anguste adeuntur priuatis donauit, addens ut eorũ filij ad annũ ætatis duodeuigesimũ in militiam mitterent, ne latrocinari discerẽt. Idemq; facta pa ce cũ Persis ad Thracias redijt, & centũ milia Bastarnarũ septẽtrionaliũ, Scythis cõtermi norum in solo Romano cõstituit, qui omnes fidem seruarunt. Carus etiam imperator cũ

Iudæa in xij tetrarchias diuisa
Carra
Corbulo
Palmira
Petronius eques
Liberalitas Romanorum in subditos
Aurelianus imperator
Galienus
Odenatus
Non licuisse fasces consulares ingredi Alexandriam
Probus imperator

Carus fulmine interfectus

Carras rebelles in Mesopotamia recepisset, ad Ctesiphontē & ipse sicut Odenatus peruenit: sed cum fulmine ictus interisset fama ferri cœptum est, fatis prohibitū esse, ne Ctesiphontem Romanum transeat imperium. præclara procul dubio fuerunt gesta, quæ Romani principes subigendis Asiæ & alijs orbis prouincijs patrarunt, sed memoratu dulces ac iucundæ sunt artes bonę, quibus illis administrandis & in fide cōseruandis utebantur.

M. Cicero proprætor in Asiam missus

M. Cicero in Asiam quæ minor dicta est nunc turchis subditam pro prætore missus, multa ad Aticum scribens notanda dicit, quorum partem hic subijciemus, optamusq́ nostris exemplar esse proposita, qui ad prouincias Romanæ ecclesiæ à Romano pontifice senatuq́ cardinalium mittuntur. Nos Asia accepit mirabiliter, aduentus noster ne in minimo quidem fuit sumptui. Scito non modo nos fœnum aut quod de lege Iulia dari solet nō accipere, sed ne ligna quidem: nec præter quatuor lectos & tectū quicquā, multis locis nec tectum quidem, & in tabernaculo manere plærunq;: Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus terror insumatur in quenquam. Id fit etiam & legatorū & tribunorum & præfectorum diligentia. Nam omnes mirifice student gloriæ nostræ. Aditus etiam ad me nimius, prouinciales nihil per cubicularium. ante lucem inambulo domi.

Iudei Romanis exosi

Vnicam hactenus in descriptione prouinciarū Asiæ omisimus Iudæam, ut eius populi peruicaciam duritiemq́ Romanis ueteribus cultui etiam idolorum seruientibus, nō aliter quàm nostris christianis exosam fuisse detestabilēq́ ostendamus. M. Cicero in oratione pro Lucio Flacco: cum aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus nostris prouincijs Hierosolymam exportari soleret, id decreto ne fieret prohibitum est. quis est iudices qui hoc laudare nō possit, exportari aurū nō oportere: at Cneus Pompeius captis Hierosolymis uictor ex illo phano nihil attigit. Imprimis hoc ut multa alia sapienter in tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum nō reliquit. Non enim credo religionem & Iudæorum & hostium impedimento præstantissimo imperatori, sed pudorem fuisse. sua cuique ciuitati religio est, nostra nobis. stantibus Hierosolymis pacatisq́ Iudæis, tamen istorum religio sacrorū à splendore huius imperij, grauitate nominis nostri, maiorumq́ institutis abhorrebat. Nunc uero hoc magis quod illa gens quid de imperio nostro sentiret ostendit armis, quàm cara dijs esset immortalibus docuit, quod est uicta, quod locata, quod seruata.

Viri præstantes qui ex Asia in Romanā remp. transierunt

Viros nobis ex Asia, uel principes uel præstantes, qui in Romanæ rei pub. decus utilitatemq́ transierint ostendere reliquū est, qui tamē parū multi fuerunt: primusq́ tempore occurrit Aulus Archia poëta, de quo origine Antiocheno M. Cicero oratione pro eo habita. cum ex Sicilia cum eodem Lucullo decederet, uenit Heracleam: quæ cum esset ciuitas æquissimo iure ac fœdere, asscribi se in eam ciuitatem uoluit: ad summamq́ nihil aliud Cicero in ea oratione ostendere conatus est, quod & fecit, quàm hunc Archiam ciuē fuisse Romanū.

Archias poeta

Alexander Seuerus

Secundumq́ ex Asia ciuē & imperatorem Roma habuit Alexandrum Seuerū Mammea genitū christiana muliere, ut rum imperatoremq́ optimum, quem Helius Spartianus ex harena Assyriæ oriundū fuisse dicit. Alium Trebellius pollio magis innuit quàm affirmat ex Asia fuisse:

Marius faber

Marium fabrum, q inter triginta tyrannos numeratus est imperij per Galieni tempora inuasores, cuius fuit illa præstans argutaq́ de se ipso ad ignobilitatis purgationem oratio. Scio commilitones mihi obijci posse artem pristinam, cuius mihi omnes estis testes: sed dicat quisque quod uult, ut ferrum semper exerceam, non uino, non floribus, non mulierculis, non popinis (ut facit Galienus indignus patre suo & sui generis nobilitate) depeream. ars mihi obijciatur ferraria, dū exerceā gentes. ferrumq́ illi tractasse me suis cladib. recognoscant. Italiaq́ & omnis Alemania, omnisq́ Germania cū cæteris quę adiacent gentibus, Romanam primum ferratam putent gentem, specialiter in nobis ferrū timeant.

Firmus

Et Flauius Vopiscus Firmum imperatorem è Seleucia Asiaticum fuisse dicit. Qui primus ex Romanis, Sarracenos mercatores ad Indiam nauigare curauit. Multa superius longiusculo tractatu à nobis dicta de urbis Romæ ciuium incremento: quod omnibus iam sicut & nobis constare credimus, à data nō minus prudenter q̄ liberaliter ciuitate latinis, & ipsam circunstantibus urbem primo, post alijs Italiæ ciuitatibus & uiris demum externis prouenisse, ut nunc accomode liceat repetere, quod supra ex Tito Liuio sumptū scripsimus, dū nullum fastiditur genus, in quo uirtus elucesceret, Romanum creuisse imperium. Ad nostrū itaq; ordinē redibimus, ut ostensis superiore loco magistratibus rem pu. gubernantibus, &

& ciuium ac populi multitudinis origine proposita, cuius multitudinis cura gubernationis ipsis erat magistratibus demandata, formam edoceamus, qua freti tam multi ac propè infiniti populum cõstituentes Romanum ciues Romani ipsos deligebant consules, praetores & alios magistratus. Appellarunt uero maiores comitia, deligendi magistratus prae dictos formam, de qua M. Varro sic habet. Comitium quod ibi coibant comitijs curiatis, & litiũ causa. Vnde patet qđ infra dicturi sumus in hoc comitij loco non consules, praetores, ędiles, censores, & tribunos, sed in campo Martio fuisse delectos. & Aulus Gellius de noctibus atticis locũ coëundi tempusq; & actũ, ipso eodem comitij uerbo significari dicit. Locus autẽ ita nunc euanuit, ut post diruta iampridem, quae solo supereminebant aedificia, effodiendis fundamentorũ lapidibus in calcem concoquendis, inter sanctorũ Adriani & Laurentij mirandas basilicas, inter que fora magnum & neruae transitoriũ, decimo insudatum esse anno inspexerimus. Tempus comitiorum habendorũ id erat, quod augures designabant: quanquam obseruatio diu tenuit, Kalendis Ianuarijs cõsulum praetorum ędilium, censorum, & tribunorum comitia haberi. Sed de loco quod supra diximus comitij litium causa instituto Liuius in tertiodetrigesimo sic habet. Eo anno comitiũ primo tectum esse rumore proditum. & tamen postea trigesimo libro sibi sic cõtradicit, Sępe comitia indicta perfici tempestates prohibuerũt. quo in comitij loco sacra per regem sacrificulum fuisse facta, Plutarchus sic in problematibus ostendit. Regi sacrificulo qui sacris omnibus praeest: nec magistratum gerere: nec contionem habere licet, propter nomen regiũ suspectum, ut solum in templis potestatem habeant, & regnum per deos sustineant. Hinc in sacrificio quod fit in comitio, ubi rex peregit, statim ex foro se proripit. Actum comitij describere aggrediamur, qui longa & altissima sed omnium gratissima oratione indiget. Comitia scribit Asconius pedianus prima in Verrem actione fuisse aedilitia, praetoria, tribunitia, & consularia. Sed Aulus Gellius magis necessariam affert diuisionem, quae multa & magna indiget expositione. Dicit enim: cum de generibus omnium fertur suffragiũ curiata comitia, cum ex censu & aetate centuriata, cum ex regionibus & locis tributa. Festus aũt Pompeius, scribit. Centuriata comitia item curiata dicebantur, quia populus Romanus per centenas turmas diuisus est. In quo Festus & si uerum dicit, populum Romanum in centurias fuisse diuisum, errori nequaquam paruo fomentũ dedisse uidetur, quasi uero centuriata & curiata comitia inferat, eadem fuisse: quae & Gellius supra, & alij longe diuersa fuisse uoluerũt. Curiata nanq; comitia erant, quae ex curijs, id est, tribubus absque aliquo censu & aetatum respectu fiebant. unaquaeq; enim tribus separatim centuriata suffragium per ipsas centurias prout à casu acciderat segregatas ferebat, ad finemq; magistratus uota attendebant, in qua maior ipsarum tribuum pars cõuenisset. In centuriatis uero comitijs classium separatio fiebat, & primam dehinc secundam & post tertiam, quartam & quintam seorsum centuriabant, pariterq; aetatũ facta saepe ratione iuniores primo milites, post seniores seorsum centuriabantur: Quibus omnibus centurijs in suffragia missis maior centuriarũ pars praeualebat. Haecq; comitia semper grauiora, & illa magis popularia fuerunt habita. In his nanq; centuriatis senatorij ordinis & equestris uiri praestantiores in prima, & secunda classe erant, quorum iudicia & uoluntatem aliae minorum censuum classes semper ferè sequebantur. Hinc uidemus Liuium quinto dicere. Camillũ qui exul solus uidebatur rem publicam sicut fecit posse restituere, comitijs curiatis reuocatũ de exilio: populare enim hoc beneficium fuit, ad quod uniuersus populus tanta confluebat auiditate, ut nullam grauiorẽ formam per classes aut aetates quaeri oportuerit. pariter M. Cicero in oratione de aruspicum responsis dicit, domũ suam populũ Romanũ cuius est summa potestas omnium rerum, comitijs curiatis omnium aetatum ordinumq; suffragijs, eidem iuri cuius fuerat restituisse. In Scipione etiam similiter cõtigit, De quo Liuius XXV. P. Cornelio Scipioni cui post Aphricano fuit cognomen peterenti ędilitatem, cum obsisterent tr. pl. negantes rationem eius habendam esse, quod nondum ad petendum legitima aetas esset: Si me inquit, omnes quirites aedilem facere uolunt, satis annorũ habeo, tanto enim fauore ad suffragium in tribubus discursum est, ut tribuni repente incepto desisterent: Et infra Liuius XXVI. Cum subito P. Cornelius illius qui in Hispania ceciderat filius quatuor & uiginti fermè annos natus, professus se petere in superiore unde conspici posset loco constitit, in quem postquam omnium ora conuersa sunt clamore & fa-

Comitium

Comitiorum Tempus

Sacra per sacrificulum in Comitio

De Comitiorum actu

Error Festi

Curiata Comitia

Centuriata comitia

uore ominati extemplo sunt Fœlix faustumq; imperium. iussi deinde inire suffragiũ omnes ad unum non centuriæ modo sed & tribus omnes P. Scipioni imperiũ esse in Hispania iusserunt. Et infra XXVIII. Centuriæ omnes ingenti fauore P. Scipionem cõsulem dixerunt: comitia maiore quàm ulla per id bellum celebrata frequentia. Sed pro maxima parte comitia deligendorum ordine consulum & aliorum magistratuum fuere centuriata, Vnde Liuius. exactis regibus duo consules comitijs centuriatis creati à præfecto urbis ex comentarijs Seruij Tullij L. Iunius Brutus L. Tarquinius collatinus. & infra, Brutus collegam sibi comitijs centuriatis creauit P. Valerium. Cicero autem Lucium Murenam defendens ambitus in petitione consulatus accusatũ, inter alia argumenta hoc uno usus est, Murenam forma omnium grauiore delectũ fuisse illo die, quo auspicato comitijs centuriatis L. Murenam consulem renunciaui. Vnicoq; in loco magisquam in cæteris omnibus ostendit Liuius quid tributa à centuriatis comitijs differebãt: à Volerone tr. pl. lex lata, ut crearentur plæbei magistratus tributis comitijs, quod cum denegassent patres, irata plæbs interesse consularibus comitijs noluit. per patres clientesq; patrum consules creati sunt P. Quintius C. Seruilius. Itaq; licet plæbs non interfuerit, patres cũ clientibus ex prima secunda, & tertia classibus centurias confecerunt, declarandis consulibus necessarias.

Tributa comitia eadẽ quæ curiata

Tributa comitia quæ Aulus Gellius tertio diuisionis suæ loco posuit, eadem fuerunt quę & curiata: sed ipse qui multa & quãdoq; nimia breuitate res attigit cognitu dignissimas, tria ibi posuit uocabula, quæ diuersis temporibus, sed nunquam eodem simul in usu fuerunt. si autem erunt qui cõtendant suas eum cuiq; ex ipsis uocabulis dedisse diffinitiones, respondemus nullum esse Liuij aut Ciceronis aut M. Varronis locum, in quo ea uocabula simul in usu fuisse & rem ipsam appareat. Et enim uidemus Ciceronẽ in episto. ad Lentulum sic scribere. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitijs quæstorijs institutis sella Q. Maximi quẽ illi consulem esse dicebant posita esset: quo mortuo nunciato, sella sublata est. Ille autẽ qui comitijs tributis esset auspicatus centuriata habuit. quæ itaq; in libris Liuij, quos habemus, gesta narrantibus à Ciceronis ætate plurimum distantia, dici uidemus curiata comitia, Cicero ipse hic tributa uerbo proprio expressit. quando quidem supra ostendimus à curijs mulieribus appellatas fuisse primo tribus: Vnde curiata primo comitia postea fuere tributa. Fiebant tamen aliquando cõsules etiam sine comitijs per interregem, ad id à populo creatũ. Liuius libro tertio, Per interregẽ creati cũ prouocatione L. Valerius M. Horatius, actaq; res in flaminijs pratis, qui nũc circus Flaminius. Et Asconius pedianus orationẽ Ciceronis milonianam exponens: fiebant interim alij ex alijs interreges, qui comitia consularia propter eorum candidatorum tumultus, & eorundem manus armatorum, habere non poterant. Pompeiusq; sine collega factus est: de qua re Plutarchus in Pompeij uita. Pompeius à senatu solus consul creatus per Sulpiciũ interregẽ, collegęq; assumendi potestas attributa, Catone omnia suadente ob rem pu. ut dixit.

Consules quãdoq; factos sine comitijs ab interrege

Quo tẽpore comitia haberentur

Comitia quando fierent non satis certum habebatur. Nam etsi Kalendis Ianuarijs, ut plurimum fiebant, in aliud tamen tempus quandoq; differebantur. Macrobius scribit Kalendis Martij comitia auspicantur. Et Plinius: Nundinis rustici urbem reuisebãt, & ideo comitia habere nundinis non licebat, ne plæbs rustica auocaretur. Et Cicero ad quintum fratrem. Comitia in mensem Septembrem reiecta sunt. Et aliquando in tribunorum plæbis potestate fuit, comitia quando haberi deberent declarare. Liuius libro V: C. Licinius & L. Sextius tr. pl. tulerunt, ne tribunorum militarium comitia fierent, sed consulum. & libro XXIII Q. Fabius in eum quem postea comitialem habuit diem comitia edixit. Et infra XXV. Dictator primo comitiali die creauit consules. Et XXVI diemq; comitijs à C. Calfurnio prætore urbano petijt. Vnde uidetur augures quod supra scribit Plinius quàm multos dies in anno Kalendis Martij inaugurasse, quorum uno siue prætor, siue consules, siue tribuni plæbis comitia habebant. Vnde prudenter à Fabio Maximo censore institutum est, ut post quàm comitia ad multorum libidinem habebantur, & simul multi atq; omnes pariter in eis poterant, aliqua pars ciuitatis esset, quæ sua grauitate rem ipsam moderaretur. ex omnibus enim ciuibus forum exercitio & usu frequentantibus, quatuor instituit tribus, quas appellauit urbanas: unde Maximi cognomen nactus est. quatuor enim illæ aliarum temeritatem tribuum moderabantur. Vnde in petitione ipsa, Vrbanam tribũ semper plurimi fuisse habitam. Asconius pedianus pro milone, inter

In potestate etiam tribunorum ple. fuisse, tempus comitiorum declarare

Fabij maximi institutum

Tribus urbanæ quatuor

cæteras

cęteras leges P. Clodij tr. pl, quas forte proposuerat, eam quoq; qua libertini qui nō plusq̃ in tribus tribubus suffragiū ferebant, possent quoq; in urbanis tribubus, quæ propriæ ingenuorum sunt ferre: qua in petitione quid obseruatum fuerit dicendum duximus. est uero apud multos tritum quid Cicero de hac re Quintum fratrem admonet in hanc formā, Valde elaborandū est tibi ut tribules, ut uicini, & clientes, ut deniq; liberi, postremo etiam seruitus: nam fermè omnis sermo ad forensem famam à domesticis manat autoribus. & infra: eximie magnam gloriam & dignitatem, & rerum gestarum magnitudinem esse oportet in eo, quē homines ignoti nullis suffragantibus meritis, honore afficiant. itē infra: Senatores, equites Romanos, cæterorum omnium gratos homines, & gratiosos cōplectere. multi homines urbani industrij multi libertini in foro gratiosi gnauiq; uersantur, cura ut sint cupidi. deinde habe oratores urbis, collegia omnium pagorum uicinorū. Ex his principes si ad amicitiam tuam adiunxeris, per eos reliquam multitudinem facile tenebis. postea totam Italiam fac ut in animo & memoria tibi distributam comprehensamq; habeas, ne quod municipium, colonia, præfectura, nec locus esse possit: nec quem in Italia posse patiaris, in quo non habeas firmamenti quod satis esse posset. Perquiras etiam, inuestiges homines ex omni regione, eosq; cognoscas, appetas, confirmes, cures ut in ciuitatibus suis aliquot petant, & tua causa quasi candidati sint. bene homines nosse, comiter appellare, assidue ac diligenter petere, benignū ac liberalem esse oporter. Vnde Cicero ipse postea Octauio scribens inquit. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibemus diligentiam: & fortasse quoniam uidetur in suffragijs multum posse gallia cū Romæ à iudicijs forum refrixerit, excurremus mense Septembri. Et item ad fratrē de petitione: Tota petitio procura ut pompæ plena sit, ut illustris, ut splendida, ut popularis, ut habeat summam spem ac dignitatem. Sed hæc tibi retinenda, ut senatus te existimet ex eo quod ita uixeris defensorem autoritatis suæ fore. Equites Romani boni & locupletes ex uita acta te studiosum otij ac rerum tranquillarum, multitudo ex eo duntaxat, quod oratione in contionibus atq; iudicio popularis fuisti, te à suis commodis alienum non futurum. petitionis formandæ artes & instituta Cicero multas ac difficillimas supra ostendit, sed post quàm uentum erat ad ipsum petitionis actum, resq; uarijs modis quos infra docebimus in campum actumq; deducta erat, maiores prædictis in dies suboriebantur candidatis petitoribus difficultates: de quibus item Cicero pro Murena sic dicit. quod si illa solennis precatio comitiorum à consularibus auspicijs cōsecrata, tantam habet in se uim & religionem, quantum res P. postulat. & infra: quod enim fretum quē euripū tot motus, tantas, tam uarias habere putetis agitationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitiorum. nihil est incertius uulgo, nihil obscurius uoluntate hominum nihil fallacius ratione tota comitiorum. Nam & tempestates aliquo certo cœli signo commouentur, sæpe improuiso nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur: sic in hac comitiorum tempestate populari, sæpe intelligas quo signo commota sit, sæpe ita obscura est, ut casu excitata esse uideatur. Et infra. Petitorē ego præsertim con sulatus, magna spe, magno animo, magnis copijs, & in forum & in campum deduci uolo: præsertim cum hoc iam nouo more, omnes fere domus omnium concursant, & ex uultu candidatorum coniecturam faciunt, quantum quisq; animi & facultatis habere uideatur: Vides tu ne illum tristē, demissum: iacet, diffidit, abiecit hastam. serpit hic rumor. Magna autem est comitijs consularibus repentina uoluntatū inclinatio, præsertim cum incubuit ad uirum bonū, & multis alijs adiumentis petitionis ornatū. huiusmodi etiam petitionis difficultates & candidatorū Cicero in oratione pro Plantio sic ostendit. Non enim comitijs iudicat semper populus, sed mouetur plerūq; gratia, cedit precibus. Facit eos à quibus maxime est ambitus, deniq; si iudicat non defectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate. non est enim consiliū in uulgo, nōn ratio. non discrimen. nō diligentia. semperq; sapientes ea quæ populus fecisset ferenda, non semper laudanda dixerunt. primū illud debes putare comitijs præsertim ædilitijs studium esse populi non iudicium. eblandita illa nō enucleata suffragia, eosq; qui suffragium ferant, quid deniq; ipsi debeant considerare sæpius, quàm quid cuiq; à re pub. uideatur deberi: Nostrum est autem qui in hac tempestate populi iactamur ac fluctibus, ferre moderate populi uoluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores

De difficultatibus petentiū dignitates

ſi magni non putamus, non ſeruire populo: ſin eos expetimus, non defatigari ſupplican-do. Sunt item dictis difficultatum ſententijs ſimillima quæ idem Cicero in epiſtola Curioni ſcribit. Habemus hæc omnia, bonorum ſtudium conciliatum ex tribunatu, propter noſtram, ut ſpero te intelligere, cauſam. Vulgi & multitudinis propter magnificentiam munerum liberalitatem'que naturæ: iuuentutis & gratioſorum in ſuffragijs ſtudium, propter eius excellentem in eo genere uel gratiam uel diligentiam: noſtram ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamen & iuſtam & debitam. Erat autem petentibus maximum adiumentum, paucitas competitorum. Vnde Cicero Attico. Luceium ſcito conſulatum babere in animo ſtatim petere. Duo enim ſoli dicuntur petituri. Non ſolum autem libera ciuitate artes in petitione ſunt adhibitæ, de quibus tam multa ſuperius ſunt dicta, ſed à principibus etiam ſe gratos populo reddere adnitentibus. binc ſcribit de Octauio Auguſto Suetonius. Quotiens magiſtratuum comitijs intereſſet, tribus cum candidatis ſuis circuibat ſupplicabátq; more ſolenni: ferebat & ipſe ſuffragiū in tribubus, ut unus è populo. & magnæ ſpei ac confidentiæ fuit petitio uarijs ex adiumentis prius prudentia comparatis. Cicero pro Murena. Nos quoque ſcænam habuimus competitricem. quod ſi ego qui trinos ludos ædilis feceram, tamen Antonij ludis commouebar. Habuit proficiſcens delectum in umbria. dedit ei facultatem res pub. liberalitatis, qua uſus multas ſibi tribus, quæ municipijs umbriæ conficiuntur adiunxit. Et pro Plantio idem Cicero humilitatem ſupplicandi omnibus plurimum in petitionibus magiſtratuum ualuiſſe ſic oſtendit. Quo quidem tempore ſi id lateranenſis facere uoluiſſes, aut ſi grauitatis eſſe putaſſes tuæ, quod multi nobiles ſæpe fecerunt, ut cum minus ualuiſſent ſuffragijs proſternerent ſe populo, fracto animo atq; humili ſupplicarent, non dubito quin omnis ad te conuerſura fuerit multitudo. nunquam enim nobilitas integra præſertim atque innocens, à populo Romano ſupplex repudiata fuit. Et contracta undiq; ſtudio & diligentia multitudo plurimum in petitione adiuuabat. Hinc Plutarchus in Pompeij uita. Cæſar in gallijs agens ad ſuffragia frequentes milites ire iuſſit, ut ſibi aliud quinquennium decerneretur.

Petētibus magiſtratū maximū adiumētum cōpetitorum paucitatem fuiſſe

Humilitatem ſupplicandi, in petitionib. magiſtratuū profuiſſe

Nunc de candidatis quorum ſupra frequens eſt mentio dicendum. Eos ab indumento quod ipſum indicat uerbum appellatos conſtat, de ea que re Plutarchus in problematibus ſic babet. Candidatis erat moris in tunica abſq; toga eſſe, ne argentum ſinu ferentes ipſi alios corumperent ciues: uel quod imperio dignos non genere, non diuitijs non gloria, ſed uulneribus & cicatricibus commendari oportere iudicabant, quæ quidem uulnera, ut ab ijs quos ambiendo prenſabant conſpicerentur, ſine toga ad petendum deſcendebant. Idem'que Plutarchus in M. Aemilij uita dicit M. Aemilium uirum conſularem qui tricies ſingulari certamine pugnauerat, & ſemper boſtem trucidauerat, contra Galbam in umbra nutritum contendentem, cum cicatrices populo oſtendiſſet, ſtatim omnes tribus triumphum ei dediſſe. Veterem uero fuiſſe candidatorum in petitione morem, Liuius quarto libro oſtendit, qui dicit à tribuno plæbis tunc latam legem, ne cui liceret album ueſtimentum induere petendi cauſa. Et tamen infra ſcribit. Tribunis militum conſulari poteſtate creatis C. Iulio Tullo C. Seruilio Hala. Cn. Cornelio Coſſo artē adhibitam à patricijs cuius eos Icilij tunc quoque inſimulabant, quod turbis indignorum candidatorum intermiſcendo dignos, tædio ſordium in quibuſdam inſignium populum à plæbeijs diuertiſſent. Ratio nunc à nobis, autoritas ac tempus eam deferendi candidam ueſtem dicetur. Rationem'que ſolam fuiſſe conſtat, ut petituros inſignes magiſtratus oſtenderet alba ueſtis. Tempus deferendi autoritas oſtenſa docebit. Nam iubentibus tribunis militaribus conſulari poteſtate ſupra uidemus candidatos dignis indignos fuiſſe immixtos, & pariter aliquando factum eſt à dictatore aut patribus. Nam idem Liuius quarto libro: dictatore Publio Cornelio, & Hala Seruilio magiſtro militum, ſicut priore anno per indigniſſimos ex plæbeijs candidatos, omnium etiam dignorum tædium fuerat, ſic tum primoribus patrum ſplendore gratiáque ad petendum præparatis omnia loca obtinuere: quos quidem candidatos ad petendum, ut præfertur impulſos, per diem ſolummodo petitionis albam detuliſſe ueſtem non dubitamus. alia autem fuit, de qua paulo poſt dicemus, petendi iure & ordine conſulatum forma, cum quis quæſtura & ædilitate functus, petere ad ſuum libitum inſtituiſſet. Hiq; anno uno à creatis ſcilicet cōſulibus ad aliorum creandorū comitia, ueſte alba utebantur. Vnde uidemus Ciceronē pro Murena orantem

Candidati

Lex ne quiſquam petendi cauſa album ueſtimentum indueret

dicere,

dicere,eum quam cepisset in Asia albam uestem Romam usq; uenientem detulisse. Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti, consulatum petenti solet fieri, & cui autem non proditur reuertenti. Quid habet admirationis tali uiro aduenienti candidato consulari obuiam iuisse multos? Catonem quoque superiorem in alba ueste dum censuram peteret dixisse testimonium in Marcum Attilium Glabrionem competitorem suum Liuius in XXXIII scribit. Quæcunq; hactenus à nobis de comitijs,candidatis,& petitione dicta sunt,generalia fuerunt:ad ipsam rem nunc ante oculos ponendam particulariter descendamus. Qui consulatum petituri in campum Martium candidati descendebant, ductores suffragatores'que suos circa se habebant: sicut Liuius XXXIIII habet,Potentes petebant patricij plebeij'ue:P.Cornelius Cn.F.Scipio q ex Hispania prouincia nuper recesserat magnis gestis rebus.Et L. Quintius Flaminius qui classi in Græcia præfuerat, & Cn.Manlius Volso:hi patricij,plæbeij autem Cn.Lelius Cn.Domitius Cn.Liuius Salinator L. Attilius.ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clarissimi suæ ætatis imperatores. maior gloria Scipionis & quo maior eo propior inuidiæ. Quintij recentior,ut qui eo anno triumphasset,quod alter decimum iam annum assiduus in oculis hominum fuerat,quæ res minus uerendos magnificos homines ipsa satietate facit. In Quintio noua & recentia omnia ad gratiam erant.Is obtinuit ut præferretur candidato quem Aphricanus frater ducebat,quem Cornelia gens Cornelio cõsule comitia habente commendabat. L. Quintius & Domitius Aenobarbus consules facti. Adeo ne in plæbeio consule,cum pro C. Lælio niteretur Aphricanus ualuit. Et XLI Liuius:Claudius unus ex omnibus nobilis candidatus erat,opinione omnium haud dubie destinabantur. Quintus Fabius Labeo & L.Porcius Licinius.Sed Claudius consul sine lictoribus toto foro uolitando,clamantibus aduersarijs & maiore parte senatus,meminisse eum debere se prius consulem populi Romani quàm fratrem P. Claudij esse,quin ille sedens pro tribunali aut arbitrum aut comitiorum tantum spectatorem se præberet: coërceri tamen ab effuso studio nequiuit,quin magnis contentionibus tribunorũ quoq; plæbis, qui aut contra consulem,aut pro studio eius pugnabant, comitia aliquotiens turbaret: donec peruicit Appius ut deiecto Fabio fratrem traheret. Eam petitionis animi anxietatem Seneca epistola CXVIIII sic deridet: Quàm putas esse iucundum tribubus uocatis cum candidati in templis suis pendent? & alius nummos promittit, alius per sequestrem agit,alius eorum manus oculis contexit, quibus designatus contingendam manum negaturus est: omnes attoniti uocem præconis expectant.Durauitq; aliqua ex parte petitionis magistratuum umbra sub principibus. Suetonius de Cæsare. comitia cum populo partitus est, ut exceptis consulatus competitoribus,de cętero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus uellet pronunciaret: pro parte altera quos ipse dedisset. Et edebat per libellos circum tributim missos scriptum breui:Cæsar dictator illi tribui, commendo uobis illum & illum,ut uestro suffragio suam dignitatem obtineant.comitia nulla habuit præter tribunorum & ædilium. & Plinius orator: anxium me & inquietum habet petitio Sexti Erucij. Itaq; prehendo amicos, supplico,ambio,domus stationesq; circumeo,quantũ uel autoritate, uel gratia ualeam precibus experior. Locum ubi hæc comitia haberentur supra diximus campum fuisse Martium,sæpenumero à nobis descriptum. In eo quæ erant contra quæ aqua uirgo in urbem nunc etiam currens finitur,ut inter columnam Antonini cocleam extantem, & dictam aquam ipsa fuerint septa ad instar clausurarum, quæ armentis in campestribus fiunt sic appellata, erant'que è materia & tabulatis, de quibus M.Cicero ad Atticum scribẽs.Efficiemus rem gloriosam: Nam in campo Martio tribus comitijs marmorea sumus & septa facturi,eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur:simul adiungetur huic operi uilla publica,quod tamen nec Cicero ipse, neque alius postea fecit,bello prohibente ciuili,quod breui post hanc epistolam est suborta:ad ipsa'que septa totidem fuere Ouilia minoris ambitus loca,in quibus centuriæ à tota tribu separatæ de agendis prius quàm citarentur consultabant.Et suos quæq; tribus habuit diremptores, multitudinem in centurias diuidentes,succenturiatores'que, quos dicit Festus explendæ centuriæ causa aliquos qui forte non adessent suppleuisse. Vnde conijcimus centurias non singulis comitijs fieri consueuisse,sed potius cum factæ essent diu permansisse:nam extat nunc lapis centurias,ut apparet,aliquas incisas habens,uix dimidius,

Consulatũ petentium cõsuetudo

Septa

Ouilia

Diremptores

Succenturiatores

in fanctæ Luciæ nunc ecclesia ubi Orphi templum erat,uetusta cuius ornamenta à nouis mutationibus dignofcuntur,ecclefiáque Orphei retinet cognomentum:alijque erant centuriatores appellati, quibus effet cura dictas centurias colligere. Erant item unaquaq; in tribu diuifores,diuidendis æqualiter omnibus quæ tribui darentur,obueníentēq; emolumentis præfecti, quos largitionum corruptelæ autores fæpenumero fuiffe docebimus. Iam in campum & ad fepta ouiliaq; ipfásque tribus & centurias ufque perueníemus,candidatos ad petitionem à fuis deductoribus fuffragatoribusq; deduci uidere uidemur. Maiore igitur conatu deligendi formam ducimus explicandam. tenenda uero quæ fupra diximus, fuiffe in tribubus trium ordinum uiros, patricij, equeftris & plæbeij, fuiffe etiam claffes quinque à cenfu plurimum differentes: de centurijs'que prærogatiuis fortitione & ueturia, quæ'que in ipfis tribubus fiebant, & confules prætores'que cum alijs magiftratibus ad pontem confediffe, qui in campo effet Martio ubi cocleam columnam Antonij extare uidemus, quæ dicemus attente confideranda funt primum de confule. Liuius XXXI. conful in campo Martio comitijs priufquam centurias in fuffragium mitteret. Et Nonius Marcellus fcribit fexagenarios per pontem non mittendos quod fuffragium non ferant,quod pro ponte fiebat. Suetonius'que de ponte apertius fic habet. De Cæfare enim & coniuratis in fuam mortem fic inquit. Illum in campo per comitia tribus ad fuffragia uocantem partibus diuerfis ex ponte ut deijcerent, atque exceptum trucidarent, cogitaffe. Centurias diriuitores quorum id officij erat in tribubus diuidebant. Prærogatiua quid effet, uerbum fignificat: ex omnibus enim qui militarent iunioribus, & pariter ex ueteranis militia per ætatem dimiffis deligebantur centuriæ,prærogatiua iuniorum fiue ueteranorum appellatæ:ex ipfis'que prærogatiuæ centurijs facto iterum delectu,prima felectorum quorumcunque præftantiorum centuria dicta eft tanquam ab ætate & dignitate uenerabiliorum, ueturia. Et ne fraus aut corruptela poffet fieri, non cincti ad cuftodiam fuffragiorum deputabantur, de quibus quid fuerit Plinius fic habet. Decuriæ pluribus nominibus diftinctæ tribunorum iudicum, propter hoc non cincti uocabantur ex omnibus fелecti, ad cuftodienda fuffragiorum fita in comitijs: alius fe non cinctum, alius fractum, alius tribunum appellabat: Tiberij principatu equefter ordo motus,in id conftitutumq; ne quis non cinctus effet,nifi ciuis ingenuo patre auóque,quibus feftertia quadringenta cenfus fuiffent à lege Iulia theatrali quatuordecim ordines federi di. Sortiebatur conful, quæ pro unoquoque candidato prærogatiua iuniorum prius in fuffragium mitteretur,quam & præco citabat:cumq; acceptum effet ad confulis cæterorumq; magiftratuum præfentiam in ponte fuffragium, ea centuria in montem inde citatorum appellatum dimiffa, præco quid egiffet renunciabat, citabanturq; poft prærogatiuas tribus eiufdem prima, deinde aliæ claffes in centurias diftributæ. Eratq; arbitrij candidatorum,tribuum in quibus magis uiderent prærogatiuarum fortitionem fieri,eas'que quas forte contigiffet exire, & deinde alias centurias à confule uocari. Nam plærunque accidebat eos in petitione præualere quibus prærogatiuæ præfertim iuniorum fauiffent. Vnde Cicero pro Murena. Et enim, fi tanta illis comitijs religio eft, ut adhuc fuper omnem ualuerit prærogatiuam. Vnde uidemus Helium Spartianum, de Alexandro feuero dicere. Ipfas deinde tribus & eos qui militaribus niterentur prærogatiuis purgauit. Hæc autem omnia facillime intelligere poterit,qui dicta Ciceronis de Lucio Pifone Philippicorum fecundo, in hæc uerba confiderabit. Ecce Dolobellæ comitiorum dies, fortitio prærogatiuæ exit, renunciatur, tacet, prima claffis uocatur. Renunciatur, deinde ut affolet fuffragia,tum fecunda claffis uocatur: quæ omnia celerius funt facta quàm dixi. fed ad rem multo copiofius faciunt, quæ à Cicerone in oratione pro Planco fcripta fubiecimus. Neque ego nunc confilium reprehendo tuum, quod eas tribus quibus hic maxime notus erat non ediderís. & infra: Vocatæ tribus,latum fuffragium, defcriptæ,renunciatæ, longe plurimum ualuit Plancus. At tandem una centuria prærogatiuæ tantum habet autoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus fit aut ipfis comitijs conful, aut certe in illum annum. Et infra de Planco fic habet: cuius in honore non unius tribus pars, fed comitia tota comitijs fuerunt prærogatiua. & ubi Cicero in prædictis non fatis edoceat fupplebit Liuius infra fcripta libro quinto: Haud inuitis patribus Publium Liciniū Caluum,prærogatiua tribunum militum nō petentem creauit. & infra:

Cēturiatores — *Diuifores* — *Tres ordines uirorum in tribubus* — *Suffragia per pontem* — *Prærogatiua* — *Veturia centuria* — *Non cincti ad suffragiorum custodiam deputati* — *Mōs citatorū*

populus nihilominus suffragia inibat. & ut quæcq; intro uocata erat centuria, consulem
haud dubie Fabium dicebat. Centuriæ quæ supererant Q. Fabium & P. Decium dixere.
& infra. Tumcq; prçrogatiua & primo uocatæ omnes centuriæ consulem eum dicebant.
Item infra: eo die cum sors prærogatiuç exisset, eacq; T. Attilium. Et libro XXIII Liuius:
interea prærogatiua suffragiũ inijt. Creaticq; in ea consules Q. Fabius Maximus quartum
M. Marcellus tertium: eosdem cõsules cæteræ centuriæ sine uariatione ulla dixerunt. &
libro XXVI nostræ intentioni in plurimis satisfacit Liuius: Fuluius cum comitia Coss.
haberet, prærogatiua ueturia iuniorũ T. Manlium Torquatũ dixit: qui ad tribunal con
sulis uenit, petijtcq; ut sua pauca uerba audiret, centuriamcq; quæ tulisset suffragium reuo/
cari iuberet, oculorũ enim ualitudinem excusauit. post hæc cum centuria frequens succla
masset, se nihil mutare, tum Torquatus, Necq; ego uestros mores consul ferre potero, necq;
uos imperium meum: redite in suffragiũ. Tum centuria mota autoritate uiri petijt à con/
sule, ut ueturiam seniorũ citaret, uelle se cum maioribus natu colloqui: citata seniorũ uetu
ria, datum secreto in ouili cum his colloquendi tempus. ita consultatione data, senioribus
dimissis iuniores suffragium ineuntes M. Marcellũ, M. Valerium consules dixerunt: au/
toritatem prçrogatiuæ omnes centuriæ secutæ sunt. Reliquũ est nobis hac comitiorũ par
te, qualia centuriæ aut tribus ipsæ aliter suffragia ferrent ostendere: Duobus enim modis

Mos dandorũ suffragiorum

sed diuersis temporibus id factitatũ fuit. Nam uocibus primo & sententijs palàm ab uno
quocq; dictis, post tabellis suffragia dari mos fuit, de qua re elegãtissimã disputationẽ Cice
ro legũ secundo cum Quinto fratre sic habet. In ea sum sentẽtia qua te fuisse semper scio,
nihil ut fuerit in suffragijs uoce melius. quis aũt non sentit omnem autoritatẽ optimatũ ta
bellariã legem abstulisse? quam populus liber nunquã desiderauit, id oppressus dominatu
& potentia principũ flagitauit. Itacq; grauiora iudicia de potẽtissimis hominibus erant uo
ces quàm tabellæ: quãobrem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit
potentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorãtibus quid quiscq; sentiat tabel/
la uitiosum occultaret suffragiũ. Itacq; isti rationi necq; lator quisquam est inuentus necq; au
tor unquam bonus. Sunt enim quatuor leges tabellariæ, quarum prima de magistratibus

Leges tabellariæ

mandandis. Ea est Gabinia lata ab homine ignoto & sordido. sequuta biẽnio post Cassia
est: de populi iudicio, ista ab homine nobili lata L. Cassio. Carbonis est tertia de iubẽdis le
gibus ac uetandis: seditiosi atcq; improbi ciuis. Vno in genere relinqui uidebatũ, quod ipse
Cassius exciperet perduelliones. dedit huic quocq; iudicio Celius tabellã. Eamcq; optimam
rem P. esse dico, quam hic consul constituerit: quæ sit in potestate optimatũ. Sic enim re/
citata est: de suffragijs optimatũ quç plebi libera sunto. quç lex hanc sententiã, cõtinet: ut
omnes leges tolleret quæ postea latæ sunt, quando tegunt omni ratione suffragiũ: ne quis
inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet, deinde hoc optimo cuicq; & grauissimo ciui osten
datur ultrocq; offeratur. Eocq; nunc sit illud quod à te nuperrime dictum est, ut minus mul/
tos tabella condemnet quam solebat uox, quia populo licere satis est. Hoc retento reliqua
uoluntas autoritati & gratiæ traditur. Itacq; ut omittam largitione corrupta suffragia, non
uides si quando ambitus sileat: quæri in suffragijs quid optimi uiri sentiant. quãobrem le/
ge hac libertatis species datur, autoritas bonorum retinetur, contentionis causa tollitur.
Vnde cum uocem Cicero tabellæ præponeret, sic oratione in Pisonẽ habita gloriatus est.
Me cũcta Italia, me omnes ordines, me uniuersa ciuitas non prius tabella quàm uoce con
sulem declarauit. Similemcq; supradictæ Ciceronis disputationem Plinius orator Mesio
Maximo scribit. Meministi ne te sæpe legisse quantas cõtentiones excitauit lex tabellaria
At nunc in senatu sine ulla dissensione hoc uelut optimum placuit. Omnes comitiorũ die
tabellas postularunt. Supersunt senes ex quibus audire soleo hunc ordinem comitiorum.
Citato nomine candidati silentiũ summũ. dicebat ipse pro se, explicabat uitam suam, te/

Comitiorum ordo

stes & laudatores dabat uel cum quo militauerat, siue sub quo quæstor fuerat, uel utruncq;
si poterat: adhibebat quosdã ex suffragatoribus. illi grauiter & pauca loquebantũ, plus hoc
quam preces proderat. Nonnunquã candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut
etiam mores arguebat. Audiebat senatus grauitate cẽsoria. Ita sæpius digni quàm gratiosi
præualebant. Inualuit tamen & diutius seruatus est mos tabellarũ. De quo Cicero in legẽ
agrariam Rulli secundam, in suamcq; sui ipsius gloriã sic habet. Sed tamen magnificentius
atcq; ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitijs nõ tabellam indicem tãtæ libertatis,

ſed uocem unam pro uobis indicem ueſtrarum in me uoluntatum ac ſtudiorum tuliſtis, Itaq; me non extrema tribus ſuffragiorum, ſed primus concurſus populi Romani conſulem declarauit. Quale autem uas fuerit in quod ſuffragia mitterentur, Aſconius Pedianus

Vas in quod ſuffragia mittebantur

pro Cornelio de maieſtate ſic habet. Dum ſitella defertur, dum ſortitio fit. Et Cornelius Tacitus de Veſpaſiano. Sorte & urna mores non diſcerni: ſuffragia ad extimationẽ ſenatus reperta, ut cuiuſq; uitam famamq; penetrarent. Et tabellas ipſas fuiſſe cęra delinitas, in quibus ſtilo faciliter ſcriberetur cuiuſq; uotum, infra in accuſationũ partibus, dum ſententias iudices ferrent oſtendemus.

Tabellarum origo

uetuſtam uero huius uerbi uim beatus Hieronymus ad Niceam Hypodiaconũ eleganter ſic ſcribit. Rudes illi Italiæ homines quos caſcos Ennius appellat: qui ſibi ut in rhetoricis Cicero ait, ferro uictum quęritabant, ante cartæ & mẽbranarum uſum: aut dedolatis ex ligno codicillis, aut in corticibus arborũ mutua epiſtolarũ colloquia miſſitabant. Vnde & portatores earum, tabellarios: & ſcriptores à libris arborum librarios uocauere.

Tabellarij Librarij

ad quarum tabellarũ imitationẽ hæ quoq; & factæ & dictæ ſunt, in quibus ſenatorum & iudicum in ſententijs uota ſcribebantur. De cæteris uero quod dixi infra dicto loco patebit. Scriptas autem fuiſſe tabellas, Plinius Meſio Maximo ſcribens ſic indicat. Scripſeram tibi uerendũ eſſe, ne ex tantis ſuffragijs in quibuſdam tabellis multa eſſent iocularia atq; etiam fœda dictu, in una uero pro nominibus candidatorũ, ſuffragatorũ nomina ſunt inuenta. Excanduit ſenatus, magnoq; clamore, qui ſcripſiſſet iratum principem eſt comprecatus: tantum licentiæ prauis negocijs adijcit illa fiducia, quis enim ſciet? Et tabellæ pro epiſtolis cum uictoriam continerent laureatæ mittebantur. Cicero in Piſonem: Ne tu quidem Paule noſter tabellas Romã cum laurea mittere audebas.

Tabellæ laureatæ

Qui modus in magiſtratibus declarandis

Hiſq; ſupra tanto ut oſtendimus ſtudio peractis: conſul in ponte reſidens eum cuius ſuffragia ſuperauerant cõſulem futuri anni declarabat, præcoq; palàm enunciabat, pariterq; in deligendis, prætore, cenſore, ædilibus, & tribunis factũ fuit, declaratiq; in cõſules candidati, cum ſenatui uſq; ad tempus ineundi conſulatũ intereſſent, maximæ erant autoritatis. declarãdi in comitijs cõſules & alios magiſtratus formã moreſq; ſatis ſupra docuimus, quod quidem & ſi ſuapte rei natura integre & abſq; uicio & corruptela fieri potuit, malis tamen artibus ſæpenumero factitatũ eſt: quibus artibus primariũ largitio fomentũ dedit, unde & repulſas à petitione nonnulli quandoq; immeritas retulere: ob idq; Cicero Quintum fratrẽ ad petitionẽ conſulatus inſtruens ſic admonet. Et quoniã in hoc uel maxime uicioſa eſt ciuitas, ꝙ largitione interpoſita uirtutis ac dignitatis obliuiſci ſolet, fac ut ſe abs te cuſtodiri atq; obſeruari ſciant. & ad Atticũ idem Cicero. Cõſules flagrant inuidia, ꝙ Memius candidatorũ pactionẽ in ſenatu recitauit, quã ipſe ſuus cõpetitor Domitius cũ conſulibus feciſſet, ut ambo talẽta quadraginta cõſulibus darent, ſi eſſent ipſi cõſules facti. & idẽ Cicero largitionis factę inſimulatũ Plancũ defendens dum purgare nitit, quo fieret modo corruptela & largitio ſic docet. Sed tu doce ſequeſtrẽ fuiſſe, largitũ fuiſſe, cõſcripſiſſe, tribules decuriaſſe. Vnam tribũ delige, tũ doce quod debes, per quẽ ſequeſtrẽ, quo diuiſore corrupta ſit. Deinde habere cœpit ſubito præter opinionẽ hominũ: ut ne ſi cogitaſſet quidem quiſpiã largiri, daretur ſpacium cõparandi tribus. Latum ſuffragiũ, deſcriptæ, renunciatæ: lõge plurimũ ualuit Plancus. nulla largitionis nec fuit, nec eſſe potuit ſuſpitio.

Corruptele in magiſtratuũ petitionibus

De pœna tribus largitiõe corrũpentiũ

Erat autem grauiſſima pœna his qui largitione tribus ac centurias corrupiſſent per legẽ de ambitu cõſtitutã, cuius legis metu diuerſis & occultis artibus largitionẽ ipſam fieri oportuit. Vnde dixerũt Planci aduerſariorũ oratores, ipſum quoſdam mimorum habitu ſubornaſſe, qui ad tribus & centurias per ludi ſimulationẽ penetrantes, pecunias in largitionẽ detulerant: quam diluere calumniã Cicero cum adniteretur, his uerbis in prædicta oratione eſt uſus. Illud uero crimen de mimis, quos in circo flaminio deprehenſos eſſe dixiſtis, tunc caluit, recentiq; nunc in cauſa refrixit: neq; enim qui illi mimi fuerint, nec quæ tribus, nec qui diuiſor oſtenditis. Aſconius Pedianus in Ciceronis orationẽ pro Milone. Annius Milo & P. Plautius Hypſeus & Q. Metellus Scipio conſulatũ petierunt, non ſolũ largitione palam effuſa, ſed etiã factiõibus armatorũ ſuccincti. & Cicero ipſe in Verrẽ actione ſecunda, Comitia haberi cœpta ſunt. Curſare iſte homo potẽs cum filio blãdo & gratioſo circũ tribus, paternos amicos hoc eſt diuiſores appellare. Hinc uidemus Octauium Auguſtum, populi gratiam aucupantem tollendis largitionibus curam adhibuiſſe. Suetonius enim de eo ſic ſcribit. Comitiorum quoq; ius priſtinũ reduxit; ac multiplici pœna coercito ambitu,

bitu, Fabianis & Scaptiensibus tribubus suis die comitiorum, nequid à quoquam candidato desiderarent, singula milia nummũ asse diuidebat. satis multa de largitione, repulsarum aliquas dicamus. Nullam indigniorem repulsam Populum Romanũ unquam uidisse creditum est ea: de qua sic Plinius scribit. Vir optimus à senatu iurato iudicatus Scipio nassica, bis candidatus repulsam habuit: cui exuli in patria mori non licuit. Sed ultimæ repulsæ causa affertur, ostendens quod supra diximus necessariam fuisse petituro consulatum, & alios insignes magistratus, humilitatẽ, & omnem uniuerso populo subiectionem. Cum enim is Scipio post Iugurthæ bellum matremq́ ideam in urbem aduectã, & seditiones ciuium aliquando compositas, ædilitatem peteret, & inter supplicandum solenni more ut fiebat callosam stringeret manũ unius quem rogabat, per iocum interrogauit: Nunquid manibus ambulare solitus esset? quod tribus rusticæ adeo ægre tulerunt, ut repulsa illi data fuerit. Paruaq́ pariter fuit causa quę Q. Aelio Tuberoni repulsam pręturę dedit, quem L. Paulus auus & P. Aphricanus auunculus deducebant. In epulo enim Aphricani patrui suo nomine dato, tricliniũ posuit punicanis pellibus hędinis stratum, & figlinum mensæ apparatum omnem fuisse supra ostendimus, infraq́ diffusius in moribus & cœnis dicemus. Erat autem (ut diximus) in petitione necessaria subiectio abiectissima, quam ali quando generosi animi quosdam erubuisse uidemus. M. enim Crassus consulatũ petens, & more candidatorum campum circuiens singulos rogabat, qui Scæuolam socerũ suum deductorẽ erubescẽs, eum ut abiret rogauit. Meliusq́ fecisse uidetur Cicereius scriba, qui cum Aphricano superioris filio temere candidatus, postquam se in consulatus petitione superare aduertit, abiecta ueste candida se pro cõpetitore suffragatorem exhibuit. nec fuerunt omnes repulsæ ad perniciẽ notatorũ. Q. enim Cecilius Metellus cõsulatus repulsam habuit, & paulo post duas prouincias consuli sibi demãdatas Achaiã & Macedoniã populo Romano subiecit. Lucius quoq́ sylla aliquãdo priusq́ eo dignitatis quo euectus est ascẽderet, pręturę repulsam habuerat. pariter M. Portius Cato post repulsam dignitatẽ in re P. maximã est adeptus. at cætera iam in quartũ uolumen quod hoc satis creuerit differamus. *De repulsis*

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS TRIVMPHANTIS ROMAE liber quartus, qui administrationis rei P. secundus

COMMVNICATA orbi ciuitate Romana, comitijs magistratuum petitione, largitione, & repulsis quantum oportuit expeditis, ad alias rei P. administratiõis partes summatim supra inchoatas reuertamur. Senatores unde originem & prima habuerũt incrementa quotq́ numero usq́ ad C. Cæsaris tempora fuerunt superius tertij libri initio diximus. reliquas nunc senatorij muneris partes discutere aggrediamur. C. Cæsarem scribit Macrobius tam multos in senatu admisisse, ut quatuordecim gradus eos non tenerẽt. Et Suetonius addit, ipsum decem prætorijs uiris consularia ornamenta prębuisse. De Augustoq́ idem Suetonius habet. senatorum affluentẽ numerũ deformi & incõdita turba (Erant enim supra mille & quidam indignissimi quos abortiuos uulgus uocabat) ad modũ pristinũ, & splendorem redu xit: duabus lectionibus, prima ipsorũ arbitratu, quo uir uirũ legit, secunda suo & Agrippæ, quo tempore in senatu lorica sub ueste munitus, ferroq́ cinctus præsedit. quosdam ad excusandi se uerecundiam cõpulit, seruauitq́ etiã excusantibus insignia uestis, & spectandi in orchestra epulandiq́ publice ius. Vespasianũ uero dicit Suetonius amplissimos ordines & exhaustos cæde uaria & contaminatos ueteri negligentia purgasse, suppleseq́ recẽsito senatu & equite, submotis indignissimis, & honestissimo quoq́ Italicorũ & prouincialium allecto. quem Vespasianũ Cornelius Tacitus dicit multos præfecturis & procurationibus, plerosq́ senatorij ordinis honore præcoluisse. & Helius Spartianus Hadrianũ dicit senatus fastigiũ in tantũ extulisse, difficile faciens senatores, ut cum Arceniũ ex præfecto pretorij, ornamẽtis cõsularibus prędıtũ, faceret senatorẽ, nihil se amplius habere quod in eum cõferret ostenderit. Iuliusq́ Capitolinus habet Marcũ Antoninũ philosophũ multos ex amicis in senatũ allegisse cum ędilitijs aut prætorijs dignitatibus. Qui princeps etiã lege cauit, ut senatores peregrini quartam partem bonorũ in Italia possiderent. Et Helius Lampridius dicit Cõmodum Antonium qui uere dictus est omnibus incõmodus: Libertinos

Senatorũ numerus per C. Cæsarem auctus

Senatores ad numerum pristinum per Augustum reducti

Ordo senatorum per Vespasianum suppletus

Libertini in senatum allecti per cõmodum

tinos in patricios atq; in senatum allegisse. Iulius uero Capitolinus scribit de Helio Pertinace qui postea fuit imperator, eum adiutorem uexillis regendis Claudio Pompeiano datum, cum in eo munere approbatus esset, lectum fuisse in senatū. Cæteris autem omnibus Romanis imperatoribus præclarius egisse uidetur Heliogabalus: quem Helius Lampridius scribit, matrem suam in senatu rogari fecisse: quæ cum uenisset rogata à consule subsellium scribendo affuit, id est senatusconsulti faciendi testis. Fecit autem idem spurcissimus uir in colle quirinali senatulū, id est mulierū senatum, & Semiramiana facta sunt cōsulta senatus, de legibus matronalibus: quæ quo uestitu incederet, quæ cui cederet, quę ad cuius osculū ueniret, quæ pilento, quę equo, quæ saginario, quæ asino ueheretur, quæ carpento mulari, quæ bouū, quæ sella ueheret, & cui eborata esset aut argentata. Et quæ aurum uel gēmam in calciamentis haberet. cōtrario aūt modo & forma in hac re, sicut in cæteris magna usus est modestia & grauitate Alexāder Māmea genitus Christiana, quē Helius Spartianus scribit: senatores non nisi ex summorū in palatio uirorū suffragijs fecisse, dicens magnū uirum oportere esse qui faceret senatorē. Nec indigne sic dixit Alexander, cum magna fuerit dignitas autoritasq; senatus, Cicero philippicorū sexto, Siquidē autoritas senatus, decus, honestatem, laudem, dignitatem desiderat. & idem oratione pro Rabirio, summum in senatu consilium. Vnde Helius Spartianus Antonium pium dicit senatui tantum detulisse imperatorem, quantum etiam si priuatus esset deferri sibi uel ab alio principe optauit. & Iulius Capitolinus de Antonino philosopho. nec quisquā principum senatui amplius detulit: quem Spartianus dicit Alexandrum supradictum claui qualitate ab equitibus Romanis discreuisse. Alias etiam senatores habuere consuetudines, quibus à cæteris ordinibus separabantur. nam Aulus Gellius scribit: senatores qui currulem magistratum gesserant, curru honoris gratia in curiam uehi consueuisse: in quo sedes erat super qua considebant. & plurimi ex ipsis senatoribus pontifices erant. Vnde Cicero ad atticum, adhibebantur omnes pontifices, qui essent senatores. Augustus autem ut lecti in senatores religiosius & minore molestia senatorio munere fungerentur, sanxit, ut priusq; consideret quisq; thure ac mero supplicaret apud aram eius dei in cuius templo coiretur. & ne plusquam in mense bis senatus legitimus cogeretur: Kalendis & idibus: ne'ue Septembri & Octobri mense ullos adesse alios necesse esset quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent. duobus autem in casibus senatores nullis pignoribus aut alia ui adhibita cogi oportuit: aut cum de triumpho alicui concedendo: aut cum supplicatio decernenda esset. magnis enim uiris tunc mos gerendus erat, quod ambitiose senatores aut concedebant: aut summo conatu prohibere adnitebantur. Cicero Philippicorum primo. de supplicationibus referebat, quo in genere senatores deēsse non solent. Coguntenim non pignoribus, sed eorū quorū de honore agitur gratia: quod idem fit cum de triumpho refertur. Ita sine cura consules sunt, ut penè liberum sit senatori non adesse. In necessitatibus autem ciuitatis adesse cogebantur. Liuius x x v. Adeoq; in apparatum eius belli ciuitas intenta erat, ut P. Cornelius cōsul ediceret: qui senatores essent, quibusq; in senatu sententiam dicere liceret, quiq; in magistratu essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quàm unde eo die redire posset. Et mores ciuitatis non nullos senatores ob dignitatem non seruabant. Cicero oratione ad senatum habita in suo reditu: Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare uestem solebant: in meo periculo senatus mutata ueste fuit. Sed quod plurimi fuit aliquando obseruatum est in senato rem raro animaduerti. Helius Spartianus Hadrianum dicit iurasse in senatu, se nunquam senatorem nisi ex senatus sententia puniturum. quibus tamen multum detulerat Augustus, quem Suetonius scribit, die senatus nunquā patres nisi in curia salutasse: & quidem sedentes ac nominatim singulos, nullo se mouente: etiam discedens eo modo sedentibus uale dicebat. Claudius uero de maiore negotio acturus, in curia medius inter consulum sellas tribunitio subsellio sedebat. Et M. Antonius philosophus semper cum potuit senatui interfuit: etiam si nihil esset referendū: si Romę fuit. Si isq; aliquid referre uoluit, etiam de campania ipse uenit. Varia etiam de senatu diuersi autores habent. Quorum nonnulla sic ut sunt dispersa collegimus. Aulus Gellius dicit præfectum urbi latinarum causa, senatum habere posse, licet per ætatem nondum sit senator. Et Plinius senatum sub diuo fuisse habitum, cum esset nunciatum bouem loquutum fuisse: Valeriusq; senatum apud senaculum

Senatus mulierum ab Heliogabalo factus

Alexander mammeæ instituit ut senatores nisi è summatibus crearentur

Senatus autoritas

Senatores currules curru in curiam uehebantur

Augusti statutum ne plusquam bis in mense senatus cogeretur

Duobus tantū de causis senatores cogi non potuisse

In senatores raro animaduersum

Varia etiam de senatu

lum habitare consueuisse: ut cum à curia uocaretur præsto adesset. Cicero attico. Senatus & de prouincijs prætorum, & de legationibus, & de cæteris rebus decernebat, ut antequam rogatio lata esset, ne quid ageretur. & idem Lentulo: idibus Ianuarijs in senatu nihil est factum, quod dies magna ex parte cōsumptus altercatione cōsulis & Caninij. Item: Consules neq; concedebāt, neq; ualde repugnabāt: diem cōsumi uolebant. & infra: Senatus haberi ante Kalendas Februarias per legē papiam, id quod scis, non potest: neq; mense Februario toto, nisi perfectis aut reiectis legationibus. & Cicero Planco. Flagitare senatus instituit Cornutū, ut referret statim de tuis litteris. Ille se cōsiderare uelle. Cū ei magnū conuiciū à senatu cuncto fieret: quinq; tribuni plebis retulerūt. De senatoribus in genere multa sunt dicta. Nunc de eorū officio scribere incipiamus. Primū duobus modis Senatores in re posita consulebant: quidā enim sententiā uerbo & oratione dicebant, quidam pedibus in sententiam ibant: & uarias de utroq; modo sententias esse uidemus. De illis eñ qui sententiā oratione dicerent Vlpianus de senatoribus tractans sic habet. Senatores sic accipiendū est, eos qui à patricijs & cōsularibus usq; ad omnes illustres uiros descenderūt. Quia & hi soli sententiam in senatu dicere possunt. Et Plutarchus in problematibus contraria penitus opinione dicit: senatores alios patres uocant, alios patres conscriptos: quia primi à Romulo, alij additi & conscripti. uel quia qui sententiam dicunt, conscripti: qui non, solum patres uocati. De ijs etiam qui pedibus in sententiam irent uaria est opinio. Nam senatusconsulta quandoq; per discessionē fiebant sicut breui infra ostendemus, & qui locum deserentes in quo senatum ingressi consederant, ad loca accedebant, in quibus erant illi quorū sententiæ adhærebant, pedibus in sententiā ire dicebantur: quos inde pedarios senatores appellari non absurdū fuit. Sed Aulus Gellius aliam habet opinionem qui dicit: senatores qui currulem magistratū gesserant curru honoris gratia in curiā uehebantur, in quo sedes erat, super qua cōsidebant. Cæteri pedibus in curiam ueniebant. Inde pedarij senatores dicti. Et infra idem: Functi currulibus magistratibus, qui nondum à censoribus in senatum erant lecti, senatores non erant licet assiderent. Sed in sententias principum discedebant. Vnde Liuius de euntibus in sententiam libro quinto sic habet. exemplo nouos tribunos militares creatos esse, qui Kalendis Octobris magistratū acciperent. In quam sententiam cum pedibus iretur: & infra. cum omnes laudibus modo prosequentes eorum in sententiam pedibus irent. Item post prælium cannense, & iuramentum à Scipione extortum, non relinquendā esse Italiam sic est in Liuio. Cum in hanc sententiā pedibus omnes issent. Et Liuius libro XXIIII. Cōsules edixerūt, quotiens inde senatum uocassent, senatores; quibus in senatu dicere sententiā licet, ad portam capenā conuenirent. Et Cicero ipse querimoniā iniuriæ sibi illatæ in oratione quam in senatu post suū reditum habuit sic exponit. Cum præclarū caput recitaretur, nequis ad uos referret, nequis decerneret, ne disputaret, ne loqueret: ne pedibus in sententiā iret, ne scribendo adesset. Et idem Cicero ad atticum de rogatione ad populū in Clodiū lata scribens. Et enim illud senatusconsultum summa pedariorū uoluntate, nullius munerū autoritate factum. & infra: inde in sententiam pedarij cucurrerunt. Vnde adducor ut credam Auli Gellij sententiam de pedarijs non satis ueram esse: sed potius cum rogati sententiam pauci grauiores dixissent, alios multitudinem maximam, quosdam unius, quosdam alterius sententiam fuisse secutos, qui ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia pedarij sunt appellati. Quam opinionem nobis confirmat Suetonius, qui de Tiberio imperatore sic habet. Cum senatusconsultum per discessionem fieret, transeuntē eum in alteram partem in qua pauciores erāt, sequutus est nemo. Et Flauius Vopiscus de Aureliano principe. Deinde alijs manū porrigentibus, alijs pedibus in sententiam euntibus, plerisq; uerbo consentientibus conditū est senatusconsultum. Sentētia nunc quo rogaret modo dicendū est. Cicero legū secundo sic habet. Grauis & ut arbitror præclara lex sequitur: quæq; cum patribus agunt modica sunto, id est modesta atq; sedata. Actor enim moderat ea: fingit non mentē ac uolūtates, sed penè uultus eorū apud quos agit, quod in senatu difficile non est. Est enim senator ipse is cuius nō ad actorem refertur animus, sed quid per se ipse expectari uelit. Hinc iussa sunt tria, Vt adsit: nam grauitatē res habet quando frequens ordo est: Vt loco dicat, id est rogatus: Vt modo, ne sit infinitus. Nam breuitas nō modo senatoris, sed etiā oratoris magna laus est in sententia. Nec est unq; longa oratione utendū nisi spectante senatu, quod fit ambitione sæpissime

Senatum haberi ante Kalēdas Febru. nequiuisse

De senato rū officio

Pedarij senatores

Cōtra Gelliū.

Quo modo sententia rogaretur

ſæpiſſime. In ea autem lege ſtatutum eſſe uidemus ut nemo niſi rogatus diceret. Vnde Liuius XXII Senatus ſemotis arbitris cõſuli cœptus. ibi cum ſententijs uariaretur, T. Manlius Torquatus interrogatus ſententiam.

Qui in ſenatu prius ſententiã rogaretur

De ijs autem qui rogarentur Aulus Gellius ſic habet: ante legem, quæ de ſenatu habendo poſtea fuit, prius rogabatur qui à cenſoribus princeps in ſenatu lectus fuerat: alias qui conſules deſignati erant: quidam à cõſulibus extra ordinem rogabantur & ſenatoribus. C. Cęſar in conſulatu ſuo cum Bibulo quatuor rogauit: M. Craſſum, & poſt Pompeium, & poſt Catonem: quem cum nimis dicendo tereret diem, quia res ſibi non placebat, Cęſar capi & in carcerem duci iuſſit. Sed cum ſenatus eum in carcerem proſequeretur deſtitit Cæſar. Suetonius in Cæſaris uita. Eratq́ conſuetudo ut quem ordinem interrogandi ſententiam conſul Kalendis Ianuarij inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret. Et Aſconius Pedianus in oratione pro Milone. Cum aliquis in dicenda ſententia duas pluresue res complectitur, & ſi non omnes comprobantur, poſtulat ut diuidantur: id eſt de ſingulis rebus referatur. Cui ſententiæ concordat Seneca epiſtola XXI Quod fieri in ſenatu ſolet, faciendum in philoſophia quoq́ exiſtimo. Cum cenſuit aliquis quod mihi ex parte placuit: iubeo illum diuidere ſententiã, & ſequor. Cicero Lentulo. Cum ſententia Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent, Hortenſij ut tu ſine exercitu reduceres: tertia Vołcatij ut Pompeius reduceret, poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia diuideretur. quod autem ſupra pro parte diximus & infra dicere polliciti ſumus,

Sententia per diſceßionem

ſententiã per diſceſſionem dici, uel potius ab aliquo dictam approbari conſueuiſſe, Sic oſtendit Cicero in oratione, Qui cum gratia effeciſſet ut ſua ſententia prima pronunciaretur, frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit: meæq́ ſententiæ, quæ ſecunda pronũciata erat, cum frequens aſſentiretur ſenatus. & Lentulo idem Cicero. Nemo eſt enim qui neſciat quo minus diſceſſio fieret per aduerſarios tuos eſſe factum. Legibus ſupradictis quas ſupra à Cicerone attulimus de frequentia & breuitate: aliam quoq́ impoſitam habuerunt ſenatores omniũ quæ excogitari potuerint, maiorem melioremq́, quam idem Cicero ad prædictarum expoſitionem infra ſupradictum locum poſuit in hęc uerba. Cauſam populi tenero. Et ſenatori neceſſarium noſſe rem P. idq́ late patet. Quid habeat militum, quid ualeat ærario: quos ſocios res P. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſq́ ſit lege, conditione, fœdere: tenere conſuetudinem decernendi, noſſe exempla maiorum.

Princeps ſenatus

Principem in ſenatu qui ſcilicet primus à conſule ſententiam rogaretur cenſores creabant. De quo Liuius XXXVIII: cenſores T. Quintius Flaminius & M. Claudius Marcellus ſenatum perlegerunt: princeps in ſenatu tertium lectus P. Scipio Aphricanus. Plinius. una Fabiorum familia, in qua tres continui principes ſenatus fuere. M. Fabius Ambuſtus, Fabius Rutilianus filius Q. Fabius Gurges nepos. & Flauius Vopiſcus in Aureliani geſtis rebus. Tunc ſurrexit primæ ſententiæ, Vlpianus Syllanus.

Taciturnitas archanorum

Taciturnitatem arcanorum ſenatuſconſultorum fuiſſe cuſtodem Valerius ſic dicit. Arcana conſilia patrum nemo enunciauit. Q. Fabius Maximus de tertio bello punico indicendo cum P. Craſſo ſenatori extra ſenatum dixiſſet, à conſule obiurgatus eſt. Taciturnitas enim optimũ uinculum adminiſtrandæ rei P. Cum Eumenes rex rei P. nunciaſſet bellum à Perſe, illud prius profligatum eſt, quàm inchoatum eſſe, in urbe eſt reſcitum. Et Iulius Capitolinus in trium Gordianorum geſtis rebus. Exemplum ſenatuſconſulti taciti non aliud eſt hodie, quàm quod conuocatis maioribus, ea diſponuntur, quæ non ſunt omnibus publicanda.

Senatuſconſulta concluſa corã his qui decreuerãt ſcribebantur

T. littera

Conſulta ſenatus de quibus tam multa diximus, cũ eſſent concluſa coram ipſis qui decreuerant ſcribebantur, & cum ſedens ad loci in quo ſenatus habebatur fores tribunus plebis, prout in illius partibus breui infra dicemus T. litteram ſubſcripſiſſet, deferebant ad ærariũ, ubi in libris elephantinis ad id inſtitutis ſcripta conſeruabant. de qua cõſeruatiõe Cicero in epiſtola ad Q. Metellũ Celerẽ. Iam illud ſenatuſconſultũ quod eo die factũ eſt, ea perſcriptione eſt, ut dum id extabit, officiũ meũ in te obſcurum eſſe nõ poſſit. Ex quo Cicerõis textu intelligi poteſt, in ſcribendis ſenatuſcõſultis appoſita etiam fuiſſe eorũ ex ſenatoribus, qui autores fuerãt, nomina. Et tertia in Catilinam oratione Cicero: dictæ ſunt à principibus acerrimæ ac fortiſſimæ ſententiæ, quas ſenatus ſine ulla mora eſt cõſequutus: & quoniã nondũ eſt perſcriptũ ſenatuſconſultũ.

Libri elephantini

De libris autẽ Flauius Vopiſcus ſyracuſanus in Taciti imperatoris uita: habet bibliotheca ulpia in armario ſexto librũ elephantinũ, in quo hoc ſenatuſconſultũ ſcriptum eſt, cui Tacitus ipſe

manu

manu sua subscripsit. Nam iam diu hæc senatusconsulta quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis scribebantur. Petijt aliquando à nobis uir summus & eiusmodi rerum Romanarum diligentissimus inquisitor Prosper columna cardinalis, qualem mercedem senatores ad uitæ sustentationem habuerint: cui quod respondimus & scribere non recusamus, uideri nobis primos illos integræ & nondum oppressæ rei pub. senatores patrimonio contentos gratuitam patriæ operam impendisse, cuius rei maximo nobis argumento est paupertas multorum ex eo collegio in morte ostensa, quos publico sumptu, uel collatis in capita nummis efferri oportuisse infra ostendemus. erãt tamẽ ex ipso senatu nõnulli oratores, qui non abunde diuites esse non poterant. Et multi ex eo collegio imperia pro uinciarumq; administrationes facilius cæteris obtinebant, quibus in muneribus opes augere facillimum fuit. A principibus uero multos ex senatu adiutos opibus & censu uidemus. Nam Suetonius de Augusto. Senatorum censum ampliauit ac pro octingentorum milium summa duodecies sestertium taxauit, suppleuitq; non habentibus. & de Vespasiano. Expleuit censum senatorum, consulares inopes quingenis sestertijs annuis sustentauit. Magna hactenus ostendẽdæ rei publicæ administrationis formæ iecimus fundamenta, qui magistratuũ urbis primariorum deligendi modum, & senatusconsulti formã conficiendi ostendimus. Ad alia nunc ueniamus pariter magna, magistratusq; alios & magnos, & minores tam ueteres q̃ nouissimos, etiam à principibus institutos edoceamus, ut alias partes rei pub. administrationis, in quibus horum magistratuũ sæpe incidit mentio, apertius declarare possimus. Triumuiri triplices fuere. Liuius XI Triumuiri capitales tũc temporis creati: de quibus sic habet Pomponius de origine iuris. Triũuiri capitales constituti sunt, qui carceris custodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret interuentu eorum fieret. Alij fuere triumuiri: de quibus in XXIII. Liuius: Triumuiri mensarij creati sunt. Iiq; nummularij & monetæ omnis generis & formæ cusoribus præerant. tertij fuere triumuiri nocturni: de quibus sic habet Cornelius Tacitus. M. Miluius, Cn. Iulius, L. Sextius triumuiri nocturni, quod ad incendium in sacra uia ortum tarde uenerãt, à tribuno plæbis die dicta dãnati sunt. & infra Tacitus. P. Biblius triũuir nocturnus à P. aquilone prætore accusatus, populi iudicio concidit, quia uigilias negligentius obierat. Quadruplices autem fuere præfecti. Pomponius de origine iuris. Præfectus urbis uocatur is quoties rei pub. magistratus proficiscuntur, & unus relinquitur qui ius dicat: qui præfectus olim constituebatur, postea uero latinarum feriarum causa introductus est, & quotannis obseruatur. idemq; Pomponius de secundis præfectis sic habet: præfectus annonæ & uigilum idem non sunt magistratus sed extra ordinem utilitatis causa constituti sunt. Et paulo post idem Pomponius de tertio præfecto multa sic dicit. præfectus uigilum cognoscit de incendiarijs & de fractoribus, furibus, receptatoribus, apud ueustiores incendijs arcẽdis triumuiri præerant, qui de eo quod excubias agebant nocturni sunt dicti. Interueniebant uero nõnunq; ædiles & tribuni plæbis. Erãt autẽ familiæ publicæ circa portam & muros dispositæ: unde si opus esset euocabantur. Fuerunt & priuatæ familiæ quæ incendia uel mercede uel gratia extinguerent. deinde Diuus Augustus maluit per se huic rei cõsulere, pluribus incendijs uno die exortis. Nam salutem rei pub. tueri nulli magis credidit conuenire, neq; alium sufficere ei rei q̃ Cæsarem. Itaq; septem cohortes opportunis locis constituit, ut binas regiones urbis unaquæq; cohors tueretur, præpositis ei tribunis, & super omnes spectabili uiro præposito qui præfectus uigilum appellabatur. Sciendũ est autem præfectum uigilum per totam noctem uigilare debere & currere calciatũ cum armis & dolabris, ut curam adhibeant omnes inquilinos admonere, ne per negligentiã aliquam incendij casus oriatur. præterea ut aquã unusquisq; inquilinus in cœnaculo suo haberet, iubetur admonere. Quartũ præfectum sic diffinit Modestinus de officio præfecti prætorio. cũ apud ueteres dictatoribus ad tempus summa potestas traderetur, & magistri equitum sibi adiungerẽtur, qui associati principali curiæ militiæ gratia, secundã post eos potestatẽ gererent, regimentis rei pub. ad imperatores perpetuos translatis, ad similitudinem magistri equitum præfecti prætorio à principibus electi sunt, data eis pleniore licentia ad disciplinæ publicæ emendationem. His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, ut appellari à præfectis prætorio non possit. Et Cornelius Tacitus in Neronis rebus gestis. Nã Augustus permisit senatui, deinde habitu suffragiorũ suspecto, præfecti

Census senatorum per Augustum ampliatus

Triumuiri capitales

Triumuiri mensarij

Triumuiri nocturni

Præfectus urbis

Præfectus annonæ

Præfectus uigilum

Triumuiri nocturni

Familiæ publicæ & priuatæ circa muros urbis dispositæ

Officiũ præfecti uigilum

Præfectus prætorio

prætorio forte ducebantur ex numero prætorũ. Aliũ magistratũ XXV Liuius sic osten-dit. Creati sunt quinq; uiri muris reficiẽdis. Et magistratũ appellari posse dicemus, Fœcia-les, quos M. Varro de lingua latina fœciales dictos uult, q; fidei publicæ inter populos præerant. Cicero autẽ legum primo: fœderũ, pacis, belli, induciarũ oratorũ, fœciales iudi-ces sunto. & Liuius in secundo. Tullius Hostilius rex, fœciales, paterpatratus, interuene-runt in fœdere trigeminorũ, ut utri ex Romanis Albanisq; uicissent, suum populũ alteri dominũ facerẽt. quibus in Liuij uerbis de alio magistratu fit mentio, patrepatrato scilicet: de quibus Plutarchus in problematibus. Fœcialibus sacerdotibus qui fœderibus facien-dis præsunt: paterpatratus præest, inde dictus q; ipse pater patrem haberet, sicq; filijs pro-uideret, & patrem consuleret: cuius officij magistratus formã Liuius sic diffuse narrat. Cre auit autẽ M. Valerius primus fœcialis. Spurium Fusium primũ patrempatratũ, eo bello quod Tullius Hostilius cum priscis latinis gessit: uerbenis caput capillosq; tangens. alias præterea partes, ablata scilicet ab hostibus repetendi patripatrato dedit. Formulaq; hæc fuit: legatus itidemq; paterpatratus ubi ad fines hostium uenit, unde res repetũtur, capite uelato (filũ autẽ lanæ uelamen erat) Audi Iuppiter inquit; audite fines (cuiuscũq; sint gen-tis nominat) audiat fas. Ego sum publicus nuncius Romani populi, iuste pieq; uenio lega tus, meis uerbis fides sit. peragit deinde postulata, inde Iouem testem facit. Si ego iniuste impieq; illos homines illas res dedi populo Romano, mihiq; exposco: tum tu patriæ me cõpotem nunq; sinas esse: hæc dicit cũ fines supra scandit: hæc quicunq; ei primus obuius fuerit: hæc portã ingrediens: hæc forum ingressus. Si non deduntur quæ exposcit, diebus tribus & triginta (tot enim solennes sunt) peractis: bellũ ita indicit: Audi Iuppiter & tu Iu-no: Quirine dijq; omnes cœlestes: uosq; terrestres: uosq; infimi audite: ego uos testor po-pulum illũ (quicunq; est nominat) iniustum esse, neq; ius persoluere. Sed de istis rebus in patria maiores natu cõsulemus, quo pacto ius nostrũ cõsequamur & adipiscamur. cum is nuncius Romam ad consulendũ uenit, confestim rex, dictator, consul siue quiuis alius se-natum habuerit: ex his fermè uerbis senatũ consulit. Quarum rerũ, litium, causarũ, condi-xit paterpatratus populi Romani quiritum patripatrato Priscorũ latinorũ hominibusq; priscis latinis: quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec soluerunt, quas res dari, solui fieri oportuit: dic inquit ei qui primã sententiam rogabatur quid censes: tum ille puro pioq; du ello quærendas censeo, itaq; consentio consciscoq;. Inde cæteri ordine rogantur: quando pars maior eorũ qui aderant in eandem sententiã ibant, erat consensu fieri solitũ ut fœcia-lis hastæ iactu, ut dictũ, bellum indiceret. Sed ad fœcialem redeundum est. De quo Liuius XXV. Consul deinde M. Attilius ex senatusconsulto ad collegiũ fœcialiũ retulit, ipsi ne utiq; regi indiceretur bellũ: an satis esset ad præsidium eius aliquod nunciare. Fœciales re sponderunt. Iam ante sese cũ de Philippo consuleretur hoc respondisse, nihil interesse ipsi coram, an præsidio nunciaretur. Decemuiratũ in hac magistratuũ parte tractãda, posituri non fuimus, nisi originem legum decem tabularũ narrare libuisset, quarum legũ mentio-nem crebram à nobis infra fieri oportebit. Est autẽ apud Liuium libro tertio. Anno urbis conditæ CCCL mutata urbis forma regiminis à consulibus ad decemuiros. Vnicus de-cem diebus summã habuit rerum, alij nouem accensi: de quo uerbo priusq; ulterius ad de-cemuiratum progrediamur dicere uolumus: prout tamen in partibus militiæ copiosius di cemus. Accensi fuerunt principaliter ad rem militarẽ animum applicantes, qui cõscriptis legionibus cum in illis tribunatũ, præfecturam, quæsturam aut alium officij locũ obtinere nequiuissent, à senatu & imperatore belli delecto & à censoribus impetrabant mitti cum eisdem legionibus, sine sacramento militiæ ac sine stipendij alicuius spe. qui etiam nulli in bello muneri alias q; uellent obligabãtur, nec sine sacramẽto si uoluissent pugnare in ho-stem poterant, aut ipsi etiã uolebant, armis omnino carentes. sed cũ castra milites metaren tur, cũ acies in præliũ directa esset, cũ res cõmunis armis gereretur, arma, instrumẽta, com meatum, ad imperatoris nutũ accensi subministrabãt, uulneratos retrahebãt curabantq;. quos imperator si officiosos & bene meritos iudicasset, in cadentiũ locũ succedere iussos, arma mortui aut letaliter uulnerati induere, & sacramento adigi permittebat. quo exem-plo dixit Liuius nouẽ decẽuiros decimo nõ collegas per dies decẽ, sed accẽsos, id est obse-quiosos fuisse. quod exemplũ etiã in magistratibus seruatũ fuisse uidemus, ut qui cũ pro cõsule aut prætore ut mitterẽtur obtinere nequiuerãt, ad magistratus demerẽdi spem pro accensis

Quinq; uiri.

Fœciales

Pater patra-tus

Fœcialis

A consulibus ad decẽuiros regimẽ urbis delatum

Accensi

Nouẽ decẽui-ros decimo p dies x. accen-sos fuisse non collegas

accensis accederent. Vnde Cicero de administratione Asiæ ad Quintum fratrem. Accensus sit eo numero quo eum maiores nostri esse uoluerunt, qui hoc non beneficij loco, sed laboris ac muneris non temere nisi libertis suis deferebant, qui illis quidem non multo secus ac seruis imperitabãt. Sed ad decemuiros: Plæbe Romana quandoq; ob creandos de plæbe magistratus, quandoq; ob ferendã legem de soluẽdo nexos à fœneratoribus, quandoq; de cõnubio patrũ, quandoq; ob legem agrariã: omnia tumultu inuoluente, leges extraneas cũ domesticæ non satisfacerent, accersiri placuit. Ieruntq; tres athenas qui tertio redeuntes anno leges scriptas retulerunt, comitijsq; centuriatis decemuiri dictis promulgãdis legibus creati sunt, à quibus nullã esse prouocationẽ temere cõcessum est. Qui cum abstinere à patribus cœpissent, libidine in minores debachati sunt, & tandem primis decem tabulis comitijs centuriatis promulgatis & acceptis, alias decem retinendi decemuiratum auiditate promulgare parabant: effecissentq;, nisi nunciatũ à Sabinis Aequisue bellum interpellasset. Nam delectu habito decemuiri in bellũ prodierũt: quod dum geritur Appius Claudius decemuirũ unus Virginiam Lucij Virginij filiã diuersis artibus stupre aggressus est: eoq; res processit, ut Appius tumultũ in populo concitum timens obuoluto capite effugerit, plæbsq; in auentinũ secedens, tribunos plæbis, de quibus supra est dictum, creauit. Reditumq; est ad consules aliosq; insuetos administrandæ rei pub. magistratus. Alij quoq; decemuiri quietis Romæ rebus fuere litibus cognoscendis deputati. Nam cum bellorũ munera cæteris magistratibus nõ sufficientibus, ad prætores deferrẽtur, quorum administratio iuris munus præcipuũ fuit, creati decemuiri sunt, qui ius in urbe dicerent, prætorumq; partes eo tempore gererent: quos decemuiros litium adiudicandarũ appellarunt. Ex quibus decemuiris fuisse credimus Ciceronẽ dum Bruto in hæc uerba scribit. Namq; idem Segulius Veteranus quod tu & Cæsar in decemuiris non essetis: utinam ne ego quidem essem. per quod idem tempus quatuor uiri creari sunt, qui uiarũ curam haberent: ac etiam tres uiri monetales auri argentiq; conflatores, ad quorũ quidem officium curare pertinuit numismata probo auro argentoq; & iusto pondere cudi. Quod autẽ supra de accenso est dictũ: de apparitore dicamus suadet, quem magistratibus comitẽ datũ fuisse constat: in eoq; solum inter se differebant, q accensus nullum, apparitor aliquod (licet paruũ) à re pub. salariũ percipiebat. Cicero in Verrẽ actione quinta. Tuus apparitor parua mercede populi cõductus. Et ad Quintum fratrem Asiæ proprætorem scribens Cicero. Atq; inter hos eos quos tibi comites & adiutores negociorum publicorum dedit res pub. duntaxat finibus his præstabis, quos ante perscripsi: quos uero aut ex domesticis coniunctionibus aut ex necessarijs apparitoribus tecũ esse uoluisti, qui quasi ex cohorte prætoria appellari solent, horũ non modo facta sed dicta præstanda sunt. quãdo autẽ his minutioribus manum apposuimus, multa quæ sub principibus addita & innouata sunt dicemus. Suetonius asserit Augustũ Cæsarẽ noua officia excogitasse: Cura operũ publicorũ, uicorũ, aquarũ, aluei tyberis: frumenti populo diuidendi, præfectura urbis, Triumuiratu, legendi senatum & recognoscendi turmas equitum officio nouis magistratibus demandato. Domitianus autẽ magistratibus urbicis prouinciarumq; præsidibus coercendis, tantũ curæ adhibuit, ut neq; modestiores unq̃ neq; iustiores extiterint. Hadrianus autẽ fisci aduocatum primus instituit. Et Antonius pius philosophus prætorem tutellarẽ primus fecit: cum ante tutores à consulibus poscerentur. Et ne Alexandri seueri uirtus in obscuro post prædictas principũ laudes lateat, unũ de eo præclarũ dicere libet, quod nostris temporibus seruari optandũ esset. Helius enim Spartianus ipsum inquit iudices cũ promoueret, exemplo ueterũ & argento & necessarijs instruxisse: ita ut præsides prouinciarũ acciperent argenti pondo uicena: sellas senas: mulas binas: uestes forenses binas, Domesticas binas: balneares singulas: coquos singulos: aureos centenos. Et si uxores nõ haberent singulas concubinas, q sine his esse non possint: reddituri posita administratione mulas, equos & muliones & coquos: cætera sibi habituri, si bene gesserãt: in quadruplo reddituri, si male, præter condemnationẽ aut peculatus aut repetundarũ. Et de imitatione ueterũ, de qua superius dicitur, sic habet Cicero quinta in Verrem actione. Neminẽ qui cum potestate ex legatione in prouinciam esset profectus tam amentem fore putarũt, ut emeret argentũ: dabatur enim de publico (ut noscis) præbebatur etiã legibus mancipiũ. Legũ originẽ præ sertim XII tabularum paulo supra dicere cœpimus, quæ materia omni ex parte cognitu

Decemuiri

Decemuiri alij ad lites cognoscẽdas

Quatuor uiri praerant uijs

Tres uiri monetales

Apparitor

Aduocatus fisci

Prætor tutellaris

Institutũ Alexãdri Seueri

Argentũ ex publico proficiscenti in prouinciam

dignissima, maxime illa ratione hoc in opere diligẽtius tractanda est, ꝙ iudicia & publica & priuata quo haberentur modo cum dicere instituerimus, leges, plæbiscita, rogationes, & alia inde nascentia prius declarari oportere intelligimus: De ipsis autem legibus hoc in loco non est animus ita dicere tanꝙ si nũc ederentur, aut à legum latoribus quæ sunt scriptæ sumerẽtur: nam id esset infinitum. Sed ipsæ rerum summæ & de his rebus quæ maiori ex parte iam pridem obsoluerũt à uetustissimis scriptoribus sumentur. prima tamen nobis diligentia erit à quibus & quo tempore & quem in finem latæ fuerint indicare: à Liuio

De legibus oꝗ incipiemus qui libro primo. Romulus iura dedit quibus populi in unum corpus coalescerent: & libro secundo de Valerio publicola: leges tulit de prouocatione ad populum aduersus magistratus: de sacrando cum bonis capite eius qui regni occupandi consilia inisset. & infra. T. Tremelio. C. Veturio consulibus missi legati Athenas, iussiꝗ inclitas leges Solonis describere, & aliarum græciæ ciuitatũ instituta moresꝗ iuraꝗ noscere. Item infra: centuriatis comitijs leges decẽ tabularũ sunt latæ. Duæ tabulæ primis additæ. Lex centuriatis comitijs prima à populo lata est, ut quod tribunus plæbis iussisset populus teneret. aliã deinde de prouocatione cõmuniunt, sanciendo ne quis ullũ magistratũ sine pro

Pœna nocentium magistratibus uocatione crearet, quisquis creasset ius fasꝗ eum esset occidi. ne ue ea cædes capitalis noxæ haberetur: sacrosanctam tribuni fecerunt: sanciendoꝗ ut qui tribunis plæbis, ædilibus, iudicibus nocuisset: eius caput Ioui sacrum esset, familia ad ædem Cereris liberi liberæꝗ uenum irent. Et de ambitu à C. Petilio tribuno plæbis auctoribus patribus: tum primũ ad populum latum est, eaꝗ rogatione nouorum hominum ambitionem qui nundinas, & conciliabula obire soliti erant, compressam credebant. P. Philo dictator tres leges aduersas nobilitati, plæbi secundissimas tulit: tulit ut plæbiscita omnes quirites tenerẽt, Legum quæ comitijs centuriatis ferrentur ante initũ suffragium patres auctores fierent. Alter ex plæbe censor crearetur. Et Liuius decimo. Lex de prouocatione tertio facta. Porcia lex sola pro tergo ciuium lata, quæ grauem pœnã si quis uerberasset necassetue ciuem Romanum sanxit. Ad quid autẽ leges prædictæ & aliæ, de quibus quandoꝗ dicendũ erit, fuerint conditæ, simul cum iuris & iusticiæ partium declaratione dicendũ est. Cicero legum secũdo. Rei pub. leges, iusta imperia sunto. Hisꝗ ciues modeste & sine recusatione parento. Liuius nono. Vbi duæ leges sunt semper antiquæ abrogat noua. Et Cicero in legibus: omnium quæ in omniũ doctorum disputatione uersantur, nihil est profecto præstabilius ꝙ planè intelligi nos ad iusticiam esse natos. Cui sententiæ alia eiusdem Ciceronis decimo philippicorũ concordat. Est enim lex nihil aliud nisi recta & à numine deorũ tracta ratio, imperans honesta: prohibens contraria. & magis magisꝗ congruit: quod idem Cicero in oratione pro Aulo Cluentio habita sic dicit: Vt corpora nostra sine mente: sic ciuitas sine lege suis partibus & neruis ac sanguine & membris uti non potest. Legum ministri magistratus: legum interpretes iudices: legum deniꝗ idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. Et quando à legibus ius ciuile ortum habet, Cicero pro Aulo Cecinna, Qui ius ciuile contemnendũ putat: is uincula reuellit non modo iudiciorũ sed etiã utilitatis uitæꝗ cõmunis. Est enim ius ciuile quod neꝗ inflecti gratia, neꝗ perfringi potentia, neꝗ adulterari pecunia possit: quod si nõ modo oppressum, sed etiã desertũ aut negligentius asseruatum erit, nihil est ꝙ quisꝗ sese habere certum aut à patre acceptũ, aut relicturũ liberis arbi

Ius tretur. Sed Vlpianus de iusticia & iure. Ius à iusticia appellatũ est. Nam & eleganrer Celsus diffinit. Ius est ars æqui & boni, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Iusticiam namꝗ colimus: & boni & æqui noticiã profitemur, æquum ab iniquo separantes: licitum ab illicito discernentes: bonos non solũ metu pœnarum, uerum etiam præmiorũ quoꝗ exhortatione efficere cupientes: ueram (nisi fallor) philosophiam non simulatam affectantes.

Ius publicum publicum ius in sacris & sacerdotibus & in magistratibus consistit. Primarium ius tripar

Ius primariũ titum est: collectũ est enim ex naturalibus præceptis aut gentiũ, aut ciuilibus. Ius naturale

Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non solũ humani generis propriũ

Ius gentium est, sed omnium animaliũ quæ in terra mariꝗ nascuntur: auium quoꝗ cõmune est. Ius gentiũ est quo gentes humanæ utũtur: quod à naturali procedere facile intelligere licuit: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se cõuenit: Velut erga deũ religio: ut parentibus & patriæ pareamus: ut uim atꝗ iniuriam propulsemus. Nam iure hoc conuenit: ut quod quiꝗ ob tutelam corporis sui fecerit: iure fecisse existimetur, & cum

inter

inter eos coniunctionem quandam natura constituerit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse iure gentium. Hermogenius de iure item & iusticia. Iure gentium introducta sunt bella: discretæ gentes: regna condita: dominia distincta: agris termini positi: ædificia collata: cõmercia: emptiones: uenditiones: locationes: cõductiones: obligationes institutæ, exceptis quibusdam, quæ à iure ciuili introducta sunt. Vlpianus: Ius ciuile est quod ex legibus: plæbiscitis: senatusconsultis: decretis principum: auctoritate prudentium uenit, Ius prætorium autem quod prætores introduxerunt, adiuuandi, uel supplendi, uel corrigendi iuris gratia propter utilitatẽ publicam, quod & honorarium dicitur ab honore prætoris sic nominatum. Nam & ipsum ius honoratũ quasi uiua uox iuris ciuilis est. Ne autem omnia hic cumulemus, quæ iuris ciuilis codices habent, hoc solum ex Pomponio addemus. Ius autem proprium est quod dicitur ciuile, aut sine scripto, quod consistit in sola prudentium interpretatione: ut sunt legis actiones quæ formam agendi cõtinet: ut plæbiscitum quod sine auctoritate patrum est constitutum, aut magistratuũ edictum, unde ius honorarium nascitur: aut senatusconsulta, quod solum senatu consentiente inducitur sine lege: aut est principalis constitutio, ut quod ipse princeps cõstituit, pro lege seruetur. Et Martianus legumlator elegantissimus hanc legum commendationem à græcis affert, quæ plurimi facienda est. Lex ut Demosthenes orator diffinit, est cui omnes homines decet obedire propter multa, & uaria: & maxime quia in omnes lex est, inuentio quidem ac donum dei, dogma autem omnium sapientium, correctio omnium uoluntariorum & nõ uoluntariorum peccatorum, ciuitatis compositio cõmunis, secundum quam omnes decet uiuere qui in ciuitate sunt. Et philosophus summæ stoicæ sapientiæ Chrysippus sic incipit librum suum quem fecit. Lex est diuinarum & humanarũ rerum noticia: oportet autem eam præesse & bonis & malis: & principem & ducem esse: & secundum hoc regula est iustorum & iniustorum, & eorum quæ natura licita sunt, præceptorũ quidem faciendorũ, & prohibitorum non faciendorũ. Sed iam plæbiscita ostendamus: rogationes & sanctiones, & quæ legum species extiterunt. Aulus Gellius. Lex est generale iussum populi aut plæbis rogante magistratu. Plæbiscitũ lex quam plæbs non populus accipit: & dictæ sunt rogationes, quia nisi populus aut plæbs rogetur, nõ fieret. Priuilegia priuatæ personæ concessa. Pomponius de origine iuris de plæbiscitis sic habet. Cum esset in ciuitate lex duodecim tabularum, & ius ciuile esset, & leges & actiones, euenit ut plæbs in discordiam cum patribus perueniret & secederet, sibiq; iura constitueret, quæ iura plæbiscita uocantur. Mox cum reuocata est plæbs, quia multæ discordiæ nascebãtur de his plæbiscitis, placuit ea obseruari lege Hortensia: & ita factum est, ut inter plæbiscita & legem species conficiendi interesset, potestas autẽ eadem esset. Deinde quia difficile plæbs cõuenire cœpit, populus certe difficilius, præ tanta turba hominum, necessitas ipsa curam rei pub. ad senatũ deduxit. Ita cœpit senatus se interponere: & quicquid constituisset obseruabatur. Idq; ius appellabatur senatusconsultũ. Rogationem esse dicit Festus Pompeius cum populus consulitur de uno pluribusue hominibus, quod non ad omnes pertinet, & de una pluribusue rebus: de quibus non de omnibus sanciatur. Nam quod in omnes homines resue populus sancit, lex appellatur. Liuius VII: in sequẽti anno C. Martio, C. Manlio cõsulibus de unciario fœnore à M. Duellio, L. Veturio tribunis plæbis rogatio est perlata, & plæbs aliquanto eam cupidius sciuit accepitq;. Plutarchus in Pompeij uita. Catulo uiro clarissimo de Pompeio rogationi ne mari præficeretur aduersante: primũ tacuit plæbs, sed postea dicenti parcendũ esse huic uiro, & si eũ amisissent in quo spem reposuissent suam: respondit: in te. Et post adeo indignatione cõmota clamauit plæbs Pompeium præfici, ut coruus superuolans ceciderit. Cicero Lentulo: cumq; Metellũ unius tribuni plæbis rogatio: me uniuersa res pub. duce senatu, comitante Italia, reuocasset. Et item Cicero ad Quintũ fratrẽ. Sed magna manus piceno & gallia expectatur: ut etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo resistamus. Quo aũt modo plæbiscita, & rogationes, & sanctiones, de quibus breui post dicemus, in tanta populi multitudine suã haberent conficiendi formã, pulchrũ atq; etiam necessariũ est nosse. Nouissime enim credimus multos qui supra legerint, plæbem ita clamasse uno constantiq; tenore, ut coruus superuolans ceciderit: licet uero id tũc & aliquando alias ob nimiam populi affectionẽ acciderit: tamen in cæteris ordo hic erat: qui populũ rogaturi erant cõsules aut tribuni sedilia in locũ ordine locãda afferri curabãt,

Ius ciuile *Ius pretoriũ quod & honorarium* *Ius proprium* *Lex* *Lex* *Plebiscitum* *Rogationes* *Priuilegia* *Senatusconsultum* *Rogatio* *Quomodo rogatio fieret*

Pontes inter quorum ordines maiora quædã fuerunt tabulata, pontes appellata, per quæ uiatores & apparitores publice deputati euntes redeuntesq́, tabellas perferebãt singulis dandas ex ijs qui consederant. quas cum signatas recepissent ad tribunosq́ in suggestum retulissent, quid maior sciuisset pars attendebatur. Idq́ Cicero ad Atticum scribens sic indicat. Tribunus plæbis Fusius in cõtionem produxit Pompeiũ. Res agebatur in foro flaminio, & erat in eo ipso loco illo die nundinarũ celebritas. Piso autem consul lator rogationis idem erat dissuasor. Operæ Clodianæ pontes occuparant, tabellæ ministrabãtur, ita ut nulla daretur nisi spondenti: hic tibi in rostra Cato aduolat: conuicium Pisoni consuli mirificum facit (si id est conuicium) uox plena grauitatis, plena auctoritatis, plena deniq́ salutis. Accedit eodem noster etiam Hortensius. Multi præterea boni. Insignis uero opera Fauonij fuit. hoc concursu optimatũ comitia dirimuntur: senatus uocatur. cum decerneretur frequentissimo senatu cõtra pugnante Pisone, ad pedes omniũ sigillatim accedente Clodio,

Sanctiones ut consules populum adhortarentur ad rogationem accipiendam. De sanctione sic habet

Priuilegia Cicero in oratione pro Cornelio Balbo. primum sacrosanctũ nihil esse potest: nisi φ populus plæbsue sanxisset: deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis aut pœnæ: cũ caput eius qui cõtra fecerit consecratur. Et priuilegia priuatorũ leges fuisse uidentur: quæ XII tabularũ leges sustulisse sic Cicero legũ secundo innuit. De promulgatione de singulis rebus agendis tum leges præclarissimæ XII tabularum duæ: quarũ altera priuilegia tolli: altera de capite ciuis rogari cum maximo commodo uetat. In priuatos homines ferri leges uoluerunt. Id est enim priuilegium: ferri enim ac singulis centuriatis comitijs noluerunt. Hinc tractũ uidetur, ut principes postea cõces-

Diploma serint Diplomata, quæ singulariũ uirorum & uicorum priuilegia fuisse tenemus, Cicero: dictaturæ Cæsaris perpetuæ temporibus Cornelio Balbo Diploma statim non est datum: quod mirifica est improbitas in quibusdam qui tulissent acerbius. Pansa quidem mihi gratus homo & certus non solũ confirmauit, uerum etiã recepit perceleriter se allaturum diploma. & Cicero Attico. Et quia à pueris diploma sumpseris. Suetonius de Augusto: in diplomatibus libellisq́ & epistolis signandis initio sphinge usus est. Mox imagine magni Alexandri. nouissime sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare cæteri principes consueuerũt. & de Othone imperatore: Diplomatibus primisq́ epistolis suis ad quoldã præsides Neronis cognomen adiecit. Cornelius Tacitus in Vitellij rebus gestis. Causa fingendi fuit ut diplomata Othonis quæ negligebantur lætiore nuncio reualescerent. Et Cicero item pro Cornelio Balbo. Mitto diplomata tota in prouincia passim data. Asconius Pedianus proxima prædicta uocabula duo sic diffinit actione secunda in Verrem. Inter

Syngraphæ syngraphas & alia chirographa hoc interest, φ in cæteris tantum quæ gesta sunt scribi so-

Chirographa lent: in syngraphis etiam cõtra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata quoq́ pecunia, aut nõ integre numerata, pro temporaria uoluntate hominũ scribi solent. Et duo item alia prædictis aliqua ex parte similia uocabula Liuius octauo exhibet exponenda, fœdus scilicet & sponsionem: præsertim in populis Romano populo subigendis: nõ fœdere pax caudina, sed per sponsionem facta est. Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militũ: ubi si ex fœdere res acta esset, præterq̃ duorũ fœcialiũ nomina nõ extarent: & propter necessariã fœderis dilationẽ, obsides etiã DC equites imperati qui capite luerẽt, si pa-

Fœdus cto non staretur. Fœdus itaq́ erat quod Liuij principio descriptũ porca cæsa per duos po-

Sponsio puli Romani fœciales alicui populo fiebat. Sponsio autẽ cum petenti accipientiq́ aduersario aliquid solenniter est promissum: unde quod lõge supra ostendimus, ciuitates fuerũt multæ Romanis fœderatæ, & multæ per sponsionẽ in amicitiam acceptæ. Vnde Cicero pro Cornelio Balbo. In fœdere gaditano nil erat, nisi ut pia & æterna pax sit. de legibus & eis similibus multa diximus: quas leges abrogari cõstat potuisse, nec ullũ ne id fieri posset remediũ adhiberi. Cicero Attico. Scis enim Clodiũ sanxisse, ut uix aut omnino nõ possit, nec per senatũ, nec per populũ infirmari sua lex: sed uides nũq́ esse obseruatas sanctiones earũ legũ quæ abrogarẽtur: nã si id esset, nulla ferè abrogari posset. neq́ enim ulla est quæ nõ ipsa se sepiat difficultatibus abrogationis. Sed cũ lex abrogatur, illud ipsum abrogatur.

Lex agraria Legẽ agrariã ultimo seruauimus loco, quia de ea multi pleni sunt libri, & incendiũ magis urbi Romæ q̃ lex fuisse uidetur: cuius originẽ q̃ remotissimam sic libro secundo Liuius ostẽdit: Spurio Cassio, Publio Virginio cõsulibus agrũ hernicis ademptũ: tum primũ lex

agraria lata. & tamen libro duodesexagesimo Liuius Tiberij Gracchi perniciem ob eam
legem latam ostendit. cum enim Tiberius Numantiam accessurus per Thusciam trāsiret,
solitudine liberorū & seruorū inductione uisa à diuitibus facta, eam ferre legem animum
induxit, cuius rei causa id dedecus Roma incidit, ut Aphricanus Scipio Æmylianus lu/
men decus'q; gloria Romani nominis, quia plebis rabiem minus fouere sit uisus, noctu in
cubiculo credatur occisus: hanc uero agrariam fieri non oportuisse, si primæ leges duæ,
M. Curij prima, & Licinij secunda seruatæ fuissent. Curius enim post triumphos & terras *Lex Curij*
imperio additas, cēsuit perniciosum intelligi ciuē cui septē iugera agri satis nō essent, quæ
mensura plebi primum post reges exactos assignata fuit. Et Licinij Stolonis lex quingen/ *Lex Licinij*
ta iugera excedi uetuit, qua ipse prior fuit reus, quia filio subornato plus habuit. Iudicia *Stolonis*
post leges à quibus oriuntur ordine poni debent, quæ quantum ad nostram attinet inten/
tionem Vlpianus sic abunde nobis accumulat. Publica iudicia non omnia sunt, in quibus *Iudicia pu*
crimen uertitur, sed ea tantum quæ ex legibus publicorū iudiciorum ueniunt, ut Iulia ma *blica*
iestatis, Iulia de adulterijs, Cornelia de sicarijs & ueneficijs. Pompeia de parricidijs, Corne/
lia de testamentis, Iulia de ui priuata, Iulia de ui publica, Iulia ambitus, Iulia repetundarū,
Iulia de annona. & Paulus item iurecōsultus: Publicorum iudiciorum quædam capitalia *Iudicia ca*
sunt, quædam non capitalia. Capitalia sunt ex quibus pœna mortis aut exilium est: hæc *pitalia*
est, aqua & igni interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cætera
non exilia sed relegationes proprie dicūtur: tunc enim ciuitas retinetur. Nō capitalia sunt *Relegationes*
ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërctio pœna est. Hæc autē iudicia maiori ex *Iudicia non*
parte apud cētumuiros habita fuisse uidemus, de quo iudicio Festus Pompeius sic habet, *capitalia*
Centumuiralia iudicia à centūuiris dicta sunt. Nam cum essent Romæ trigintaquinq; tri/ *Centumuira*
bus quæ & curiæ dictæ sunt, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui cen/ *lia iudicia*
tumuiri appellati sunt, licet quinq; plures'q; centum essent, quo facilius nominaretur. Iudi
ciorum tamen summā Cicero pro domo sua ad pōtifices breuiter sic exponit. Hoc est de/
niq; proprium liberæ ciuitatis, ut nihil de capite ciuis aut de bonis sine iudicio senatus, aut
populi, aut eorū qui de quaq; re cōstituti iudices sint, detrahi possit: & infra, Moderata iu
dicia populi sunt à maioribus constituta, primum ut ne pœna capitis cum pecunia cōiun
gatur, deinde ne indicta de quis accusetur: ut ter ante magistratus accuset intermissa die
qua mulctam irrogat aut iudicet: quarta sit accusatio, trinundinū pro dicta die iudiciū sit
futurum. Et cum iudicijs litigium est cōiunctum, de quo Cicero in Verrem actione quin/
ta, Eiusmodi respublica debet esse, & erit ueritate iudiciorum constituta, ut inimicus neq;
nocenti deesse possit, neq; obesse innocenti. Quarum litiū actiones fuisse cōstitutas cum *Actiones*
alibi legumlatores, tum Cicero habet oratione pro Roscio Amerino in hæc uerba, Sūt iu *litium*
ra, sunt formæ de omnibus rebus cōstitutæ, ne quis aut in genere iniuriȩ, aut ratione actio
nis errare possit. Expressæ sunt enim ex uniuscuiusq; damno dolore incōmodo calamitate
iniuria publica hæc à prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur, de qua actione
idem Cicero pro Aulo Cecinna. At enim si prætor is qui iudicia dat nunquā petitori præ/
scribit qua actione illū uti uelit, Vera autē fuit uirtus Romana in qua nullus à iudicijs exi/
mi potuit. Liuius undequadragesimo, Duo Petilij diē Scipioni Aphricano dixerūt. Duæ
maximæ orbis terrarum urbes ingratæ uno tempore inuentæ sunt, Romana ingratior: si/
quidem uicta Carthago, uictū Hannibalem in exiliū expulit, sed Roma uictrix uictorem
Aphricanum expulit. Alij dicebant ciues, neminē unum tantū meruisse ciuem, ut debue/
rit legibus interrogari non posse. Nihil tam æquandæ libertati esse quàm potentissimum
quemq; posse dicere causam: & infra, Nō alius antea quisq; nec ille ipse Scipio consul cen
sor'ue maiore omnis generis hominū frequētia, q; reus illo die in forum est deductus. Plu/
tarchus in Gracchorū uita, Si quis capitali iudicio accersebatur & nō ueniret ad se defen/
dendum, tum eū domi ante ianuā cōsistens præco tuba citabat. Tātaq; fuit Romanæ ciui/
tatis grauitas, ut licet iudicio, sicut diximus, subijci possent omnes quantūuis maximi: nul *Nullum à pau*
lus tamen à paucis iudicibus etiā cētumuiris in exterminiū nisi per uniuersam ciuitatē, id *cis iudicibus*
est, comitijs adduci poterat. Cicero pro P. Sextio Satis legibus & duodecim tabulis sanci/ *potuisse cōde/*
tū est, ut de capite nisi cēturiatis comitijs rogari nō possit: & infra, Nō posse quēq; de ciui *mnari de capi*
tate tolli sine iudicio: de capite nō modo fieri, sed ne iudicare quēq; posse nisi cēturiatis co *tali pœna*
mitijs, Nonius'q; Marcellus scribit, Capital dici iudiciū periculū'q; capitis. Et Cicero pro *Capital*

Capitis periculum quid domo sua ad pontifices, quid esset id capitis periculum sic edocet. Qui erant rerum capitalium condemnati, noo prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò uertendi, hoc est, mutandi soli causa uenerat: id autem cum esset faciendum, nō ademptio ne ciuitatis, sed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant. quid uero fuerit hæc interdictio, de qua etiā supra legumlatores dixerunt, Festus Pompeius per similitudinē uetusti moris nuptiarum, de quo infra dicemus ostendit. Nouæ enim nuptæ quàmprimum mari- *Interdictio aquæ & ignis* ti domum ingrediebatur aqua & ignis à sponso per manus tradebatur, significāte omnem uitam de cætero utrique futuram communem, quod duobus illis elementis maxime humana indigeat uita: pariter ei quem Romana ciuitate pellebant, aqua & igni interdicebāt, eum communione omni ciuitatis priuatum significantes. Cicero Philippicorum primo, Et qui de ui, item de maiestate dānatus sit, aqua & igni interdicebatur. Plinius ad Cornelium Minutianum scribens, dicit eos quibus aqua & igni interdictum erat, caruisse omni togæ iure. Quid autem inter prædictam aquæ & ignis interdictionem, omniū maximam animaduersionem, & in exilium deportationem, & alias pœnas interesset aliqua ex parte dicendum est. *Exules* Exules Nonius Marcellus sic diffinit, Exules dicuntur extra solum. Sed *Exilium triplex* Martianus, Exilium triplex est, ut certorū locorum interdictio: aut lata fuga, ut omnium locorum habitatio interdicatur præter certum locum: aut insulæ uinculum, id est, relegatio in insulam. Et tamen aliquando cōiunctum fuisse uidetur exiliū aquæ & ignis interdictioni. Liuius XXV: plebiscitū in Posthumiū Pyrgensem publicanū. M. Posthumius si ante Calendas Iunias non prodisset, citatusq; eo die oō respondisset, neq; excusatus esset, uideri eum in exilio esse, bonaq; eius uenire, ipsi aqua & igni interdici. fuit etiā quoddam *Legatio libera* quasi uoluntariū exilium legatio libera, quæ nō nisi iurisconsultoribus atq; prætorijs concedebatur: ut scilicet ad aliquas euntes prouincias eis diffinitas, partē deferrent, in signum quibus magistratus utebātur: sicq; cum proprias curarent res, & interea ab æmulorum hostium'ue in repub. suorum conspectu parumper se subtraherēt, in honore apud prouinciales ac reuerentia erant. Cicero Quinto fratri Asiæ proprætori: illud autē quod cupit Claudius est legatio aliqua, si minus per senatū per populum libera, aut belatiū, aut broicarum, aut utrunq;. Item Cicero Attico, Dedi literas, legatione mihi opus est, honestior est uotiua. & habent liberæ legationes diffinitū tēpus lege Iulia: nec facile addi potest. Brutus Bruto suo & Cassio: Cū in his angustijs uersarer, placitū est mihi ut postularē legationē Liberam mihi reliquisq; nostris, ut aliqua causa proficiscēdi hooesta quæreretur: tamen paulo post futurum puto, ut hostes iudicemur, aut aqua & igni interdicatur. Cicero Cornificio. *Exilij genus* C. Anicius negotiorū suorum causa legatus io Africā legatione libera. Tertiū item genus exilij & quidem iustissimum fuit, de quo Suetonius in Tiberij uita sic habet, Fœminæ famosæ ut ad euitandas legū pœnas iure ac dignitate matronali exsoluerentur, lenocinium profiteri cœperant. Et ex iuuentute utriusq; ordinis profligatissimus quisq;, quo mious in opera scænæ harenæq; edenda S.C. teneretur, famosam iudicij notā sponte subibat. Eos *Pœnas pendere* easq; omoes ne quod refugiū in tali fraude superesset exilio affecit. Pœnas pendere qui pecunias cōdemnati soluebant, Festus Pompeius inquit: quia ob delictum pecuniā penso *Punitio Capitalis* ære pendebāt. Sed ob capitalia facinora quæ essent punitiooes Vlpianus de ædili edicto. Capitalem fraudem admittere est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniēdus *Fraus pro pœna* sit. Veteres eoim fraudem pro pœna ponere solebant. Capitalem fraudem admisisse accepimus, dolo malo & per nequitiā: cæterum si quis errore, si quis casu fecerit cessabit delictum. Vnde Pomponius ait, neq; puerum, neq; furiosum capitalem fraudem uideri admisisse. Et Calistratus de pœnis: capitalium pœnarū ferè isti gradus summum supplicium uidetur esse, ad furcam damnatio, uiui crematio, item capitis amputatio: deinde proxima morti pœna metalli coerctio, post deinde io insulā deportatio: cæteræ pœnæ ad existimationem, nō ad capitis periculum pertinēt: ueluti relegatio ad tempus, uel in perpetuum, uel in insulam, uel cum in opus quis publicum datur ad tempus, uel cum fustium cæsui subijcitur. Modestinus autem de uerborum significatione duo ex uerbis supradictis sic corrigit. Capitalis licet Latine loquentibus omnis causa existimationis uideatur, tamen appellatio capitalis, mortis, uel amissionis ciuitatis intelligenda est. Et deportatos, id est, quibus aqua & igni interdictum est, fidei commissum relinquere non posse, Vlpianus in- *Existimatio* quit. Et quod supradictū est de existimatiōe sic Paulus exponit, Existimatio est dignitatis

læsæ

læsæ status, legibus ac moribus comprobatus. Qui ex delicto nostro autoritate legum aut minuitur, aut consumitur, circa statum dignitatis pœna plectitur. Sicuti cum relegatur quis, uel cum ordine mouetur, uel cum prohibetur honoribus publicis fungi, uel cum plebeij fustibus cæduntur: pœnæ tamen præter supradictas à principibus uariatæ fuerunt. Galbam enim scribit Suetonius Nummulario pecunias nō fide uersanti, manus amputauisse, mensæq; eius affixisse. Et tutorem, qui pupillum cui substitutus heres erat, uenenis necasset, cruci affixisse. Pœnas facinorosorum Cæsarē auxisse sic scribit Suetonius. Cuncta collegia præter antiquitus instituta distraxit. Pœnas facinorosorū auxit: & cū locupletes eo facilius scelere se obligarent, quia cum magnis patrimonijs exularent, parricidas, ut Cicero ait, bonis omnibus, reliquos dimidia parte mulctauit. Quia uero delatores pœnis infligendis causam sæpenumero fomentumq; addiderant, eos Titus Vespasianus princeps optimus acerrime insecutus est, de quo sic scribit Suetonius, Inter aduersa temporum & delatores erant ex licētia ueteri: hos assidue in foro etiam flagellis ac fustibus cæsos, ac nouissime traductos per amphitheatri harenā: partim subigi ac uenire iussit, partim in asperrimas insulas deuehi: & post eū Domitianus frater Fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit. Ferebaturq; uox eius, princeps qui delatores nō castigat, irritat. Antonius uero pius, Delatores si non probarent, capite affecit: si probarent, delato pecuniæ præmio dimisit infames. Accusationes autem quæ iure recte & ordine in iudicijs fierent: & si minorem defensione gratiam habuerunt, sua tamen laude non caruerunt, dummodo nimijs accusatoris uiribus non inniterentur. Cicero pro Murena, Sæpe hoc maiores natu dicere audiui, hāc accusatoris eximiam uim & dignitatē plurimum Lucio Cottæ profuisse. Noluerunt sapientissimi homines qui tum rem illam iudicabant: ita quenquam cadere in iudicio, ut nimijs aduersarij uiribus uideretur abiectus. Sēper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus & populus uniuersus, & sapientes in posterum prospicientes iudices restiterunt. De accusatione igitur & defensione quæ in iudicijs capitalibus fierent dicturi, multa & uaria prius discurrere pergemus, quæ in ipsis iudicijs frequentia, raro alibi quàm in Ciceronis orationibus inueniuntur. Primūq; qualiter accusatores internoscantur. Marcianus ad S.C. Turpilianum sic docet: accusatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis subijcitur: aut enim calūniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari est falsa crimina intēdere. Præuaricari est uera crimina abscondere. Tergiuersari in uniuersum ab accusatione desistere. Qui accusati dicta die causam dicturi coram populo erant, accusatoribus responsuri in forum uenientes sub rostris rei stabant: nec erat tam bonus, tam integer, & magnæ famæ uir, quin sub ipsum causæ initiū, multitudinis ad audiendū cōuenientis, præsertim adolescentium cōuicijs laceraretur. Liuius unde quadragesimo. Tribunus plebis eo tēpore T. Sempronius Gracchus erat, cui minime cū Scipione conueniebat. is cum uetuisset nomen suū decreto collegarū ascribi, tristioremq; omnes sententiā expectarent, ita decreuit. Cum L. Scipio excuset morbū esse causæ fratri, satis id sibi uideri: se P. Scipionē priusq; Romam uenisset accusari nō passurū: tum quoq; si se appellasset auxilio ei se futurū ne causam dicat. ad id fastigiū rebus gestis, honoribus populi Romani P. Scipionem deorū hominūq; cōsensu peruenisse, ut sub rostris reum stare, & præbere aures adolescentiū conuicijs populo Ro. magis deforme q̄ sibi sit. Oberāt autē multū integritati iudiciorū corruptelæ cōtra legem de donis & muneribus non accipiendis factæ. Vnde Plutarchus in Pompeij uita: largitiones semper plurimum obfuerūt. Et Seneca duodecētesima ironice, Credat aliquis pecuniā fuisse uersatam in eo iudicio in quo reus erat Clodius ob id adulteriū quod cum Cæsaris uxore cōmiserat, uiolatis religionibus eius sacrificij quod pro populo fieri dicitur: sic submotis extra conspectū omnibus uiris, ut picturæ quoq; animaliū masculorū cōtegantur. Cicero pro Aulo Cluentio. Si tale ius ille biēnio anteq; causam bonorū Staphinei attollere recepisset, sexcētis millibus nummum se iudiciū corrupturū esse dixerat. & infra: in consiliū erāt ituri iudices XXXIII, sentētijs decē & sex absolutio cōfici poterat, XL mil. nummū in singulos iudices distributa sunt. In causis autē siue accusatio intētanda esset, siue defensio quærēda, patrono & aduocato opus fuit. Festus autem dicit patrocinia appellari cœpta sunt, cum plebs distributa est inter patres, ut eorū opibus tuta esset. Et Pōpeius de uerborū significatione. Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agēdis quoquo studio operātur: nō tamen

De pœnarum uarietate · *De accusationibus* · *De accusatoribus* · *Calumniari* · *Præuaricari* · *Tergiuersari* · *De accusatis* · *Corruptela in iudicijs* · *Patroni & Aduocati*

men qui pro tractu non affuturi causis accipere quid solent, in aduocatorũ numero erunt. Et Cicero pro A. Cluentio, Erat enim Romæ summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum atq; amplissimorum, qui patroni, cum causas agerent, oratores sunt dicti. *Orare* Festus enim inquit, Orare, antiqui dixerunt agere. Vnde & oratores, causarum actores. *Oratores* & oratores, qui nunc legati populi Romani mandata peragerent. Vnamq; familiam Romæ dicit fuisse Plinius Curionum, in qua tres continui fuere oratores. Vim autem eloquentiæ oratorum fuisse in ciuitate libera maximam, non est nostrum nunc differere: sed uidemus eam principum temporibus dignitatem suam, parua ex parte retinuisse. Plinius enim orator Historici nepos Romano scribens, Distringor centũuiralibus causis, quæ me exercent magisquàm delectant: sunt enim pleræq; paruæ & exiles: raro incidit uel personarum claritate, uel ingenij magnitudine insignis: ad hoc perpauci cum quibus iuuet dicere: cæteri audaces, atq; etiam magna ex parte adolescentuli obscuri, ad declamandum huc transierunt tam irreuerẽter & temere, ut mihi Attilius noster expresse dixisse uideatur: sic in foro pueros à centũuiralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. At mehercules ante memoriã meam ita maiores natu solebant dicere, ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi ab aliquo consulari producerentur: tanta ueneratione pulcherrimum opus colebatur. Facit uero Plinius quem nunc in manibus habemus, ut unum dicamus ad oratorũ orationumq; materiam plurimum spectans. *Orationes ab oratoribus aliter in iudicijs dictas, quàm nunc habeamus* Orationes scilicet à Cicerone & multo magis à cæteris oratoribus, aliter habitas dictasq; fuisse, quàm nunc scriptas habeamus. Ipse enim Plinius Cornelio Tacito scribens, oratori item suæ ætatis præstantissimo sic dicit, Et Ciceronis orationes, pro Murena, pro Vareno, in quibus breuis & nuda quasi subscriptio quorundam criminum solis titulis indicatur: ex his apparet, illum multa dixisse, cum ederet omisisse. idem pro Cluentio, ait se totam causam ueteri instituto solum perorasse, pro Cornelio quatriduo egisse. Ne dubitare possimus, quæ per plures dies, ut necesse erat, latius dixerit: postea recisa & purgata in unum librum grandem quidem, unum tamen coarctasse. Et idem Cicero sic Bruto suo accidisse commemorat, qui concionem à se habitam non prius ediderit, quàm ab ipso Cicerone correcta fuerit. Dolobellæ enim sic scribit: Brutus uero misit ad me orationẽ suam in concione Capitolina habitam, petiuitq; à me, ut eam corrigerem antequàm ederet: est autem cum scripta elegantissime, tum sententijs uerbisq;, ut nihil melius potuerit. Et duo uerba Festus exponit, aliquando nobis *Cognitor* in hac causarum materia usui futura: Cognitorem esse dicens, qui litem alterius coram eo *Procurator* cui datus est, tractat. procuratorem autem absentis nomine actorem fieri. Nonius uero *Noxa* noxam esse leuem culpam: noxia, nocentia. Et Cicero legum secũdo, De capite, pecunijs, de *Noxia* ambitu legis, quæ non magis iudicijs quàm uerbis sancienda sunt, adiungitur noxæ pœna par esto: ut in sæuitia quisq; plectatur capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignomi*Mulcta* nia sanciatur. Et mulctam Varro de agricultura, ex uetere instituto bobus & ouibus fuisse dicit. cum tamen Plinius dicat, in decernenda mulcta bouem priusquàm ouem fuisse acceptum. Liuius in quinto scribit, Consules L. Papyrium Crassum, L. Iulium, tulisse legem de mulctarum æstimatione. Post prædicta carcer & alia puniendis facinorosis instituta lo*Carcer* ca sequũtur. De carcere Cicero oratione in Catilinam secũda: sentiet esse carcerem, quem *Latumiæ* uindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri uoluerunt. Et latumias, quæ carceris loco Romæ fuerunt, Asconius secunda actione in Verrem inquit, carcerem Siracusis fuisse: quod lingua Siculorum, loca ex quibus lapides excauabãtur sic dicuntur. *Ergastulum* Ergastulum uero dicit Placidus grãmaticus dici à Græco, ubi damnãtur noxij ad aliquod *Culleus* opus faciendum, ut solent gladiatores, & qui exules marmora secant. Culleumq; dicit Placiades genere masculino dici, saccum ex corio factum, in quo parricidæ cum simia & gallo & serpente inclusi in mare proijciuntur. Nonius autem Marcellus uerba hæc numerat facinorosis in potestate cum eorum incommodo continendis, numellas, ligneas compe*Brutiani* des, pedicas, boias, neruos, catenas. Et Festus Pompeius, magisq; diffuse A. Gellius, Brutianos dicunt olim fuisse, qui seruilia omnia apud magistratus exercentes sontes uerberabant. quod enim Brutij & Romanis pro Hannibale rebellauerunt, & diutissime in rebel*Sub corona serui uendebantur* lione perseuerauerũt, Romani eis in potestatẽ receptis hanc inusserunt notam, ut à nemine alio quàm Brutiano homine prædicta exerceri facerent magistratus. Sub corona dicit A. Gellius dici consueuisse uendi captiuos in seruitutem, quia cõsueuerint uenundari coronati,

ronati,in signum expositionis suæ in uenditionem. Plinius uero alium in prædicta re morem seruatum fuisse commemorat: Harenam inquit esse uilissimam & albam qua pedes transmare aduectorum,qui uenales exponerentur,denotarentur. Additq; P. Licinium Satyræ scriptorem,consobrinum eius Manlium astrologum, & Antonium grammaticum, Tiberiumq; Oretē ea harena pedes habuisse notatos. Sed maiori nobis miraculo est,quod idem Plinius de alijs seruis dicit,qui nullo sicut prædicti ingenio freti, sed quadam debacchantis fortunæ iniuria, proscriptorū pulsorum patria ciuium Romanorum sanguine, & opibus ditissimi à magnatibus suis fuerunt effecti. Suntq; hi Crysogonus Syllæ, qui Roscium Amerinum impetijt, Amphion Q. Catuli, Hilarus Antonij, Menas & Menogenes Sex. Pompeij: hi nanq; Quiritum proscriptorum sanguine ditati, prætoria dignitate ornati fuerunt, nisi tantum de laureatis fascibus fortuna permisit his qui cretatis pedibus aduenissent. Ad hanc fortunæ insolentiam allusit Iuuenalis, Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis. Sed contra licet inspicere & mirari eos, qui à nobilitate, diuitijs, doctrina & fastu ad calamitatē maximam deciderunt. Seneca epistola quarta, De Pompeij capite,inquit, pupillus & spado tulere sententiā: de Crasso, crudelis & insolens Pathus. Cæsar iussit Lepidum Dextro tribuno præbere ceruicē, ipse coactus præstitit. Et Opimius qui primus in cōsulatu dictatoris ius obtinuit, missus ad Iugurthā pecunia corruptus & cōdemnatus infamis cōsenuit. Q. Cepio prætorius, triūphalis, pontifex maximus, senatus patronus appellatus in publicis uinculis obijt, cuius cadauer in scalis Gemonijs diu iacuit populo inspiciendum. L. Scipio post speciosissimū triumphum de rege Antiocho ductum, perinde ac ab eo pecuniā accepisset damnatus est. Sed iam nimis uariorum fortunæ morum mutatio ad impertinētia huic loco traxit: ad uerba redeamus licet sparsim corrigēda, quorum ignoratio causarum siue accusationis, siue defensionis declarationem cui nos accingimus impedire posset. Seruos primū de quibus aliqua superius sunt inchoata & ab eis dependentia attingamus. Florianus iurecōsultus seruos ex eo appellatos dicit, quod imperatores captiuos uendere iubent: & per hoc seruare, nec occidere solent. & Venuleius dixit seruum tam ueteratorem, quàm nouitium dici posse: sed & ueteratorē non spacio seruiendi, sed genere & causa æstimādum, nam quicunq; ex uenalitio nouitiorum emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum ueteratorū numero esse. Et A. Gellius scribit, Pileati serui cum uenderentur, dominum nihil præstare debere. Et seruorum diem festum fuisse uult Festus Pompeius idibus Augusti: quia eo die rex Tullius filius ancillæ, ædem Dianæ dedicauit. De qua Plutarchus in problematibus sic habet, Idibus Sextilibus diem festum agunt serui & seruæ: uxores autem capita purgare & lauare consueuerunt propter Seruium regem, quem eo die serua natum ferunt: capitis uero lauatio ab ancillis cœpta ad liberas quoq; peruenit. Quorundam ex seruis magnam fuisse fidei constantiam traditum est: Antonium enim oratorem stupri accusatum, seruus acerrime tortus nō prodidit, licet conscius. Antistius Restio seruum uehemētius punierat, & tamen is à triumuiris proscriptus fugiens, à seruo liberatus est: qui sene forte quodam obuio interfecto, in rogumq; posito & cremato: superuenientibus persecutoribus Restionem ibi crematū ostendit. Fuere tamen ex seruis nōnulli magnæ periculoseq; dominis proteruiæ. L. Crassus tribunus plebis, C. Carbonem accusauerat ad populum, seruus Carbonis scrinium ad tribunum detulit, in quo multa inueniri poterant accusationē adiutura. Crassus seruum catenis ligatum cum scrinio intacto remisit. Cicero pro Deiotaro: C. Domitius tribunus plebis, M. Scaurum accusare instituerat: seruus Scauri ad illū accessit, multa accusatiōi subministraturus, quem ille ligatū ad Scaurū misit. unde prudenter egisse uidetur Augustus, quē Suetonius scribit, aduertisse ne unquā seruus uinctus tortus'ue ullo libertatis genere ciuitatē adipisceretur. animaduertēdū autem esse in seruos proteruos, Cicero pro Deiotaro orans sic dicit, Nam ista corruptela serui si non modo impunita fuerit, sed ecōtra auctoritate approbata, nulli parietes nostrā salutē, nullæ leges, nulla iura custodiēt. Vbi enim illud quod intus est atq; nostrū impune euolare potest: cōtraq; nos pugnare, fit in dominatu seruitus: in seruitute dominatus. & puniendorū seruorū modū Plutar. in problematib. sic tradit: Cur in furto, aut alio flagitio deprehēsos furciferos appellāt? an maiorū diligētiæ hoc quoq; certissimū signū est? qa seruos in tali errato deprehēsos, lignū qd' currui subest (furcā appellant) collo per uicinā deferre curabāt, ut ab omnibus euitaret tanq; flagitiosus? fuerūt autē non solum

Pedes transmare aduectorum creta notari soliti.

Qui ex seruis ditißimi sint effecti

Qui ex magnis, calamitosi effecti

Seruus

Dies festus seruorum

De fide seruorum in dominos

Qui ex seruis periculosi fuerint in dominos

Animaduertendum in seruos proteruos

Furcifer

Seruos priuatim & publice periculosos solum perniciosi priuatim, sed & publice periculosi. Nam Liuius libro tertio tradit, Exules seruosq; ad quatuor millia & quingētos duce Ap. Herdonio Sabino nocte capitolium atq; arcem occupauisse, confestimq; factam in arce cædem eorum. & bella serui excitaue re seruilia: de quibus dicendi aliud tempus erit. Et tamen humanitate in seruos utendum

Cl. Cesar humanus in seruos esse alij principes uoluerunt. Claudium enim refert Suetonius cum quidam ægra & affecta mancipia in insulam Æsculapij tædio medendi exponerent, omnes qui exponerētur liberos esse sanxisse, nec redire in ditionem domini si conualuissent, & si quis necare mallet quàm exponere cædis crimine teneri. Hadrianusq; seruos à dominis occidi uetuit, eosq;

Serui quomodo liberi fierent iussit damnari per iudices si digni essent. de his uero qui liberi fierent multa sunt scripta; quorum pauca colligemus. Nonius Marcellus scribit, Eos qui liberi fiebant caluos fuisse raso capite, Quorum liberationis modū Liuius in secundo sic docet. Præmiū indici proditoris, pecunia ex ærario libertasq; & ciuitas data. Ille primum dicitur uindicta liberatus:

Vindicta quidā uindictæ quoq; nomen tractū ab illo putant, uindicio ipsi nomen fuisse. post illū obseruatum, ut qui ita liberarentur, in ciuitatem accepti uiderentur. & libertos multos domi

Tiro Ciceronis libertus nis fuisse charissimos uidemus, in quis semper primus est numerandus Tiro Tullius Ciceronis libertus uir elegantissime doctus, qui dignus ingenio Ciceronis minister adiutorq; fuit, adeo ut multa eius auxilio uel aucta & correcta, uiuo Cicerone: uel eo defuncto collecta & ordinata sint habita, quæ perijssent. Vnde ad Atticum Cicero ipse scribens, De Tirone uideo tibi curæ esse, quēquidem ego etsi mirabiles utilitates mihi præbet cum ualet in omni genere uel negociorū uel studiorum meorum: tamen propter humanitatē & modestiam malo saluum, quàm propter usum meum. Et Plinius orator unum habuisse libertum quē dilexit Paulino scribens sic indicat, Est mihi semper in animo hoc nomen patris

Zosimus Plinij libertus familiæ, quod si essem nunc asperior & durior frāgeret me infirmitas liberti mei Zosimi. est homo probus & officiosus, literatus, ars cuius & quasi inscriptio comœdus. utis cithara parua, ultra quam comœdo necesse est. Et Vatinius imperator Asiæ proconsul Ciceroni sic scribit, Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus cum Nardacenis esse, de quo tu nihil mihi mandasti, ego tamen terra mariq; ut conquireretur permandaui, & profecto tibi eum reperiam. Et ipse Cicero ad Quintum fratrem Asiæ proprætorem, Æsopi tragœdi familiaris seruus tibi notus aufugit. Plato quidam Sardianus hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. sed in publicam custodiam an in pistrinum non satis ex eius literis intelligere potuimus. Meliore autem loco seruos aliquando fuisse habitos Liuius in nono sic ostendit: Gracchus uolonibus qui militauerant libertatē ijs qui caput hostis retulissent: supplició seruile his qui loco cessissent, promisit. Liberatos postea Beneuentum perduxit, ubi à ciuibus epulo per singulorū domos parato, epulati sunt. Volones omnes capite lana alba tecto, partim accubātes qui probe egerant, partim stātes qui per ignauiam secesserant, epulati sunt. Tradit Suetonius Tiberium Cæsarem libertinos qui se pro ciuibus Romanis agerent publicasse: ingratos, & de quibus patroni quererentur, reuocasse in seruitutē: aduocatisq; eorum negauit se aduersus liberros ipsorum ius dicturum. & Cornelius Tacitus scribit, Nerone imperante de manumissis in seruitutem propter in

Manumißio gratitudinem reuocandis in senatu actum. & manumissionis formam Festus talem tradit, Manumitti seruus dicebatur, cum dominus eius, aut caput eiusdem serui, aut aliud membrum tenens, dicebat, hunc hominem liberum esse uolo, & emittebat eum è manu. proximi uero abiectione & uilitate seruis, ex his qui nascebantur liberi, abscissi, lenonesq; sunt habiti. Nam M. Æmylius Lepidus Genutio Matris magnæ deūm Gallo hæreditatem relictam abstulit: indignum ducens, ut qui sponte abscissus, neq; uir esset, neq; mulier, hære-

Cautū ne abscißi petendi iuris prætextu tribunalia ascenderent ditatem subiret alienā: prohibitumq; senatusconsulto, ne abscissi sua præsentia petendi iuris prætextu, tribunalia inquinarent. Quintusq; Metellus prætor urbanus Vetilium Leonem in causa testamentaria succumbere fecit, nulla ratione alia, quàm quia eum pro uiro habendum non censuit. Viliora quæq; superius in omni ciuium corpore, seruos, libertos, abscissos lenonesq; attigimus: digniori conditioni & eius origini doctrinarum & literarū, quæ omnis uirtutis fomites semper fuerunt, cultoribus manū apponere libet. eritq; à

De literarum laudibus Cicerone principium, quem tanti literæ ac doctrinæ esse fecerunt, ut Plinius, & eum imitatus Aurelius Augustinus, affirment solum in rebus humanis fuisse, cuius ingenium Romano imperio sua magnitudine & excellentia par sit habitum. Is enim pro Aulo Archia poeta

poeta orans ſic habet, Ego multos homines excellenti animo ac uirtute ſine doctrina natu
ræ ipſius habitu prope diuino per ſeipſos & moderatos & graues extitiſſe fateor: etiam il/
lud adiungo, ſæpius ad laudem atq; uirtutem naturã ſine doctrina, q̃ ſine natura ualuiſſe
doctrinam. Atq; idem ego cõtendo, cum ad naturam eximiam atq; illuſtrem acceſſerit ra/
tio quædam confirmatioq́; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum atq; ſingulare ſole
re exiſtere. Literas autẽ poſteritatis cauſa repertas fuiſſe, quæ ſubſidio obliuioni eſſe poſ/
ſint: idẽ Cicero pro Publio Sylla ad iudices dixit, Et in prædicta pro Archia oratione, ple/
ni ſunt libri, plenæ ſapientium uoces, plena exemplorũ uetuſtas, quàm iacerẽt in tenebris
omnia, niſi literarũ lumen accederet. hinc maximo ſemper in precio cum alia uatum ſcri/
pta, tum in primis hiſtoria fuit: unde Plinius Capitoni, Diebus & noctibus cogito ſi qua
me quoq; poſſim tollere humo: id enim uoto meo ſufficit: illud ſupra uotũ, uictorq́; uirum
uolitare per ora. Sed ſatis eſt quod propè ſola pollicetur hiſtoria, orationi enim & carmini
parua gratia niſi eloquentia eſt ſumma. Hiſtoria quoquo modo ſcripta delectat. Sũt enim
homines natura curioſi, & quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur. Cicero autẽ ipſe
& ſi in libris de oratore, de legibus, hiſtoriam ſummis extollit laudibus, quanti ipſam fece
rit ad Lucium Luceium ſcribens, ſic oſtendit: Ardeo cupiditate incredibili, neq; ut ego ar
bitror reprehendenda, nomen ut noſtrum ſcriptis celebretur tuis. & infra, Neq; enim me
ſolum commẽdatio poſteritatis rapit, ſed etiam illa cupiditas, ut uel autoritate uel iudicio
beneuolentiæ tuæ uel ſuauitate ingenij uiui perfruamur. & item infra: Vnus enim Xeno
phontis libellus in Ageſilao rege laudando, facile omnes imagines hominum ſtatuasq́; ſu
perauit. Placet enim Hector ille mihi Neuianus, qui non tantum ſe laudari lætatur, ſed ad/
dit etiam à laudato uiro. & Plinius orator Ciceronis imitator, ad Maximum, Quid enim
publice lætius, quàm clariſſimos iuuenes nomen, & famam ex ſtudijs petere? Et ad Cor/
nelium Tacitum, Equidem beatos puto quibus deorum munere datum eſt, aut facere ſcri
benda, aut ſcribere legenda. Beatiſſimos quibus utrumq; horum. Et Caninio Ruffo, Hoc
quicquid eſt temporis futilis & caduci, ſi non datur factis (nam horũ materia in aliena ma
nu) certe ſtudijs proferamus. Et quatenus nobis denegatᷣ diu uiuere, relinquamus aliquid
quo nos uixiſſe teſtemur. Scribens uero Plinius ad Cornelium Tacitum de eius perpetui
tate hiſtoriarũ uaticinatus, id à Tacito ipſo poſtulat, quod Cicero petijt à Luceio: Augu/
ror, nec me fallit augurium, hiſtorias tuas immortales futuras, quo magis illis inſeri cupio.
Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo quoq; artifice exprimatur, nonne
debeamus optare, ut operibus tui ſimilis ſcriptor prædicatorq́; contingat? Sed quod ad
Cornelium Priſcum ſcribens, inquit ipſe Plinius, ita ab eo tempore fieri deſijt, ut nullos à
mille annis, aut paucos ætate noſtra ſcriptores præſertim hiſtoriarum fuiſſe cõſtet. Inquit
enim: fuit moris antiquitus eos uel qui ſingulorum laudes, uel urbium ſcripſerunt, aut ho
noribus, aut pecunia ornare: tametſi quid haberi poteſt dariq; maius, quàm gloria & laus
& æternitas? Et certe licet pecunia raro donati ſint ſcriptores, gloria tamen & laude num/
quam caruerunt. De qua re aliqua hic colligemus, ſiue doctrinam & literas, ſiue ornatos
ob illas uiros contingentia. Plutarchus in problematibus, inquit, Herculi & Muſis cõmu/
nem ſtatutum fuiſſe ſacrorum cultum, quia Hercules Euandrum literas docuiſſe perhibe
tur, bono quidem exemplo ut hoſpites amicos doceant & propinquos. Per quæ autẽ tem
pora ſcriptores Romæ eſſe cœperint, Aulus Gellius ſic edocet: Anno urbis cõditæ qua/
dringẽteſimo nonageſimo bellum primum punicum indictum: annis inde uiginti pax fa/
cta, quo anno Liuius poeta fabulas primũ Romæ dedit. Et paulo poſt Ennius poeta fuit,
qui anno ætatis ſexageſimoſeptimo duodecimum annalem ſcripſit. Anno quingẽteſimo
urbis Neuius poeta fabulas apud populum dedit, qui ſtipendia fecit in primo bello puni/
co. annis inde quindecim ſecundum bellum punicum. paulo poſt M. Cato orator & Plau
tus floruerunt, Diogenesq́; Stoicus, Carneades & Critolaus Romam uenerũt. Vetuſtior
tamen prædictis notitia literarum fuiſſe uidetur in libris Hetruſcorũ, quos rituales appel/
latos, Feſtus continuiſſe dicit, quo ritu urbes condantur, aræ ædesq́; ſacrentur, curiæ, tri/
bus & centuriæ diſtribuãtur. Fuerũt autem diu ante apud Græcos literæ ſcriptoresq́; ma
ximo in honore. Nam multi tradidere & Aulus Gellius enucleate colligit, Homerũ & He
ſiodum annis CLX ante urbem conditam fuiſſe Syluijs albæ regnantibus, anno poſt bel
lum Troianum CLX. Solonq́; leges ſcripſit Athenienſibus Tarquinio Priſco regnãte,

Hiſtoriæ quoquo modo ſcriptæ delectant

Per quæ tempora ſcriptores Romæ eſſe cœperint

Libri rituales

anno regni XXXIII. Pythagoras Samius in Italiã uenit Tarquinij Prisci filio regnan te. Archilochus poeta fuit Tullio Hostilio regnãte. Eschilus Tragœdus insignis, quo tem pore plebs per seceßionẽ tribunos sibi creauit. Empedocles Agrigentinus quo tẽpore Fa bij trecẽti apud Cremeram interfecti sunt. Tunc bellum fuit Peloponesiacũ quod Thucy dides scripsit anno urbis CCCXXIII. Interim Sophocles & Eurypides tragici, Demo critus philosophus & paulo post Socrates, anno urbis CCCC. Philippus Amyntæ filius, Alexãdri pater, Macedoniæ regnat. paucis post annis Plato ad Dionysium Siciliæ regem se cõfert: paulo post Demosthenes orator, tunc Alexander regnat. Aristoteles fuit. paulo post alter Alexãder Molossus qui & Acarnanus in Italiam uenit contra Romanos: anno deinde CCCCLXX Pyrrhus cum Romanis bellum gerit. Itaq; prius in Italia floruerũt Græca, cũ pars Italiæ Calabria, magna tunc Græcia appellaretur. Vnde Cicero pro Ar chia, Erat Italia plena Græcarum artium, ac disciplinarũ, studiaq; hæc in latio uehemẽtius tunc colebantur, quæ nunc ijsdem in oppidis & hic Romæ propter tranquillitatem reip. *Comœdiæ* non negligebãtur. Fabulæ autẽ quas supra est dictum dedisse Liuium, à comœdis scriptæ & recitatæ sunt. Nam comœdias Festus appellari dicit, ex eo quod initio in uicis iuuenes cantare soliti essent crebro cõuenientes, Vnde comœdia res priuatorũ & humiliũ perso *Tragœdia* narum cõprehendit, nõ tam alto, ut tragœdia, sed mediocri & dulci stilo. Tragœdia enim est genus carminis, quo à poeta regum casus durissimi & scelera inaudita, uel deorũ reso *Cothurni* lutio describũtur. Cothurniq; sunt tragica calciamenta quibus calciantur tragœdi, qui in theatro dicturi sunt alta, & intonanti uoce. Est autem calciamenti genus, humile quidem, in modum crepidarum: sed tale est ut dextro & leuo pedi conueniat. Fuit tamen maior ho *Annales maximi* nor annalium quàm comœdiarũ, aut tragœdiarum scriptoribus: primũ enim maximi an nales gesta publica continentes non nisi à pontifice maximo scribebantur, qui & cogno men inde habuerunt. & Scipionem Africanũ superiorem, uidemus Ennium annaliũ scri ptorẽ dilexisse, ut ipsum in contubernio habuerit, & postea mortuũ sepulchro suo inferri, ac eius statuã ipsi sepulchro cũ suis imponi uoluerit. Et Plinius scribit Scipione Æmylia no res in Africa gerente, Polybius annalium conditor ab eo accepta classe scrutandi orbis Aphri gratia circũuectus multa prodidit. Post hos maiori item in precio fuerunt, hinc phi *Liberalia studia* losophiæ, inde liberaliũ artium studia: quæ quidem liberalia studia Vlpianus legumlator diffinit appellata à Græcis, quibus rhetores grãmatici geometræ & arithmetici opera da *Asinius Pollio primus bibliothecã dedicauit* rent: sed ad summam florente repub. literis omnibus honor maximus fuit. Asiniusq; Pol lio primus bibliothecã certam dedicauit uatũ libris conseruandis, quorum librorũ appel lationem sic diffinit Vlpianus de legatis, ut omnia uolumina siue in charta, siue in mẽbra na, siue filica (ut ipse appellat) quæ est & Biblus herba, aut alio in corio librorum appella tione contineantur. Plinius tamen dicit palmarum folijs primo scriptitatum, inde quarun dam arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis monumentis: mox priuata lin teis confici cœpta aut cæris. Chartasq; pergamum dedisse, & papirum à ciuitate eius no *Libri lintei* minis circa Babylonem habitum: librorum autem linteorũ in quibus annalia essent nota ta, Liuius sæpe mentionem habet: & de libris scripsit, quos M. Terẽtius in Ianiculo repe rit repastinans agrũm, fuerantq; defossi annis quindecim supra quingentos & durauerãt. Qui arcula marmorea erant cæris delibuta intus, ut nec aer, nec humor penetraret. Roma no autem crescente imperio honor linguæ Latinæ est habitus, à quo orbis terrarum Lati nam locutionem perdiscere coactus est. Siquidem maiores nulli gentiũ nisi Latine respon *Molo Ciceronis præceptor* derunt, nec eos dicentes aliter audierunt. Primusq; Molo rhetor Ciceronis præceptor in senatu Græce auditus est. Et Claudium imperatorem scribit Suetonius splendidum ui rum, Græcæq; prouinciæ principem, Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasisse, sed in peregrinatum redegisse. Quantam uero operam uiri præstantiores Romæ literis dederint, quanta eas delectatione didicerint, & coli curauerint, qui intelliget & cõsi derabit, nihil maius in ea urbe nihil optabilius literis & doctrina fuisse cognoscet. Cicero M. Varroni scribit, Scito me posteaq; in urbem ueni, redijsse cum ueteribus amicis, id est, cum libris nostris in gratiam. modo stet nobis illud una uiuere in studijs nostris, à quibus antea delectationẽ petebamus. & infra: tamen poterimus & scribere & legere policias, & si minus in curia atq; in foro, at in literis & libris ut doctissimi ueteres fecerũt. Quis enim hoc nõ dederit nobis, ut cũ opera nostra patria siue non possit uti, siue nolit, ad eam uitã re

uertamur

uertamur quam multi docti fortasse non recte, sed tamen multi etiã reipub. præponẽdam
putauerunt? Et Cicero ipse de se ipso cum rusticaretur, sic Dolobellæ genero suo & tunc *Qui amore li-*
cõsuli scribit, Nihil est mihi crede uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius: & in- *terarum fla-*
fra, Vbi salutatio defluxit literis me inuoluo, aut scribo, aut lego, Inde corpori omne tẽpus *grauerint*
datur. Et Terentium Varronem satis cõstat annos seculi supergressum scribendo interiis- *Cicero*
se. Cn. Pompeius & si non multum doctus fuit, confecto mithridatico bello domũ Possi- *Varro*
donij philosophi intraturus, fores percuti à lictore uetuit. Scipio superior, quod supra dixi *Cn. Pompeius*
mus, Ennij statuam sepulchro suo imponi iussit, & Africæ titulus poetice est æquatus.
M. Cato Cẽsorius anno ætatis octogesimosexto causam pro se egit aduersus temerariam *M. Cato Cen-*
iuuentutem. Literas Græcas didicit. Defendit Galbam oratorem accusatum. Ius ciuile se- *sorinus*
nex didicit. Alterq; Cato Vticensis libros Græcos in senatu lectitabat ne uacaret. L. Dru *M. Cato Vti-*
sus senio cõfectus & cæcus ius ciuile docuit & dixit. Popilius Senator & Lupus Portius *censis*
eques Romanus celebres oratores forum frequentabant senio cõfecti & cæci. P. Crassus *L. Drusus*
in Asiam ad Aristonicum regem debellandum missus, Græcam linguam in quinque diui *Popilius*
sam idiomata omnem didicit. Decimus Brutus nocte quam dies secuta est, sibi omniũ ex- *Portius*
trema ac infelicissima: & si hostibus circũdatum se & quidem iam uictoribus cernebat, Li *P. Crassus*
bros de immortalitate animorũ nunquã lectitare cessauit. C. Cæsar prædictos omnes non *D. Brutus*
magis potẽtatu, quàm literarũ amore atq; ingenti peritia, aut æquat, aut superat, qui præ- *C. Cæsar*
ter multa quæ in hoc genere laudum de eo scribi possent, primus omniũ instituit, ut tam
senatus, quàm populi diurna acta conficerentur & publicarẽtur. Omnes medicinam pro-
fessos & liberalium artium doctores quo libentius & ipsi urbem frequentarent, & cæteri
appeterent, ciuitate donauit. Augustus unica in re pro cæteris quanti faceret literas osten *Augustus*
dit, cum Vergilij poemata cremari prohibuit: quem Suetonius dicit tradidisse uiro consu
lari legato successorem ut rudi & indocto: in euoluendisq; linguæ utriusq; autoribus nihil
æque secutum fuisse, quàm præcepta & exempla publice & priuatim salubria: ea'que ad
uerbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituũ prouinciarumq; rectores, aut ad ur
bis magistratus, plerunq; misisse, prout quiq; monitione indigebant. Etiam senatui totos
libros legisse & populo per edictum notos sæpe fecisse. Vespasianus imperator ingenia *Vespasianus*
& artes maxime fouit, primusq; ex fisco Latinis Græcisq; rhetoribus annua centena con *fouit ingenia*
stituit, præstantes poetas nec non & artifices ornauit, bibliothecas incẽdio absumptas im
pensissime reparauit. Helius Spartianus scribit Hadrianum Traiani familiaritate creuisse, *Hadrianus*
causa præcipue orationum quas pro imperio dictauerat. Nam duodecimum annum in-
gressus habitum philosophiæ accepit, cui cum studeret, in pallio, & humi cubauit. peripa
teticæ studiosus, audiuit Iunium Rusticũ, quem & reueritus est & sectatus, qui domi mi-
litiæq; pollebat. De Alexandro autẽ Seuero Mammeæ Christianæ filio dicit idem Spar- *Alexander*
tianus, Quotiens de magnis tractaret, solos doctos ac disertos adhibuit. Cum de re milita- *seuerus*
ri, ueteranos & omnes literatos præsertim historiarũ peritos. Vitas principum bonorum
uersibus scripsit. Cum inter suos cõuiuaretur, aut Vlpianum, aut doctos uiros adhibebat,
ut haberet fabulas literatas, quibus se recreari dicebat, & pasci: habebat cũ priuatim con-
uiuaretur librum in mensa & legebat. Rhetoribus, grammaticis, medicis, aruspicibus, ma-
thematicis, mechanicis, architectis salaria instituit, & auditores decreuit, & discipulos cũ
annonis, pauperum filios, tamen ingenuos dari iussit. Et Gordianum secũdum scribit Iu
lius capitolinus, omnes libros Samonici Sereni scriptoris sui, qui censebantur LXIIM.
quæ ei reliquit, habuisse. Vopiscus autem Flauius de Aureliano principe scribit. Ephime
ridas illius uiri scriptas habemus, etiã bella charactere historico digesta, Quæ omnia ex li
bris linteis, in quibus ipse quotidiana sua scribi præceperat, pro tua sedulitate ediisces. Cu-
rabo autem ut ex bibliotheca Vlpia libri lintei proferantur. Tu uelim Aurelianum in lite
ras mittas. & idem Flauius de Tacito imperatore: Cornelium Tacitum scriptorem histo- *Tacitus impe-*
riæ Augustæ, qui parentẽ suũ eundem diceret, in omnibus bibliothecis locari iussit: ne ne *rator*
glectus incuria deperiret, librum per annos singulos decies scribi publicis in encosarchis
iussit & in bibiothecis poni. Idem uero Flauius Vopiscus gesta Probi Augusti, & quidem
bene merentis scripturus, fructum monumentorũ quæ præbentur à literis, proprie sic ex- *Fructus ex*
pressit. Cn. Pompeium tribus fulgentibus triũphis, belli Piratici, belli Sertoriani, belli Mi *literis*
thridatici, multarũ rerum maiestate sublimem quis tandem nosset, nisi eum M. Tullius &

T. Liuius in literas retulissent? Publium Scipionem Aphricanũ, Scipiones omnes seu Lucios seu Nasicas, nónne umbræ possiderent ac tegerent, nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? Quid quod Flauius item Numerianum imperatorem dicit, maluisse sibi statuam senatusconsulto in bibliotheca Vlpia tanquam oratori, quàm alibi quasi Cæsari: fuitq; hæc statuæ inscriptio: Numeriano Cæsari oratori potentissimo. Laudes uero a literarum monumentis proficiscentes beatus Aurelius Augustinus si ex Christianæ religionis institutis non curauit cõmendare, uituperationes tamen euitandas in dei ciuitate sic innuit: Cicero in libris de rep. Scipione disputante: à censore, inquit, melius est quàm à poeta notari. nostræ duodecim tabulæ cũ perpaucas res capite sanxissent, in his quoq; hanc sanciendam putauerunt, si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitium'ue alteri: præclare. Iudicijs enim magistratuũ, disceptationibus legitimis, propositam uitam non poetarum ingenijs habere debemus: nec probrum audire nisi ea lege, ut respondere liceat, & iudicio defendere. Sed præter supradictos literarum fructus, qui maximi erant, nonnullas quoque utilitates minores delectationesq; Romani à literis & doctrinarum artibus accipiebãt. Sulpitius Gallus quem in Officijs Cicero nimis assiduam mathematicis operã dedisse carpit, in L. Pauli exercitu contra Persem ostẽdit lunæ defectum naturalem, & nihil posse prælio officere: pugnatum est, & Paulus uicit, unde maximum duxit omniumq; celeberrimum triumphũ: pariterq; fecisse traditur Periclem Atheniensibus. Et Plinius orator Valeriano scribens sic contra uoluptates illicitas grauiter est inuectus. Qui uoluptatibus dediti, quasi in diem uiuũt, uiuẽdi causas quotidie finiunt, qui uero posteritatem cogitant & memoriam sui, operibus extendũt, his nulla mors non repentina est. Et tamen ipse Aristoni scribens de suis uoluptatibus a literarum adiumento honeste quæsitis sic dicit: facio nonnunquam uersiculos parum seueros, facio & comœdias, rideo, ludo, iocor: utq; omnia remissionis genera breuiter amplectar, homo sum. nec uero moleste fero hanc esse de moribus meis existimationẽ, ut qui ne sciunt talia doctissimos, grauissimos, sanctissimos homines scriptitasse, me scribere mirentur, ab illis autem quibus notum est, quos quarosq; auctores sequar, facile impetrari posse confido, ut errare me sed cum illis sinant, quorum non seria modo, uerum lusus etiã exprimere laudabile est. An ego uerear: neminem uiuentium, ne quam in speciem adulationis incidam nominabo: sed ego uerear ne me non satis deceat, quod satis decuit M. Tullium, Cn. Caluum, Asinium Pollionem, M. Messallam & Hortensium, M. Brutum, Syllam, Q. Catulum, Q. Scæuolam, C. Sulpitium, Varronem, Torquatos, C. Neuium, Lentulum Getulicum, Anneum Senecam. Et proxime diuum Augustum, Diuum Neruam, Ti. Cæsarem? Virgiliũ Corneliũ nepotẽ, Ennios Actiosq;: nõ quidẽ hi senatores, sed sanctitatis nomẽ nõ distat ab ordinibus. Et idem Plinius Minutiano Fundano. In Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiã corpori uaco, cuius fulcturis animus sustinet: nihil audio quod audisse, nihil dico quod dixisse pœniteat. Nemo apud me quenq; sinistris sermonibus carpit, neminem ipse reprehẽdo. Vnde nõ iniuria idem Sosio Senecioni scribens sic exultat. Magnũ prouentũ poetarũ annus hic attulit, toto mense Aprili nullus ferè dies fuit quo nõ recitaret aliquis. Iuuat me quod uigent studia, proferũt se ingenia hominum & ostentant. Claudiũ Cæsarẽ ferunt cum in palatio spaciaretur, audissetq; clamorẽ, causam requisiuisse: cumq; dictum esset, recitare Nonianũ, subitũ recitanti, inopinatumq; uenisse. Sed iam usq; adeo nos traxit, & nuper cum Plinio, & supra cum alijs diuinis ueteribus literarum cõmemorationis delectatio, ut uerba paulum perquirere omiserimus declarandis accusationibus & defensionibus necessaria. Varro de lingua Latina. Nexi, inquit, sunt liberi, qui suas operas in seruitutem pro pecunia quam debebant dum soluerent locant. Et Modestinus iureconsultus ait acceptilationem esse liberationem per mutuã interrogationem, qua utrisque contingit ab eodem nexu absolutio. Tollendi uero nexus causa fuit T. Veturius, qui nexus ob æs alienum datus, cum pati turpia nollet, uerberatus ab incestuoso querelam patribus detulit, qui illum in carcerem duci iusserunt. Precarium esse diffinit Vlpianus quod precibus petenti utendum cõceditur, tamdiu, quamdiu is qui concessit patitur. Et Martianus, pignus inter & hypothecã tãtum nominis sonus differt. Sed Vlpianus aliter sic dicit, Pignus proprie dicimus quod ad creditorem transit. Ipotheca cum non transit possessio ad creditorem. & Caius dicit pignus proprie rei mobilis constituitur.

Numerianus — *Melius esse à censore quàm à poeta notari* — *Sulpitius Gallus* — *Dictum Plinij cõtra uoluptates illicitas* — T. — *Nexi* — *Acceptilatio* — *T. Veturius* — *Precarium* — *Pignus* — *Hypotheca*

stituitur. Vlpianusq; scribit, Redibere est facere ut rursus habeat uenditor quod habuerat. Præs, inquit Festus, est qui populo se obligat, interrogaturque à magistratu si præs sit: ille respondit, præs. & Asconius secunda in Verrem actione, Prædes dicuntur fauidatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis est, ne qui tenet diffidens causæ possessionem deteriorem faciat, tecta dissiper, excidat arbores, & culta deserat. Et Placidus grammaticus, Vadem dicit sponsorem significare datum in re capitali. Cicero Vadimonium esse in iudicijs obligationem bonorum cum promissione aliquid faciendi, quo non impleto bona hastæ exponi licebat: sic in oratione pro P. Quintio ostendit, Ad Vadimonium non uenit quis socius, etiam grauius aliquid propinquis, si res ista grauissima. Et infra: ad uadimoniū non uenit quis socius, etiam grauius aliquid ei debemus concedere, qui cum te aut uoluntas congregasset, aut fortuna coniunxisset. & infra, ad uadimonium non uenit quis qui tibi præsto semper fuit. Non dubitaui, inquit, cum uadimonium desertū est, bona proscribere. Sententiæ in causis non solum uariæ, sed uarijs & quandoque inopinatis causis factæ sunt. Plutarchus in Ciceronis uita, Licinius macer uir & potentia sua & fauoribus Crassi potens peculatus à Cicerone postulatus, studijs magnitudinis suæ fisus, & quia iudices inter se dissentire compererat domum se recepit, & confestim mentum abradit, atque ueluti superior in causa euasisset nitida stola amictus redit in forum. Inter hæc apud prætorium occurrit ei Crassus ac nunciat ut ille sententijs omnium iudicum damnatus esset, quo dolore elanguit & diem obijt. Econtra uero L. Piso, à L. Claudio Pulchro accusatus, quod graues & intolerabiles iniurias socijs intulisset iam pro condemnato habebatur, cum suborto nimbo ipse iudicum pedes exosculans os cœno impleuit, & misericordia liberatus est tanquam satis pœnarum læsis dedisset. Celij splendido terracinæ loco nati, cum pater in cubiculo inuentus esset occisus in quo filij ipsi altero cubauerant lecto, liberati sunt suspicione, quod hostiū cubiculi inuentum est apertum, ipsis post patris mortem dormientibus. Q. Attilius Calatinus Soranorum oppidi proditione reus, pro damnato habebatur in foro. Tum Q. Maximus socer paucis uerbis dixit, si eum sontē comperisset, affinitatem diremptur ū, & sic Attilius euasit. C. Cosconium propter multa enormia Valerius Valentinus cōdemnari obtinuerat: cum in iudicio recitatum est ipsius Valerij carmen, quo per iocum poeticum affirmabat se puerum prætextatum & uirginem ingenuam corrupisse. Ea indignitate iudices Cosconio absoluto Valerium flagitij ignominia notandum censuerunt. Q. Flaminius à Q. Valerio ædili apud populum accusatus, à quatuordecim tribubus iam condemnatus erat, cum ipse alta inclamauit uoce, se insontem opprimi. Et Valerius insolenter respondit, Satis sibi esse si periret siue insons, siue nocens, qua uoce audita cæteræ tribus eum absoluerunt. Plinius orator in epistola ad Vrsum, Iulius Bassus homo laboriosus, & aduersis suis clarus accusatus est sub Vespasiano à priuatis duobus, ad senatum remissus diu pependit, tandem absolutus uindicatusq; est. hoc illum onerabat quod homo simplex & incautus quædā à prouincialibus, ut amicis acceperat. Nam fuerat in eadem prouincia quæstor. Hæc accusatores furta & rapinas, ipse munera uocabat. Appellationum quæ post sententias sequuntur naturam Vlpianus breuiter sic diffinit, Appellandi usus quàm sit frequens quamq; necessarius, qui ne sciat nemo est, quippe cum iniquitatem iudicantium uel imperitiam corrigat. Licet nonnunquam bene latas sententias in peius reformet: neque enim utiq; melius pronunciat qui nouissimus sententiam laturus est. Tempus iam admonere uidetur ut de orationibus in accusatione, ac defensione habitis totiens promissa exsoluamus. Quo in loco de oratoria facultate multa & posse & fortasse aliquorum iudicio debuisse dici, non ignoramus, sed pleni redundantesq; de ea re M. Ciceronis, Quintiliani, & Aristotelis extant libri. Et nos nec eam neque alias artes bonas docere, aut laudibus longe repetitis ornare, hoc in opere intendimus: satisq; & super fuerit de arte, id quod apud doctos scriptores aut non extat, aut obscurum & inuolutum est, modum & formam habendi orationes ita aperire, ac inspiciendam proponere, ut quo modo in suspicionem criminis adducti si sontes essent accusarentur damnarenturq;, aut perperam accusati defenderentur, maximum administranda uel potius conseruanda republica, adiumentum docere possimus. Vnicaq; oratoris laude à M. Cicerone & ex oratione pro L. Murena defendendo habita contenti erimus. Duæ enim, inquit, sunt artes quæ possunt locare homines in amplissimo gradu

Marginalia: *Redibere* — *Præs* — *Vas* — *Vadimonium* — *Sententiæ uariæ in causis* — *Licinius macer* — *L. Piso* — *Celij* — *Qu. Attilius Calatinus* — *C. Cosconius* — *Valerius Valentinus* — *Q. Flaminius* — *Iulius Bassus* — *Appellandi usus*

Duae artes quibus magni possumus reddi dignitatis. Vna imperatoris, altera oratoris boni. magnū nanq; supra dixerat Cicero esse dicendi laborē, magnam rem, magnam dignitatem, summam autem gratiam. Vnde mul tos fuisse dixit, qui cum initio hoc maluissent, post id assequi non ualuissent, ad militiam delapsi fuerint. Accusationes duorum erant generum: aut enim ciuis magistratum ge *Accusationum duo genera* rere idoneus, sui similem accusabat ciuem: aut prouinciales ciuem Romanum repetun darum, de ui, aut aliter iniuriarum, accusari ab idoneis quaesiuerunt. quorum utrosque id à praetore oportuit impetrare, sed potuit ciui quod petitum erat ex officio praetor con cedere, prouincialium uero querelam à senatu primum audiri, & ad praetorem deman dari oportuisse Asconius pedianus est auctor. Cuius rei formam primum ab ipso in Ver ris accusatione sumemus. Cum siculi expilationibus coacti Verris, quem rapacissimum praetorem anno uno habuerāt, eum accusari repetundarum ab amicissimo eis M. Cicero ne magna quaesissent instantia, is ad senatum eos perduxit, & ipso suadēte senatusconsul tum facile impetratum est: quod praetor ad se delatum in albo suo ex forma & de consue tudine palàm legendum proposuit, illiq; subiecit, decretam esse in Cn. Verrem pro sicu *Album* lis accusationem. quod autem de albo dictum est, non solum apud praetorem, sed apud omnia collegia, apud omnes magistratus seruatum fuit, ut ad primos uestibuli parietes album esset spacium, in quo à collegio magistratu'ue publicanda scripto proponerentur: hinc superius aliquando dictum uidemus quosdam de albo centuriae abrasos fuisse. Ac cusatione igitur Verris in albo praetoris proposita, reus iam habebatur accusandus, quod *Reum fieri* quidem uerbum Asconius sic exponit, Reum fieri est apud praetorē legibus interrogari. Cum.q; in ius uentum esset dicebat accusator apud praetorem reo, aio te siculos spoliasse: si tacuisset, lis ei aestimabatur ut uicto: si negasset, petebat accusator à magistratu dies in quirendorum eius criminum, & instituebatur accusatio. tunc moris fuisse dicit Asco nius ut accusator obsignaret domum & clausa omnia eius quem accusaturus erat, ne fur torum indicia aut in uasis, aut in signis, aut literis constituta ab eo remouerentur. Cice ronem'que dicit Asconius, accusatione à praetore ad se delata, tempus inquisitionis Sici liam dies C X sumpsisse colligendis literis à populis, & denunciandis testimonijs. Cice rone & Quinto fratre qui secum iuerat ex Sicilia reuersis, petijt utraque pars à praetore patronos: nam plures aliquando, & pauciores uariantibus legibus dati sunt, quod Asco *De patronis in causa habendis* nius Pedianus orationem Ciceronis pro M. Scauro exponens sic ostendit, Orationem Cicero habuit pro M. Scauro, L. Domitio Aenobarbo, Appio Claudio Pulchro consu libus. Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id temporis raro quisquam pluribus quàm quatuor uteretur, ac post bella ciuilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est peruentum. Et licet praetor maiorem aduocatorum partem ex animi sui sententia da ret: petentibus tamen partibus quosdam denegare praetor nequibat. Et tamen quis eo rum causam susciperet principaliter pertractandam quisue principalis esse deberet accu sator, suo reseruare iudicio admittebatur. Hinc seruata fuit cōsuetudo ut ante inchoatam accusationem, accusator ille quem primum fore cuperet peteret'que pars, orationem ad praetorem, ac iudices haberet, qua referendam sibi causae dictionem, tenderet persuadere.
Diuinatio Eaq; oratio appellata est diuinatio, de qua Asconius Ciceronis oratione in Verrem pri ma: diuinatio dicta Cn. Pompeio & M. Crasso consulibus. Diuinatio haec dicta oratio, quia non de facto quaeritur, sed de futuro: uel quod iniurati iudices in hac causa sedeant: alij quod res agatur sine testibus & sine tabellis, & his remotis argumenta sola sequan tur iudices, ut quasi diuinent. & ipse Cicero ad Quintum fratrem propraetorem Asiae scri bens de ipsa diuinatione, & numero aduocatorum sic habet, Apud Catonem praetorem erat diuinatio in Gabinium futura inter Menenium, & T. Neronem, & C. Antoniū: spe rabamus fore ut Menenio daretur. Ex eo autem numero aduocatorum, quos à praeto re solitos dari diximus, post primum qui in dicta diuinatione dicenda obtinuisset, alij & diuersis appellabantur nominibus & diuersis fungebantur officijs. Nam obnubatores, *Obnubatores* praeuaricatores, & subscriptores erant. Obnubatores Asconius in prima in Verrem a ctione, fuisse dicit quosdam sordidos causidicos, qui adhibebantur ad moram faciendam, *Subscriptores* dum meliores aduocati citarentur, & se denuo compararent ad dicendum. Subscripto res'que dictos fuisse causidicos qui adiuuare accusatorem solerent, quos oportebat sum misse dicere, datos'que etiam eosdem fuisse, ut actores difficilius corrumperentur. Prae

uaricato

uaricatorem Martianus fuisse dicit, eum qui colluderet cum reo, & translaticio mune- re accusandi defungeretur: eo quod proprias quidem probationes dissimularet: falsas ue- ro excusationes admitteret. unde uidetur Festus proprie præuaricatorem diffinisse à præ- tergrediendo appellatum. Et Cicero Philippicorum secundo. Iam uereor patres conscri- pti, ne quod turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse uidear, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed oneraret alienis. Et pro Aulo Cluentio: An ut præuaricaretur. Iam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet. Et Asconius secunda in Verrem. Multi ita fuerunt subtiles præuaricatores, ut in tota actione fideles actores sint uisi: & in prima actione uult ostendere etiam præmia præuaricationis sibi ostendisse Verrem. Et Cicero item in diuinatione. Vide ne inimicum te fingas, ut præuaricari possis. Sed iam ad iudicij ordinem ueniendum est. Aduocatis, & prædictis administris à prætore datis, iu- dices à senatu petebantur, qui simul cum prætore auditis partibus iudicarent. Refert As- conius diuinationem Ciceronis in Verrem exponens: Tiberium Gracchum legem tu- lisse, ut equites Romani iudicarent, & iudicasse per decem annos turpiter: & tunc Aure- lium tulisse: ut senatores, equites, & tribuni ærarij simul iudicarent. Et secunda in Verrem Cicero dicit, quinquaginta annis equester ordo iudicauit lege Sempronia sublata pote- state populo, scilicet sublata prouocatione, id est tribunatu plæbis. Et Asconius item in Ciceronis orationem: pro Cornelio de maiestate: Aurelia lege communicata sunt iudi- cia inter senatores, & equestrem ordinem, & tribunos ærarios. Et infra: memoria teneo cum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plocia iudicarent. Et idem Asco- nius in orationem Ciceronis prædictam pro Cornelio de Maiestate. M. Plautius Sylla- nus tribunus plæbis. C. Pompeio Strabone. L. Portio Catone consulibus secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudicijs dominaretur, legem tulit adiuuantibus nobili- bus: quæ lex eam uim habuit, ut tribus singulæ quinos denos suffragio crearent, qui eo anno iudicabant, qui numerus sexcentos quinque, & uiginti iudices conficiebat. Ex eoq; factum est, ut senatores quoque in eo numero essent. Et quidam etiam ex ipsa plæbe, quos à dignitate tribunos ærarios uocauerunt: idemq; Asconius refert in orationem Cicero- nis in L. Pisonem, Pompeium consulem legem tulisse: ut ex tribus ordinibus maximi cen- sus iudices legerentur. Hi autem omnes sexcenti uigintiquinque iudices cedulis inscri- pti erant singulis, quæ cedulæ cæteris inuolutæ pilis in urnam conijciebatur: & cum præ- tor iudices in destinata iam accusatione à senatu petijsset, sortitio ex urna petentibus pa- tribus manu pueri fiebat unius & octuaginta pilarum: ea tamen (ut uidetur) adhibita di- ligentia, ut pari numero ex unoquoq; trium ordinum iudices haberentur. Sed priusquam apertis pilis causa agitaretur, testes utriusque partis à prætore per triduum audiebantur, dicta eorum iudices postea publicabant. quarta die adesse omnes in diem posterum iube- bantur: quo die cum prætor adstantibus utriusq; partis aduocatis, atque etiam ipsis par- tibus, si uolebant, pilis apertis una octogesima eductos iudices ad se conuenire iubebat, eo animo, & intentione, ut eadem hora considerent omnes: & cum accusator duas horas ad dicendum, reus tres haberet, illo die iudicaretur. Prius tamen quàm seorsum iretur, ex iudicibus pila eductis cærea, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reijcie- bat, quos ducerent suspectiores: sicq; unus & quinquaginta iudices remanebant, qui sen- tentiam simul cum prætore ferrent. hæc omnia ab Asconio non magis ex Verrinarum quam Milonianæ orationis expositione sumpta diximus, & tamen ne dum eo die, quo actio inchoaretur sententia ferebatur, sed tredecim uidemus Verrinæ accusationis fuisse actiones, quæ propter dies feriatos, & propter comperendinationes, multis mensibus pro tractæ sunt, & tempus agendi in ipsis actionibus singulis supradicto amplius datum ac- ceptumq; fuisse ostendemus. primum tamen fatemur, de duabus horis accusatori, tribus reo datis, in Miloniana causa fuisse seruatum, quod Pompeius tunc sine collega consul, sic obseruari lege lata constituit. sed Plinium Vrso uidemus scripsisse: egeram tribus horis & dimidia, superat sesquihora. Nam cum accusator ex lege sex horas, nouem reus ac- cepisset. Et idem Valeriæ Paulinæ: sola uelatus toga perstitit, & quidē horis septem, nam tam diu dixit: & Cicero ipse pro Plancio. Reciteturq; oratio, quæ propter eius magni- tudinem dicta descriptio est. Secunda tamen in Verrem actione causam prædictæ du- bitationis nostræ Asconius sic tollere uidetur. Dicit enim Ciceronem non usum fuisse

Præuaricator

De iudicibus

Iudicia cōmunicata inter senatores equites, & tribunos ærarios

Sortitio iudicum

Accusator duas horas ad dicendū reus tres habebat

Reiectio iudicum

in ea actione perpetua oratione : ſed breuiter crimina proponendo ad ſingula teſtes de/
Argumētari diſſe : infraq; ſeipſum ſic exponit. Argumentari eſt argumentis uti ad rem probandam:
Dicere Dicere amplificatione uti ad commouendum auditorem oratione perpetua. Itaq; credi/
mus agendi tempus fuiſſe, id quod prætor datiq; iudices liti expediendæ uoluerunt im/
pendere, niſi ſenatus conſules'ue aliquo reſpectu aliter iuſſiſſent : ſicut Pompeium in Mi/
Comperendi/ loniana feciſſe diximus. Comperendinationes quid fuerint Aſconius ſecunda actione ſic
natio oſtendit. Comperendinatio eſt, ab utriſq; litigatoribus inuicem ſibi denunciatio in peren/
dinum diem : Namq; cum in rem aliquam agerent litigatores & pœna ſe ſacramenti pe/
terent, poſcebant iudicem, qui dabatur poſt XXX dies : quo dato inter ſe perendinum
diem, ut ad iudicium uenirent denunciabant. hoc idem uero Cicero ipſe melius & diffu/
ſius tertia actione ſic oſtendit : Vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iſtum compe/
rendinatum iudicaret : adimo enim comperendinatum, quod habet lex in ſe moleſtiſſimũ
bis ut cauſa dicatur. Verum, ut opinor: Glaucia primus tulit ut comperendinaretur reus.
Reiectio iudi/ Antea uel iudicari primo poterant, uel amplius pronunciari. Reiectio iudicum, de qua ſu/
cum perius dictum eſt a uerbi ſignificatione nota eſt: De qua Cicero pro Plantio. An uero nu/
per clariſſimi ciues nomen editi iudices non tulerunt? Cum ex CXXV iudicibus prin/
cipibus equeſtris ordinis V & LXX reus reijceret, quinquaginta referret. Omniaq; po/
tius permiſcuerũt, quàm ei legi conditioniq; parerent. Nos neq; ex delectis iudicibus, ſed
ex omni populo editos ad reficiendum, ſed ab accuſatore inſtitutos iudices ita feremus,
ut neminem reijciamus. Cicero item Attico. Nam ut reiectio iudicum facta eſt, maximis
clamoribus tum accuſator, tanquam cenſor bonus, homines nequiſſimos reijceret, reus
tanquam demens laniſta frugaliſſimum quemq; ſecerneret. Non enim turpior unquam
in ludo talario conſeſſus fuit : Maculoſi ſenatores, nudi equites, tribuni non tam ærarij
Iudicũ nume/ quàm ut appellantur ærati. Iudicum uero delectus, & numerus præter prædictos ſtantis
rus uariatus rei publicæ temporibus factos ſæpe numero uariauit. Suetonius enim de Cæſare ſcribit,
Iudicia ad duo genera iudicum redegit, equeſtris ordinis, & ſenatorij : tribunos ærarios,
quod erat tertium ſuſtulit. Et de Auguſto. Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex
inferiore cenſu, quæ ducenariorum diceretur, iudicaretq; de leuioribus ſummis: iudices, à
trigeſimo ætatis anno collegit, id ẽſt quinquennio maturius, quàm ſolebat: ac plæriſq; iu/
dicandi munus detrectantibus uix conceſſit, ut ſingulis decurijs per uices annua uaca/
tio eſſet. Et Galba iudicibus ſextam decuriam adijci precantibus non modo negauit,
ſed & conceſſum à Claudio beneficium ut hyeme initio'que iam ad iudicandum euoca/
rentur eripuit. Iudices autem, ut profertur deputatos, maiores conſilium appellauere. Ci/
cero pro P. Quintio. Quæſo C. Aquili uoſq; qui eſtis in conſilio. Et pro Roſcio. Qui ex
ciuitate in ſenatum propter dignitatem : ex ſenatu in hoc conſilium delecti eſtis propter
ſecuritatem. Et infra. Dij prohibeant iudices, ut hoc, quod maiores conſilium publicum
uocari uoluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur. Id'que nos etiam uerbum per hanc
Sector occaſionem exponemus. Aſconius ſecunda in Verrem : Sectorem dicit æſtimatorem re/
demptoremq; bonorum damnati atque proſcripti, qui ſpem ſectatus lucri ſui, id eſt ſpem
ſecutus exiſtimationis ſuæ bona omnia in auctione uendit, & infert pecuniam in ærari/
um: & infra. Si conuictus ſit reus atque damnatus, pecuniam reddit æſtimata lite, hoc eſt
in precium reductis omnibus furtis : quam ſummam pecuniæ proſcriptis eius bonis ſe/
ctores curabant. Litis'que æſtimatio non ſolum fit ex titulo propoſiti criminis, ſed etiam
ex alijs probationibus, quæ ex anteactis rebus iudices conſtituerunt. Redeundum uero
eſt ad ea, quæ de iudicandi ordine inchoata, ob uarias uerborum expoſitiones ſæpe inter/
rupimus. diximus ſupra ex Aſconio, ex iudicibus uno octogeſimo pila eductis: quinos ex
ſingulis ordinibus accuſatorem, totidem reum reieciſſe. Sed uidetur Cicero in oratione
pro Aulo Cluentio habita uoluiſſe, in arbitrio partium fuiſſe unum & quinquaginta iu/
dices : qui ex reiectione manſerunt, tamdiu mutatos fuiſſe quouſque partes concordes
remanſiſſent : ſunt'que hæc uerba. Neminem uoluerunt maiores noſtri non modo de ex/
iſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui in/
ter aduerſarios conueniſſet. deinde prætores urbani, qui iurati debent quemque opti/
Cōſeßus iudi/ mum in ſelectos iudices referre, iudicibus ea de qua diximus diligentia præparatis, & te/
cum ubi ſtibus à prætore clàm auditis, ad ſedendum conſtituta die ibant, Erat'que ut plurimum
in foro

in foro sub rostris ipse consessus, suggesto ex tabulatis, tam longo tamq́ eminente parato, ut recto ad lineam ordine sedentes, non solum causæ actoribus, sed populo frequenti conventuro conspicui essent. & subsellia dicturis aduocatis testibusq́ ac ipsis partibus eorumq́ actoribus data fuisse: tum indicat Asconius: tum apertius dicit Plinius, ut inferius apparebit. Dumq́ diceret accusans orator: & pariter postea dum responderet defendens: testes (quod supra diximus) à prætore prius examinati, suo loco singuli, à prætore interrogabantur: qui palàm, & alta uoce ut a cunctis exaudirentur, suum aperiebant confirmabantq́ testimonium. Nam refert Asconius in Milonianàm Ciceronis orationẽ, C. Asinium Stolam testem, qui erat cum P. Clodio quando occisus fuit, & atrocitatem rei factæ, q́ maxime potuit auxit: cum interrogaretur à prætore, tanto tumultu Milonianæ multitudinis circumstantis exterritum fuisse, ut uim ultimam timens in tribunali à Domitio prætore reciperetur. Pompeius igitur postera die cum præsidio uenit: qua re territi Clodiani silentio uerba testium per biduum audiri passi sunt. Vnde accidit ut multi ex partis utriusq́ testibus, cum citati ad dicendum palàm ea quæ prætori deposuerant, ob metum, & timorem non auderent comparere, damnati fuerint: quorum tamen maiorem partem Clodianorum fuisse refert Asconius. Et testes dicit Asconius iuratos productosq́ solere, non solum ne falsa dicerent, uerum etiam ne quæ uera essent tacerent adigi: Vnde Cicero ipse quarta in Verrem actione. Nunc quoq́ unà sunt testes: cum interrogabuntur obligentur non solum de iurisiurandi atq́ existimationis periculo etiam de communi: sed inter se conscientia admonebuntur. postq́ aduocati utrinq́ dixerant, testesq́ auditi erant, permittebatur accusato, & eius aduocatis, ut laudatores uiros urbis grauissimos præstantissimosq́ prout poterant in suam commendationem producerent: quibus licebat, si coram ipsi dicere, & interesse nolebant, aut si absentes essent, per tabellas suffragari. Cicero tertia in Verrem actione. Vt in iudicijs, qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare: q̃ illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere. Asconius in orationem pro M. Scauro: Laudauerunt Scaurum consulares nouem, qui aberant per tabellas: unus præterea adolescens laudauit, frater eius Cornelius Faustus. is in laudatione multa humiliter & cum lachrymis locutus, non minus audientes permouit q̃ Scaurus ipse permouerat. Quem laudandi morem in abusum breui defluxisse Plinius in hunc modum defler. Sequuntur auditores actoribus similes: conuenitur à conductis, & redemptis: in media basilica, tam palàm sportulæ, q̃ in triclinio dantur: ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. ijsdem latinum nomen est, Laudiceni. heri duo nomenclatores mei, habent sanè ætatem eorum qui nuper togas sumpserunt, ternis denarijs ad laudandum trahebantur. Nec soli laudatores ad accusati defensionem coram prætore & consilio ante sententiam: sed & supplicatores quoq́ propinqui & affines admittebantur. Asconius Pedianus in orationem pro M. Scauro: Ad genua iudicum cum sententiæ ferrentur ab uno latere Scaurus ipse, & M. Glabrio sororis filius, & Paulus, & P. Lentulus Lentuli Nigri flaminis filij, & L. Aemilius Bucca filius, & C. Menius Fausta natus supplicauerunt: ex altera parte Sylla Faustus frater Scauri & C. Antonius Licinius: cui Fausta ante paucos menses nupserat, dimissa à Menio: & P. Peduceius & C. Cato & M. Olena Scortianus. Quod autem diximus prædictos ante sententiam, & Asconius scribit, cum sententiæ ferrentur supplicasse, pariter uerum fuit. Nam post auditos laudatores, aut eorum tabellis palàm lectis: prætor per uiatorem cistam circumferri iussit tabellis plenam, noua & pura cera delibutis: quo præeunte uiator subsecutus, è familia prætoris dignior quispiam à superiore consessu incipiens, singulis iudicibus tabellam ita dabat, ut ab uniuerso populo inspiceretur. Intereaq́ tenentem manu stilum supplices illi orabant, signabatq́ euestigio iudex cum prælo quid sui esset iudicij, quod quidem à nemine dum fieret, licet tabella prælumq́ uiderentur, intelligi poterat. Nam qui absoluebat. A. qui condemnabat. C. literas scribebat unicas: reuersiq́ illico prætoris nuncij, tabellas in eandem recipiebant cistam. Et omnes duas & quinquaginta ad prætoris pedes in suggesto effundebant: quibus separatis ab inuicem tabellis, facile erat discernere, condemnatus ne, an absolutus erat accusatus. Videmus tamen in duabus ab Asconio factis enumerationibus, aliquos ex iudicibus non absoluisse, neq́ condemnasse, quorum litera, quæ fuerit, traditum non inuenimus. In Miloniana enim sic tradit Asconius. Condemnauerunt

Testium mos

Ne testes falsa dicerent aut uera tacerent adactos

Vt rei possent laudatores in sui cõmendationem producere

Supplicatores pro reo ante sententiã

Cista tabellis plena à uiatore circumferebatur

A C

Quosdã ex iudicibus nec absoluisse nec condemnasse

 senatores

ſenatores decem, abſoluerunt ſeptem. Condemnauerunt equites Romani nouem, abſoluerunt ſeptem: ſed ex tribunis ærarijs abſoluerunt decem, ſex damnauerunt, quo in computo tres iudicum tabellæ quid habuerint, non eſt traditum. De Scauri autem abſolutione ſic tradit Aſconius: ut ſimilis prædicto computus fieri nequeat: Nam dicit: ſententias tulerunt ſenatores duo & uiginti: Equites tres & uiginti: tribuni ærarij ſex. Ex quibus damnauerunt ſenatores quatuor: equites duo: tribuni duo. Ad extremum dicit Aſconius moris ueterum fuiſſe: cum ſatis uiſum eſſet fluxiſſe uerborum, oratores hanc ſibi neceſſitatem fi-
Dixi niendæ orationis imponere, ut dicerent Dixi: Et ab utraq; parte oratione conſumpta, ut
Dixerunt conſilium dimitteretur: prætor ſoleret pronunciare, dixerunt. De tabellis præter id quod longe ſupra diximus, ſic habet Cicero ad Quintum fratrem. Quid plura de iudicibus: duo prætorij ſederunt, Domitius & Caluinus. is aperte abſoluit ut omnes uiderent: & Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit: & Pompeio prius nunciauit. & pro C. Rabirio Poſthumio. Vbi eſt igitur ſapientia iudicis in hoc: ut non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid debeat ponderet: datur tibi tabella iudicij. De ſubſellijs præter illa quæ diximus ab Aſconio ſumpta: ſic indicat Plinius orator in ſuis iudicijs: quæ tamē à ſuperioribus ſtantis rei publicæ plurimum differunt: ſcribit enim epiſtolam Romano. Atria Viriola fœmina ſplendide nata, nupta prætorio uiro: exhæreditata ab octogenario parente, intra undecim dies ꝙ illi nouercam amore captus induxerat: quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices CLXXX. tot enim quatuor iudicijs conſcribuntur: ingens utrinq; aduocatorum numerus, & numeroſa ſubſellia, præſtantium corona latiſſimum iu-
Bona cōdemnati in manu ſectorū à prætore ponebantur dicium publici circulo ambibat. Ad hoc ſtipatum tribunal, atq; etiam ex ſuperiore baſilicæ parte, qua fœminæ, & uiri, & quod difficile, & uiſendi ſtudio imminebant. His quæ ſupra tam uarie ſunt dicta expeditis, bona condemnati omnia in manus ſectorum à prætore ponebantur, contractæq; inde pecuniæ partim læſis & damna paſſis, ex legis repetundarum forma dabantur: partim in ærarium referebantur.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS ROMAE TRIVMPHANTIS

Liber Quintus. Qui & adminiſtrationis Rei Pub. Tertius

MAGNAM Rei publicæ adminiſtrationis partem ſuperiores duo libri indicant potius ꝙ oſtendunt: cæteras partes pari inquiſitionis labore: ſed neſcio an pari utilitate tertius hic abſoluet: quamꝙ ipſe omnes inter ſe adminiſtrationis partes pares non magis utilitatem ꝙ neceſſitatem habere uidentur. Nam ſi pulchrum, & glorioſum fuit orbem Romanum tam late patentem in unam rem pub. conglutinare: ſi magiſtratibus deligendis: ſi poſtea iudicijs faciendis ea adhibita eſt forma, ut tres ordines populum conſtituentes Romanum ex omni gentium nationumq; colluuione conflatum, ſuam publice & priuatim retinerent dignitatem auctoritatemq;, & quod in re publica plurimi faciendum eſt, pro fortunarum, & uirtutum modo æqualitatem: ſi inquam prædicta magnæ, ut fuerunt, re publica adminiſtranda utilitatis fuiſſe quis iudicabit: idem intelligere poterit, uectigalia, publicanos, tributa, redemptores, portoria, ſal, pecuaria, aquarum diſtributionē, mercatores, fœneratores, auctiones, haſtas, annonā & huiuſmodi multa, ex quibus pecunia rei pub. neruus, & omnis uitæ adminicula publice & priuatim conficiuntur, nō minora ſuperius dictis, rei pub. com-
Vectigalia moda emolumentaq; attuliſſe. Vectigalia quæ ſunt publica cū oſtendere pergit Vlpianus in uerborū ſignificationibus, uerbi etiā uim ſatis exprimere uidetur: hanc ſcilicet, ꝙ præmium res pub. capit, ex his, quæ diuerſis modis cōuehi contingit. publica inter habentur, nō ſacra, nec religioſa, nec quę publicis uſibus deſtinata ſunt: ſed ſi qua ſunt ciuitatū ueluti bona, ceu peculia ſeruorū, ciuitatum proculdubio publica habentur. publica uectigalia intelligere debemus: ex quibus uectigalia fiſcus accipit, quale eſt uectigal portus, uel uenalium rerū. Item ſalinarū, & metallorū, & piſcariorum. Feſtus Pompeius ſcribit: Lacus Lucrinus in uectigalibus publicis primus locatur emendus, ominis boni gratia, ut in delectu
Kl. Martij uectigalia locari ſolita cenſu'ue primi nominētur. Cicero in legem agrariā Rulli primā. Cenſoribus uectigalia locare nuſꝙ licet, niſi in cōſpectu populi Romani. Et infra. Vectigalia locare nuſꝙ licet niſi in hac urbe. & Macrobius in ſaturnalibus dicit. Kl. Martij conſueuiſſe uectigalia locari.

Quantum

Quantum uero uectigalia inter se differant, Cicero in superiori oratione sic ostendit. An obliti estis Italico bello amissis cæteris uectigalibus, quantos agri campani fructibus exercitus aluerítis? An ignoratis cætera illa magnifica populi Romani uectigalia, perleui sæpe momento fortunæ inclinatione temporis pendere? Quid nos Asiæ portus: quid Syriæ rura: quid omnia transmarina uectigalia iuuabunt: tenuissima suspitione prædonum aut hostium iniecta? At uero hoc agri campani uectigal cũ eiusmodi sit, ut cum domi sit, & omnibus præsidijs oppidorum regatur, tum neq; bellis infestum, nec fructibus uarium, nec cœlo aut loco calamitosum esse soleat: maiores nostri non solum id quod campanis ceperant non imminuerunt, uerum etiam quod & tenebant à quibus adimi de iure nõ poterat coemerunt. De eodẽ uectigali Cicero ad Atticum scribit: Portorijs Italiæ sublatis: agro campano diuiso: quod uectigal superest domesticum, præter uicesimã, quæ uidetur una contiuncula clamore pedissequorum nostrorum esse peritura. quod autem Cicero de uicesima timere est uisus, ne parua contiuncula eam tolleret, breui euenisse uidetur: quod cum paulo prius fuisset instituta, nunq; postea fuit cõtinuata: erat q; id onus Italiæ additũ, ut omnium rei frumentariæ redditυum uicesima pars populo Romano accederet. Vectigalibus autem publicis pro posse defendendis ampliandisq; Cicero magnum semper studium impendit. Vnde in Verris accusatione actione secũda: In hac causa frumentaria cognoscenda hoc uobis proponite iudices, uos de rebus fortunisq; siculorum omnium, de ciuium Romanorum qui erant in Sicilia bonis, de uectigalibus à maioribus traditis, de uita uictuq; populi Romani cognituros. Erat uero id uectigal dignum, de quo Cicero diceret uitam uictumq; populi Romani pendere. Nam subacta à M. Marcello Sicilia, agros omnes, qui amplissimi in ea insula feracissimiq; sunt: sicut ab Hierone, & alijs regibus fieri consueuerat, pro rei publicæ uectigalibus retinuerunt: quos postea moris fuit aratoribus locare, decimam inde reddentibus: idq; uectigal prætor cum locare consueuisset, & recuperatores, id est fideiussores accipere: qui tamen curam inspiciendi quid arator ageret & simul decimandi haberent: Verres in facienda huiusmodi locatione, recuperatores ex suis ministris accepit homines furacissimos. Hinc est q Cicero in prædicta actione sæpe sic replicat. Illi uiri optimi de cohorte istius recuperatores. Et infra: Si me Hercules ex omni copia conuentus Syracusani splendidissimorum hominum honestissimorumq; faceres potestatem aratori, non modo reijciendi sed etiã sumendi recuperatores: tamen hoc nouum genus iniuriæ nemo ferre posset. & item infra: Omniũ cõtrouersiarum quæ essent inter aratorem & decumanum edicit se recuperatorem daturum. Paulus iureconsultus. Vectigales alij dicuntur agri ciuitatum, alij non. Vectigales sunt qui in perpetuum locantur, id est hac lege ut quamdiu pro his uectigal pendatur, tam diu neq; ipsis qui conduxerunt, neq; his qui in locum succedunt ipsorum, auferri eos liceat. quantum autem non magis rei publicæ usui q; prouincijs utilitati cesserit uectigalium institutio, Cicero ad Quintum fratrem Asiæ proprætorem sic ostendit. Simul & illud Asia cogitet, nullam ab se neq; belli externi, neq; discordiarum domesticarum calamitatem absuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur. Id autem imperiũ cum retineri sine uectigalibus nullo modo possit: æquo animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat. unde non iniuria de laudibus Pompeij disserens Cicero sic dicit. aguntur certissima & maxima populi Romani uectigalia, quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis. Cæterarũ prouinciarum uectigalia tanta sunt, ut his ad ipsas prouincias tutandas uix contenti esse possimus: Asia uero tam opima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine pensionis, & multitudine earum rerum quæ expetuntur, facile omnibus terris antecellat. Et uectigalia sua non solum res publica Romana, sed unumquodq; habuit municipium, quæ aliquando extra ipsius oppidi solum remotissima erant. nam Atellani, quod oppidum nũc est Auersa urbs prope Neapolim, in Gallia Cisalpina nunc Longobardia, unius oppidi precio comparati uectigalia habuerunt. Cicero Cluuio. locutus sum de agro uectigali municipij Atellani, qui esset in Gallia. & Cicero Bruto. Pro Arpinatibus, quorum quidem omnia commoda omnes'que facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum locorum'que communium tueri possint: consistunt in his uectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia. Ad ea uisenda pecuniasq; quæ à colonis debentur exigendas equites Romanos misimus, publicanos appellarunt maiores

Vicesima ex redditibus rei frumentariæ Rom. populo dabatur

Vectigal ex agris Siciliæ

Vectigales perpetui

Vnumquodq; municipium uectigalia habuisse

Publicani

maiores eos qui uectigalia & alios populi Romani reditus exigendos certo cōstituto precio redimebant, quorum ordinem, & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat. Nam & equites Romani pro maxima parte erant, qui conducebāt, & illis senatus cæteriꝗ rei pub. curā administrationis gerentes, libentius, ꝗ alijs locabant, quod equites ipsi eo cōseruando proprij quæstus, & emolumenti cōmodo pacem potius uectigaliū amicissimā suadebāt, ꝗ bellum optabātꝗ, & prouincias in quibus militabant attentiori cura à motibus & hostiū incursionibus defensabant. Hinc cum is ordo plurimum in comitijs iudicijsꝗ sicut ostendimus ualeret, eorum amicitiā magnates quiꝗ præsertim Cicero ipse quærebat. Cicero in oratione pro Plancio. qui publicanorum ordo quanto adiumento sit in honore quis nescit? Flos enim equitum Romanorum ornamentum ciuitati, firmamentum rei pub. publicanorum ordine continetur. Cicero item Quinto fratri Asiæ proprætori. potes etiam tu id facere, quod & fecisti egregie & facis: ut commemores quanta sit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus. Vt remoto imperio ac ui potestatis, & fascium, publicanos tamen græcis gratia & auctoritate coniungas. Et Lentulo scribens Cicero homini amicissimo, & quem in periculo constitutum consilio adiuuabat. Nosti consuetudinem publicanorum, scis: ꝗ grauiter inimici ipsi illi Quinto Scæuolæ fuerunt: tibi tamen suadeo: ut si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Et Crassipedi item. Me uniuerso ordini publicanorū semper libentissime tribuerim. Et de prouincijs cōsularibus decernēdis orans Cicero, in maximo Asiæ prouinciæ periculo, ut Pompeius illi præficeretur suadens. Iam uero publicanos miseros, me etiam miserum illorum ita de me meritorū miserijs ac dolore. Et pro domo sua ad pontifices. Proximus est huic dignitati ordo equester: omnes omnium publicanorum societates de meo consulatu, ac de rebus meis gestis amplissima decreta fecerunt. Et Caium Rabirium Posthumium pro quo orabat Cicero laudās: huius pater Caius Curius princeps ordinis equestris fortissimus, & maximus publicanus. Nec tamen exigendis uectigalibus alijsꝗ redditibus ipsi equites Romani militiæ addicti operam dabant, sed alios habebant ministros ciues Romanos ad id idoneos: qui mancipes appellati sunt: quos Asconius in diuinatione, prima in Verrem actione sic diffinit. Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæstus sui causa decimas redimunt. & Cicero ipse quinta in Verrem actione. Quid est Verres, ne illam quidē tibi defensionē reliquam fecisti? Mancipes in istis rebus esse uersatos: mancipes frumentum improbasse: mancipes precio cum ciuitatibus decidisse. Et alios equitibus Romanis ad id fuisse ministros, Cicero ad Atticum sic innuit. Tu autem literas sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magistros scripturæ & Ponti & nostrarum diocesum. Tributum unde sit dictum, & quomodo originem habuit, M. Varro de lingua latina sic ostendit. Tributum dictum à tribubus, ꝙ ea pecunia quæ populo imperata erat: tributim à singulis exigebatur. Vnde per hanc occasionem tribuni uerbum sic idem Varro exponit. Vt militi redderēt æs militare tribuni sunt dicti. quod autem tributum conferrent ciues, cuiuscunꝗ ordinis status, & gradus, pro modo facultatum, facta distributione per centenas partes: sicut ætate nostra ueneti obseruant: Cicero ad Brutum scribens, cuius imperatoris exercitus apud Mutinam rei pecuniariæ indigentia laborabat sic innuit. Maximus autem (nisi forte me fallit) nodus est in re publica inopia rei pecuniariæ, obdurescunt enim magis quotidie boni uiri ad uocem tributi: quod centesima collatum impudenti censu locupletum uiduarum legionū præmijs omne consumitur. Impendent autem infiniti sumptus: cum in hos exercitus quibus nūc defendimur tum uero in tuū. Et tributi soluendi uetustissimū fuisse morē, Liuius secundo sic ostendit. Tributū inde indictum, patres cōferre ipsi primi: Et quia nondū argentū signatum erat: æs graue plaustris quidā ad ærariū cōuehentes speciosam etiā collationē faciebāt. cum senatus summa fide ex censu cōtulisset, primores plæbis nobiliū amici ex cōposito cōferre incipiunt: quos cum à patribus collaudari, & à militari ætate tanꝗ bonos ciues cōspici uulgus hominum uidit, repente spreto tribunitio auxilio certamen conferendi est ortum. Et libro postea septimo Liuius, leuatas fuisse dicit duas maximas res, quia tributo & delectu supersessum. Quo autem tempore tributa postmodum in stipendia militum fuerint collata: Liuius decimo ostendit. Nam post triumphum à Papirio cursore de Samnitibus ductum ipse nihil militi dederat; sed prædam omnem in ærarium contulerat. Tributum

Equites uectigalia conducebant · *Mancipes* · *Tributū unde* · *Tribuni* · *Tributa in stipendia militū collata*

butum tunc in ſtipendium militum fuit collatum. Et libro primo trigeſimo Liuius di-
cit. Cum Carthaginenſes argentum in ſtipendium impoſitum adduxiſſent, quia probum
non eſſe quæſtores renunciarunt experientibusq; pars quarta decocta erat, pecunia mu-
tua Romæ ſumpta detrimentũ argenti expleuerunt. Et ne mirum cui ſit, quod de argento
eſt dictum, Plinius affirmat populum Romanũ uictis gentibus argentũ imperaſſe non au-
rum. Nec uero ſola urbs Romana, ſed & multæ prouinciæ & urbes quod ſupra oſtendi-
mus, tributa ſoluerunt. de Paulo enim Aemilio ſupra eſt dictum, quod Macedonia, & illi-
rio receptis tributum impoſuerit, mediũ tamen illius, quod regibus ſoluere cõſueuiſſent.
Et Scipio numantia funditus exciſa, multas Hiſpaniæ urbes tributarias effecit. Pompeius
bello piratico confecto ponti urbes, & circũſtantes tributarias effecit. Berodẽ regem Alba
norum tributariũ dimiſit. ne autem prouinciales tributis indecenter grauarentur, nõnulli
principes prouiderunt. Nam Suetonius de Tiberio ſcribit. præſidibus onerandas tributo
prouincias ſuadentibus reſcripſit. Boni paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere. Et He-
lius Spartianus de Hadriano dicit, eum tributa multis remiſiſſe. Fuerunt prædictis ſimilia
emolumenta rei P. portoria, de quorum miniſtris ſic habet Nonius Marcellus: Portitores
telonarij, qui portum obſidentes omnia ſciſcitantur, ut ex eo uectigal accipiant. Et Aſco- *Portoria*
nius ſecunda in Verrem actione: Portorij, qui portoria redimunt. Liuius autem ſecundo *Portitores*
dicit, portorijs quoq; & tributo plebs liberata, ut diuites conferrent, qui oneri ferendo *Telonarij*
eſſent. Pauperes ſatis ſtipendij pendere ſi liberos educarent. Et diligentiã quæ exigendis
portorijs adhiberetur Cicero ſecunda in Verrem actione ſic oſtendit. Inuenio duos ſolos
libellos à Lucio Canuleio miſſos ſocijs ex portu Syracuſis, in quibus erat ratio ſcripta mẽ
ſium: complurimarũ rerum exportatarũ iſtius nomine ſine portorio. Salis item aliud fuit
Romanis maximum uectigal. Liuius in quinto. Ancum Marcium regem primo inſtitu- *Salis uectigal*
iſſe ſalinas & populo ſalis modia ſex in congiarium dediſſe dicit. ſed poſtea undetrigeſi-
mo Liuius ſcribit, Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt: Sextante ſal &
Romæ, & per totam Italiam erat. & ſextantem docebimus ſextam fuiſſe unciæ partem
æris: ſcilicet ut ſi ad noſtrã referremus ætatem duobus quatrinis ſalis libra uenderetur: Ro
mæ precio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi precio prebendum locaue-
runt. Id Vectigal cõmentum alterius ex cenſoribus ſatis credebant, quod iniquo populi
iudicio damnatus eſſet. Id precio ſalis maxime oneratis tribubus, quarũ opera damnatus
erat credebant: Inde ſalinator Liuio cognomen. Et non paruũ ex pecuarijs emolumentum
publice ſimul & priuatim Romani perceperunt. pecuarios aũt Aſconius ſuper diuinatio- *Liuius Sali*
nem uerrinarum exponit, eſſe qui pecora publica redimunt. Videmus uero tradi à uetu- *nator*
ſtioribus, Romanos & urbis & imperij fundatores, nihil in bonis aliud præter pecudes ha *Pecuarij*
buiſſe. Vnde uult Feſtus uerbum peculatus pro furto publico poni. quia ſic à principio
dici cœperit, tunc cum Romani præter pecudes nihil habebãt. Et Varro ſuis temporibus *Peculatus*
ſeruatum fuiſſe dicit, quod pariter & noſtra ætate ſeruatur: Vt greges ouium longe abi-
gantur in Samnium ex Apulia æſtiuatum. fuitq; ſemper maxima hominũ multitudo, quę
gregibus cuſtodiendis in Apulia eſt obuerſata. Vnde Cicero tertia in Catilinã. In M. Ce-
parium cui ad ſollicitandos paſtores Apulia eſt attributa, & ſiluas lucoſq; publicos Roma
ni uectigales habuere: Vnde Lucar appellatũ eſſe, quod ex lucis caperetur Feſtus ſcribit. *Lucar*
Et Cicero pro Milone orans de Clodio. Seruos agreſtes, & barbaros, quibus ſiluas publi
cas depopulatus erat hetruriamq; uexauerat ex apennino. Vult autẽ M. Varro omnis pe
cunię pecus fuiſſe fundamentũ. nec tamen quod aliqui crediderũt: uult Varro pecuniam *Pecus funda-*
prædicta ratione dictam eſſe à pecude. ſed potius quia quod infra oſtendemus antiquiſſi- *mentum pecu*
mum æs quod eſt conflatũ pecore eſt notatum. Celſus aũt iureconſultus ſcribit, peculium *nia*
appellatur, quod præſidij cauſa reponeretur, ut Paulus agit quibuſdam bellis ciuilibus fa- *Pecunia unde*
ctitatũ, & audiſſe ſe ſenes ruſticos ita dicẽtes, pecuniã ſine peculio fragilem eſſe. Primoge *Peculium*
nius tamen in uerborũ ſignificationibus uult pecuniæ nomine non ſolum pecuniã, ſed o-
mnes res: tam ſolidas, quàm mobiles, & tam corpora, quam iura contineri. Magnũ quoq; ue- *Aquarum ue*
ctigal dediſſe rei publicę aquas per formas in urbem introductas Frontinus de aquæ du- *ctigal*
ctibus tractans oſtendit. Et nos caſtella lacusq; & cæteras aquæ ductuum partes in Roma
deſcribentes inſtaurata particularia indicauimus uectigalia. Mercatura, & ſi priuatorum
fuerit exercitiũ, ex quo uectigalia plurimum acciperent incrementi: aliquid tamen cum

publica salute ex eo coniunctũ habuit, quod pecunia quæ diuersis modis trans mare traijciebatur, eam quę erat Romę uel augebat prout successerat, uel imminuebat. De uerbi autem ui, sic habet Nonius, Merx species ipsa. Mercatura actus. Et traiectitiã pecuniam esse dicit Modestinus iureconsultus, quæ trans mare uehitur. cæterum si eodem loco consumitur: non erit traiectitia. Sed uidendũ an merces ex ea pecunia cõparatæ in ea causa habeantur. Et interest utrum ipsæ periculo creditoris nauigent, tunc enim pecunia traiectitia fit. Et de ipsarũ utilitate uel damno, de laudibus Pompei orans Cicero sic habet. Deinde cæteris ex ordinibus homines gnaui & industrij: partim in Asia negotiantur, quibus uos absentibus consulere debetis: partim eorũ in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. Et infra: Nam cum in Asia res magnas permulti amiserant scimus Romæ solutione impedita fidem cõcidisse: hæc fides atq; ratio pecuniarũ, quæ Romæ, quæ in foro uersatur, implicita est cum illis pecunijs asiaticis & cohæret. Vnde Cicero pro Plantio orans, cum ex bono loco uisus est laudare: cum patrem eius equitem Romanũ dixit maximarum societatum autorem: plurimarũ fuisse magistrum. Et ad Crassipedẽ scribens idem de bithynijs mercatoribus sic habet. Quanq; tibi præsens commendaui, ut potui diligentissime socios bithyniæ, quæ societas ordine ipso hominũ genere pars est maxima ciuitatis. Iuuerunt autem difficillimis temporibus rem P. societates mercatorum. Liuius XXIII: cum Scipiones in Hispaniam frumentũ uestimentaq; exercitui supplenda postulassent, nec unde darent senatus populusque haberent: Fuluius prætor in contione exhortatus est eos, qui redẽpturis auxissent patrimonia: ut rei publi. ex qua creuissent, ad tẽpus cõmodarent. Tres societates XIX hominũ effecerunt, pacti ut quæ in naues imposuissent, ab hostium tempestatisq; ui publico periculo essent: exsoluitque postea senatus. & XXIIII. Cum censores ob inopiam ærarij se iam locationibus abstinerent ædium sacrarum tuendarum, ciuiliumq; equorum præbendorum, ac similium his rerum, cõueniunt ad eos frequentes, qui hastæ huius generis assueuerant: hortanturq; censores, uti omnia perinde agerent, locarent, ac si pecunia in ærario esset: neminem nisi bello confecto: pecuniam ab ærario petiturum esse. Fuerunt autem mercatoribus inferiores Mangones. Affranius iureconsultus non mercatores, sed uenalitiarios appellari ait. Et malis mercatoribus pœnam Vlpianus iureconsultus decernit, Stellionatũ dicens maxime in his locum habere: si quis pro re forte alij obligata, dissimiliter obligatam per calliditatem alij distraxerit, uel permutauerit, uel insolutum dederit, & si quis merces supposuerit, uel obligatas auertit, uel corrupit: si quis imposturam fecerit, uel collusionem in mercem alterius. multa collegimus rei publi. neruos pecuniam facientia: quæ omnis pecunia cum in ærariũ inferretur, de eo altius multa repetere libet quæ pro alteris Romæ, & rei pub. incunabulis haberi poterunt. ærarium fuisse dicit Plutarchus in Saturni æde, quia nullum eius dei tempore furtum fuerit commissum, uel quia Valerius publicola ibi constituerit: utputa in loco tuto, & munito natura: tabulasq; publicas in eo fuisse seruatas scribit. quamquam supra à nobis ostensum est, non modo tabulas, sed libros quoq; elephantinos ibi fuisse seruatos, in quibus XXXV essent conscriptæ tribus, & pariter alios in quibus, & senatusconsulta conscriberentur. Nec dubitamus quin eo in loco omnes publicarum rationum libri conseruarentur: Suetonius in Cæsaris rebus gestis. Tabulas ueteres ærarij debitorum uel præcipuam calumniandi materiam exussit. Plutarchus prædictis addit. legatos undecunq; Romam uenientes ædem Saturni primo adijsse, deinde à præfectis ærarij ubi edidissent nomina fuisse descriptos, quia quęstores legatis munera mittebant, & ægrotos curabant, qui si morbo interissent, sumptu publico sepeliendos curabant. Et postea propter multitudinem legatorum sumptus fuisse sublatos, mansisseq; ut præfectos ærarij adirent, quibus nomina sua edant ac scribi faciant. inferebantur uero in ærarium non modo æra à quibus dictum ærarium asserit M. Varro, sed res quoq; utilitatem rei P. allaturæ: Liuius enim dicit M. Pinarium prætorem in acie ad duo milia Corsorum cecidisse, qua clade compulsi obsides dederunt, & ceræ centum milia pondo. Quamq̃ aũt huiusmodi, aut præda, aut præmia à uictis habita imprimis ærariũ locupletasse uidetur, ut supradicta à nobis diligenter enumerata, uectigalia, portoria, sal, stipendia, sicut ordine percipiebantur, sic ordinarijs sumptibus satisfecisse uideantur: habita tamen de hostibus uictis spolia ærarium melius compleuerũt: adeo ut Plinius Plutarchusq; in Pauli Aemilij uita, concordi referant sensu: tantum auri & argenti

Merx
Mercatura
Pecunia traiectitia
Mercatorum societates rei P. usui fuisse
Mangones
Venalitiarij
Stellionatus
Aerarium in æde Saturni
Tabulæ publicæ
Elephantini libri
Legatorũ externorum nomina à præfectis ærarij notabantur
Non solum pecuniã in ærario solitam seruari sed & alias res

& argenti in ærarium retuliſſe Aemilium Paulum Perſe deuicto, ut nullum poſtea tributum à ciuibus perſolui oportuerit: uſq; ad Hircij & Panſæ conſulatũ, qui circa primũ Cæſaris Auguſti, & M. Antonij ciuile bellum conſules fuerunt. De eoq; defectu pecuniæ, quem res P. etiam prius per belli ſcilicet Cæſaris & Pompei ciuilis initia habere cœpit: Cicero Attico ſic ſcribit. Sumus imparati à pecunia, quam quidem omnem non modo priuatam quæ in urbe eſt, ſed etiam publicã quæ in ærario eſt illi relinquimus. Et uere ſcripſit tunc Cicero. Nam Cęſar repertam in ærario grandem uim pecuniæ abſtulit: Vnde ad annum inde quintum eo mortuo prædictis Hircio & Panſa conſulibus ciues grauari oportuit. In ærario autem principaliter æra, unde locus eſt dictus, reponebantur. eratq; eius pars quędam ſecretior, in qua omnium rei publi. introituũ pars uiceſima ſeruabatur, tam obſtinate clauſa: ut niſi difficillimis rebus premeretur res publi. inde pecunia ſumi non poſſet. *Locus in ærario ſecretior* Liuius X X V I I Cætera expedientibus quæ ad bellum opus erant conſulibus aurum uiceſimariũ quod in ſanctiore ęrario ad ultimos caſus ſeruabatͣ, promi placuit: prompta ad quatuor milia pondo auri. Sed & locum & actum ærarij conſeruandi, fiſcum maiores; ſicut & nos nunc, appellauere: *Fiſcus* cuius uerbi & originem & cauſam Aſconius ſecunda in Verrem actione ſic exponit. Sportæ unde ſportulæ nummorũ ſunt receptacula, ut ſacci, ſaccelli, ſacculi, crumenæ, uellæ, ſcorticæ, & manticæ, & marſupia. Fiſci uero fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ quàm priuatæ, ærarium dicitur loculus, & arca theſauri pro ſacello fiſcus pecunia publica: à quo & confiſcari ſolet dici: in publicum ius ærarij redigere.

Quando autem primum pecuniæ Romanis fuerit uſus, à Plinio ſic habetur: Populus Romanus ante Pyrrhum regem deuictum ne quidem argento ſignato uſus eſt: libralis ante, *Quando primũ Romanis pecuniæ uſus* unde & libella nunc dicitur, & dipondius appendebatur aſſis: Vnde & expenſa in rationibus dicuntur. Quin & militum ſtipendium, hoc eſt ſtipes ponderata. argentum ſignatum eſt anno urbis D. L X X X V. Q. Fabio conſule, anno quinto ante bellum primum punicum: placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinq;, ſeſtertiũ pro dipondio ac ſemiſſe. Libræ autem pondus æris imminutum bello primo punico cum impenſis res publi. non ſufficeret Hannibale urgente, & Q. Fabio dictatore aſſes unciarij facti: placuitq; denarium ſexdecim aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Ita res publi. dimidium lucrata. Lucius Brutus in tribunatu plebis octauam partem æris argento miſcuit, qui nunc uictoriatus appellatur. Eſt autẽ ſignatus uictoria, unde nomen. Hæc quæ ſupra ut apud Plinium Liuiumq; ſunt tradita poſuimus, principia quidem habent, ad id quod quærimus. ſed fuſius apertiuſq; quoad poterimus declaranda ſunt. Traditum eſt ex Liuio poſt cladem naualem primo bello punico à Fuluio Seruio conſule in Aphrica acceptam Romæ ſtatim ducentas naues refectas, quo tempore nummi primi argentei fuerint cuſi, & nummus decima pars denarij aurei fuerit: Et paulo infra in eodem bello ſcriptum eſt, petitam fuiſſe ab Aphris pacem & à Luctatio conſule datam, dediſſeq; aphros ex fœdere omnes Romanorum captiuos, & tributum ſpopondiſſe in uiginti annos tria millia talenta: talentumq; id fuiſſe quinquaginta libras argenti ſingulum, ſed alia quoq; fuerunt diuerſiſſimi ab hoc ponderis talenta. de quibus cum à nobis ſit dicendum alia quoq; monetarum numerorum & ponderum uocabula afferemus. Quæ omnia qualia per ſingulas ætates fuerint, examuſſim oſtendere non magis difficile, quàm impoſſibile fuerit, non ſolum, quia obſcuris, & noſtra ætate ignotis uerbis ſunt à maioribus tradita, ſed quia omnis ferè ætas ſuam habuit cudẽdi uarietatem & formam. Videmus enim multos ex cõſulibus priſcis ſui uultus cuſiſſe nummos, ſemper menſura & pondere uariatos, quod maiore poſtea ſtudio ſinguli principes factitarunt. & tamen interea nunquã eſt ceſſatum, uictoriatos, bigatos, & quadrigatos cudi. Quæ igitur uerba exponere audeamus ea proponemus ratione, ut ab infinita aliorum turba ſupra uires exponenda liberi maneamus: erunt enim pecunia, libra, pondo, aſſes, nummus, denarius, talentum, ſeſtertium, & quæ his connexa obligataq; aut ab eis dependentia incident. Prima ſignati æris, & argenti nota fuit pecus. Vnde pecunia eſt dicta. *Prima ſignati æris nota pecus.* pondo & libram idem fuiſſe Feſtus Pompeius innuit, cum dicit: duo aſſes ſinguli libram, & pondo efficiebant: quare autẽ unicæ rei duæ fuerint appellationes, quid dicamus nihil aliud eſt, q; nobis uideri libram ab unciarum diuerſitate aliquãdo uariaſſe, pondo ſemper idem fuiſſe quo omnes uſi fuerint: qui librę no- *Pondo Libra*

men si posuissent, dubium quod pondere designabant fore credebant. Talentũ uero pondus *Talentorum genera* fuisse constat multipliciter uariatum: Nam præter supradictum ab Aphrica habitum quod fuisse diximus librarũ quinquaginta: fuit ægyptium: quod Plinius quindecim continuisse pondo dicit. Duo item alia fuere talenta: atticum: euboicũ: rursusq; atticum fuit duplex: maius & minus. Liuiusq; libro XXXVI scribit magnũ talentum atticũ LXXX libras & paulo plus habuisse, q & paulo prius libro XXXIIII. dixerat talentũ illud magnũ LXXXIII habere libras, & quatuor uncias. Priscianus uero grãmaticus talẽti eius attici maioris computum ad Romani usus consuetudinem hanc reducit: ut sex milia Romanorum denariorũ impleat. Constat uero ad prædictorum intelligentiam, quotiens in prædictis fit ponderis mentio, argentũ id pondus non æs aut aurum fuisse: nisi ea auri & æris uocabula sint adiuncta. *Prior argenti usus Romanis quam auri* Romanis enim prior, & crebrior argenti usus fuit, q̃ auri, & argentum ipsi non aurum uictis gentibus imperauere: sicq; ubi talentũ octuaginta trium librarum, unciarũ quatuor fuisse diximus, id ad argenti ualorem erit referendũ. Quod aũt dicit Priscianus sex milia denariorum Romanorũ impleuisse talentũ, ad aureos denarios non est referendũ, qui aucta & florente re. P. sunt sic appellati. Sed ad primos denarios: quos sexdecim assibus æris permutari placuisse Fabio dictatori supra est dictum. Sed his *Siliqua* omissis minora Romanorũ pondera dicemus, ex quibus maiora illa quo modo cõficerentur intelligi potest. Siliqua fuit primũ minimumq;, quod esse constat granum thecæ inclusum fructus arbusti: inde siliqua pariter appellatur: quo abundat Apulia: uarioq; uocabulo apud Italicos appellaĩ. *Scrypulus* Thecaq; oblõga & plana saporis dulcedinẽ habet. Post siliquam erat scrypulus Græce, & obolus Latine dictus: *Obolus* qui sex siliquis conficiebatur. *Dragma* Dragma deinde tribus constabat scrypulis decem & octo siliquas complexa. *Nummus* Nummus dehinc argenteus quatuor scrypulos: hoc est dragmã & tertiam continebat: *Vncia* Et uncia sequebatur ex octo dragmis confecta. *Libra Italica* Libram dehinc Italicã duodecim unciæ conficiebant, dragmas in se nonaginta sex habẽtes. *As Mina* hæcq; libra as apud Romanos: apud Græcos mna est dicta, quam postea minam dici consuetudo obtinuit. Vtrum uero libræ nostri temporis par ea & correspondens fuerit dediti arithmeticæ faciliter poterunt iudicare. *Sestertium atticum* Et libras uiginti quatuor sestertium atticum paruum habuisse Seneca ad Nouatũ scribit. Vnde cum dicat M. Varro uiginti quatuor sestertia libras sexaginta conficere: Apparet sestertiũ duabus libris & dimidia fuisse conflatum. *Dipondius Semis* Nam prosequitur idem Varro. Dipondius & semis antiquũ est sestertium. fuit aũt maioribus consuetudo ut æra in uocabuli cõpositione postponerent. Sicq; semisquintus, semisquartus, semistertius pronunciabant. *Aßipondium* Dixerunt etiam dipondiũ à duobus põderibus, & unum pondus fuit assipondiũ, quasi libræ unius pondus. *Treßis* Reliqua deinceps à numero dicebantur usq; ad centussis. & à tribus assibus tressis, & pariter usq; ad decem computabatur. *Decußis* Abinde sumebatur à decem cõpositio. Decussisq; à decem assibus. *Vicessis* & à duobus decussibus uicessis. *Tricessis* deinde tricessis usq; ad centussis. *Centussis* Sicq; Persius. Et centum Græcos uno centusse licetur: id est centum libris uendit per auctionem, quæ per incrementũ precij sicut sub hasta fiebat. Fuerunt pariter diuersæ unciarũ supputationes, diuersis appellatæ nominibus. *Deunx* Et cum libra uel as duodecim esset unciarũ: Deunx undecim unciatum dicebatur, quod uncia una demeretur à libra. *Dextans* Dextans unciæ decem quasi dempto sextante ex asse. *Dodrans* Dodrans unciæ nouem, quasi dempto quadrãte ex asse. *Bessis Septũx* Bessis unciæ octo quasi binus triens. Septunx unciæ septem. *Semis* Semis unciæ sex: quasi semis as uel libra média. *Qʋincunx* Quincunx unciæ quinq;. *Triens* Triens unciæ quatuor, id est tertia pars assis. *Qʋadrans* Quadrans unciæ tres quasi quarta pars assis. *Sextãs Vncia* Sextans unciæ duæ: quasi sexta pars assis. deinde uncia ab uno dicta est. *Semiuncia* Semiuncia semis est unciæ; *Sextula* duæ sextulæ sunt tertia pars unciæ id est scrypuli octo. *Sicilicus* Sicilicus scrypuli sex. Sextula scrypuli quatuor. *Dimidia sextula* dimidia sextula: scrypuli duo. Ad eosq; numeros cum hereditates diuiderentur sic habet in oratione pro Aulo Cecinna M. Cicero. facit heredem ex deuncia, & semiuncia Cecinnam Ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris uiri: Ebutio sextulam aspergit. Satis per numeros ponderaq; balbutisse uidemur. Et tamen maximam eius rei partem, qui à nobis desiderent multos non dubitamus futuros. Sed ne res ipsa aliter aperiri, & absolute à nobis tractari potuerit multa obstant: quod per omnes (ut diximus) ætates ab urbe cõdita in dies nostros uariati nummi, mutata cum ponderibus formisq; nomina, adeo ut paucissima ac fermè nulla ueram à ui uerborum noticiam nunc habeant. Nec potuimus in hac (sicut in multis fecisse uidemur)

uidemur)rei difficultatem ingenio,& industria superare,quod nulla extant priscorum uo
lumina in quibus aperta dictorũ uerborũ mentio fiat. Characteribus enim,& signis ubiq;
talenta, sextertia, pondo,libra,nummus,denarius, scrypulus, & uetusta uerborum supra
à nobis positorum turba sunt per libros notata. quæ signa nullus ætate nostra recognoscit
& quæ fortassis cognosci possent librariorum uicio deprauata sunt.sic que nulla potuit le
ctionis diligẽtia quod nõ intelligebamus ut disceremus efficere. Itaq; ærarij partibus abso
lutis ad alias rei pub. administrationis partes redeamus. Eaque primum attingamus: quæ
ex ipso ærario aut horreis à præfectis ærario primum institutis: ad populi Romani utili-
tatem bonam q; gubernationem deprompta fuere. Scribit Plinius populum Romanũ cœ
pisse stipem spargere Sp. Posthumio Q. Martio consulibus. tantam q; pecuniam in æra-
rio fuisse, ut eam conferrent L. Scipioni: ex qua is ludos fecit. Annium quoq; martium
idem dicit ædilem plebis primum frumentũ populo in modios assibus donasse. Helium q;
pariter in ædilitate frumentum populo assibus præstitisse, qua ex re statuæ illi in capito-
lio, & palatio positæ fuerint, & supremo die humeris à populo in rogum delatus sit, sed
huiusmodi munera populus Romanus sub principibus ampliora, ac frequentiora accepit
De Cæsare enim Suetonius scribit: populo præter frumenti duos modios, ac totidem olei
libras, trecentos quoq; nummos quos pollicitus olim erat uiritim diuisit. Et munus popu-
lo epulum q; cum daret: quamuis macellarij oblocata darent, etiam ipse domesticum appa
rauit. Item dedit epulum populo ac uisceratiõẽ. Et post Hispaniensem uictoriã duo pran
dia. Nam cũ prius parce neq; pro liberalitate sua præbitũ iudicaret: quinto post die aliud
largissimum præbuit. Dederunt uero principes Romani uariatis pro rerum opulentia mo
dis quandoq; partem: sicut Cęsarem supra de duobus modis fecisse diximus: quandoq; to
tam summam familijs necessariam, prout infra docebimus. unde Augustum dicit Sueto-
nius non solum summã totó suffecturam anno dedisse: sed cum singulis dari mẽsibus con-
sueuisset, ter in anno distribui uoluisse. Suntq; hæc Suetonij uerba. ac ne plures frumen-
tationis causa frequentius à negocijs auocarentur, ter in annum quaternorum mensium
tesseras dare constituit: sed desideranti ueterem consuetudinem concessit rursus, ut sui
quisq; mensis acciperet. Idem q; princeps, ut mercatoribus industria ualentibus, sed à rei
tenuitate laborantibus opem ferret, quotiens ex damnatorum bonis pecunia superflueret
usum eius gratuitũ eis, qui cauere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. Sequi-
tur Suetonius Augustum frequenter dedisse congiarium: quod quidem uerbum sola con
suetudine notũ, & nullam habens priscæ latinitatis originẽ eam uim habuit, ut quandoq;
res quandoq; & sæpius pecuniam populo uiritim datam fuisse significet. Is itaq; congia-
rium populo frequenter dedit. sed diuersæ fuerunt summæ, modo quadraginta, modo
triginta, nonnunquam quinquaginta & ducentos nummos. Ac ne minores quidem pue-
ros præterijt, quamuis non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consueuissent. Idemq;
frumentum in annonæ difficultatibus sæpe leuissimo, interdum nullo precio: uiritim ad-
mensus est. Et testamento quod ultimum fecit ingenti usus est liberalitate: legauit popu-
lo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies sestertium. prætorianis militibus
singula millia nummorũ: cohortibus urbanis quingentos: Legionarijs trecentos nummos:
quam summam repræsentari iussit. Nam confiscatam semper repositamq; habuerat. Ti-
berius uero princeps congiariũ populo trecẽtos nũmos uiritim dedit, & prandium mille
mensis. Et Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertijs, totiensq; abundatissi-
mum epulum senatui equestriq; ordini, etiam coniugibus & liberis utriusq; sexus: poste-
riori epulo forensia insuper uiris, fœminis ac pueris fascias purpurę ac cõchilij distribuit.
Et ne sordidus fetidusq; imperator eam cõsuetudinis priscorum liberalitatis gloriam con-
seruaret, ineunte anno dixit se per Kl. Ianuarij strenas recepturum, stetitq; in uestibulo
ædium Kalendarũ die, ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis
turba ferebat. Claudius congiaria populo sæpissime dedit. Et annona deficiente negotia-
toribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestatem accidis-
set, & naues mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit: pro conditione
cuiusq; ciuis. Neronem dicit Suetonius deductum in forum, populo congiarium, militi
donatiuum proposuisse, diuisisseq; populo uiritim quadragenos nummos. Senatorumq;
nobilissimo cuiq;, sed à re familiari destituto annua salaria & quibusdam quingena consti

Pecunia pu. in ludos

Frumentum populo donatum ab annio Martio

Cæsaris munera ad populũ

Augusti munera

Congiarium

Tiberius

Caligula

Claudius

Nero

tuiſſe. Deq; eodem Nerone Cornelius Tacitus: plebi congiariũ quadraginta nũmi uiri/
tim dati, & ſeſtertium ærario quadringenties illatum. Quin diſſimulandis rerum externa/
rum curis, Nero frumentum plebis uetuſtate corruptũ in tyberim iecit, quo ſecuritatem
annonæ ſuſtentaret: cuius precio nihil additum eſt, quamuis ducentas fermè naues portu
in ipſo uiolentia tempeſtatis, & centum alias in tyberim ſubuectas fortuitus ignis abſum
Domitianus pſiſſet. Et Domitianũ ſcribit Suetonius Cõgiariũ populo nummorũ trecẽtorũ ter dediſſe.
Hadrianus Hadrianumq; pariter dicit Helius Spartianus: Congiariũ duplex præſentem populo dediſ/
ſe ternis ſingulis aureis diuiſis. infinitamq; pecuniam quæ fiſco debebatur priuatis debito
ribus in urbe, ac in italia, in prouincijs etiam reliquis ingentes ſummas reliquiſſe, ſyngra/
phis & chirographis in foro diui Traiani, quo magis ſecuritas omnibus roboraretũ incen/
Traianus ſis. Traianum principem optimum, geſtorum cuius ſcripta indigniſſime perierunt, refert
in panegyrico Plinius orator: inter cæteras liberalitate una uſum fuiſſe ſummis laudibus
extollenda, qui pueros quinq; milia ex omni imperio ſelectæ indolis, ita ali & à præcepto
ribus erudiri curauerit: ut ea in facultate eo in genere inſtitutionis uitæ erudiri uoluerit, in
quod natura procliuiores ſunt uiſi. quam liberalitatem imitatum fuiſſe Hadrianum ſcribit
Spartianus, & ſenatoribus, qui non uicio ſuo decoxerant patrimonium pro modo ſenato
riæ profeſſionis expleuiſſe, & poſt cæteras immenſas uoluptates in honorem ſocrus ſuæ
aromata populo dediſſe. in honoremq; etiam Traiani balſama & crocum per gradus thea
Antoninus tri fluere iuſſiſſe. atq; in adoptiõe Aelij Veri Ceionij dediſſe populo cõgiariũ, & militibus
pius ſeſtertium milies. Ab Antonino item pio imperatore optimo ſcribit Spartianus Congia/
rium & populo & militibus de proprio datum. & item alias eundem Antoninum dediſſe
populo congiarium, & militibus donatiuum addidiſſe. Viniq; olei & tritici penuriã per
M. Ant. phi/ ærarij ſui damna gratis populo dando ſedauiſſe. Marcum Antoninum philoſophum im/
loſophus im/ peratorem pariter ſcribit Iulius Capitolinus: filio ante tempus conſule facto, dediſſe po/
perator, pulo congiarium: quod iterato uxore eidem filio data & tertio item poſt triumphum
Commodus ſimul cum filio de Marcomannis actum dederit. Quin & Commodus imperator in præ/
texta puerili congiarium dediſſe in Lampridio refertur, quod poſtea imperator denarios
Helius per/ ſingulis ſeptingenos uicenos fuerit impartitus. Scribit etiam Capitolinus Helium pertina
tinax cem imperarorem congiarium dediſſe populo centenos denarios: promiſiſſeq; prætoria/
Seuerus nis duodena milium: ſed dediſſe ſena. Seuerus autem apher princeps bonus, & ſi congia
apher rium populo prius non dederit quàm ad bellum parthicum eſſet profecturus, rei frumen
Alexander ſe tariæ curam habuit diligentiſſimam: ita ut poſt datum abunde ſemper in uita frumentum
uerus uita quoq; excedens canonem annorum ſeptem reliquerit: adeo ut uiginti quinque mo/
diorum milia ſingulis diebus expendi poſſent. Alexandrum etiam ſeuerum ſcribit Spartia
nus cum eſſet imperator optimus congiarium populo ter dediſſe, donatiuum militibus
ter: & ſuper congiarij pecunias carnem populo diſtribuiſſe. qui & pauperes honoratos iu
uit, quos pauperes uere non per luxuriam, aut ſimulationem uidit. Quanta autem fuerit
per imperatorum liberalitatem populo Romano rerum omnium abundantia, facile intel/
Aurelianus liget, & mirari poterit, qui Flauij Vopiſci de Aureliano principe geſta leget, ex quibus
hæc duximus excerpenda. Non prætereundum uidetur, quod & memoria tenet publica
& fides hiſtorica. Aurelianum eo tempore, quo proficiſcebatur ad bellum orientale bili/
bres coronas populo promiſiſſe, ſi uinceret: & cum aureas populus ſperaret, neq; Aure/
lianus aut poſſet dare, aut uellet, coronas eum feciſse de panibus, qui nunc ſiliginei uocan
tur, & ſingulas quibuſcunq; donaſse, ita ut ſiligineũ ſuum quotidie toto æuo ſuo, & unuſ/
quiſq; reciperet, & poſteris ſuis dimitteret. Nam idem Aurelianus etiam porcinã carnem
populo Romano diſtribuit, quæ hodie quoq; diuiditur. Qui panibus urbis Romæ unci/
am de Aegyptio uectigali auxit, dicens: neq; enim populo Romano ſaturo poteſt quicq;
eſse lætius. Statuerat uinum gratuitum populo Romano dare, ut quemadmodum oleum
& panis, & porcina gratuita præberentur, ſic etiam uinum daretur, quod perpetuum hac
diſpoſitione conceperat. Hetruriæ per Aureliam uſq; ad alpes maritimas ingentes agri
ſunt hiq; fertiles & ſiluoſi: Statuerat igitur à dominis locorum incultorum, qui tamen uel/
lent gratis dare, coemere atq; illuc familias captiuas conſtituere: Vitibus montes conſe/
rere: atq; exinde uinum dare, ut nihil reddituum fiſcus acciperet. Hicq; imperator congia
riũ populo ter dedit. Et in ſex imperij ſui annis populo Romano tunicas albas manicatas
ex uniuerſis

ex uniuersis prouincijs: & lineas afras, & Aegyptias puras donauit. Tacitum uero scri/ *Tacitus imp.*
bit idem Flauius possessiones quas in mauritania habuerit sarctis tectis capitolij deputas/
se, argentum uero mensale, quod habebat ministerijs conuiuiorũ, quæ in templis fierent
dedicasse. Quid autem sibi uelint sarcta tecta Festus sic docet: sarcte ponebant, pro inte/ *Tecta sarcta*
gre, ob quam causam opera publica quæ locantur, ut integra præstentur, sarcta tecta lo/
cantur: & enim sarcire est integrum facere. Nec solum largitione, donatione, & uaria libe
ralitate populum Romanum consulares triumphalesq́ uiri, & postea principes, bene læ/
tum opulentumq́ reddere sunt adnixi: sed ab usuræ & fœnoris uoragine defenderunt.
Idq́ ut melius ostendamus, uocabula ipsa primum diffiniemus. Fœnus, inquit Nonius, à
fœtura dictum, quod pariat aliam ex se pecuniam. Et infra: Versuram facere mutuam pe/ *Fœnus*
cuniam sumere, ex eo dictum est, quod initio qui mutuabantur ab alijs, non ut domũ fer/ *Versuram*
rent, sed ut alijs soluerent, uelut uerterent creditorem. Quanta autem fuerit cura patribus *facere*
crescente re publi. pauperes ab usuræ damnis tutari, Liuius multis ostendit in locis. Nam
quinto Cn. Licinius & L. Sextius tribuni plæbis legem tulerunt de ære alieno, ut deducto *Cautiones qui*
eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset termino æquis portioni *bus pauperes*
bus solueret. & in septimo T. Manlio Torquato iterũ C. Plautio cõsulibus semiunciariũ *ab usuris tuta*
tantum ex unciario fœnus factum: & in pensiones æquas triennij, ita ut quarta pars esset *bantur*
solutio æris alieni. Infraq́. Iudicia populi eo anno in fœneratores fuere, q̃bus ab ædilibus
dicta dies est. ligari nexi desierunt, ob unius fœneratoris libidinem. consules tulerunt ad
populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec pœnam lueret in compedibus aut in
neruo teneretur: pecuniæ debitæ bona debitoris, non corpus, obnoxium esset. Ita soluti
nerui, cautumq́ in posterũ ne necterentur. Et XXIII Marcus Porcius Cato prætor Si/
ciliam obtinebat sanctus & innocens: asperior tamen in fœnore coërcendo habitus. Fuga
tiq́ ex insula fœneratores: & sumptus quos in cultum prætorum socij facere soliti erant,
circuncisi, aut sublati. & XXXIIII ciuitas fœnore laborabat, & cum multis fœnerali/
bus legibus constricta auaricia esset, uia fraudis inita erat, ut in socios, qui nõ tenerentur
his legibus, nomina transcriberent: Tribuni plæbis ex autoritate patrũ plæbem rogarũt:
quæ sciuit, ut cum socijs, & nomine latino creditæ pecuniæ ius idem quod cum ciuibus
Romanis esset. Et infra. Iudicia in fœneratores eo anno multa sunt facta, de multa dam/
natorũ quadrigæ inauratæ in capitolio, & in cella Iouis supra fastigium ædiculæ duode/
cim clipea inaurata. Sed M. Cato de re rustica expressius innuit, quanto Romani odio
usuram persecuti sunt. Maiores nostri hoc habuerunt, & ita in legibus posuerunt: furem
dupli condemnari: Fœneratorem quadrupli. Ciceroq́ quid in usuris ætas sua seruauerit
sic ostendit ad Atticum scribens. Salaminij cum usuram facere uellent, nõ poterant, quod
lex gabinia uetabat: tum Bruti familiares, freti gratia Bruti, dari pollicentur, si sibi sena/
tus consulto caueretur: fit gratia Bruti senatusconsultũ, ut néue Salaminijs, néue qui eis
dedisset, fraudi esset: pecuniam numerauerũt. Et infra: Nam aut bono nomine centesimis
contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat, ut solueret centesimam se/
xennij cum renouatione singulorum annorum. At Scaptius quaternas postulabat: me/
tui si impetrasset, ne tu ipse me amare desineres. Imperatorũ uero primus Alexander Se/
uerus Mammea genitus christiana, & uir optimus usuras fœneratorum cõtraxit ad trien
tis pensionem, etiam pauperibus consulens. Senatores si fœnerarentur usuras accipere
primo uetuit, ut nihil nisi muneris causa acciperent. Postea tamen iussit, ut semisses acci/
perent. Maior etiam prædicta fuit senatus in populũ caritas atq́ liberalitas, cum P. Vale *Senatus cari/*
rius Publicola è patribus & C. Martius Rutilius è plæbe, consules, qđ Liuius in septimo *tas in populũ*
tradit, solutionem alieni æris in publicam curam uerterunt. Quinq́ enim uiri creati, quos *Quinq́ uiri*
mensarios à dispensatione pecuniæ appellarunt, rem difficillimam tractatu, & plærunq́
parti utrique, semper certe alteri grauem, cum alia moderatione, tum impendio magis
publico, quàm iactura sustinuerunt. Multa & magna superius à nobis scripta sunt admi/
nistrationem rei publicę ostendentibus, ex quibus Romana res à parua opibusq́ tenui in
amplitudinem peruenerit admirandam: sed una nobis est reliqua ipsius administrationis
pars, quam summos ac sapientissimos uiros existimasse uidemus, præ cæteris ipsam au/
xisse, & conseruasse rem publicam. quæ quidem pars licet multiplex uocabulis, & partiũ
distinctionibus uideatur, duorũ ad summam triumúe uerborũ appellatione continetur,

integritate scilicet, modestia, & frugalitate: quę & his similia cum ostenderimus, facile ap parebit, nec communicatam orbi terrarum ciuitatem, nec armorum uim maximam inde comparatam, nec alios administrandæ intus forisq; rei mores, sine prædictis tantum, aut constituere, aut conseruare imperium potuisse. Quin hanc assertionem nostram id certi us argumentum probabit, quod simul cum ipsis sancte uiuendi artibus labi ac ruere, ac pe nitus inaniri Romana res cœpit. M. Cato apud Salustium crispum. Nolite inquit, existi mare maiores nostros armis rem publicam ex parua magnā fecisse: si ita esset, multo pul cherrimam nos haberemus, quippe sociorum, atq; ciuium præterea armorum & equorū maior copia nobis quàm illis est. sed alia fuere, quę illos uiros magnos fecerunt, quæ no bis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neq; li bidini, neq; delicto obnoxius: pro his nos habemus luxuriam, atq; auaritiam, publice ege statem, domi opulentiam: Laudamus diuitias, sequimur inertiam, inter bonos, & malos discrimen nullum, omnia uirtutis prēmia ambitus possidet. Id autem quàm uere Cato uir doctissimus & æque sanctus dixerit, ex Liuio alijsq; magnæ autoritatis uatibus libet par ticulariter ostendere. Publium Valeriū refert in secundo Liuius post liberatam patriam, & consulatus quatuor morientem gloria ingenti, copijs familiaribus adeo exiguis fuisse, ut funeri sumptus deesset, de publicoq; fuerit elatus: & pariter Meneniū Agrippam plæ bis cum patribus conciliatorem, quod sumptus funeri deesset, elatū à plæbe sextantibus in capita collatis: Et in tertio habet Liuius Valerium publicolam consulem in recupera tione capitolij occisum, in eiusq; domum plæbem quadrantes, ut funere ampliore effer retur iactasse. quo in libro Lucium Quintium Cincinnatū quatuor iugera agri colentem contra naualia, quæ prata quintia fuerunt: Dictatorem fuisse creatum refert. qui dictator L. Tarquinium dixerit magistrū equitum, stipendia pedibus propter paupertatem tunc facientem. Et C. Fabritium refert Aulus Gellius magnam uim pecuniæ offerentibus Sam nitibus respondisse, dum omnibus membris corpus consisteret atq; imperare posset, num quam quicquam defuturum: propterea pecuniam non accipere, qua nō indigeret. Vnde est quod Liuius in XIIII scribit: eundem Fabricium Publium Cornelium Rufinū con sularem senatu mouisse, quod is decem pondo argenti facti haberet. Quantæ etiam diui tiæ fuerint M. Attilio uiro clarissimo imperiū in Aphrica habenti Liuius XVI sic osten dit. Attilius regulus cōsul successorem sibi dari in Aphricam cum nō obtineret, inter cau sas scripsit, quod agellus suus à mercenarijs relictus erat. Continentię uero Romanorum prisci temporis, & auersionis ab auaritia animorū, nullum uidemus argumentū certius, quàm quod ex secunda Liuij decade mutilatum habemus. Misisse Pyrrhum regem epiro tarum Cineam oratorem petiturum ea conditione pacem, ut retineret, quæ de Italia occu parat. Cineam'que admirandæ uirtutis, & memoriæ, qui nomina, & cognomina Roma norum ciuium insuper uxorum, & filiorum sciret: postquam omnia pertentauerat, nul lam domum suis muneribus patentem inuenisse: unde ad Pyrrhum reuersus non impro prie dicitur interroganti respondisse, urbem se regum uidisse. quodq; in legibus Cicero præscribit: nihil præter laudem bonis & innocentibus, neque à socijs, neque ex hostibus reportandum: idem Cicero tertia in Verrem actione à multis præstantibus uiris factita tum fuisse sic ostendit. M. Marcellus syracusas, L. Scipio Antiochum in Asia, Flamini us regem Philippum & Macedoniam, L. Mumius Corinthum plenissimam rerum om nium, urbes'que Achaiæ, & Bœotiæ multas sub imperium Romanum ditionem'que re degit: quorum domus cum honore, & uirtute florerent, signis, & tabulis pictis erant ua cuæ. At uero urbem totam templa deorum omnes'que Italiæ partes illorum donis ac mo numentis exornatas uidemus. C. Elium multi scripserunt, cum legati Aetolorum in con sulatu prandentem in fictilibus adissent, uasa argentea obtulisse, quæ ille non acceperit: nec aliud habuisse argenti ad supremum uitæ diem quàm pocula duo quæ L. Paulus so cer ei ob uirtutem deuicto Perse donauit. Aphricanus'que posterior libras XXXVI ar genti facti reliquit heredi, quem de pœnis triumphantem quatuor milia quadringentas libras argenti transtulisse cōstabat: idq; argentū totam tunc habuisse Aphricam constitit, quod postea aliquando Romæ in mensarum conuiuij unius apparatu parum est uisum. Qui autem ea diuitiarum paucitate cōtentus fuerat, idem Scipio modicis pariter appara tibus priuatim in omni uita est usus. Nā officio legationis fratris sui functus in Asia post Carthagi

Romanos simul cum sancte uiuendi artibus labi cœpisse

P. Valerius et Menenius agrippa ob paupertatem publice elatus

L. Cincinnatus

C. Fabritius

Attilius regulus

Continentia Romanorum priscorum

C. Elius

Aphricanus posterior

Carthaginem Numantiamq́ deuictas, post duos insignes triumphos, septē tantummodo *M. Curius*
seruis sequentibus ad dictam legationē accessit: nec plures eo bello secum habuit. M. Cu
rij notissima omnibus modestia & integritas à nobis quoq; supprimi non debet. Is obla/
tam sedenti ad focū in scamno rustico, & uescenti catino ligneo auri summam renuit, se
dicens diuitibus imperare, non diuitem fieri cupere. Idem'que postea pulso à se Italia Pyr
rho nihil præter decretorum publice septem iugerum munus accipere uoluit. Q. Tube/ *Q. Tubero*
ro Aelius consul oblatā ab ætolis omnis usus argentea uasa remisit, & fictilibus suis uti *Fabricius*
maluit. Fabricius Luscinus oblatū à samnitibus auri, & argenti pōdus spreuit: ostenditq;
mors quantas suis sobrie, & integre uiuendi artibus diuitias cumulauerat, cum patellam
deorum tantum argenteam iuris pontificij lege habuerit, sed quod licuit pede corneo su/
stentatam: idem'que ad Pyrrhum legatus cum audisset philosophum Cyneam Thessa/
lum uoluptatem omnibus bonis præferre, eam sapientiam Pyrrho & samnitibus impre/ *Calphurnius*
catus est. Calphurnius Piso consul uictis in Sicilia fugitiuis filium qui multotiens bene *Piso*
pugnauerat corona aurea trium librarum donare debebat, sed id permutauit in legatum
quod testamentum sibi facere promisit. Publice etiam fuit aliquando quam in priuatis
tantopere laudamus sobrietas & integritas: Marij enim, & Syllæ bello ciuili proscripto/
rum ciuium, qui erant multi, bona populus oblata renuit: nec inuentus est, qui partem il/
lorum minimam emeret. Et Asiam minorem bello captam populus Romanus Attalo
regi possidendam donauit. Donauit etiam Lucius Paulus si non regno Persem, cum illi
uicto ad se perducto obuius procedens, pro tribunaliq́ sedens, illum apud se uoluit cōside *G. Pompeius*
re, & cœna dignatus est: maior tamen Gn. Pompeij liberalitas fuit, qui cū Tygranē arme/
niorum regem ponto pepulisset, uiribusq́ protriuisset, diadema postmodū, quod ille abie
cerat capiti eius imposuit, & tam afflictum in pristinæ fortunæ statum restituit. nec parua *Cornelius*
P. Cornelij Scipionis primo bello punico benignitas fuit, qui cū Albiam oppidum cœpis *Scipio*
set, pro quo defensando dux Carthaginensiū Hanno pugnans occubuerat, exequias eius
ducis funere publico, & sua præsentia honestauit. Transiuerunt autē paucę ad imperato/
rum tempora priscæ illius cōtinentiæ & humanitatis liberalitatisq́ reliquiæ, ut unicū fu/ *Titus Vespa/*
pradictis castorū temporū uiris æquare libeat, Titū Vespasianū delitias humani generis *sianus*
appellatum: cuius animi affectus, uel ex eo patere possunt, quod dicere solitus fuerit, non
oportere quenq; à sermone principis tristem discedere: quē tradit Suetonius recordatū su
per cœnam, quod nihil cuiq; toto die præstitisset, memorabilē illam edidisse uocem. Ami
ci diem perdidi. Scio fuisse nonnullos atq; etiam plærosq; nobiscum uiuere, qui solis phi/
losophantes uerbis, cū reipsa longe à uera absint philolosophia, eos de qbus dictū est Ro/
manorū mores, strictis (ut aiūt) buccis laudant: quasi uicio dantes, qđ nō magis ob ipsarū,
quibus uterentur, uirtutū amorē, quàm ob gloriā & famæ appetentiā eas secuti sint: idq;
nos ingenue fatemur, addimusq́ eū semper stimulū ad uirtutes plurimū ualuisse, quo uti/
nam nostri seculi homines moueri uideam⁹. Nec hoc dicimus, quia nō meminerimus ani
mæ salutē ijs qui sub gratia nati sunt, imprimis quærendā, aut quia ignoremus multos ex
priscis uirtutē propter seipsam fuisse secutos: uerū glorię appetentia eas semper habuit ut
res, ut cū animæ salutē quærentibus, & cū uirtutē propter seipsam amantib⁹, societatē nō
aspernandam conseruauerit. Quamobrem ipso in loco ubi præstantissimorum ex priscis
Romanorū laudis & gloriæ appetentiam, quæ uirtutibus operam dari faceret laudamus,
gestam proximis temporibus rem libet narrare: quæ & nostris censoriæ grauitatis, & ma
iorum, qui gloriæ inseruierūt honori, poterit satisfacere, adeo ut nostro iudicio omnibus
ad imitationem proponi possit. Isabelis Burgundiæ ducissa, quā summus uir Iacobus Por
tugalensis regiæ stirpis cardinalis germanus frater sororem: & Philippus Burgundię dux *Isabelis Du/*
maritus uxorem, sicut debent plurimi faciunt, religioni christianæ impensissime fauet, *cissa*
adeo ut Turcos Constantinopolis inuasores, omni conatu à christicolis persequendos es/ *Philippus*
se, & hortetur, & data enixe opera pro uiribus adiuuet: Quibus in adhortationibus, dum *Dux Burgun*
apud uirū paucis christianorū principibus potentatu secundū, apud alios principes, & po *dia*
tentes uiros agit, aliquādo dixit, sese nō paruo teneri desiderio, eam expeditionē cū uiro,
& suis magnatibus, ac populis ineundi, munera ut dicebat multa ꝓ posse nō inutiliter obi
tura. Sed cū sola in cœtibus esse uideret, quę id ex animo loqueret, nōnulli ut à proposito
auerterent callide responderūt, gloriæ id sibi ab omnibus & laudis appetentiæ, parui chri

stianię

stianis meriti, potius quàm religiosæ intentioni attributum iri. quas per iocum, ut simulabant, prolatas uoces responsione compescuit, quæ præpositæ superiori loco priscorũ purgationi accommodari poterit. Vt discant nostri posse christianum uirum cum animæ merito ac ingenti lucro ita gloriæ stimulum suis operibus admittere, ut uirtutis operibus insistat. Nõ dissimile enim, inquit, erit ea mulier sapientissima quod ego & appeto, & si dabitur agere intendo, uiatoris quem peregrinũ uocamus intentioni: cui facile posset accidere, ut beati apostoli Iacobi limina apud galliciam inuisurus currũ mercede conducat, quo cum ueste & leui suppellectile itineraria perferatur. Is si gemmam necessitati forte ingruenti præsidio futurã deferret, & pluris in gallicia (sic ut aliquando cõtingit) uendat quàm domi emerit: lucellum quidem domum præter intentionem simul cum animæ lucro reportasse nõ iniuria gaudebit. Sed ipsos audiamus priscos de facti sui ratione copiosius disserentes. Ipsaq; sit prima gloriæ diffinitio, quam in oratione pro M. Marcello sic affert M.

Gloria quid Cicero. gloria est illustris, ac peruagata magnorum uel in suos ciues uel in patriam uel in omne genus humanum fama meritorum. & pro Plancio. Est enim in uirtute multis ascensus, ut is gloria maxime excellat, qui uirtute plurimũ præstat. Et infra, neq; quisquam nostrum in rei pub. periculis cum laude ac uirtute uersatur, qui non spe posteritatis fructuq; ducatur. Itaq; cum multis alijs de causis uirorum bonorum mentes diuinæ mihi atq; æternæ uidentur esse, tum maxime quod optimi & sapientissimi cuiusq; animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare uideatur. Et enim quirites exiguũ nobis uitę curriculum natura circunscripsit, immensum gloria. Et pro Archia Cicero. trahimur omnes studio laudis, & optimus quisq; maxime gloria ducitur, nullam enim aliam uirtus mercedem laborum periculorum desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ. qua quidem detracta iudices, quid est quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus? certe si nihil animus præsentiret in posterum, & si quibus regionibus uitæ spacium circumscriptum est, ijsdem omnes cogitationes determinaret suas: nec tantis se laboribus frangeret: nec tot curis uigilijsq; angeretur: nec totiens de ipsa uita dimicaret. Nunc residet quædam in optimo quoq; uirtus, quæ noctes, ac dies, animum gloriæ studijs concitat atq; admonet, non cum uitę tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam. Ego uero omnia quæ gerebam, iam tum in gerendo spargere me, ac disseminare arbitrabar, in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc uero siue à meo sensu post mortem absutura est, siue ut sapientissimi homines putauerunt ad aliquam animi mei partem pertinebit, nũc quidem certe cogitatione quadam speq; delector. Plinius etiam orator quid de hac re sentiat uideamus. is ad Paulinum: Ego beatissimum existimo eum qui bonæ & mansuræ famæ præsumptione perfruitur, certusq; posteritatis cum futura gloria uiuit. & Cornelio Tacito scribens, ut paucos in lucem fama prouexit, ita multos & tenebris, & silentio inuoluit. Item Rufoni, omnes ego, qui magnum aliquid memorandumq; fecere, non modo uenia uerum etiam laude dignissimos iudico, si immortalitatem quam meruere sectantur, uicturiq; nominis famam supremis etiam titulis prorogare nituntur. Vnde de se ipso idem Plinius ad Maximum sic scribit. Nunquam maiorem cepi uoluptatẽ, quàm nuper ex sermone Cornelij Taciti. Narrabat sedisse Circensibus proximis equitem Romanum: hunc post uarios eruditosq; sermones quæsisse, Italicus es an prouincialis? ad hoc illum Tacitus an Plinius? Ego celebritate nominis mei gaudere non debeo. Ego uero, & gaudeo, & gaudere me dico, neq; enim uereor ne iactantior uidear cum de me aliorum iudicium non meum profero. ad Ciceronem redeundum est. Is oratione habita pro Milone, addit hic quæ certe uera sunt: fortes & sapientes uiros nõ tam præmia sequi solere recte factorum, quàm ipsa recte facta. Sed ex omnibus præmijs uirtutis si esset habenda ratio præmiorum amplissimum esset præmium gloria, esse hanc unam quæ breuitatem uitæ, posteritatis memoria consoletur, quæ efficiat, ut absentes adessemus, mortui uiueremus: hanc deniq; esse, cuius gradibus etiam homines in coelum uideantur ascendere. Et pro Archia. Nam nisi multorum præceptis multisq; litteris suasissem mihi nihil esse in uita magnopere expetendum nisi laudem atq; honestatem. Et infra: Quare si res hæ quas gesimus orbis terræ regionibus diffiniuntur, cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela peruenerunt, eodem gloriam famamq; penetrare: quod cum ipsis populis de quorum rebus scribitur hæc

ampla

ampla sunt: tum his certe qui de uita gloriæ causa dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum. Quibus etiam amplectendis uirtutibus gloriæ appetentia stimulus fuerit, ostendent Moderatio in omni uita, & continentia: quibus siue ut boni essent, siue ut tanquã boni & integri laude & gloria digni essent haberenturq́, prisci adnitebantur: confirmandamq́ imprimis hanc sententiam duximus à beato Aurelio Augustino, cuius uitæ sanctitas doctrinæ addita ingenti, facit testimonium locuplerius esse. Is dei ciuitatem ædificãs scribit. Romani laudis auidi, pecuniæ liberales erant: gloriam magnam, diuitias honestas uolebant: hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc & mori non dubitarunt. Sed uideamus in publicis, qui crescere in re pub. & maiores magna spernendo fieri quærebant, qualibus quamq́ bonis usi sint artibus. M. Fabium consulem scribit in secundo Liuius, oblatum deuictis Vehijs triumphũ spreuisse ob fratris, & collegæ mortem, respondens se consule altero, & fratre mortuo publico priuatoq́ deformem luctu lauream non accepturum. Et Liuius item XXVI, cum de recusato à T. Manlio consulatu & creatis consulibus non petentibus, prærogatiuarum modestiam laudibus extollendam duceret, sic habet. Eludant nunc antiqua mirantes, non equidẽ si qua sit sapientiũ ciuitas quã docti fingunt magis quàm norunt, aut principes grauiores temperatioresq́ à cupidine imperij, aut multitudinẽ melius moratam censeant fieri posse. Centuriam iuniorum seniores consulere uoluisse, quibus imperium suffragijs mandaret. A quibus autem causis factum sit ut ea moderatio & temperantia in Romanis postea cessauerit, Liuius XXXIIII p M. Porcij Catonis legẽ opiã defendere conati uerba sic ostendit. In Matronas eñ Cato inuehens dicit: ut auro purpuraq́ fulgeatis, ut carpentis festis profestisq́ diebus uelut triumphantes de lege uicta per urbem uectemini. & infra. Hinc ergo quo melior lætiorq́ in dies fortuna rei pub. est, imperiumq́ crescit, & iam in Græciam Asiam'que transcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas, & iam regias attrectatis gazas: eo plus horreo ne illæ magis res nos ceperint, quàm nos illas. Infesta mihi credite signa à Syracusis illata sunt huic urbi. Iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudare, mirariq́. Alia etiam ratione in eandem continentiæ sententiam Scipio Masinissæ dissuasurus Sophonisbæ nuptias apud Liuium libro XXX dicit. Atqui nulla earum uirtus est propter quam tibi sim appetendus uisus, in qua ego ác temperantia, & cõtinentia libidinum gloriatus fuerim: hanc te quoq; ad cæteras eximias uirtutes tuas Masinissa adiunxisse uelim: Nam non est crede mihi tantum ab hostibus armatis ætati nostræ periculũ, quantũ à circumfusis undiq; uoluptatibus. Vnde Scipionis sententiæ Cicero legũ secundo nõ parua ex parte, licet diuersa ratiõe, simile de moderatiõe, & tẽperantia principũ uirorũ à cupiditatibus sic habet: Vt eñ cupiditatibus principũ, & uicijs infici solet tota ciuitas, sic emẽdari & corrigi cõtinẽntia. Vir magnus, & nobis amicus L. Lucullus, cũ esset obiecta magnificẽtia uillę tusculanæ, duos se habere dixit uicinos: superiorẽ eqtẽ Romanũ, inferiorẽ libertinũ. q̃rũ cũ essent magnificę uillæ, cõcedi sibi oportere, qđ ijs tenuioris ordinis qui essent liceret. Nõ uides à te Lucul le id ipsum natũ, ut illi cuperẽt: quibus id si tu nõ faceres nõ liceret. Quis eñ ferret istos, qui mõ uideret eorũ uillas signis & tabulis refertas partim publicis partim & sacris & religiosis: q̃s nõ frangeret eorũ libidines? Nec eñ tanti mali est peccare principes (quanq́ est hoc magnũ per se ipsum malum) quantũ illud, quod permulti imitatores principum existunt. Ego nobiliũ uita uictuq; mutato mores mutari ciuitatum puto: plures exemplo, quàm peccato nocent. Quamuis autem Cicero dictis in legibus moderationem in ciuibus & laudet & præcipere uelle uideatur, habenas tamen eisdem laxare nititur, Lucium Murenam elegantissima oratione illa defendens, Suntq́ uerba in Marcũ Catonem dicta, omnis seueritatis & austeritatis uitę potius quàm moderationis autorẽ. Horribilis oratio tua Cato, sed eam usus, uita, mores, ciuitas ipsa respuit. Neq; enim Lacedæmonij autores istius uitæ atq; orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt: neque Cretes, quorum nemo gustauit unquam cubans, melius quàm Romani homines, qui tempora uoluptatis laborisq́ dispertiunt, res publicas suas retinuerunt: quorum alteri uno aduentu nostri exercitus deleti sunt, alteri nostri imperij præsidio disciplinã suam legesq́ conseruant. Et post quàm aliquantulũ progressus est Cicero stoicorum philosophorum austeritates damnans, sic prosequitur. Fuit eodẽ ex studio uir eruditus apud patres nostros, & honestus homo, & nobilis Q. Tubero. Is cum epulum

De cõtinentia

Vicijs principum ciuitates infici, cõtinentia autem corrigi

epulum Q. Maximus Aphricani patrui ſui nomine populo Romano daret, rogatus eſt à Maximo, ut triclinium ſterneret, cum eſſet Tubero eiuſdem Aphricani ſororis filius. atq; ille homo eruditiſſimus, & ſtoicus ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos, & expoſuit uaſa ſamia: quaſi uero eſſet Diogenes cynicus mortuus, & non diuini Aphricani mors honeſtaretur: quem cum ſupremo eius die Maximus laudaret, gratias egit dijs immortalibus, quod ille uir in hac re publ. potiſſimum natus eſſet. Neceſſe enim fuiſſe ibi eſſe terrarum imperium, ubi ille eſſet. Et tamen Cicero paulo poſt probatiſſimam eius rei ſententiam affert. Odit res pub. priuatam luxuriã, publicam magnificentiã diligit. Si quis uero fuerit qui miretur, in hac ultima parte adminiſtrationis rei p. moderationẽ, integritatem cõtinentiã tantopere à nobis laudari, ut eas uirtutes par pondus habuiſſe credamus, cæteris primi, & ſecundi eiuſdem adminiſtrationis librorũ partibus, ſupra declaratis: nobiſcum conſiderare debebit, quæ & qualia ſunt argumenta, quibus innititur in libro nono Titus Liuius, cum diſputat, quid futurum fuerit, ſi Alexander Macedo magnus in Italiam traieciſſet. Inter cætera enim argumenta quibus Alexandrum ſpe potiundi deijcit, illa ſunt potiſſima, quæ à morum diuerſitate ſumuntur, quod cum uiris grauibus res fuiſſet, ſuperbam ueſtis mutationem, & humi iacentium adulationes deſideranti. fuiſſetq; pariter cum ſobrijs & abſtinentiſſimis, uiro fœdis ſuorũ ſupplicijs per ebrietatem ſolito debacchari. & ſobrietatem in re militari Romana commendatiſſimam fuiſſe, infra ſuo loco oſtendemus, & non minus ea pudicitiam, cuius unicum hic à Cicerone afferemus exemplum. Is enim pro Milone orans inquit. Pudicitiam cum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu Caij Marij, propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo eſt, cui uim afferebat. Facere enĩ probus adoleſcens periculoſe, quàm perpeti turpiter maluit. Hæ enĩ quas tam attente laudamus bene uiuendi artes, uix ſolis philoſophis per ætatem noſtram relictæ, quid rei pub. adminiſtrationi attulerint adiumenti, Cicero pro Lucio Flacco orãs ſic oſtendit. Hæc enim ratio à magnitudine animorũ in maioribus noſtris fuit, ut cum in priuatis rebus ſuiſq; ſumptibus minimo contenti, tenuiſſimo ſumptu uiuerent, in imperio atque in publica dignitate, omnia ad gloriam ſplendoremq; reuocarent. Hinc publice cautum fuit, ne per auariciam ſenatorij ordinis ciues à dignitate, ad rem importune quærendam diuitiasq; cumulandas auerſi, uel ipſi mercaturæ nimium ſe dederent. Liuius enĩ XXII: Q. Claudius tribunus plæbis aduerſus ſenatum atq; uno patrũ adiuuante C. Flaminio tulerat, ne quis ſenator qui'ue ſenatoris pater fuiſſet, maritimam nauem, quæ plus trecentarum amphorarum eſſet haberet. Id ſatis habitum ad fructus ex agris uectandos, quæſtus omnis patribus indecorus uiſus. & cũ tenuitati opum, ſiue publica, ſiue priuata uniuſcuiuſq; inſtitutione ſtudere decorum eſſet, dignitatem etiam cum elationis ſuſpicione retinentes, laudibus digni ducebantur. hinc habet Liuius in nono. Caius Flauius ſcriba libertino patre ædilis currulis, cum ad uiſitandum collegam ægrum acceſſiſſet, non aſſurrexerunt nobiles. Is ſellam afferri iuſſit, & aſſedit honoratior. Et XXIIII Liuius. Cõſules in Lucanos Sempronius, Fabius in Apuliam, pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra uenit. cũ obuiam filius progrederetur, lictoresq; uerecundia maieſtatis eius taciti anteirent: præter undecim faſces equo uectus, ut conſul aduertere proximum lictorem iuſſit, & is ut deſcenderet ex equo inclamauit, tum demum deſiliens Experiri inquit, uolui fili, ſatin ſcires te conſulem eſse. Faciebant uero eam in priuatis moderationem temperantiam, & animorum generoſitatem præbita publice exempla. Liuius XXXV à duobus regibus Philippo, & Ptolemeo Aegypti rege legati Romam uenerunt, pollicentes ad bellum auxilia, & pecuniã, & frumentũ, & à Ptolemæo mille pondo auri, XX mil. pondo argenti. nil acceptum, gratiæ actæ. Item à Carthaginenſibus, & rege Maſiniſsa legati uenerunt. Carthaginenſes tritici modios mille, ordei quinquaginta milia, ſe & claſsem ſuorum ſumptu comparaturos, & ſtipendium, quod pluribus penſionibus in multos annos debe retur, præſens omne daturos. Maſiniſſæ legati tritici trecenta milia, ducenta quinquaginta ordei, equites quingentos, elephantos uiginti, ad M. Attilium conſulem miſſurum. De frumento utriſq; reſponſum, ita uſurum populum Romanum ſi precium acciperent: de claſse Carthaginenſibus remiſsum: de pecunia reſponſum, nullam ante diem accepturos. Ab eaq; animorum magnitudine publica, uiri prodierunt quales Liuius XXXVI ſic deſcribit. Philippus rex Aphricanum, & Lucium fratrem conſulem regio accepit apparatu

Pudicitia priſcorum Romanorum

Lex ne ſenatores mercaturæ eſſent nimium intenti

De retinentia dignitatis Romanorum

&

& prosecutus est. multa in eo dexteritas,& humanitas uisa, quæ commendabilia apud Aphricanum erant,uirum sicut ad cætera egregium, ita à comitate quæ sine luxuria esset non auersum.Nec tamē ausim diffinire,utrū publica uirtus priuatæ esset origini:an è contra publicam priuata gigneret.Hinc libet partim concordiam, & animorum coniunctionem:partim modestiam integritatemq́ insignes non priuatorum magis præstantissimorū uirorum,q̃ ipsius rei pub.ita proponere:ut quod nos declinamus alij iudiciū elicere possint:quæ prædictarum partium alteri fomentum dedisse sit uisa.Seneca Cordubensis epistola quintadecentesima scribit. Agrippa uir ingentis animi:qui solus ex his, quos ciuilia bella claros potentesq́ fecerunt,fœlix in publicum fuit:dicere solebat:multum se huic debere sententiæ.Nam concordia paruæ res crescunt:discordia maxime dilabūtur.De hacq́ omnium re pulcherrima:quæ dum affuit rem Romanam seruauit,adauxit: & qua sublata res ipsa corruit,ac penitus est extincta:diuini Ciceronis libri sex de re pub.referti fuisse uidentur: quorum particulam ex secundo beatus Aurelius Augustinus sic excerpsit: in ciuitate dei nobis conseruatam. Eo quippe tempore disputatur, quo iam unus Gracchorum occisus sit:à quo scribit seditiones graues cœpisse Salustius. Cum autem Scipio in secundi libri fine dixisset: ut in fidibus & tibijs atq; cantu ipso,ac uocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis,quem immutatum,& discrepantem aures eruditæ ferre non possunt:isq́ concentus,& dissimillimarum uocum moderatione concors cantū efficit, & congruens:sic ex summis,& infimis & medijs interiectis ordinibus, ut sonis moderatam ratione ciuitatem consensu dissimillimorum concinere,Et quæ armonia à multis dicitur in cantu,eam esse in ciuitate cōcordiam, arctissimum atq; optimum omni in re pub. uinculum incolumitatis: Eamq́ sine iusticia nullo pacto esse posse: Scipio tunc ad intermissa reuertitur, repetitq́ suam atq; commendat breuem rei pub.diffinitionem: qua dixerat, eam esse rem populi:populum autem nō omnem cœtum multitudinis,sed cœtum iuris consensu,& utilitatis communione sociatū esse determinat.Ipse uero Tullius non Scipionis nec cuiusq́ alterius,sed suo sermone in principio quinti libri commemorato Ennij uersu: Moribus antiquis res stat Romana uirisq́: Nostra dixit ætate cū res pub. sicut pictura accepisset egregiam,sed euanescentem uetustate,non modo coloribus ijsdem quibus fuerat renouare neglexit:sed ne id quidem curauit,ut formam certe,& extrema tanq̃ lineamenta seruaret. Hinc laudat Cicero ipse de prouincijs consularibus orans Marcum Lepidum bis consulem:& pontificem maximum:quod cum M. Fuluio collega quo die censor est factus homine inimicissimo in campo statim redijt in gratiam,ut commune officium censuræ communi animo,& uoluntate defenderent,Nec minus laudata est publica populi Romani modestia quā Liuius in secūdo sic refert. Apij Claudij deceuiri in carcere morbo mortui collaudationem cum tribuni plæbis impedire conarentur, plæbs fraudari honore solenni supremum diem tanti uiri noluit:& laudationem tam æquis auribus mortui audiuit,q̃ uiui accusationem audierat,& exequias frequens celebrauit.Laudanda etiam senarus modestia: & è cōtra est damnanda populi rapacitas:de qua sic Liuius in tertio scribit. Cum Aricini Ardeatesq́ de finibus cōtenderent: populumq́ Romanum iudicem fecissent, Scaptio suadente uiro de plæbeis,uocatæ tribus censuerūt esse populi Romani pridem habitum uictis Coriolanis: Senatu cōtra adnitente.& illa prætoris urbani laudatior æquitas:de qua undequadragesimo Liuius.L.Minutius Vertullus,& L.Martilius,q̃ legatos Carthaginensium pulsasse dicebātur, M.Claudij prætoris urbani iussu, per fœcialem traditi sunt legatis: & Carthaginem aduecti. Sed omnium laudatissimam esse ducimus benignitatem:de qua Cicero pro Murena sic habet.Omnes enim ad pericula propulsanda cōcurrimus: & qui non aperte inimici sumus etiam alienissimis in capitis periculis amicissimorum officia & studia præstamus. Ex eodemq́ fonte manauit quod Plutarchus in Pompeij uita scribit.Crassum & Pompeium in gratiam à simultate redijsse,quod admonitin essenr a C.Aurelio,qui per quietem id à dijs posci uiderat: tuncq́ Crassum dixisse ad populum:nihil ó ciues turpe mihi puto:nihil me ipso indignum, quod priorem me Pompeio ingero:quem uixdum pubescentem uos magnum appellastis: cui nondum in senatum admisso binos decreuistis triumphos.Extollitq; laudibus eodem in loco Plutarchus Pompeij modestiam,q̃ rege Hyberorum, spondam mensam sedemq́, quæ ex auro erant ad Pompeium mittente,ut usui suo sumeret,in ærarium eas deferri iussit. Sed & in pro-

De Romanorum cōcordia

Modestia Romanorum

De benignitate

De modestia

blematibus idem Plutarchus modestissimum Romanæ gentis institutum commendat, dicens ex omnibus, quæ dijs immortalibus offeruntur sola negligi spolia: nec uetustate consumpta resarciri, neq; refici, quia cum inimicitiæ aduersus hostes tempore deliniendæ sint atq; obscurandæ: earum signa renouari inuidiosum & acerbum censent. Contra quod institutum primos apud Græcos male cōstat fecisse eos, qui æneum aut lapideū trophæum statuerunt. Sed nunquid non laudanda fuit C. Cæsaris in tanto uictoriæ appetitu modestia, cum capta apud Pharsaliam Pompeij scrinia epistolarum: & apud tapsum Scipionis, non legit, sed cremari iussit. intendebat enim iuxta Plutarchi superiorem sententiam inimicitias cum hostibus processu temporis, quod & fecit delinire. Alterius generis, sed non absimilis moderatio fuit Catonis superioris, qui transmarinam petens prouinciam stragulis edinis tribus seruis comitatus: eodē usus est cibo, & uino quo & nautæ. Nec minore alterius item generis moderatione usus est Fabius Maximus: cum promissam pro redemptione captiuorū pecuniā senatus non mitteret: fundo ipse quem habebat unicum uendito suppleuit. Quamuis uero modestia, continentia æquitate & alijs uirtutibus: de quibus supra diximus, Romani ueteres rei publicæ & tanti imperij fundatores sponte sua & ipsius amore uirtutis sunt usi: non paucos tamen ex ipsis credendum est honore & præmijs allectos fuisse, quæ probis & honestis uiris bene merentibus publice & priuatim constituta erant. Vnde & sancta manabat, quam commendare pergimus, rei publicæ administratio: colligemusq; ad hæc multa pariter, sed diuersis aliquando rationibus facienda. Est in Liuij tertio: Indicibus eorum qui urbem incendere uoluerant à senatu decem milia grauis æris: quæ tum diuitiæ habebantur: ex ærario numerata: præmiumq; libertatem fuisse. Et Liuij item quinto. cum legati pateram auream Apollini delphos ferrent naui longa, exceptos à piratis liparensibus, à Timasitheo liberatos fuisse eorū principe: qui cum legatos Romam reduxisset hospitium cum eo senatusconsulto est factum: donaq; publice data. Et Camillus pariter commune cum ceretibus hospitium publice fecit: quod sacra populi Romani ac sacerdotes seruassent. Nec uero uiris solum, sed & mulieribus bene merentibus grata fuit res publica. Matronis enim gratiæ à senatu actæ propter aurum senatui datum Gallis pendendum, concessumq;. ut earum sicut uirorum post mortem laudatio solennis esset. Magna etiam principis uiri M. Marcelli demonstratio fuit, quanti faceret uiri unius doctissimi uirtutem. Scribit enim XXV Liuius: captis Syracusis cum multa iræ, multa auariciæ fœda exempla ederētur: Archimeden memoriæ proditum esse, in tanto tumultu quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat: intentum formis quas in puluere descripserat: ab ignaro milite quis esset, interfectum. ægre id Marcellum tulisse, sepulturæq; curam habitam: & propinquis etiā inquisitis honori præsidioq; nomen memoriæ eius fuisse. Rarior uero & eo præstantior fuit P. Scipionis generositas in tribuendo optime meriti unius uirtuti honore, ut uel hoc unico constet exemplo, quod inquit Marcus Cicero, alienæ uirtuti non inuidere, nisi qui suæ diffidetet: quod enim Liuius in XXVI habet, Scipio annos natus quatuor & uiginti in Hispaniam missus, Martium qui fractas dissipatasq; exercituum patris & patrui reliquias nulla fretus publica auctoritate collegerat, prouinciamq; rei pub. conseruauerat, secum habebat cum tāto honore, ut facile appareret, nihil minus q̄ uereri, ne quis obstaret gloriæ suæ. Idemq; Scipio breui post Massiuum puerum regij generis captiuum liberans, rediturо ad parentes annulum aureum, tunicam laticlauiam cum hispano sagulo & aurea fibula, equum & ornatum donauit, iussisq; prosequi quoad uellet equitibus dimisit. Nec erat minor publica in promerendo reges & principes liberalitas. Senatus enim legatis Siphacis ad regem reuersuris legatos cum donis addidit. Donaq; fuerunt toga & tunica purpurea, sella eburnea, patera XV pondo auri facta. Iidemq; oratores ad alios Aphricæ reges ire iussi dona portarūt danda. Togæ erāt prætextæ, & pateræ aureæ, pondo ternæ. Alexandriā aūt euntes ad Ptolemæum & Cleopatram: regi togam & tunicam purpureā cum sella eburnea: reginæ pallā pictam cum amiculo purpureo detulerūt. Nec solū fuit in promerendis alliciendisq; nondum bello lacessitis aut amicitia coniunctis principibus conspicua Romanorum liberalitas comitasq;: sed hostibus quoq; apertis gratitudine sicut & armis superandis enituit. Quod enim Liuius XXXVII ostendit, Antiochi castra circa thiatiram erant: ubi cum audisset rex Publium Scipionem ægrum Elæam urbem delatum, legatos qui

De liberalitate publica Romanorum

De gratitudine

qui filium ad eum reducerent misit. non animo solum patrio gratum munus, sed corpori quoqꝫ salubre gaudium fuit, satiatusqꝫ tandem complexu filij: renunciate inquit gratias regi me agere, referre nunc gratiam aliam non posse, ꝙ ut suadeam, ante in aciem non descendat: ꝙ ut in castra redisse me audierit. Quam Romanorum gratitudinem cum intelligeret Prusias rex Bithiniæ Nicomedem filium suum senatui populoqꝫ Romano commendauit: Qui plenus adulatione libertum se populi Romani dicebat. Et cum L. Aemilius Paulus consul uicisset & occidisset uiginti milia uiros: captus est Perseus: quem procidentem ad pedes Aemilius subleuatum apud se tanꝙ socium sedere fecit. Hæc autem à Romanis publice & priuatim non nisi uirtutis instinctu, & ad bonorum præmia spemqꝫ facta fuisse edocet: quod à Liuio ad quinquagesimum librum fuit scriptũ de Viriato Hispano pastore. qui cum per annos quatuordecim tres consules superasset, à suis per proditionem occisus est, suiqꝫ milites qui eum interfecerant, præmium cædis à populo Romano petierunt. sed responsum est: Romanis nunꝙ placuisse ut milites suum imperatorem occiderent. Sed nunquid nõ pulcherrima & optima administrandæ rei pub. ars fuit, cum uiri illius primarij socios fœderatos & in amicitiam subiectionem´ue receptos orbis terrarum uiros ita fouebant protegebantqꝫ: ut nihil in uita illi iucundius, dulcius, tutius´ue ꝙ Romano subesse imperio ducerent. Vnde Cicero prima actione in Verrem. clarissimi uiri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi per amplissimum pulcherrimumqꝫ ducebant, ab hospitibus clientibusqꝫ suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani ditioneqꝫ essent, iniurias propulsare, eorum fortunas defendere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum & prudentissimum cum multis graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum apud quos cõsul fuerat iniurias. Nuper C. Domitium scimus Decimo Syllano diem dixisse, propter unius hominis paterni amici atqꝫ hospitis iniurias. Vsqꝫ autem adeo ostensa à magnis uiris in minores beneuolentia & comitas magni Romæ fiebat, ut uirorum illustrium cæteras uirtutes earum carentia obscuraret. hinc carpit sic notatqꝫ superbiæ & ignauiæ M. Catonem Cicero Lucium Murenã defendens. Quid ꝗ habes nomenclatorem. In eo quidem fallis & decipis: nam si nomine appellari abs te ciues *Nomenclator* tuos honestum est: turpe est eos notiores esse seruo tuo ꝙ tibi: si etiã noris, tamen per monitorem appellandi nõ sunt. Qua ratione Cicero item Rosciũ defendens non minus Metellos Seruilios & Scipiones ꝙ ipsum Roscium laudare est uisus, cũ dicit: Nam cum Metellis Seruilijs & Scipionibus erat Roscio nõ modo hospitium, uerum etiam domesticus usus & consuetudo: Ex hocqꝫ fonte exortum est illud p[illegible]rum rei pub. administrationis fundamentum, à quo urbs Romana orbis terrarum res pub. & patria fuit: sicut Cicero Aulum defendens Cluentium. Nego usqꝫ fructus unꝙ fuisse maiores, ubi si quis ignobili loco natus ita uiuit, ut nobilitatis dignitatem uirtute tueri posse uideatur, usqꝫ eò peruenit, quoad eum industria cum innocentia prosequuta est. Vnde item Cicero petulantiæ respondens Salustij uerborum de seipso uere prædicat. An ullum existimas posse fieri ciuem egregium, qui non his artibus & disciplinis sit eruditus. An ulla alia putas esse rudimenta & incunabula ꝙ uirtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur. Fuit tamen uicissitudo adhibita gubernationem reddens solidiorem: quando maioribus minores grati officiosiqꝫ fuerunt: sicut Cicero pro P. Sextio scribit. Omnes boni semper nobilitati fauemus, & quia utile est rei pub. nobiles esse homines dignos maioribus suis, & quia uiget apud nos clarorũ hominum & suorum de re pub. meritorum memoria etiam mortuorũ. nec magis apud Romanos ualuit nobilitatis ꝙ ætatis superioritas: ad cultũ fauores reuerentiamqꝫ cõparandam. Est namqꝫ apud Aulum Gelliũ in noctibus atticis apud antiquos *Minores officiosi in senes* Romanorũ neqꝫ generi neqꝫ pecuniæ maior ꝙ ætati honor est habitus. Maioresqꝫ natu à minoribus colebantur: ad deũ prope & parentũ uicem: equidem in omni loco inqꝫ omni specie honoris primores potioresqꝫ habiti. A conuiuio maiores à minoribus deduci solitos, eumqꝫ morem Romanos à Lacædemonijs accepisse: apud quos id fieret Licurgi legibus. Sed postꝙ proles ciuitati necessaria est uisa antelati qui uxorem quiqꝫ liberos haberent senioribus non habentibus. Ita collegæ in magistratibus. Et quando id de ætatis officio attingimus: binas ordinis officiorum sententias, utranqꝫ grauem afferre libet: quarum prima prædicti Auli Gellij fuit: primũ scilicet iuxta parentes locũ habere pupillos nostræ fidei & tutelæ cõmissos, post clientes, post hospites, post cognatos, post affines. Sed Mas-

ptum feciſſe. biennium fui in prouincia: ſi ulla meretrix in domum meam introiuit, aut cuiuſquã ſeruulus, me omniũ mortaliũ poſt remiſſimum iniquiſſimũ habetote: zonas quas argento plenas extuli eas ex prouincia inanes retuli. Alij uini amphoras quas plenas tulerunt, argenti plenas domum reportarunt. Et Plutarchus in Pauli Aemilij uita refert, eum multum auri, multumq; argenti ex regia gaza coactum ne aſpicere quidem uoluiſſe, ſed negociũ quæſtoribus dediſſe, ut in publicum referrent, librosq; duntaxat regios natis literarum ſtudioſis dirigi cõſenſiſſe. Et Cicero quarta in Verrem actione ſcribit. cũ ab Aphricano quidã uerus aſſentator ex numero amicorũ non impetraret, ut ſe præfectũ in Aphricam duceret & id ferret moleſte: Noli inquit mirari, ſi tu à me hoc non impetras. Ego iam pridem ab eo cui meam exiſtimationẽ caram fore arbitror peto, ut mecum præfectus proficiſcatur, & adhuc impetrare non poſſum. Quapropter Ciceronẽ crediderim ad prædictorum aliorumq; rei pub. fundatorũ imitationem inſtruxiſſe Quintũ fratrem Aſiæ proprætorem ubi ſic ſcribit. Quid eſt enim negocij continere eos quibus præſis, ſi te ipſe contineas? Et infra. curandum tibi erit non itineribus tuis perterreri homines, non ſumptu exhauriri, non aduentu cõmoueri: eſſe quocunq; ueneris, & publice & priuatim maximã læticiam, cum urbs cuſtodẽ, non tyrannũ, domus hoſpitẽ, non expilatorẽ recepiſſe uideatur. Quare ſint hæc fundamẽta dignitatis tuæ: tua primũ integritas & cõtinentia, deinde omnium qui tecum ſunt pudor. Conſtantia eſt adhibenda & grauitas, quæ reſiſtat non ſolum gratiæ, uerum etiã ſuſpitioni. Adiungenda etiam eſt facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in ſatisfaciendo ac diſceptando diligẽtia. Ac mihi quidẽ uidẽtur huc omnia eſſe referenda, ijs qui præſunt alijs, ut ij qui erunt in eorũ imperio ſint q; beatiſſimi. Vnde non iniuria queſtus eſt idem Cicero de laudibus Pompeij orans. Difficile dictu quirites quanto in odio ſimus apud exteras nationes propter eorũ, quos ad eos hoc anno cũ imperio miſimus iniurias ac libidines. Profuiſſe autẽ plurimum uidetur ad ſeruandã uirtutum, de quibus dictum eſt, normam pœnas quæ ad flagitia ſequebãtur à magiſtratibus inflictas. Sempronius enim Muſca C. Gallum in adulterio in prouincia deprehenſum flagellis cecidit, Caiusq; Marius imperator Cluuium ſororis ſuæ filium pronunciauit à tribuno militum iure cæſum, quia illum ſtupri appellauerat. C. Feſceninus triumuir Corneliũ militem fortiſſimum, ꝙ cum ingenua ſtupri cõmercium habuiſſet in carcerem cõiecit, qui in carcere mori coactus eſt. Et quid aliud intonare ac fulminare uoluiſſe uidemus Ciceronem in præclariſſimis Verrinarũ actionibus, q; ut Verrem prouincialiũ ſiculorum prædatorem damnari puniriq; faceret: quæ eadem fuit intentio, eorum omniũ qui male functos magiſtratibus repetundarum poſtulabant. Sed iam ſatis multa dixiſſe uidemur de optima, prudentiſſima, ſanctiſſima Romanorũ rei pub. adminiſtratione, per quã factũ eſt, ut maximæ præ cæteriſq; pulcherrimæ orbis terrarũ parti diutiſſime imperauerint. Ad alia trãſeundũ eſt.

BLONDI FLAVII FOR. ROMAE TRIVMPHANTIS LIBER VI.

MILITIAE ROMANAE Inſtituta ad oſtenſam Rei publi. adminiſtrationem ſequi decet. nam ſicut dubium non eſt inchoatam auctamq; eſſe armis & militum fortitudine, ac induſtria rei pub. amplitudinem: ita conſtat inanes & ſuperfluas fuiſſe legionũ cohortiumq; & turmarum ac imperatorum à quibus ducebantur uires, niſi quas adijſſent, expugnaſſent, cepiſſent ciuitates & prouincias, S.P.Q.R. & ſapientiſſimi, de quibus diximus, uiri graues & in magiſtratibus conſtituti iuſte, prudenter, & perhumane gubernando cõſeruaſſent, ac in melius reformaſſent: quanq; ijdẽ maiori ex parte fuerũt, qui rẽ pub. intus ſine armis, & foris armati præſertim ordinibus præfecti rem militarẽ adminiſtrarunt: ut tribus libris ſuperius tractata inermis: hæc alia cui manũ apponimus armata rei pub. adminiſtratio dici poſſit. Nec minoribus paucioribus, laxioribus hæc q; illa legibus inſtitutis, & bene uiuendi artibus acta eſt, adeo ut affirmare audeamus, ſeruandarũ legũ, cuſtodiendæq; diſciplinæ ſeueritatẽ bello magis extra, q; pace domi fuiſſe retentam. Si enim domi & in urbe à paucis aliquãdo ſiue à pluribus in rem pub. eſt peccatũ, animaduerſio ſæpiſſime aut leuis aut nulla eſt habita: ſed raro cõſul, Imperator, & ipſæ legiones graue inciderũt erratũ, quibus ab hoſte pœna nõ ſit, punitioq; inflicta, nec tamẽ hoc ideo dicimus, ut noſtri patris rei

militaris diſciplinã tradere inani conatu intendamus: ſed grauat nos exponẽdæ oſtenden-
dæq; rei militaris Romanorũ diſciplinæ pridẽ ſciri deſitæ, addita difficultas uerborũ æta-
tis noſtræ ſuperioris militiæ uerbis nullatenus reſpondentiũ, quibus aliquãdo uelimus no-
limus ad rei propoſitæ declarationẽ utendũ erit. Sed iam rei nõ minus uariæ & amplæ q̃
digniſſimæ pro uiribus oſtendendæ incumbamus, ab ipſaq; uocabuli expoſitione ſuma-
Militia unde mus exordiũ. Militia à milite dicta: isq; ut Feſtus Pompeius uult, ab eo dictus eſt ꝙ nihil
Miles molle, ſed potius aſperũ gerat: ſicut ludũ per antiphraſim dicimus, in quo minime ludi de-
bet. Et Vlpianus iureconſultus militẽ appellari uult: uel à militia, id eſt duritia, quã pro re
pub. ſuſtinet: aut à multitudine: aut à malo quod arcere milites ſolent: aut à numero mille
hominũ: à græco uerbo chilia. Sed meliorẽ expoſitionẽ cæteris eſſe tenemus M. Varro-
nis, qui milites appellatos eſſe uult ꝙ trium miliũ prius legio fiebat, ac ſingulæ tribus quæ
tres erant mille mittebãt. Militis uerbũ generali prolatũ appellatione omnes cõplectebat̃,
qui aliquando adacti ſacramẽto arma aut tractarent, aut enã dimiſſi & exauctorati tractaſ-
ſent: & multæ ac uariæ fuerunt eorũ ſpecies quæ diligentiore indigent expoſitione. Equi-
tes namq; erant, & tituli, & dimiſſanei, & legionarij, & claſſici, & proletarij, beneficiarij, &
limitanei, & cõducti quoq; ſtipendio & mercede quãdiu ex cõdicto pro militibus rei pub.
Tituli habebant̃. De equeſtri ordine multa diffuſe inferius narranda ſunt. Tituli (quos & aliqui
dixere tutulos) iuxta Vlpianũ de teſtamento militari ſunt appellati, ꝙ patriã in qua per-
manebant tutarẽtur. ſed eos uult Seneca ad Lucillũ ignominiæ cauſa ſic dictos eſſe: ꝙ cum
Proletarij inuenti eſſent rei inutiles militari extra exercendæ, in patria dimitterentur. Vnde à prole-
tarijs pariter militibus in hoc differebãt, ꝙ hi nullo eorũ habito uirtutis experimento ad id
ſolũ delecti ſunt, ut retento ad auctoritatem militari titulo cæteris eius nominis & ordinis
Beneficiarij extra militantibus ipſi in patria ad prolẽ procreandã remanerent. Beneficiarios ſcribit eos
Dimiſſanei Feſtus fuiſſe dictos qui uacabãt muneris beneficio. Dimiſſanei autẽ fuerunt qui poſt actã
cum laude aliquãdiu militiã a magiſtratu dimittebãtur. Ex quibus aliquando in militiã re-
Legionarij uocatis exercitus in neceſſitate reparatos fuiſſe oſtendemus. Legionarij milites appellati
ſunt, qui alicuius legionis pars cũ eſſent, nũq; aut pace aut bello ab ea diſcedebãt, ut & fi-
nitione uerbi militis expoſita, quanti habita fuerit militia paucis primo, & poſt diffuſius
Militia ſummæ rei militaris partes, in quas diſtributa fuit dicemus. Et quia duplex fuit militia, ter-
duplex reſtris, & naualis, de prima taliter dicemus, ut multa quoq; futura ſecũdæ cõmunia tracte-
mus. Nã delectus primo legionibus cõtrahendis adhibitus: deinde tyronũ alter delectus &
eruditio: poſt legionis partiũ deſcriptio: & Italiæ copiarũ in legiones Romanas conſcripta
rum quantitas, de hinc legionis ipſius militũ numerus & equitatus oſtender̃. Verba poſt
hæc uaria quibus in bello, & prælijs utebãtur: necnon caſtrorũ & ſtructæ aciei: Armorum
quoq;, ſignorũ & inſigniũ militariũ, & diſciplinã militarẽ, præliiq; gerendi formã, inſuper
honores, dignitatẽ, ſtipendia, dona, ornamẽta, auctoritatẽ & demũ formã miſſionis militũ
docebimus. Militiæ laudes, & ſi multis ac prope infinitis ex locis ſumere & afferre poſſu-
mus, à ſolo Cicerone dicemus, qui L. Murenã à M. Catone, Seruio Sulpitio, & Q. Horten
ſio ſummis, eloquẽtiſſimis grauiſſimisq; uiris, ambitus & maieſtatis accuſatũ defendẽs: ſic
Laus militiæ in oratione habet. At nimirũ (dicendũ eſt enim quod ſentio) rei militaris uirtus præſtat cæ
teris omnibus: hęc populo Ro. hęc huic urbi ęternã gloriã peperit: hęc orbẽ terrarũ parere
huic imperio coegit: oẽs urbanæ res, omnia noſtra pręclara ſtudia, & hæc forenſis laus &
induſtria latẽt in tutela ac præſidio bellicæ uirtutis: ſimul atq; increpuit ſuſpicio tumultus
artes illico noſtræ cõticeſcũt. Et infra. Quapropter nõ ſolũ illa gloria militaris ueſtris for-
mulis atq; actionibus anteponẽda eſt, uerũ etiã dicẽdi cõſuetudini, quæ lõge & multũ iſti
ueſtræ exercitationi ad honorẽ antecellit. Itaq; mihi uidenẽ plæriq; initio multo hoc malu
iſſe, poſt cũ id aſſequi nõ ualuiſſent, ad militiã potiſſimũ ſunt delapſi. qđ ſi ita eſt cedat opi-
nor Sulpiei forũ caſtris, otiũ militię, ſtilus gladio, umbra ſoli. Vnde eſt ꝙ Vegetiũ de re mi
litari tractaturũ uidemus ex Saluſtio ſumpſiſſe. Nulla re alia populũ Ro. orbẽ ſubegiſſe, ni
ſi armorũ exercitatiõe, diſciplina militari, uſuq; militię. Ad tirones nũc ueniendũ eſt, quos
Tiro uidemus quoſdã credere à uerbo græco dictos, tanq; domãdos: cũ noſtra ſit opinio, Tiro-
nis uerbũ ab Hetruſcis ſicut hiſtriõis: aut à Sabinis, ſicut Neronis, ad latinã cõſuetudinem
tranſiuiſſe. Eos autẽ cõſtat neq; à principio, neq; ſemper poſtea in inſtituendis legionibus
fuiſſe delectos, cũ legiones ipſas raptim & tumultuarie à Romulo primũ, poſt à quibuſdã
regibus

regibus,cōsulibus & principibus,quandoq; factas fuisse legamus. Romulum eum à quo urbis & militiæ simul origo fuit,scribit primo Liuius libro, Trecentos armatos ad custodiam corporis acceptos celeres appellasse,& nō in bello solum,sed in pace habuisse. & de Seruio rege,Equitū decem turmas ex albanis legisse,legiones etiā ueteres eodem supplemento expleuisse,& nouas scripsisse. Et libro secundo Liuius, dictatore Valerio Volesi filio decem legiones scriptas,ternasq; cōsulibus,quatuor dictatori datas.& infra quinto sic habet. Tertius exercitus ex causarijs senioribus à T. Quintio scribatur, qui urbi mœnibusq; præsidio sit. Et septimo dicit,Camillū quatuor legiones quaternū milium scripsisse: Sed libro Liuij XXIII uidemus maiores copias sine delectu tironum fuisse conscriptas: Cū deessent nautæ,cōsules ex senatuscōsulto edixerūt,ut q L. Aemylio, C.Flaminio consulibus,milibus æris quinquaginta ipse aut pater eius census fuisset usq; ad cētum millia, aut cui postea tantum esset factū, nautam unū cum sex mensiū stipēdio daret. Qui supra centum millia usq; ad ducenta millia,tres nautas cū stipendio annuo:qui supra CCC usq; ad decies centum æris quinq; nautas,qui supra decies octo nautas,cū annuo stipendio darent. Ex hoc edicto dati nautæ armati instructiq; ab dominis triginta dierū coctis cibarijs naues cōscenderunt. Tum primum est factum ut classis Romana socijs naualibus priuata impensa paratis cōpleretur. Et XXIX Liuius,Scipio postquam in Siciliam traiecit uoluntarios milites septem millia ordinauit centuriauitq;. Et libro LXXIIII, uidemus bello sociali,cum Pompeius Strabo Picentes prælio superasset,Libertinos tunc primū militare cœpisse. Quem milites deligendi & exercitus cōparandi modum in necessitatibus imitatos fuisse principes constat. Suetonius enim de Augusto,Libertino milite,præterquam Romæ incendiorū causa,& si tumultus in grauitate annonæ timeretur,bis usus est, semel ad præsidiū coloniarū Illyricū contingētium,iterū ad tutelā ripæ Rhodani. & item uiginti millia seruorū manumisit,& ad remū dedit bello siculo. Et Iulius Capitolinus de M. Antonino philosopho: seruos quemadmodū bello punico factū fuerat ad militiam parauit, quos uoluntarios exēplo uolonū appellauit. Et Cicero ad Atticū: Parthi Eufratē transiuerunt, duce Pacoro Horodis Parthorū regis filio cūctis referto copijs. nos in Cappadocia ad Taurū,delectus habebatur ciuiū Romanorū. Et sicut supradictæ quasi omnes copiæ in summis difficultatibus sic alias sæpenumero pares,& maiores nulla cogente necessitate à cōsulibus imperatoribusq; nullo tironum delectus seruato ordine sunt contractæ. Liuius enim tertio,Cū ad ea bella cōsules delectū edixissent,fauore plebis nō iuniores modo, sed emeritis etiā stipendijs,pars magna uoluntariorū ad nomina danda præsto fuere. Eoq; nō copia modo,sed etiam genere militū ueteranis admixtis firmior exercitus fuit. & quarto. Dum in Lauicanos & Equos Q. Seruilius tribunus ple.consulū potestate ducturus esset, delectū haberi nō ex toto populo placuit.decem tribus sorte ductæ sunt,ex his scriptos iuniores duo tribuni ad hostes duxerūt: & quinto,Dictator Camillus,cū mag.equ. Seruilio Hala iustitio indicto, delectū iuniorū habuit, ita ut seniores quoq; quibus aliquid roboris superesset in sua uerba iuratos centuriaret. Et septimo: cōsulibus Appio Claudio Crasso & L.Furio Camillo bello Gallico,Græco,& Latino ad albā orto,senatus non urbana tantum,sed etiam agresti iuuentute decem legiones scripsit quinum millium & ducētorum, equitumq; trecentorum. Et octauo, Mamercus consul cui Gallicum euenerat bellum scribere exercitum sine ulla uacationis uenia,quin opificum quoq; uulgus,& sellularij minime militiæ idoneum genus exciti dicuntur. & decimo. Bello Hetrusco nūciato senatus iusticium indici,delectū omnis generis hominum haberi iussit:nec ingenui modo,aut minores sacramento adacti sunt,sed seniorū etiam cohortes factæ,Libertiniq; cēturiati:ut affirmare audeamus multo sępius sine tironū delectu,q; per illos legiones coactas instructasq; fuisse. Quin uidetur eum morem tironis accipiendi instruēdiq;,quietis & florentibus Romanis rebus fuisse seruatū,ut adolescētes alioquin otio marcescētes disciplina imbuerētur militari,quibus postea resp.uteretur. De quibus Liuius XXII: Magister equitū delectu edicto minores ab annis decem & septem,& quosdā prætextatos scribit,quatuor ex his legiones & mille equites confecti. Item XXIIII: Et Statorius ex multa iuuentute pedites cōscripsit,ordinatosq; proxime morem Romanum decurrendo signa sequi,& cōseruare ordines docuit,& operi alijsq; institutis militaribus assuefecit. Nedum uero petitos à magistratu adolescentes consentire oportuit, sed aliquando si se militaturos non obtulerunt

Celeres

Adolescentes qui militiæ se nō obtulissent dānatos fuisse

damnati sunt. Liuius XXVII: Atq; ex ijs qui principio eius belli decẽ & septem annos natos fuerant, neq; militauerant, omnes ærarios fecerunt. Et libro quadragesimo, Postq; comperta sunt bachanalia in Auentino occulta, in quibus per flagitia adolescentes corru pti erant, inquit ad senatum, & populum consul: hoc sacramẽto initiatos iuuenes milites faciendos censetis quirites, his ex obsceno sacrario eductis arma committenda? Vnde Ci cero, Difficillimis reipublicæ belli ciuilis Pompeiani temporibus, Tirones parandos sic in Philippicorũ decimo suadet: ego autem non tam ueterarios nutriendos uobis arbitror, q; quid tirones milites flos Italiæ, quid nouæ legiones ad liberãdam patriã paratissimæ, quid cuncta Italia de uestra grauitate sentiat tentandum: nihil enim semper floret, ætas succedit ætati. Quibus uero modis tirones disciplinam edocerentur militarem, & si aliqua ex par te in supradictis apparet, tamen aliter ostendemus. Nam quod supra Liuium octauo scri

Sellularij psisse uidemus: sellularios, id est, opifices sedẽdo opus faciẽtes, minime aptos militiæ fuis se: M. Cato de re rustica affirmat, ex agricolis dicens uiros fortissimos, & milites strenuissi

Ex agricolis tirones deli gendi mos gigni. Et Seneca epistola duodeuigesima, Fortior miles ex fragoso uenit, segnis est urbanus uerna: nullũ laborem excusant manus, quæ ad arma ab aratro transferũtur: quin etiam non originis & exercitij magis, quàm integritatis corporis tironum habendam esse rationem maiores uoluerunt. Vnde Martianus iureconsultus de testamento militari. Mi litabit uero qui cum uno testiculo natus est, qui'ue amisit, secundum diui Traiani rescri

Sylla & Cot ta cũ unico te sticulo nati ptum, Nam & duces Sylla, & Cotta memoranẽ eo habitu fuisse naturæ. Suetonius de Cæ sare dicit, Tirones neq; in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, atque etiam per senatores armorum peritos erudiebat. Et Plutarchus in uita Pauli Æmy lij scribit, eum cõsueuisse filios domi disciplina militari imbuere. Et Iulius Capitolinus de Maximinis duobus. Tertia die cum processisset Seuerus ad campum in turba exultãtem more barbarico Maximinum uidit, iussitq; statim tribuno militum ut coerceret ad Roma

Tirones cha ros Romanis fuisse nam disciplinam & imbueret. Nec tamen in necessitatibus aspernabãtur, quin charos Ro mani tirones habebant. Plancus Ciceroni, In castris nostris legiones sunt ueteranæ tres, tironum uel luculentissima ex omnibus una. In castris Bruti una ueterana legio, altera bi mana, octo tironum. Vegetius autem & si ætatis suæ disciplinam militarẽ potius, quàm uetustã docuit, multa habet à maioribus, præsertim à Salustio sumpta. Ex quibus est aptio rem rusticã esse plebem, quæ diurno labore nutritur, solis patiens, umbræ negligens, bal nearum nescia, delitiarum ignara, paruo contenta cibo, durata habens per omnium labo rum tolerantiam membra. Si uero necessitas cogat urbanos ad arma compelli, primum la borare, decurrere, portare pondus, & solem & puluerẽ ferre discãt, paruo uictu utãtur & rustico, interdũ sub diuo, interdum sub papilionibus cõmorentur. Tirones uero incipien te pubertate deligendos, omnesq; gestus docendos, ne locum deserãt, ne ordines turbent,

Qui à militia arcendi & in militiam reci piendi fossam ducere gaudeant, Adolescentesq; martio deputandos operi debere esse uigilanti bus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, ualentibus digitis, longiori bus brachijs, uẽtre modico, exilioribus cruribus & pedibus, nõ superflua carne distentos, sed neruorum duricia collectos. piscatores, aucupes, sellularios, aleones, & omnes, qui ali quid tractasse uidẽtur id generis, longe castris pellendos: fabros, macellarios, ferrarios, & ceruorũ aprorumq; uenatores militiæ ascribendos. idem scribit honestatẽ idoneũ militem reddere, & uerecundiã dum prohibet fugere, uictorẽ facere. à magnis peritissimisq; bello rum uiris, delectũ tironũ esse habendũ. Ad Salustiũq; reuersus dicit Vegetius eum scribe re, Pompeiũ adolescentẽ assueuisse, cum agilibus saltu, cũ uelocibus cursu, cũ ualidis lucta certare. Nec aliter illi de Sertorio uictoriã cõtingere potuisse: ab ipsoq; Salustio tradi, Ro

Campus Mar tius ad Tiro num exercita tionẽ electus manos ueteres ad omnẽ rei militaris eruditionẽ campũ Martiũ Tyberi uicinũ elegisse, in quo iuuẽtus post exercitiũ armorũ sudorẽ pulueremq; diluerit. Iuuentutẽq; pro exercitio cõsueuisse crates rotũdas ex iunco cõtexere, quibus in duplo ponderãtibus q; scutũ, & cla ua lignea pergraui ad palũ sexipedalem in terrã fixum se exercebãt, pũctimq; & cæsim fe rire discebant. A Salustioq; itẽ tradit Vegetius, Exerceri solitos hyeme sub tectis tirones, ut equos instratos ligneos armati saltu insilirent, quandoq; fasces, & pondera librarũ sexa ginta tulisse gradu militari, ut discerent arma & cõmeatum deferre cũ necessitas cogeret. Vergilius, Nõ secus ac patrijs sæuus Romanus in armis Iniusto sub fasce uiam cũ carpit, & hostem Ante expectatum positis stat in agmine castris. De eaq; Tironum, & militum

nouorum

nouorum etiam seruorũ ad militiam eruditione Flauius Iosephus de captiuitate Iudaica sic habet, Quaquidem in re nimis admirandam quis existimauerit Romanorum prudentiam, ita seruos instruentium, ut non solum uitæ ministerio, sed etiam necessitatibus utiles sint. quod si quis eorũ aliam quoq; respexerit militiæ disciplinam, profecto cognoscet tantum eos imperiũ non fortunæ munere, sed propria uirtute quæsisse. Armis enim uti nõ ex bello cœperunt, neq; solum si necesse sit manus mouent, sed ueluti armis naturã coercentes, nullas capiunt exercitationis inducias, nec tẽpora præstolantur. Meditationes autem eorũ nihil à uera cõtentione discrepant, sed in dies singulos militũ quisq; omnibus armis, tanq; in procinctu positus exercetur, quo etiã prælia facillime tolerãt. Nec enim uel ordo neglectus eos à consueta dispositione dispergit, neq; metus aut sumptus remouet aut lassitudo. Vnde sequitur, quod semper superent hostes, quos non itidem confirmatos inuenerunt: nec errauerit si quis eorũ meditationes conflictus esse dixerit sine sanguine, contraq; prælia meditationes esse cũ sanguine. Legio quibus ex partibus, quóue instrueretur pararetúrq; modo cum dixerimus, Tirones etiam quomodo in ordinibus locarentur intelligitur. Igitur legio inde dicta, ut inquit Varro, q; legũtur milites in delectu, ex centurijs enim maxime cõficiebaẽ. Cẽturiæ uero eam uim habuere, ut ab ipsis cæteri ordines nascerẽtur. De quibus dicturi eadẽ licet diuersa ratione repetere cogimur, quæ in comitijs supra sunt dicta. Liuius in regis Tullij Seruij rebus gestis scribit, censum ab eo institutũ fuisse, rem saluberrimã tanto futuro imperio, quo pacis bellíq; munera nõ uiritim, ut antea, sed pro habitu pecuniarũ fierent. Tum classes cẽturiasq;, huncq; ordinẽ ex cẽsu descripsit. Qui censum milliũ æris aut maiorẽ censum haberent octuaginta fecit centurias, X L senũ X L iuuenum: seniores ad urbis custodiam: iuniores, ut foris bellum gererẽt. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: hastæ, & gladius. Additæ his duæ fabrũ cẽturiæ sine armis, ut machinas in bello ferrent. Intra centũ & septuaginta quinq; millia census secunda classis. Ex his uiginti centuriæ seniorũ, uiginti iuniorũ, arma ut in superiore præter loricã. Tertia classis à L X X V ad quinquaginta millia census, cẽturiæ uiginti senũ, uiginti iuuenum, arma ut in superiore præter ocreas. In quarta classe à quinquaginta ad X X V milliũ cẽsus. Cẽturiæ X X seniorũ X X iuniorũ, arma mutata, nihil præter hastã & uerutũ datũ. Quinta classis cẽturias triginta habuit, fundas, lapidesq; missiles gerebãt. In his accẽsi, cornicines, tibicines in tres cẽturias. ex X I postea millibus una cẽturia, & fuit hæc immunis militia. Equitũ ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit centurias, additis sex alijs, primis sex Romuli. Cũ itaq; haberet delectus ordo sumebat ex supradictis censibus, & ex eadem diuisione quinq; censuũ fiebãt delectorũ militum cẽturiæ, ut unaquæq; cẽturia suã cuiuslibet census ordinis & ætatis haberet partẽ. Qua in re prudenter institutũ fuit quod Vegetius à Salustio tradit, ut quasi in orbẽ quendã per diuersos ordines promoueretur milites: ut ab inferiore si promereretur ad supremũ quisq; ascẽderet: & ita ad primũ, sed in maiori digniorícq; loco rediret. Ex hacq; formula copię urbis Romæ cõtrahebantur. Sed maiores multo copias Romani p omnia stantis Romanæ dignitatis tẽpora à latino nomine & Italis acceperũt. Quæ omnes copiæ simul mixtæ Romanos exercitus cõficientes Romanũ nomen ubiq; locorum formidolosum gloriosumq; reddebant. Liuius enim prælium apud Trebiã libro X X I I describens, Duodeuiginti millia Romanorũ erant, sociorũ nominis latini uiginti millia, auxilia prȩterea Gallumbrorũ X X V. Et cõsules delectũ cũ ægre cõficerent inopia iuniorũ, senatus triũuiros binos creari iussit, alteros q citra, alteros qui ultra quinquagesimũ lapidẽ in plateis forisq; & cõciliabulis omnẽ copiã ingenuorũ inspicerẽt, & si qui roboris satis ad ferenda arma habere uiderẽtur, etiãsi nondũ militari ætate essent, milites facerẽt. Tribuni plebis si eis uideret ad populũ ferrẽt, ut qui minores se septem & decẽ annis sacramento addixissent, his perinde stipendia procederẽt, ac si septẽ & decẽ annorũ aut maiores milites essent. Et X X X V Liuius: decretũ ut nouorũ militũ tria millia duceret & trecẽtos equites: ita ut in his duæ partes sociũ latini nominis, tertia ciuiũ Romanorũ esset. Idem supplemẽti ad Caium Flaminiũ, cui imperiũ cõtra Antiochũ prorogabatur. Et X X X V Liuius: L. Scipio cõsul cui ꝓuincia Grȩcia decreta erat: in supplemẽtum addita peditũ ciuiũ Romanorũ tria millia, equitũ cẽtum: & sociũm latini nominis quinq; millia, equites ducenti. Alteri cõsuli Lelio nouus exercitus decretus, duæ legiones Romanæ, & sociũm latini nominis X V millia pedites, equites C C. Cicero Appio Pulchro. Sed uniuerso

Legio unde

A centurijs cæteros ordines natos

uniuerso senatui uenerat in mētem præsidio firmiori opus esse ad istam prouinciam: censebant enim omnes fore, ut in Italia supplementum meis & Bibuli legionibus scriberetur.

Gallumbri Quod autem supra de auxilijs Gallumbrorū ad Trebiam missis est dictū, alias copias ab Italis quādoq; ab externis acceptas fuisse, leuioris armaturæ, nullius'q; stipēdij, sed breuiori tempore in exercitu moraturas edocet Liuius. Quāuis enim Romani ad exercitum contra Hannibalem Placentiā missum milites misissent ex Italia simul & Roma acceptos: tamen alias copias à Gallumbris qui nunc Romandioli sunt in castra euocauerunt, quæ fuerūt auxilia leuiter armatorū. hinc scribit Liuius XXII de Hierone Siculo rege, cuius oratorum hæc fuerūt uerba, Milite atq; equite scire nisi Romano Latiniq; nominis nō uti populum Romanū, leuium armatorū auxilia etiam externa uidisse in castris Romanis. Itaq; misisse mille sagittariorū ac funditorū. Et XXXIIII Liuius. si tumultus in Hispania esset, placere ut tumultuarij milites extra Italiā legerenť L. Paulo in Hispaniā. Et XXXVI in bello sociali. Auxilia inde latini nominis & exterarū gentium missa populo Romano. Plancus imperator consul designatus scribens consulibus, prætoribus, tribunis plebis, senatui populoq; Romano. Legiones habeo quinq; sub signis, & sua fide uirtuteq; populo Romano cōiunctissimas, & nostra liberalitate nobis obsequētes. prouinciā omniū ciuitatum cōsensu paratissimā, & summa cōtentione ad officiū certantē. Equitem auxiliorumq; tantas copias, quantas hæ gentes ad defendendū suam salutem libertatemq; conferre possunt. Cicero Bruto: Romæ delectus habetur totaq; Italia: si hic delectus appellandus est,

Legionis numerus cum ultrò se offerūt omnes. Numerū quem legio habuerit omniū militū ostendit Liuius in septimo. Cōsulibus Appio Claudio Crasso, & L. Furio Camillo, bello Gallico Græco & Latino ad Albam orto, senatus nō urbana tantū, sed etiam agresti iuuentute decē legiones conscripsit, quinū millium & ducentorū militum, equitumq; trecentorum. Et XXII prælio Cannēsi. Numero quoq; peditū equitumq; legiones auctę, mille peditibus & cētenis equitibus in singulas additis, ut quina millia peditū, trecēti equites essent. Et XXIX Liuius, Suppleuitq; ita eas legiones, ut singulæ sena millia & ducētos pedites: equites haberent CCC. & Aulus Gellius scribit, in legione sunt cēturiæ sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem. Quarū copiarum ut distributio quæ fiebat, notior habeatur, magistratuum & eorū qui ducebant ordines, & singularū partium nomina exponemus. Nec repētere expedit, quæ superius exposita ac prope omnibus nota sunt. Imperatoris, Consulis, Prætoris, à quibus ducebātur uocabula. Exercitusq; expositio nominis primo ponatur loco, dehinc tribuni militares, ruffuli, centuriones, decuriones, equites, trossuli, cohortes, manipuli, turma, hastati, pilani, principes, triarij, subsidionarij, accēsi, ferētarij, uelites, auxilia, præsidia, obsidiū quid fuerint doceamus. Exercitum tradit Vlpianus iureconsultus de militari testamento, traxisse nomen ab exercitatione. Idemq; uult exercitū non unam cohortem,

Exercitus unde tem, neq; unam alam dici, sed numeros multos militū. Nam exercitui præesse dicitur ille qui legionē uel legiones cum suis auxilijs cōmissas administrat, de cuius officio sic scribit

De officio regentis exercitum Marcellus de re militari, Officium regentis exercitū non tantū in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit. Paternus quoq; scribit, debere eum qui se meminerit armato præesse parcissime cōmeatum dare, equum militarem extra prouinciam suam duci non permittere, ad opus priuatum, piscatum, uenatum militem non permittere. Nam in disciplina Augusti ita cauetur: & si scio fabrilibus operibus exerceri milites non esse alienum, uereor tamen si quicquā permisero, quod in usum meū aut tuū fiat, ne modus in ea re ad-

Tribuni militares hibeatur, qui mihi sit tolerandus. Tribuni militares ad eorū exemplar facti sunt, qui populo Ro. præsunt. De quorū officio sic habet Cicero legū secundo. Milites quibus iussi erūt parento, eorumq; tribuni sunto. Marcellus de re militari, Tribuni officiū est uel eorū qui exercitui præsunt, milites in castris continere, ad exércitationes producere, claues portarum suscipere, uigilias interdum circuire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensuræ fraudem coercere, delicta secundum auctoritatem suam castigare, principijs frequēter interesse, querelas commilitonum audire, ualitudinarios inspice

Tribunorum militariū duo genera re. Tribunorumq; militariū Asconius Pedianus secūda in Verrem duo fuisse genera scribit, primum eorū qui ruffuli dicuntur, hiq; qui in exercitu creari solent: alij sunt comitiati, qui comitijs designabātur. Et Festus Pōpeius addit eos aliquando dictos esse rutilos, quia

Rutili. Centu. Rutilius Ruffus legem primo de eorū iure ab exercitu creandorū tulerit. Centuriones & decuriones

decuriones ab eorũ numero quibus præſunt dictos Varro Feſtusq; tradunt. Habuit præ- *Decuriones*
terea legio præfectũ fabrũ, qui fabros lignarios, ſtructores carpentarios, ferrarios ad fabri *Præfectus fa-*
cam, ad hibernorum ædificia, ad machinas, turres ligneas, ad arma, ad uehicula tormẽtaq; *brorum*
dirigeret. Equeſtris ordinis nomẽ ſæpe mutatum fuiſſe Plinius in naturali hiſtoria tradit. *Celeres*
Nam eos qui ad equitatum trahebantur celeres Romulus regesq; appellarunt, deinde fle *Flexumines*
xumines, poſtea troſſulos, cum oppidum in Thuſcis citra Volſinios eo nomine ſoli ſine *Troſſuli*
peditatu cepiſſent: durauitq; id nomen ultra Gracchum, poſtea quirites appellati. Cohor- *Quirites*
tis uocabulum Varro ſic exponit, quod ut in uilla ex pluribus tectis coniungitur ac quid- *Cohors*
dam fit unum, ſic ex pluribus manipulis copulatur cohors: cohorsq; in uilla quod circum
eum locum pecus coerceretur. Fuit & præterea cohors prætoria dicta quod à prætore nõ *Prætoria*
diſcederet. Scipio enim Aphricanus primus fortiſſimũ quemq; delegit, qui ab eo in bello *cohors*
non diſcedebat, & cætero munere militiæ uacabant, & ſeſquiplex ſtipendiũ accipiebant.
ea uero cohorte primus Romanorũ principum Tiberius Auguſtus eſt abuſus, qui ædifi-
cato munitiore in uia Appia loco prope nunc ſanctũ Sebaſtianum ubi caput bouis appel
lant, Baptiſtæ Lenis Romani ciuis uillam, cohortem ibi ſuam tanquã in arce cõtinuit: qui
mos continuatus effecit, ut poſt Tiberium reip. & libertatis ſtatus à cupienti ciuitate reſu
mi nequiuerit. Sicq; Claudius, ſic Galba, ſic Otho, ſic Pertinax, ſic Didius Iulianus præto-
rianum militum uiolentia imperatores ſunt facti. Liberq; unicum Iulij capitolini teſtimo-
nium afferre. Interea Romæ iterum ſeditiones inter populum & milites ortæ, ut nec tum
maxime in edicto Balbinus cũ proponeret audiretur. Veterani ſe in caſtra prætoria con-
tulerunt, cum prætorianis ipſis, quos cœpit populus obſidere, nec unquam ad amicitiam
eſſent reducti niſi fiſtulas aquarias populus incidiſſet. Manipulumq; Varro exercitus mi *Manipulus*
nimam manum eſſe uult, quæ unum ſequitur ſignum, de quo uerbo Ouidius: Illa quidem
fœno (ſed erat reuerentia fœno, Quantã nunc aquilas cernis habere tuas.) Pertica ſuſpen
ſos portabat lõga maniplos. Vnde maniplaris nomina miles habet. Turmam uult Varro *Turma*
dictam eſſe mutata e in u, quaſi ternam, quod terdeni milites ex tribus tribubus lucerum,
ramnium, & tatienſium fiebant. Itaq; primi ſingularum decuriarum decuriones dicti. hiq;
decuriones primo adminiſtri turmæ, à turma adoptabantur, unde optiones dicti, quos po *Decuriones*
ſtea tribuni ob ambitionem faciebãt. Haſtatos dicit Varro appellatos, quod haſtis pugna *Optiones*
bant, pilanos qui pilis. Principes qui à principio gladijs pugnabant. poſt mutata re milita- *Haſtati*
ri magis illuſtres ſunt pilani. Triarios quoque dictos quod in acie tertio ordine extremis *Pilani*
ſubſidio ponebantur. Et quod hi ſubſideant ſubſidium dictum: Plautus, Subſidite hic, qua *Principes*
ſi ſolent triarij. Vnde cum ad extremam ſit uentum neceſſitatem: in prouerbio eſt, Res re- *Triarij*
dijt ad triarios. Rorarios dictos Varro ſcribit eos qui prius in prælium prodibãt, ſicut ros *Subſidium*
prius inchoat quàm pluuia. Et accenſos miniſtratores à Catone appellatos, de quibus ſu- *Rorarij*
periore loco multa à nobis ſunt dicta. Velites ſcribit Feſtus appellatos eſſe ueſtitos & in- *Accenſi*
ermes, qui exercitum ſequebantur, quique in mortuorum militum loco ſubſtituebantur, *Velites*
ipſosq; fuiſſe & ferentarios qui fundis & lapidibus pugnabant, quia tela feruntur non te *Ferentarij*
nentur. Catonemq; eos ferẽtarios dixiſſe, qui tela ac potiones militibus prælantibus mi-
niſtrabant. Auxilium dicit Varro ab auctu eſſe dictum, cum acceſſerint hi qui adiumento *Auxilium*
eſſent alienigenæ: præſidiũ uero quod extra caſtra præſideãt in loco aliquo, quo tutior ho *Præſidium*
ſtis regio eſſet. Obſidiũ ab obſidẽdo quo minus egredi poſſit. Ad hæc quæ expoſita ſunt *Obſidium*
uocabula ſequitur aliorum militiæ uerborum, quibus in acie & bello uſus fuit expoſitio. *Velitatio*
Velitationem, Nonius inquit, dici leuem contentionem ex congreſſione militũ. Cui cum
prius inuenta fuiſſet Fuluius Flaccus conſul bello Capuano addidit, ut milites leuis arma
turæ pluribus armati iaculis equitibus immixti militarent. Optiones in cohortibus dicti *Optiones*
ſunt tanquã optati, qui in defectu militibus ſubrogantur, ut plenæ ſint legiones: ſecun-
dumq; has expoſitiones armorum & bellicorum inſtrumentorum, quibus priſci uteban-
tur uocabula & rem pro parte dicemus. Ad offenſionem arma fuerunt à longe ferientia, ſa-
gitta, tragulæ quod mittãtur dictæ. Anſatæ quod anſis colligentur haſtæ & manu mittan
tur, quæ & iacula: fundæ lorulis funiculisq; manu cõtortæ: manubaliſtæ, quas baliſtas mi
nores aliquando ſcorpiones priſci dixere: quæ tela non ſolum ſingulis ætatibus & ſeculis,
ſed per unam quanq; ætatem bis terq; nomina & formam mutauere, ſicut & arma qui-
bus corpora ueſtiuntur. Inſtrumenta bellica oppugnationibus adhibenda hæc fermè erãt.

Teſtudo

Teſtudo Teſtudo de materia & tabulatis contexta, corijs, cilicinis & alijs quæ difficulter comburi
Aries poſſent contecta. hæc intrinſecus habebat arietem trabem, quæ unico præfigebatur ferro
& falx uocabaẽ, ab eo quod incuruata eſſet, & de muro extraheret lapides: uel dicta aries
ad ſimilitudinẽ animalis. Retro enim ducebatur trabs funiculis ſuſpenſa, ut reducta impe-
tuoſius feriret. Idemꝗ & teſtudo dicta à ſimilitudine reptilis, quod caput nũc exerat nunc
Vinea reducat. Vinea aliud inſtrumentum è lignis compacta. lata pedes octo, alta pedes ſeptem,
longa ſexdecim, tectum duplici ligno cratibusꝗ contexitur. Latera quoq; cõtexuntur, ne
ſaxorum telorumꝗ impetu perfringantur. Extrinſecus ne crementur crudis & recẽtibus
corijs integuntur. Cum plures fuerint iunguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius
Plutei ad muros ſubruendos pugnant. Plutei dicebantur ad ſimilitudinẽ loci ſtudentium, mino-
res teſtudine, ſed eadem facti defenſiꝗ ratione: ſed tribus ducti rotis ad quæcunq; expedit
Agger loca perducuntur. Agger ex terra lignisꝗ extollitur contra murum, de quo tela iactantur.
Muſculi Muſculos dixerũt minores machinas quibus protecti bellatores foſſatum ciuitatis appor
tatis lapidibus, lignis, & terra nõ ſolum cõplent, ſed etiam ſolidant, ut turres ambulatoriæ
ſine impedimẽto uehantur ad murum. ſunt minores uineis ſubductioresꝗ & maiores fir-
Turris mioresꝗ pluteis. Turris aliquando lata pedibus tricenis in quadro, quãdoq; quinquagin
ta, & proceritas, quæ muros urbis turresꝗ ſuperet, rotis agiẽ pluribus, & ſubtus arietẽ ha-
bet, materia tabulatisꝗ compacta eſt, corijs cõtra ignes & centonibus cilicinisꝗ aqua in-
fuſis contecta: pontem habet, qui in mœnia dimittitur, & ſagittarij pugnatoresꝗ deſcen-
Baliſtæ dunt. Baliſtam maiores dixere priſci, trabem ualidam ita libratã, ut cum pars denſior pon
deribus attracta deſcenderet, eleuata proceritas ſua funiculis quos haberet alligatos fun-
da ſaxum maximi ponderis longe emitteret. Eiꝗ maximẽ nunc machinæ bricholſæ eſt ap
Onager pellatio: quãquam onagrum maiorem ipſa machinam dixere, quo nullum maius tormen
Falarica tum fuiſſe uult Vegetius, nec eſt etiam apud noſtros. Falaricam diffinit Vegetius, quæ ad
modũ haſtæ ualido præfigitur ferro, Inter cuius tubam & haſtile ſulphur, reſina, bitumen,
ſtuppa conuoluuntur infuſa oleo, quod incendiarium uocant: quæ falarica baliſtæ impe-
tu deſtinata perrupto munimine ardens figitur ligno, turritamꝗ machinam frequẽter in-
cendit. Fuerunt & alia priſcis ad offenſionem defenſionemꝗ inſtrumẽta, quæ ferè omnia
Bombarda deſiere in precio haberi, poſtquam bombardæ uſus fuit, machinæ omnium impetuoſiſſi-
mæ, quam anno nondum centeſimo inuentam fuiſſe docuimus, teutonicũ munus Vene-
Metare tis delatum, quando Genuenſes in Clugia clauſi à Venetis obſidebantur. Metare, inquit
Metari ca. Nonius, eſt ponere, Vnde metari caſtra & metatores. & Feſtus metari caſtra dicuntur, ꝙ
Porta præ metis dirigantur, Caſtraꝗ ut plurimum quatuor habuerunt portas, quarum prætoria ap-
toria pellabatur, qua exercitus in præliũ educebatur: quia initio prætores erant, qui poſtea con
Prætoriũ ſules, & illi bella demonſtrabant, quorũ tabernaculum quoq; dicebatur prætorium. Quin
Porta quin tana porta appellata poſt prætorium, ubi rerum utenſilium forum fiebat. Alia principalis
tana dicta, quod eo eſſet in loco ad quem principales ordines tendebant. Decumana quarta à
Porta prin decimis primo in caſtra illatis, per quam commeatus inferri & cõmeare animalia conſue-
cipalis uerant. Caſtrorum uero formam & diſpoſitionem Flauius Ioſephus de bello Iudaico ele-
Porta De- gantiſſime ſic edocet. Romani quocũq; in hoſtilem terram irruperint ante caſtrorum mu-
cumana nitionem nunquam prælium ſumunt: quæ quidẽ non leui opere neq; iniquo loco erigũt,
Caſtrorum nec omnes inordinate deſcribunt: ſiquidem inæquale ſolum fuerit contemplantur: qua-
forma & tuor uero angulis dimenſio eorum deſignatur. Nam & fabrorum multitudo, & ferramen
diſpoſitio torum copia, quæ uſus extructionis popoſcerit ſequitur exercitum. Et interior quidem ca
apud Ro. ſtrorum pars tabernaculis diſtribuitur. Ambitus autem eorum extrinſecus muri faciem
profert, ordinatis etiam turribus pari ſpacio diſpoſitis, quarum interualla telis atq; baliſtis
alijsꝗ machinis ſaxa intorquentibus omnibus inſtrumentis miſſilium complent, ut cũcta
ſcilicet iaculorum genera in promptu ſint. Ex omni autẽ muri parte quatuor portas ædi-
ficant, tam iminẽte aditu faciles, quàm ipſis ſi quid urgeat introcurrentibus latas. Intus au
tem caſtra uicorum ſpacijs interpoſitis dirimuntur. Mediaꝗ rectorum tabernacula collo-
cant. Et inter hæc ducis maximi domum templo prorſus ſimillimam, ut quaſi quædam ci-
uitas repentina exiſtat. Forum quoq; & opificum ſtationes & ſedes militũ primatibus or
dinumꝗ principibus, ubi ſi qua ſit inter alios ambiguitas iudicent. Ipſe uero ambitus &
omnia quæ in eo ſunt multitudine ſimul & ſciẽtia fabricantiũ opinione citius cõmunitur.

Qui ſi

Qui si res urgeat, fossa extrinsecus depressa cubitis quatuor, pariq; spacio lata cingitur. Armis autem septi per contubernia cum decore absq; otio in tentorijs degunt, omniaque ab his ordinate etiam alia cauteq; per contubernia expediuntur: ueluti si ligno aquaue aut frumento opus sit. Nec enim cœna uel prandium in potestate est cuiuscunq; cumuo luerit. Simul autē omnibus somnus est. Excubias & euigilandi tempora buccinę signant: neq; omnino quicquam est quod sine edicto geratur. Mane autē milites ad centuriones, illi uero ad chiliarchum cōueniunt salutatum, cum quibus ad summum omnium ducem uniuersi ordinum principes. Ille autem his signum aliaq; dat ex more proferenda præcepta subiectis: quæ quidem cum in acie sunt agentes citius parent, ut si res exigat incursibus eius itemq; reuocationibus uniuersi pariter obsecundent. Cum autem castris egrediendum est tuba indicium facit, nemoq; ociosus est, sed uel solo nutu moniti tabernacula colligunt, omniaq; ad profectionem instruunt, deinde iterum tuba signat ut sint parati. Illi autem cum mulos & iumenta sarcinis onerauerint, uelut in curuli certamine signū expectant. Castra uero incendunt, & quod sibi alia munire sit facile, & ne quando hostibus eadem usui sint. Et cum tertio quoq; tubæ indicant ut exeant, urgent aliqua ex causa morantes ne quis ordinem deserat: dextraq; duci præco adstans, si ad bellum parati sint uoce primum percunctatur. Illi que ocius alacri & magna uoce paratos se esse respondent, interrogantemq; pręueniunt: & Martio quidem spiritu repleti cū clamore dextras erigunt: deinde ociose & cum omni decore uelut in bello progredientes ambulant, suum quisque ordinem uelut in bello custodiens: pedites autem, thoracibus quidem & galeis septi, ex utroq; latere sicas ferentes: Leuus autem gladius est multo longior, cum dexter mensuram palmæ non excedat. Qui uero ducem stipant lecti pedites scuta & lanceas portant, cætera manus hastas & clipeos longos, triduiq; uiaticū, ut parum intersit inter onusta iumenta & pedites. Equitibus autem ad dexteram gladius est longior, & contus in manu, transuersusq; ad equi latus clipeus, ternaq; super pharetram, uel amplius lata cuspide dependent iacula, nihil ad hastarum magnitudinem differentia. Cassides uero & thoracas peditibus similes habent, nulloq; armorum genere à militum alijs discrepant lecti qui circa ducem morantur. Agmen autem semper cui sorte id obtigerit antecedit. Talia quidem sunt Romanorum itinera & mansiones itemq; armorū uarietates. Nihil uero nec in prælijs inconsultum aut subitum agunt, sed omnia semper sequuntur facta sententia, opusq; non adhibetur nisi ante decretum. Vnde aut minime peccant aut si peccauerint facilis est peccati correctio, fortunæ autem successibus meliores. Consiliorum etiam si aliter successerint arbitrantur euentus quasi bonum quiddam fortuitū, ne diuina prouidentia non esse credatur. Quæ uero ante cogitata fuerint, etiam si aduersus casus exceperit, bene iam meditantes ad cauendum exhibeant, ne idem rursus eueniat. Et bonorum quidem fortuitorum non is autor sit cui contigerint, tristium uero quæ innoxijs acciderint, saltem quæ rectum consilium ceperunt uideatur esse solatio. Armorum quidem exercitationem comparant: ut non modo corpora sed animi quoq; militum fortiores sint. Maior illis est ex timore diligentia: Nanq; leges apud eos non discretionis solum, uerū & crimine negligentiæ capitales sunt: ducesq; magis quàm leges ipsæ terribiles. Nanq; bonos honorando redimunt, sed in coërcendis noxijs sunt crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus parent ut & in pace ornamento sint, & in acie corpus unum, totus conspiciatur exercitus: sic eorum copulati sunt ordines, ita circunduci sunt mobiles, & acutis auribus ad pręcepta, oculisq; ad signa, & ad opera manibus. Vnde facere quidem strenui sunt, pati uero tardissimi Nec etiam ubi præliantes sunt, aut multitudinem hostium, aut consilia spernere ducum, aut difficultatem regionum. Quorum igitur actis & consilijs incipiunt deliberantes adeo extremus patet exercitus. Quid mirum si euphrates ab oriente, & Oceanus ab occidente, itemq; à meridiano tractu libye fortissima regio, & à septētrione rhenus, & hister sunt imperij limites? cum minorem esse possidentibus possessionem recte quis dixerit? Hæc ergo prosecutus sum, non tam proposito laudandi Romanos, quàm solatio deuictorū, utq; nouarum rerum cupidos detinerem. fortasse autem ad experientiam bonarum artium proderunt studiosis Romanæ instituta militiæ nescientibus. Procubitores dicuntur, qui nocta custodiæ causa ante castra excubant, cum in propinquo castra hostium sunt. Procinctam classem dici mos fuit quando exercitus ad pugnam paratus erat: horumq; uerborū

Procubitores

Claßis procincta

primo positorum loco,causam hanc Festus ponit,quod pugnaturi ritu prius cingerentur
gabino,& quod classem uetustius fuerit hominum dici quàm nauium multitudinem:pa/
ribus equis etiam aliquando scriptum esse inuenimus, quia duobus equis utebantur in
Pares equi prælio Romani, ut altero sudante & fesso in secundum transirent. Et præliares dies ap/
Preliares dies pellati sunt,quibus fas erat hostem lacessere: Erant enim & nefasti dies & feriæ quibus id
facere non liceret. Scribit Aulus Gellius, Thucydidem dicere Lacedæmonios bellatores
Nefasti non tubarum cornuumq; signis, sed tibiarum modulationibus in prælijs usos, Cretenses
Lacedemonij que solitos inire prælia præcinente ac præmoderante cithara gressus militum:contra Ro/
Cretenses manos milites hostem clamoribus territauisse. Ad uerba ueniamus structæ aciei. Acum
Acus inquit Festus dictam priorem aciei partem, quod ea pars militũ uehementissima esset ad
hostem telorum acumine uulnerandũ. Et uerba structæ aciei hæc ponit Gellius, à rerum
Verba stru/ ctæ aciei similitudine introducta,frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ferra, turres, alæ:
quas alas fuisse constat equitum ordines,circum legiones dextra leuaq; tanquam alę sunt
Ale m uolucrum corporibus:& Plutarchus in problematibus scribit, auspiciorum quod sini/
Auspicium sinistrum strum dicitur prosperum ac secundum fuisse:& sinistro cornu semper principatus attribu
tos, quia orientem aspicientibus in sinistra parte boreas est,quam dexteram mundi par/
tem esse & superiorem faciunt. Sed & armorum uocabula sunt dicenda. Arma Varro di/
Arma unde cta inquit,quod his arcemus hostem. Et Festus arma proprie dicuntur ab armis id est, hu/
meris dependentia,ut scutum,gladius,pugio,sica,& ea quibus procul præliamur tela. Et
Vlpianus iureconsultus de ui armata:arma inquit,sunt omnia tela:hoc est,Fustes & lapi/
des,non solum gladij hastæ & frameæ,quod affirmat Caius de uerborum significatione.
Armorum uocabula Aulus Gellius multa sine expositione sic ponit,hasta, pilum,phala/
Sagittæ è rica,lingula: Et quando sagittarum usus erat cannas habuerunt: Vnde Plinius:Sagittæ è
calamis calamis quorum ferax fuit rhenus Bononiensis,utputa multum ramosus,& grauis uento
Parma resistens. Sed ad Varronis expositiones redeamus. Parma quod è medio in omnis partes
Conus Hasta par. Conum quod tegitur in cacumen:hasta quod à stante solet ferri. Iaculum ut iaciatur
Iaculum Tra fit Tragula à traijciendo. Scutum à sectura quod è minutis consectum sit tabulis. Vmbo
gula Scutum à Græco quod ambonis. Gladius à clade,quod sit ad hostium cladem: pilum ab homine
Vmbo Gladi⁹ qui hostem ferit,quod per illum. lorica quod è loris de corio crudo pectoralia fiebant:po/
Pi'um Lorica stea fecerunt ex annulis ferream tunicam:balteumq; è corio cingulum erat bullatũ, ocrea
Balte⁹ Ocrea quod opponuntur ob crus. Galea à galero, quo multi usi sunt antiqui. Cornua quod ea
Galea Cor/ quæ nunc sunt ex ære tunc fiebant bubulo cornu. Nonius:Cetra scutum rotundum,pha/
nua Cetra læ turres ligneæ. Et Festus,clipeum antiqui ob rotunditatem appellauerunt. Liuius octa/
Phale Clipe⁹ uo. Latini clipeis antea Romanis usi sunt, deinde postquã stipendiarij facti sunt scuta pro
Sarißæ clipeis accepere. Et libro XXXVII prælongas hastas macedones sarissas uocant. Et Fe
Murmilioni/ stus Murmilionica scuta dicebant cũ quibus de muro pugnabant, erant siquidem ad hoc
ca scuta solum idonea. Et Spara minimi generis iacula à spargendo dicta. Triphorumq; telum lon
Spara gitudine trium cubitorum,quod catapulta mittitur. Ennius:haud permaneret paries per/
Triphorum cussus triphoro. Pelta scuti genus in modũ lunæ semis uel ternæ,uel quartæ,quibus ama/
Pelta zones sunt usæ. Arma autẽ ciues Romanos priuatim non tenuisse, sed in reditu legionũ
Arma Roma exercituumq; in tarpeiam rupem,aut in armilustrium fuisse condita satis cõstat. Nam ui/
nos priuatim demus quotiẽs exercitus educi oportuit, arma inde fuisse accepta. Vnde Cæsar Lucano.
non tenuisse Iam rupes tarpeia sonat. & Spartianus dicit, Vespasianum ex armilustrio arma legioni/
bus permisisse. Et Plinius scribit in fœdere, quod expulsis regibus populo Romano de/
dit Porsenna nominatim comprehensum,ne ferro nisi in agricultura uterentur:& magni
Pompeij tertij cõsulatus extare edictum in tumultu necis Clodianæ, prohibens ne telum
esset in urbe. signa iam,insignia,indumenta,& ornamenta militaria dicamus,tam publica
quàm priuata. Signũ militare primũ Romanis si nimis uetera repetere uolumus fuere ma
Signa Roma/ norum nipuli,quales ex fœno supra Ouidij carmina describunt. Sed alia post parũ fuerunt signa
quæ in ærario pacis temporibus seruabant,de quibus Liuius septimo: signa eo die à quæ
storibus ex ærario prompta. quæ autẽ fuerint ipsa Romanorum in bello signa,& quando
primũ haberi cœpta, Plinius in naturali historia sic ostendit: aquilã Romanis legionibus
C. Marius in secundo consulatu suo proprie dicauit. Erat & antea prima cũ quatuor alijs
Lupis,minotauris,equis,apris, q̃ singulos ordines anteibãt: paucis ante annis sola aqla in
acie

acie portari cœperat,reliqua in castris relinquebantur: Marius in totum ea abdicauit. Ex
eo notatum non ferè unquam apud legiones hibernatum esse in castris ubi aquilarum nõ
sit signum. Aquilam autẽ fuisse argenteam: Cicero prima in Catilinam ostendit. Scio pa-
ctam & constitutam cum Manlio diem, atq; etiam aquilam illam argenteam, quam tibi
ac tuis omnibus perniciosam fore confido, & funestam futuram, scio esse præmissam. Et
item Plinius. Argentum militaribus signis, quàm aurum familiarius, quo longius fulget.
Minotauri effigiẽ inter signa militaria ideo scribit fuisse Festus, quod non minus occulta *Minotauri ef-*
esse debeant consilia ducum quàm fuerit domicilium Minotauri labyrinthus. Idemq; as- *figies et apri*
serit porci effigiem inter militaria signa quartum habuisse locum, quia confecto bello in- *cur in signis*
ter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmare solebat. Alia item signa militaria per diuer-
sa tempora fuerunt. Nam erat labarum quod signum in historijs frequentatum, Romæ *Labarum*
etiam nunc in monumentis principum marmore uidemus incisum, labans quadratũ ue-
xillum cordula hastæ appensum. erant & draconum & aliæ uariorum animalium figuræ, *Dracones*
prout unicuiq; principi & duci placuit. Insignia uero & ornamenta militum in bello mili *in uexillis*
taria hæc fuerunt, paludamenta primo, de quibus Varro sic habet. Paludamenta insignia *Paludamenta*
atq; ornamenta militaria. Ideo ad bellum cum exit imperator & lictores mutarũt uestem
& litua incinuerunt, dicitur paludatus proficisci, quia tunc fiunt palam, ut conspicianẽ. Et
Festus Paludati, armati, ornati, omnia enim militaria ornamenta paludamenta dicebant.
Liuius uigesimosecundo. Consul Fabius paludatus egrediens contra uehios cum omni
gente sua sex & trecentos milites omnes patricij. Et trigesimoprimo P. Sulpitius consul,
secundum uota in capitolio nuncupata, paludatis lictoribus profectus ab urbe. Quanquã
uero Liuius in nono expositis ornamentis Samnitium legionis subiungat, Romanos mi-
lites doctos fuisse, horridum militem esse debere, non celatum auro & argento, sed ferro
& armis fretum. Tamẽ uigesimosecundo dicit Cannensi prælio captis minoribus castris,
propter equos uirosq;, & si quid argenti quod plurimum in phaleris equorum erat. Nam
ad uescendum facto perexiguo milites utebantur omnes. Et Nonius ephippium tegmen *Ephippium*
equi ad mollem uecturam paratum. Festusq; ephasilatum exercitũ dicit quod scilicet om *Ephasilatus*
nes exerto brachio sint: cum M. Cicero in philippicorum decimo innuat Chirothecis fer *exercitus*
reis siue ut appellabant manicis milites uti consueuisse, cum dicit de M. Antonio. Solet
enim cito ipse accipere manicas: nec diutius obsidionis metũ sustinere. Plutarchus in Bru
ti uita, Bruti exercitus in Philippicis multo auro & argento splendebat, licet in cæteris ex
singulari quadam modestia ductoris sui exercitus parce, & modice assuetos continuisset.
Censum uero circa manus, & reliquum corpus existimabat, in uiris honore cupidis quid-
dam dignitatis afferre. Pliniusq; Sthrutionum pennis galeas, & comas in bellicis adorna-
bant. & infra: Capuli ensium & in fastigio cælantur auro: uaginæ & balthei laminis or-
nantur. Fabricium uero dicit ipse Plinius bellicum imperatorem plusquam pateram & sa
linum ex argento habere militem uetuisse. Helius Spartianus de Hadriano: uestem humil
limam frequenter sine auro bullata sine gemmis fibula strinxit, capulo uix eburneo spa-
tam clausit. Fuerunt uero principum uariæ opiniones de militum ornamentis. Sueto- *De ornamen-*
nius enim de Cæsare, post magnam pugnam atq; uictoriam remisso officiorum munere, *tis militum*
licentiam omnẽ passim lasciuiendi permittebat: Iactare solitus milites suos etiam unguen *C.Cæsaris*
tatos bene pugnare posse: nec milites eos pro concione sed commilitones appellabat, ha-
bebatq; tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret, simul & ad speciem, & quo
tenaciores eorum in prælio essent metu damni. Helius Spartianus de Pescenio nigro con
trarium opinioni Cæsaris habet. Idem uetuit, ne zonam milites ad bellũ, item aureos uel
argenteos nummos portarent, ne ad hostem aliquid prædæ perueniret: sed liberis, & uxo-
ribus seruaretur. Idemq; Helius de Alexandro seuero, Inijt parthicam expeditionẽ, quam
tanta disciplina, tanta reuerentia sui egit, ut nõ milites, sed senatores transire dicerent, quo
cunq; iter legiones facerent. Milites uestiti honeste, calciati ad decorem, armati nobiliter,
equis etiam instructi, & ephippijs, & frenis decentibus, prorsus ut Romanam rem publi-
cam intelligerent, quicunq; Alexandri uiderunt exercitum. Capitolinusq; de Maximino
iuniore: Vsus est aurea lorica exemplo Ptolemeorum: usus est & argentea, & clipeo gem
mato inaurato, & hasta inaurata: fecit & spatas argenteas, fecit etiam aureas, fecit galeas
gemmatas & bucculas. Vltimaq; militũ ornamenta Plinius ponit clipeos, cum templis

Id ex uoluntario inter ipsos fœdere à tribunis ad legitimam iurisiurandi actionem translatũ. Et XLII Liuius. In Hispania ulteriore, quia diu æger esset prætor luxuria & otio solutam disciplinam militarem esse, ob ea nouos exercitus cõscribi placuit. Acerrimamq; uero militaris disciplinæ correctionẽ Liuius LVII sic ostendit. Scipio Aphricanus numantiam obsedit, & corruptum licentia luxuriaq; exercitum, ad seuerissimam militiæ disciplinam reuocauit: omnia delitiarum instrumenta remouit, duo milia scortorum à castris eiecit, militem quotidie in opere habuit: triginta dierum frumentum ac septenos uallos ferre cogebat. propter onus tarde incedenti dicebat, cum gladio te uallare scieris, uallum ferre desinito. alio scutum parum habiliter ferenti amplius iusto scutum ferre iussit, neque id se facturum quando melius gladio, quàm scuto uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit si Romanus esset uitibus, si extraneus uirgis cecidit. Iumenta omnia ne exonerarent militem uendidit. Ex omnibus uero disciplinæ militaris coërtionibus nulla æquior moderatiorq; fuit ea, quam Cicero pro Aulo Cluentio orans sic edocet. Statuerunt enim ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortione in quosdam animaduerteretur, ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Martianus autem de re militari: Militum delicta siue admissa, aut propria sunt, aut cum cæteris communia: Vnde & persecutio, aut propria, aut communis est: propriũ militiæ est, quod quis uti miles admittit, & augetur ut in cæteris delictis dignitate, gradu, specie militiæ. Militis commune delictum est, quod aliter quàm disciplina communis exigit committitur, uelu ti segnitiæ crimen, uel contumaciæ, uel desidiæ. Qui manus intulit præposito, capite puniendus est. Augetur autem petulantiæ crimen dignitate præpositi. Contumacia omnis aduersus præsidẽ uel ducem militis capite punienda est. Qui in acie fugam fecit spectantibus militibus, propter exemplũ capite puniendus est. Militum pœna eiusmodi est: castigatio, pecuniaria mulcta, munerũ interdictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio. Nam in metallũ, aut in opus metalli nõ dabuntur: nec torquebuntur. Et quamuis leges puniendorum militarium delictorum hæ fuerint de quibus est dictum, uariantibus delictis uariasse pœnas, & prædictas quandoq; alias, quandoq; asperiores inflictas fuisse libet ostendere. Liuius XXXV de P. Cornelio nasica, post triumphũ de bois actum Post hæc cõcione aduocata de rebus à se gestis, & de iniuria tribuni bello alieno se illigantis ut suæ uictoriæ fructu se fraudaret cum disseruisset, milites exauctoratos dimisit. Cornelius Tacitus. Stationes uigiliæ, diurna nocturnaq; munia in armis agitabantur. Feruntque militem, quia uallum non accinctus, atq; alium quia pugione tantum accinctus foderet morte punitos. Bello Pyrrhi epirotæ captiui, quos ipse ad senatum remisit, equites pedibus, pedites in funditoribus & auxilijs militauere, nec in castris, sed extra tendebant: quem locum uallo & fossa non communiebant, facta eis potestate restitutionis, si bina ex hostibus spolia referrent: existimauit enim senatus, eos ob non seruatam militarem disciplinam in manus hostiũ incidisse. Superior Aphricanus deuicta Carthagine omnes trãsfugas Romanos cruci affixit, Italicos capite honestiori supplicio puniuit. Et posterior Aphricanus captos transfugas bestijs obtulit. Et Paulus Aemilius Perse deuicto eosdem elephantis proterendos prostrauit. Cæsar Augustus decimam legionem contumacius parentem totam cum ignominia dimisit. Cohortes si quæ loco cessissent decimatas ordeo pauit. Centuriones statione deserta, itidem ut manipulares capitali animaduersione puniuit: pro certo delictorum genere uarijs ignominijs affecit, ut stare per totam diem iuberet ante prætorium, interdum tunicatos discinctosq;, nõnunquam cespitem portantes. Idem Augustus impetratis à senatu decem adiutoribus, unumquenq; equitẽ rationem uitæ reddere coëgit, atq; exprobratos alios pœna, alios ignominia notauit. Plures admonitiones fuerunt sed uariæ: Leuissimũ genus admonitionis fuit, traditio coram pugillarium, quos taciti & ibidem statim legerẽt. Notauit & quosdam quod pecunias leuioribus usuris mutuati grauiore fœnore collocassent. Caligula & si per omnia flagitiosus fuit, quirites Romanos seriose curioseq; nec sine moderatione recognouit, palam adempto equo quibus aut probri aliquid aut ignominiæ inesset. Sed Claudius tanquã adulteros Messalinæ uxoris suæ crediderit defuturos, mollius in puniendis militum adulterijs se egit. Recognitione equitum, corruptelis adulterijsq; famosum nihil amplius monuit, quàm ut aut parcius ætatulę indulgeret, aut certe cautius. Galba seuerius: militi eñ qui in expeditione arctissi

Delictum cõmune militũ

Pœna militis delinquentis

Castigatio militum

Pœnæ militũ uariatæ

Admonitiões

Caligula

ma annona residua cibariorũ tritici modium centum denarijs uendidisse arguebatur, uetuit simul ac cibo indigere cœpisset, à quoquam opem ferri, & is fame extabuit. Auidius Cassius multis desertoribus manus abscidit & pedes, dicens maius exemplũ esse uiuentis miserabiliter criminosi quàm occisi. Et Pescenius Niger ob unius gallinacei direptionem, decẽ cõmanipulares qui raptũ ab uno comederant, securi percuti iussit. Alexander autẽ Seuerus Mammea genitus christiana, si quis de itinere in alienam uillam flexisset, pro qualitate loci aut fustibus subijciebat, aut condemnabat, aut grauissimis afficiebat cõtumelijs, dicẽs, uelles ne hoc in agro tuo fieri? Inclamabatq; sæpius quod à quibusdã christianis audiuerat, & tenebat: idq; per præconẽ significabat, cũ aliquem emendaret. Quod tibi fieri non uis alteri ne feceris. Quam sententiam adeo dilexit, ut in palatio & in publicis operibus perscribi iuberet. Vnicam uero Aureliani à Flauio Vopisco epistolam libet hic ponere, ad uicarium suum scriptam, quę disciplinam militarem maiorum cumulatissime ante oculos ponet. Si uis tribunus esse, imò si uis uiuere, manus militum contine: nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo cõtingat, uuam nullus auferat, segetem nemo atterat, oleum, salem, lignum, nemo exigat, annona sua contentus sit, de præda hostis non de lachrymis prouincialium habeat. Arma tersa sint, ferramenta feruminata, calciamenta fortia, uestis noua ueterem excludat, stipendium in baltheo nõ in pompa habeat, equum saginarium suum defricet, captum anima non uendat, mulum centuriatum cõmuniter fricet, alter alteri quasi seruus obsequatur, à medicis gratis curentur. Aruspicibus nihil dent. In hospitijs caste se agant, qui litem fecerit uapulet. Plinius orator ad Cornelianũ de centumcellensi uilla Hadriani scribẽs: Sequenti die audita est Gallica adulterij rea, nupta hæc tribuno militum honores petituro, & suam & mariti dignitatẽ centurionis amore maculauerat. Maritus legato consulari, ille Cæsari scripserat. Cæsar excussit probationes. Centurionem exautorauit atq; etiam relegauit. Mulier damnata & Iulię legis pœnis relicta. Asinius Pollio Ciceroni: Finibus meæ prouinciæ nusquã excessi, militem nõ modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoq; misi, & siquos equites decedentes nactus sum supplicio affeci. Tanto disciplinæ rigori quãto milites obstrictos fuisse diximus priuilegiorum, honorum, autoritatis, dignitatis, donorũ & utilitatis magnitudo respondebat, *De priuilegijs militaribus* quæ & ipsos reddere lætos & alios ad militandum allicere posset: priuilegiaq; honores, & dignitates militum simul ostendi possunt, quorum initium & fundamentum Liuius in secundo sic ponit: edictum ne quis ciuem Romanum uinctum aut clausum teneret, quominus ei nomẽ edendi apud consules potestas fieret, ne quis militis donec in castris esset bona possideret, uenderet, liberos aut nepotes moraretur. quanquam nihil maius aut dignius de milite dici potest quàm ut supra in rei pub. administratione ostensum est: Militibus solis diu permissum fuisse, ut populum ipsi Romanum iudicarẽt, aut in ferendis sufragijs in comitio prærogatiua militum, & ipsi milites siue iuniores siue ueterani consules & alios magistratus maiores deligerẽt, aut tota comitia in suam ducerent uoluntatem. Et nihil unquam accuratius fecisse uidemus præstantiores illos ciues Romanos, Scipiones Maximos & Metellos, quàm ut milites præmijs & honoribus affectos bene contentos redderent, hinc scribit de Hadriano Helius Spartianus. Exemplo postea Scipionum & Metelli & autoris sui Traiani milites præmijs & honoribus donans, ut ferre possent ea quæ aspera iubebat. Et Alexandrum seuerum scribit idem Spartianus solitum dicere, Miles non timet imperatorem nisi uestitus, armatus, calciatus & satur & habens aliquid in zonula. Id circo quod mendicitas militaris, ad omnẽ desperationem uocaret exercitum. Sed unica in re potest militum dignitas inde intelligi, quod ex ipsis semper imperatores siue annuos stante re pub. siue perpetuos postea habuit res Romana: ut uerum esse constet quod Seneca XLIII epistola scribit. Ex militibus reges sæpissime factos esse. Nec paruus fuit *Honos militũ in spectaculis* militię honor habitus, cum in spectaculis quatuordecim theatri gradus superiores dignioresq; apud orchestram consulum imperatorumq; locũ, solis militibus attributi sunt. Et ultimus militi honor fuit ampla & libera factio testamenti: de qua Vlpianus de testamento *Libertas faciendi testamenta militibus* militari. Militibus liberã testamenti factionẽ primus quidẽ diuus Iulius Cęsar cõcessit: sed ea cõcessio temporalis erat, postea uero diuus Titus dedit, post Domitian⁹, postea diuus Nerua plenissimã indulgentiã in milites: Eam inde Traianus secut⁹ est. Et exinde mandatis inseri coepit caput tale: Cũ in notitiã meã perlatũ sit subinde testamenta à cõmilitonib⁹

relicta

relicta proferri, quæ possunt in controuersiam duci si ad diligentiam legum reuocentur & obseruantiam, secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosq́ commilitones, simplicitati eorum consulendũ putaui, ut quoquo modo testati fuissent rata esset eorum uoluntas, faciant sibi testamentũ quo modo uolent: faciant quo modo poterunt, sufficiatq́ ad bonorum suorum diuisionem faciendam nuda uoluntas testatoris. Stipendia uero minor pars fortunarũ Romanis militibus fuere. primum enim uidemus Liuiũ in quarto affirmare populum Romanum supra ducentos annos proprijs sumptibus sine ullo stipendio militasse Publio Cornelio Cosso: Caio Fabio Ambusto. L. Valerio Potito tribunis militum consulari potestate: Anxure, quæ postea fuit Terracina capto & direpto, decreuisse patres ut stipendiũ miles acciperet: cum ante id tempus de suo quisq́ functus eo munere fuisset. Nihilq́ acceptum unquam à plebe tanto gaudio, & tributum inde indictum.

Romanos proprijs sumptibus per ducentos annos militasse

Stipendij uerbum unde habuerit originem Varro sic edocet. Stipendium à stipe quod æs quoq́ stipem dicebant, qui acceperant sua necessitate maiorem non in arca ponebant. Plinius militum stipendium dicit appellari quasi stipem ponderatam. Nam supra dixerat æs prius quam signatum esset consueuisse ponderari. Et stipem esse nummũ Festus quoque affirmat his uerbis. Stipem esse nummum est testimonium q datur stipendium militi. Et cum spondetur pecunia stipulari dicitur. Et Vlpianus de uerborum significatione. Stipendium à stipe appellatũ est: quod per stipes id est modica æra colligitur.

Stipendium unde

Stips

Stipulari

Tribuebatur uero à tribunis militaribus. unde eos uult Varro appellatos esse. Et quamquam Romani stipendium id appellarint solum quod in pecunia numerabatur sicut in nostra ætate fieri uidemus: alijs tamen duobus modis militum illi necessitatibus subueniebãt, ut minus sit mirum paucas eos pecunias in stipendium dedisse militibus. Frumentum enim & uestem ultra pecunias dabant. fueruntq́ stipendia terna singulis annis data: quod datas tertiæ partis anni pecunias unum stipendium appellarunt. quod trium aureorũ fuisse uidemus, ut nouem tantum aureos miles in anno acciperet. Nam Suetonius de C. Cæsare Addidit & quartum stipendium militi ternos aureos. & nos satis supra ostendimus, aureos illius temporis ualorem nummorum, quibus nunc est communiter usus propemodum æquasse. maius tamen stipendium equiti dabatur propter equum quem ultra uestem & frumentum de publico accipiebat. Vnde quod habet Liuius in quinto, post pacificatam militum seditionem per Valerium Coruinum dictatorẽ, impotens postulatum militum fuit, ut de stipendio (merebant enim triplex ea tempestate) æs demeretur: militi enim tunc duplex dabatur stipendium: Sed erat id militi equitiq́ perpetuum, ut quo usq́ exautoraretur diminueretur'ue, (de quibus uerbis breui infra dicemus) id stipẽdium solide daretur. Vnde tractum uidemus, ut post secunda imperij adhuc stantis (licet cadere incipientis) tempora cœperit dici, sicut & nostra ætate fit, eum militem ad soldum conduci, cui promitteretur stipendium licet annuum. Cassiodorusq́ Vegetius & Frontinus, solidatum fuisse in militia scribunt eum, cui stipendia ad imperatore promissa erant.

Tribuni unde

Frumentum & uestes militibus

Stipendiũ militis unius anni

Equus de publico equiti

De frumento aũt militantibus dato, & si multis ac propè omnibus in historijs haberetur, Liuius in octauo. Extemplo exercitus Romanus eductus, annuo stipẽdio & triũ mensiũ frumento accepto. & de frumento & ueste simul Liuius XXXIX. Hispaniæ populis data pax, stipendium eius anni duplex, & frumentum sex mensium imperatũ, sagaq́ & togæ exercitui. & infra eodẽ Liuius. uestimenta exercitui deerant. Id mandatũ Octauio ut cum prętore ageret si quid ex ea prouincia comparari ac mitti posset. Ab eo quoq́ haud segniter curata res est. Mille ducentæ togæ breui spacio, & duodecim milia tunicarum missa: consuetudinemq́ ueterem stipendij frumenti & uestis sub principibus mutatam uidemus. Suetonius enim de Cæsare: legionibus stipendium in perpetuum duplicauit: frumentũ quotiens copia esset & sine modo mẽsuraq́ præbuit. Et Helius Spartianus de Alexandro Mammeę. Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in mãsionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria XVII. dierum ut solent. unde licet intelligere, quod supra est & multum dubium fecisse uidemus de frumento: non detulisse milites frumentum sed coctum panem, nomine buccellatũ, cuius nunc in Italia alicubi est usus: retortũ enim in coronulæ formam cõmode perfertur. Sequebanturq́ ut plurimum pistores exercitum: quibus erat curæ ex frumento legionibus publice dato conficere singulis buccellatum. Pescenium'q́ imperatorẽ nigrũ scribit Helius Spartianus prohibuisse pistores exercitum

Solidatus

Buccellatum

Pistores in exercitu

Ex quibus prouentibus rei P. stipēdia darentur militibus

sequi, & iussisse milites omnes buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ex quibus autem res pub. prouentibus solutiones stipendiorum militum fierent, satis supra de uectigalibus tractantes ostendimus: aliquando enim à stipendiarijs ciuitatibus & oppidis aliquando ex ærario quandoq; ex tributo Romæ imposito pecuniæ dabant. Liuius quinto: omnibus his uoluntariam professis operam æra procedunt. & equiti certus numerus æris assignatus. Falisci dedita patribus urbe stipendiū eius anni militibus in pecunia soluerunt. Et quod à Liuio sumptum est, Beatus Aurelius Augustinus de ciuitate dei sic refert. Tum etiam stipendijs sufficiendis cum defecisset ærariū, in usus publicos opes ueniunt priuatæ, adeo uno quoq; id quod habuit conferente, ut præter singulos aureos annulos, singulasq; bullas, quasi miserabilia dignitatis insignia, nihil sibi auri senatus ipse, quanto magis cæteri ordines q; tribusq; relinquerent. Cicero attico: confectæ publicanorum pactiones, postremo seditio militum sedata ab Appio, stipendiumq; eis usq; ad idus quintiles persolutū. Et Asinius pollio Ciceroni. Balbus quæstor magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto depublicis exactionibus, ut stipendio quidē militibus reddito. Cicero Cornificio: & optime meritis militibus promissa soluantur, quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. Post stipendia ad honores transeundum est, qui post confecta prælia probis donabantur militibus. Idq; dupliciter tractabimus, ut honores primo dicamus, qui ob rem particulariter bene gestam siue uni siue pluribus simul dabantur: deinde ut solidioris utilitatis simul & honoris datos agros, datas diuitias & ad inhabitandum urbes ostendamus. Ad honores enim solos spectasse uidetur cum ab imperatore consule & duce miles, corona, armillis, clipeo, statua donabatur: quod certius proposita exempla ostendent: itaq; dandæ coronæ consuetudinem ostendamus, de qua re Plinius: Antiquitus nullæ nisi deo coronæ dabantur. primus omnium Liber pater ex hedera habuit, postea sacrificantes cœpere etiam uictimas coronare. Et in sacris certaminibus coronæ dabantur tanquam patriæ. Et infra: coronas dicit deorū fuisse honorem, & laurum publicorum priuatorumq; ac sepulchrorum & manium. Sed breui post mos inoleuit coronas uarijs de causis hominibus dari, quæ & uariæ fuerūt materiei. Scribitq; Plinius primum Aulum posthumiū dictatorem apud lacum regillum castris latinorum expugnatis ei cuius opera capta essent coronam auream dedisse. Liuius tertio. exercitus liberatus & eius consul coronam auream Cincinnato dictatori dedit libræ pondo. & septimo Liuius. Samnitibus superatis cōsul Aulus Cornelius Cossus aduocata contione Publij Decij tribuni militaris laudes peragit, præter militaria dona aurea corona eum donat. Ex libro decimo, L. Papirius Cursor consul Papiriū filium & quatuor centuriones, manipulumq; hastatorū armillis aureisq; coronis donauit. Et libro XXX. Liuius. Scipio contionē aduocari iussit. Ibi Masinissam regem primū appellatū eximijsq; ornatū laudibus aurea corona donat. Et libro undecentesimo uigesimo Liuius. primus M. Agrippa M. Lepido apud Siciliā superato corona naualí à Cęsare Octauio donatus est. Aliasq; multiplices fuisse coronas Aulus Gellius sic ostēdit. Triūphalis corona aurea imperatori ad honorē triumphi id est aurū coronariū antiquitus laurea fuerat. Obsidionalis ex gramine, quam qui obsessi fuerāt liberatori dabāt. Ciuica querna, quā is qui liberatus fuerat hoste occiso & loco non relicto liberatori dabat. Fuit ex ilice simili arbore. Muralis que illi dabatur qui prior murū conscendisset. Castrensis quæ ei dabatur qui prius castra hostiū intrasset, ex auro habebat insignia ualli. Naualis ex auro, qua donabatur qui prius hostiū naues ingressus est, rostra habet insigne. Ciuilis myrtea qua ouantes utebant. Et myrtea corona Papiriū fuisse usum scribit Plinius, ꝓ Sardos in cāpis myrteis superasset. Et Aulus Gellius, itemq; magis ample Plinius scribūt: L. Siciniū Dentatū centies uicies prælio uictorē quadragintaquinque cicatrices aduerso corpore, nullā in tergo habuisse, eundemq; spolia cepisse triginta quatuor, donatū hastis puris XVIII. phaleris XXV. Torquibus tribus & octuaginta: Armillis centū sexaginta. Corōis XXVI. uidelicet ciuicis XIIII. aureis octo, muralib⁹ trib⁹, obsidionali una: à fisco, ęris XXX M. à captiuis XX M. ęris. Corona graminea Fabio impatori ab exercitu liberato data, & senatus decreuit cura belli liberatus. Dataq; est à senatu populoq; Romano, qua claritate nihil in reb⁹ humanis sublimius: Fabio Maximo qui cūctando restituit rem P. qui cum magistrū equitum seruasset, ab exercitu appellatus est pater, & pariter ab Italicis Annibale Italia pulso. eademq; graminea data est M. Flammæ

De donis & honore exhibitis militibus ob bene rem gestam

Triumphalis corona
Obsidionalis
Ciuica
Muralis
Castrensis
Naualis
Ciuilis
Sicinius Dentatus

mæ tribuno militum in Sicilia, & Gn. Petreio attinati bello cimbrico. Is primipilum capessens dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit: cui concessum præter coronam gramineam, ut prætextatus imolaret ad tibicinem foculo posito: qua coronarum dignitate concessa ne quis indigne abuteretur senatus prouidit. Scribit namq; Plinius L. Furium argentarium bello punico secundo cum corona rosacea interdiu pergula sua in forum prospexisse, qui autoritate senatus in carcerem ductus fuerit, nec ante finem belli emissum. Refert Plinius Syllam in uilla sua tusculana, quæ postea fuit L. Syllæ, scripsisse & pingi fecisse: se bello marsico donatum corona graminea apud nolam. Aemiliusq; Scipio obsidionali donatus apud Aphricam à ciuibus seruatis. Cæsar in expugnatione mitilenę corona ciuica donatus. M. Cicerone filio consule idibus Septembris Augustus obsidionali, & ciuica à senatu donatus. & Aurelianum Augustum apud bizantium à Valeriano scribit Flauius Vopiscus donatum fuisse coronis muralibus quatuor, coronis uallaribus quinq;, coronis naualibus duabus, coronis ciuicis duabus. Alia insuper fuerunt ornamenta quibus milites singuli ob rem gestam ornabantur. Armillæ ab armo dictæ suprema brachij parte in humeros collumq; uergente, quam partem argenteis aureisue tegminibus fabrefactis milites ornabantur. quod in statuis nunc marmoreis & alijs ueterum sculpturis apparet: Liuius decimo. Papirius cursor consul Papirium filium, quatuor centuriones, manipulum'que hastatorum armillis aureisq; coronis donauit. Lucium Sicinium diximus supra armillis C L X. donatum fuisse. Sed maiora iam utiliorаq; militum donaria simul ostendamus. primum à Romanis uirtuti militari præmium Liuius in secundo datum ostendit, Horatio coclíti quantum agri uno die circum arare potuit. Et Mutio Sceuolæ prata sunt dono data trans tyberim, quę mutia sunt prata. L. Quintius cincinnatus dictator prædam suo militi dedit. Captis Veijs senatus decreuit ut agri ueientani septena iugera plebi diuiderentur. nec patribus familiæ tantum, sed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur. uellentq; in eam spem liberos tollere. Et octauo Liuius: Latinus capuaq; agro mulctati. latinus ager priuernati additus: & falernus, qui populi campani fuerat usque ad uulturnum amnem plebi Romanæ diuiditur: bina in latio iugera, terna in falerno militi data. Et Caruilius consul collega Papirij militibus ex præda centenos binos asses, & alterum tantũ centurionbus & equitibus dedit. Cum de agris militum esset relatum qui ductu atq; auspicio proconsulis Scipionis in Aphrica bellum perfecissent, decreuerũt patres, ut M. Iunius Brutus prætor urbanus si ei uidereť decemuiros agro samniti qui populi Romani esset metiendo diuidendoq; crearet. quod aũt in quinta Liuij decade scriptum extat, cepit Paulus Aemilius septuaginta Epiri ciuitates quæ hosti consenserant, & prædam inde factam militi concessit. maioraq; multo fuerunt dona, quibus Romani principes suos milites ditauerũt. scribit Spartianus de Alexandro seuero. Fuso fugatoq; Artaxerxe potentissimo rege, qui eum septingentis elephantis, falcatisq; curribus mille, & octingentis ad bellũ uenerat, equitũ multis milibus, statim Antiochiam redijt & de præda quã Persis abstulit suũ ditauit exercitũ, cũ & tribunos ea quæ per uicos diripuerãt & duces & ipsos milites habere iussisset. tumq; primũ serui Persæ apud Romanos fuerunt, quos quidẽ quia indigne ferunt Persarũ reges quenquam suorum alicubi seruire, acceptis precijs reddidit, preciũq; uel illis qui manu ceperant dedit, uel in ærarium contulit. Reliquũ est ut ultimum militaribus uiris datum ornamentum statuas dicamus, quibus & alij ob uirtutũ merita uariarũ postea ornari consueuerunt. De quibus Cicero quarta in Verrem sic habet. Idcirco Scipio existimabat statuas non ad hominum luxuriem sed ad ornatũ phanorũ atq; oppidorum esse factas, ut posteris nostris monumenta religiosa esse uideantur. Et tamen idem Cicero philippicorũ octauo sic dicit. His enim maiores nostri qui ob rem P. obierant pro breui uita diuturnam memoriam reddiderunt. Et infra: Vita mortuorum in uiuorũ memoria est posita: & ad conclusionẽ sic censet. Senatui placere Seruio Sulpicio statuam pedestrem æneam in rostris ex huius ordinis sententia statui, circumq; eam statuam locum gladiatoribus ludisq;, liberis posterisq; eius quaqua uersum pedes quinq;. posterior aũt Cicerone Plinius sic de statuis habet. Romæ simulachrum ex ære factum primũ ex peculio Spurij Cassij, quem regnũ affectantem pater ipsius interemerat: transijt à dijs ad homines statuas fieri multis modis. Antiqui pingebant eas bitumine & inaurabant. Athenienses nescio an primi omniũ Harmodio & Aristogitoni

Cautũ ne quis corona concessa indigne abuteretur

Armillæ

Agri dati militibus

Statuæ etiam datæ militibus

ſtogitoni tyrãnicidis publice poſuerint ſtatuas. Hoc actũ eſt eodẽ anno ꝗ reges Roma ex
acti ſunt: excepta deinde res eſt toto orbe terrarũ humaniſſima ambitiõe, & iã omniũ mu
nicipiorũ & fori ſtatuę ornamentũ eſſe cœperunt, prorogariq; memoria hominũ & hono
res legi, & in baſibus ſcribi, ne in ſepulchris tantũ legerent. Mox forũ in domibus priuato
rum factũ atq; in atrijs. Honos clientũ inſtituit ſic colere patronos. Togata effigie antiqui
tus dicabant. placuere & nudæ tenentes haſtã ab epheborũ gymnicis exemplaribus quas
achilleas uocãt. Græca res eſt nihil uelare: At è cõtra Romana ac militaris, thoracas adde-
re. Cæſar quidẽ loricatã ſibi in foro ſuo paſſus poni: Nã lupercorũ habitu factæ tam noui
tiæ ſunt, q̃ quæ nuper ꝓdiere penulis indutæ. Mancinus eo habitu ſibi ſtatuit quo deditus
eſt. Accius poëta in camœnarũ æde maxima forma ſtatuã ſibi poſuit: cum breui ipſe eſſet
forma. Equeſtres uero ſtatuæ modo Romanã celebrationẽ habent: orto à Gręcis exẽplo.
Sed illi celetas tantũ dicabãt in ſacris uictores. Poſtea uero & qui bigis uel quadrigis uiciſ-
ſent: unde & noſtri currus nati in ijs qui triũphauiſſent. Serũ hoc ijs nõ niſi à diuo Auguſto
ſeiuges: ſicut elephanti. Regum quoq; erãt in capitolio ſtatuę: ut inde uideant inchoaſſe.
Ex his Romuli eſt ſine tunica: ſicut & Camilli in roſtris. & ante ædẽ caſtoris fuit M. Tre
mellij equeſtris togata qui ſamnites bis deuicerat: captaq; anagnia populũ ſtipẽdio libera-
uerat. Ante cautum ut ſtatuæ in foro tripedales ſtatuerentur. hæc menſura honorata tunc
fuit. Columnæ prius dicabantur, ſtatuis proximæ: quarum ratio, ut ſupra mortales tolli
uiderentur. Quod & arcus ſignificatum eſt, nouitio inuento. Extant Catonis in cenſu-
ra uociferationes, mulieribus Romanis in prouincijs ſtatuas poni: nec tamen potuit inhi-
bere quin Romæ quoq; ponerentur: ſicut Corneliæ gracchorũ matri, quæ fuit Aphricani
prioris filia, ſedens. paſſim poſtea omnibus poſitæ, adeo ut tres Annibalis ſtatuæ in ea ur-
be uideantur, quã ad portas uſq; uexauerit. Fuiſſe in Italia ſtatuarios Herculis ab Euandro
habitu triumphali ſtatua in foro boario poſita, oſtendit. Et Ianus geminus à Numa rege di
catus. Mirumq; mihi uidetur cum ſtatuarũ in Italia tam uetus origo ſit, deorũ ſimulachra
fuiſſe lignea uſq; ad deuictã Aſiam. in M. Scauri ædilitate tria milia ſignorũ in ſcæna im
fuere temporario theatro. Scipio ſuperior in cella Iouis imaginẽ habet, quæ ad decora fa-
miliæ circunfert. Superioris Catonis imago in curia à ſenatu impoſita, ne eius conſpectu
unquam carerent. refert Suetonius Tranquillus, Auguſtũ Octauiũ proximũ dijs immor-
talibus honorẽ memoriæ ducum præſtitiſſe, qui imperiũ Romanũ ex minimo maximum
reddidiſſent, ſtatuasq; omniũ triumphali effigie in utraq; fori ſui porticu dedicaſſe. Et Fla
uius Vopiſcus ſcribit, Tacitũ imperatorem decreuiſſe Aureliano ſtatuas argenteas in ca
pitolio, in curia, in templo ſolis, in foro traiani. Et cum Tacito ſexcuplex fuerit ſtatua, fra
ter eius qui duobus tantũmodo menſibus imperauit quincuplices habuit. Togatam, cla-
mydatam, palliatam, armatã, uenatorij habitus. nec tamen ſatis ſcio quid ſibi uoluerit, ꝙ
Marcus Cicero honoris cupiẽtiſſimus ad Atticũ ſic ſcribit: Nullos honores mihi niſi uer
borum decerni ſino, ſtatuas prohibeo. Fuit etiam alius honos ob rem bene geſtam ijs qui
militauerant in templis poſitus, quas appellauere manubias: cum tamen poſita in templis
Manubiæ potius ex manubijs cõparata dici cõſueuerit. Aulus Gellius: in faſtigijs fori Traiani ſimu
lachra ſunt ſita, circum undiq; inaurata, equorũ atq; ſignorũ militarium, ſubſcriptumq; eſt
Ex manubijs, manubiæq; ſunt pecuniæ ex præda redactæ: Et præda ſunt rerum ipſarũ ca
ptarum corpora. Vnde Aſconius ſecunda in Verrẽ actione. Manubias ueteres dicebãt, &
Miſſio erat hæc imperatorũ præda, ex qua quid uellent facerent. Vltimus uero honos militi: ulti
ma & ſolidiſſima omnium gloria, & utilitas fuit, cum militia honeſte dimiſſus, quietam
cum dignitate ſenectutem agere potuit. è contraq; nulla fermè aſperior punitio fuit quàm
cum poſt uarios & quandoq; diuturnos militiæ labores aliquo delicti admiſſi caſu, cum
Miſſionum ignominia dimiſſus aut pœna affectus fuit. Miſſionis itaq; formulã oſtendamus. Marcel-
genera lus iureconſultus de re militari: Miſſionũ generales cauſę ſunt tres: honeſta, cauſaria, igno
minioſa: Honeſta eſt quæ tempore militiæ impleto datur: Cauſaria cum quis uicio animi
uel corpore minus idoneus militiæ renunciatur: Ignominioſa cauſa eſt cum quis propter
delictũ ſacramento ſoluit. Et Vlpianus de his qui notant infamia: Miſſionũ multa gene-
ra ſunt. Eſt honeſta quę emeritis ſtipendijs uel ante ab imperatore indulget: Eſt & cauſa-
ria quę ꝓpter ualitudinẽ laboribus militiæ ſoluit. Eſt & ignominioſa totiẽs quotiẽs is qui
mittit addit nominatim ignominiæ cauſa ſe mittere: ſemper enim addere debet cur miles
mittatur

mittatur. sed si exauctorauit eum, id est insignia militaria detraxit, inter infames effecit licet non adiecisset ignominię causa se eum exauctorasse. est & quartum genus missionis si quis euitandorum munerũ causa militiam subisset: hęc autem missio existimationem non lædit ut est sæpissime rescriptum. Iam ipsum prælij gerendi modum ostendamus. Qua in re sicut & in pluribus Cæsar Augustus sapienter sensisse uidetur, prælium quidem suscipiendum omnino esse negans, nisi cum maior emolumenti spes quàm damni metus ostendatur. Nam licet quod Cicero pro M. Marcello orans scribit, certe in armis militũ uirtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, cõmeatus multum iuuent: maximã tamen partem quasi suo iure fortuna sibi uendicat. Ordinẽ uero prælij gerendi nullo in loco certius scire q̃ ex Liuij octauo licet: qui quidẽ ordo licet à Liuio perspicue sit descriptus, nisi ab attento & cupientissimo facile intelligi nequit: Sicq; est. Et quod antea phalangis similis macedonicæ hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse: postremo in plures ordines instruebantur. Ordo enim sexagenos milites, duos centuriones, uexillũ unum habebat. prima acies hastati erant: manipuli quindecim distãtes inter se modicum spacium. Manipulus leues uicenos milites: aliam turbam scutatorũ habebat. Leues aũt qui hastam tantum gessaq; gererent uocabãtur. hæc prima frons in acie florem iuuenũ pubescentium militum habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorũ: quibus principibus est nomen. hos sequebantur scutati omnes insignibus armis: hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisq; tres partes habebat. Earumq; unamquamq; primipilũ uocabant: tribus ex uexillis constabat: uexillum CXXXVI. homines erant. Primum uexillum triarios ducebat, ueteranũ militem spectatæ uirtutis. Secundum rorarios, minus roboris ætate factisq;. Tertium accensos minimæ fiduciæ manum. Eo in postremam aciem rejciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omniũ primi pugnã inibant. si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos recedentes in interualla ordinum principes recipiebant, tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Triarij sub uexillis considebant sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas surrecta cuspide in terra fixas, haud secus, quàm uallo septæ inhærent acies tenentes. Si apud principes quoq; haud satis prospere esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebantur. Vnde rem ad triarios redijsse cum laboraretur prouerbio increbuit. Triarij consurgentes, ubi interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus claudebant uiam: unoque continenti agmine iam nulla spe post relicta in hostem incidebant. Id erat formidolosissimum hosti, cum uelut uictos insecuti nouam repente aciem exurgentem auctam numero cernebant. Et huiusmodi seruatum fuisse ordinem prælio cannensi Liuius XXII. ostendit: pariterq; in trigesimo, ubi commissam Scipionis cum Annibale pugnam accuratissime scripsit. Quibus in duobus prælijs, quod hic deest equitatus alarumq; eius opera qualis erat ostenditur. & ipsis de rebus infra iterum dicturi sumus. Nec fuit minor Romanorum exercitus mouentis loco, incedentisq;, siue in hostem duceret, siue mutaret regiones continentiæ & militaris disciplinæ obseruantia. Satis notum est ꝑ supra ostendimus de Scipione aphricano numantiã obsidente, qui præter aliam militum emendationem eos loco mouentes triginta dierum frumentũ ac septenos uallos ferre cogebat: ægre propter onus incedenti dicebat: cum gladio te uallare scieris uallum ferre desinito. alio scutum parum habiliter ferente, amplius eum scutum iusto ferre iussit, neque id se facturum quando melius gladio quàm scuto uteretᷣ. quem militem extra ordinem deprehendit si Romanus esset, uitibus: si extraneus, uirgis cecidit. Iumenta omnia ne exonerarent militem uendidit. Et paulo superiore loco diximus de Alexandro Mammeæ imperatore, qui siquis de itinere in alienam uillam flexisset pro qualitate loci aut fustibus subijciebat, aut condemnabat, aut grauissimis contumelijs afficiebat. Vnde Cicero Pompeium laudans sic eum cõmendat: cuius legiones sic in Asiam peruenerunt, ut non modo nouus exercitus, sed ne uestigium quidem eius cuiquam pacato nocuisse dicatur. Et Aurelianũ iussisse ostendimus ne quis militum aut pullum aut ouem raperet alienã, ne & oleum lignum'ue quis peteret. Omniũ tamen & à celeritate admiranda, & ab ordine laudanda fuit Claudij Neronis ad Salinatorem Liuium profectio, de qua XXVII Liuius, Claudius præmissis per agrum latinatem, marrucinũ, frentanũ, præcursorum

Modus gerendi prælij

num qua exercitum ducturus erat nuncijs,ut omnes in agris urbibusq́ commeatus paratos militi ad uescendum in uia deferrent,equos iumentaq́ & alia producerent, ut uehiculorum fessis copia esset: ipse ex toto exercitu ciuiū sociorumq́ quod roboris erat delegit, sex milia pedites, mille equites. Et hercle per instructa omnia ordinibus uirorum mulierumq́ undique ex agris effusorum inter uota & preces, & laudes ibant. Modestia certare milites nequid nisi necessarium sumerent,nihil morari, nec à signis subsistere,cibum capientes,diem ac noctem ire: uix quod satis ad naturale desiderium corpori esset,quieti dare. Silentio castra Salinatoris ingressi à sui quisq; ordinis hominibus in tentoria adducti, cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur. Nero post uictoriam sexto die ad statiua sua atq; ad hostem peruenit: & iam implesse uidemur, quæ huius libri initio de militiæ terrestris partibus singulis dicere polliciti fuimus. De naualli bello aliqua dicere aggrediamur. Nauium uocabula hæc ponit Aulus Gellius: Gauli ,corbitæ,caudicariæ,longæ, hippagines,cercuri,celoces, lembi, horiæ,lenunculi,actuariæ,prosumiæ, gesoretæ, horiolæ , cattæ, scaphæ, pontones, uectuariæ, mediæ, phaselli, parones, mioparones, lintres,caupulica, marplacidæ, cidarum, ratariæ, catascopium. Et Nonius Marcellus partim eadem ponit, partim alia,quorum nonnulla exponit. Celox nauigium breue dictum à celeritudine. corbita tardum, & graue: circerus nauis asiana pergrandis. Lembus nauis breuis piscatoria. Mioparo nauicula piratarum. fasellus nauigium campanum. lenunculus nauigium piscatorium. Actuariæ nauiculæ celeres dictæ quod cito agi possint.lintres naues fluuiatiles.Scaphæ nauiculæ quæ maiores naues consequuntur:caudicariæ quæ in fluminibus usui sunt: Pristis oblonga & stricta à forma pristis. Oneraria de oneribus tarda. Prosumia nauigij genus. Et casteriam locum esse uult Nonius:ubi cum nauigatio conquiescit remi & gubernacula conquiescunt. Vegetius autem liburnam esse dicit à patria andecrina appellatum, quibus fretus Augustus superauit Antonium, & ipsis postea sem per ipse & alij principes in bellis sunt usi,ut postea omnes bellicæ liburnæ sint dictæ. liburnasq́ dicit, cypresso,pino siluestri, lauro, & abiete contexi consueuisse. & clauis configi æneis, utpura perpetuis. cum ferreos rubigo consumat. cædiq́ consueuisse eas arbores à XV. ad XXII. lunam post solstitium æstiuum & autumnale usq; ad Kl. Ianuarij. Minimæ liburnæ remorum habebant singulos ordines, paulo maiores binos,idoneæ mensuræ ternos uel quarernos,interdum quinos:additq́ Vegetius in acciaco prælio Augusti & Cleopatræ senorum octonorumq́ remigij ordinum fuisse liburnicas. Scaphæ maioribus liburnis associantur,quæ uicenos remiges à singulis partibus habent,quas Britannici piraticas uocant. per has & suis afferri, & aduersariorum nauibus aliquando intercipi commeatus solent, quæ & speculandi quandoq; præstanr officium. quarum ne candeant uela colore maritimis fluctibus simillimo tinguntur,& funes cæra etiam qua inungi solent naues inficiuntur. nautæq́,& milites tinctam eo colore uestem induūt, ut non solum per noctem sed etiam per diem facilius lateanr exploratores: Quantū uero naualibus bellis siue maritimis Romana res profecerit: pauca de multis allata ostendent gesta mari nauibusq́. Liuius nono. Duumuiri naualis classis ornandæ reficiendæq́ eo anno creati. Et XXIII quod supra quoq; est, cum deessent nautæ consules ex senatusconsulto edixerunt:ut qui Lucio Aemilio G.Flaminio censoribus milibus æris quinquaginta ipse aut pater eius census fuisset usq; ad centum milia, nautam unum cum sex mensium stipendio daret. Qui supra centum milia,usq; ad trecentum milia,tres nautas cum stipendio annuo;qui supra trecentum usq; ad decies cētum æris, quinq; nautas. Qui supra decies, septē: senatores octo nautas, cum annuo stipendio darent. Ex hoc edicto dati nautæ armati instructiq́ à dominis,triginta dierum coctis cibarijs naues conscenderūt. Tum primum est factum,ut classis Romana socijs naualibus priuata impensa paratis compleretur. Et libro trigesimo scribit Liuius: centum sexaginta nauibus longis res Romana eo anno gesta. Et trigesimo sexto L. Cornelius Scipio consul edixit, ut quinq; milia in Brutijs scripta Brundusium conuenirent: tres legatos nominauit, Sextum Digitium L. Apustium G. Fabricium Luscinum, qui ex ora maritima undiq; naues Brundusium contraherent. Et XXVI Liuius capta Carthagine noua in Hispania ubi oppugnatio in aquis & mari fuit, naues dicit onerarias sexaginta tres in portu expugnatas captasq́, & quasdā cum suis oneribus, frumento, armis, ære, præterea ferro & lintheis & spartho, & nauali alia materie ad classem ædificandam

Nauium uocabula — *Casteria* — *Liburnæ* — *Scaphæ*

ficandam. Caſſius procōſul Ciceroni. Nos ex ora maritima à prouincia & ex inſulis quas potuimus naues deduximus: delectū remigum magna cōtumacia ciuitatum, tamen ſatis celeriter habuimus. Et G. Lentulus proquæſtor conſulibus, tribunis plebis & ſenatui, populoꝗ Romano. Idcirco etiam naues onerarias, quarū minor nulla erat decem milliū amphorarum contractas in Licia. quo in loco licet conijcere aut amphoras tunc fuiſſe minores ætatis noſtræ amphoris, aut naues illorū noſtris multo maiores. Nam miraculi loco habitæ ſunt, quas Alphonſus Aragonū rex apud Neapolim, & Veneta res P. Venetijs, quatuor millium amphorarū proximis temporibus cōſtruxerunt. & ex ijs quæ agantur remis maiores omniū ætatis noſtræ licet triremes dictæ ſint, duos tantūmodo ordines remorum ſingulis in lateribus habent, quas à Liburnis originē habuiſſe crediderim, uel eo maxime quia in Liburnis & propinquo Venetiarū loco triremes omnium ætatis noſtræ imprimis agiles & idoneæ fabricari dicuntur. Mutata itaꝗ nauigia, mutata ſunt uocabula, & quod maius eſt, mutata ſunt claſſiū loca. Duas enim diuerſis in locis claſſes maximas Octauius Cæſar Auguſtus inſtituit, in locis nūc penitus derelictis: Rauennæ unā, ubi clauſum in littore hoſtium canale habet priſci præſentisꝗ nominis Candianum: alterā miſeni cōtra Puteolanum oppidum, cuius claſſis locū in ſtagno ſemiſiccato à mari omnino derelictum uidimus immutatum: quibus de claſſibus ſic habet Vegetius. Apud Miſenū, & Rauennam ſingulæ legiones cum claſſibus ſtabant, ne legiones à tutela urbis abſcederent, & cum ratio poſtulaſſet ſine mora ſine circuitu, ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nam Miſenatium claſſis Galliam, Hiſpaniā, Mauritanias, Aphricā, Ægyptum, Sardiniam atꝗ Siciliam habebat in promptu. Claſſis autē Rauennatiū, Epirum, Macedoniā, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum penè directa nauigatione petebat, quia in rebus bellicis celeritas amplius ſolet prodeſſe quàm uirtus. Liburnis autē quæ in Campania ſtabant præfectus claſſis Miſenatiū præerat. Eas uero quæ Ionio mari datę fuerant, præfectus claſſis Rauēnatium retinebat, ſub quibus erant deni tribuni per cohortes ſingulas conſtituti: ſingulæ autē Liburnæ ſingulos Nauarcos habebāt. Sed iam ſatis multa ſextus liber habet, cætera ad militiam facientia in ſeptimum congeramus.

Naues decem milliū amphorarum

De præfectis nauium

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS TRIVMPHANTIS ROMAE LIBER SEPTIMVS

MVLTA ſuperius uariaꝗ diximus ad utriuſꝗ belli, terra mariꝗ gerendi militiam facientia. Vnde cum ea ut plurimū à Tito Liuio Patauino ſumpſerimus, operumꝗ eius pars maxima temporum malignitate perierit: non indecens hoc loco iudicamus, bellorum & aliorum terra mariꝗ à Romanis geſtorum, quæ ſecunda & aliæ decē Liuij ipſius ſupra quartā decades continebant, ſummas ſtrictiſſima breuitate cōplecti. Quo in labore id conſequi ſperamus, ut ſingulas bellorū militiæ & eius diſciplinæ partes, de quibus ſupra tractauimus, lector attentus inſpiciat. Quinetiam non ſolum bella uidebit geſta, ſed tumultus inſuper, quos maiores à bellis plurimum differre uoluerunt. nam Cicero in Philippicorum ſeptimo, Poteſt enim bellum eſſe ſine tumultu, tumultus ſine bello eſſe non poteſt. itaꝗ maiores noſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticum, tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimum. Præterea nullum tumultum nominabant: grauius autem tumultum eſſe, ꝗ bellum hinc intelligi licet, quod à bello Gallico uacationes ualeant, tumultu non ualeant. à ſecundaꝗ decade incipimus, quando prima, tertia & quarta integræ nobis extant. Cum uiolaſſent Tarentini miſſos ad ſe oratores, bellū in eos Romani mouerunt, petitusꝗ à Tarentinis Pyrrhus rex Epirotarum præſidium eis attulit. Leuinus conſul Romanus ei præfectus bello, miſſos exploratores interceptos per caſtra, ut inſpicerent ex confidentia ductos remitti ad Pyrrhum curauit. Cōmiſſa eſt inter præſtātiſſimos duces pugna, primusꝗ Pyrrhus in fugam erat conuerſus, cum obuius elephantis factus parumper conſtitit, & immiſſis in hoſtem elephantis prælium reaſſumpſit. Romaniꝗ ad primum beluæ nunquam alias uiſæ conſpectum territi, fœdam cōmiſerunt fugam. In qua cædes Romanorum fuit magna & mille octingēti uenere in hoſtium poteſtatem, quos Pyrrhus liberaliter dimiſit, cæſosꝗ curauit honeſtiſſime ſepeliri. feruntꝗ nonnulli Pyrrhum uiſis Romanis uerſa in

Tumultus

Bellū Romanorum cum Tarentinis

suas facies acie iacentibus dixisse,si tales habuisset milites,totū se orbem facile subacturū,
factumq́; est eius uictoriæ fama,ut Samnites,Brutij & Lucani, Romano iam tum nomini
inuidentes,sese Pyrrho Tarentinisq́; cōiunxerint,cum quibus usq; Præneste omnia uren
Cineas do peruenit. Misit Paulo post Pyrrhus Cineam oratorem Romam ea conditione pacē pe
titurum,ut capta de Italia retineret.Isq́; uir omniū de quibus scriptum sit memoriæ excel
lentioris,ciuium Romanorū & cōiugum filiorumq́; nomina ac domos cum nosset, mune
ribus singulos pertētauit,neminemq́; qui acciperet inuenisse retulit. qua in relatione per-
cunctanti de Romanis rebus Pyrrho, urbem plenā regibus uidisse respōdit. De pace cum
Romanis non conuenit, Appio Cæco quod Cicero ab Ennio sumptum scribit his uerbis
dissuadente, Quo uobis acies mentis, quæ stare solebat antehac, dementi tendit se flectere
Pyrrhus ui- paci. interim redditi à Pyrrho captiui, quod supra diximus, tam diu iusto honore militiæ
ctus P. Sulpi caruerūt,quousq; spolia de superato hoste in patriā retulerūt. Deinde P. Sulpitio & Decio
tio & Decio mure consulibus pugna cum Pyrrho cōmissa, capti sunt elephanti quatuor, occisa uiginti
consulibus hostium, & quinq; Romanorū milia, Pyrrhusq́; Tarentū concessit. Fabricioq́; dehinc alte
ri consulum suffecto cum medicus Pyrrhi mortē per uenenū accepto precio polliceretur,
uinctum ille proditorem regi remisit, armis dicens Romanos nō fraude solitos cum hosti-
Hic multa bus depugnare. Pyrrhus paulo post oblata syracusarum proditione, in Siciliam traiecit, &
desunt re infecta in Italiam redijt. Commisitq́; cum C. Curio consule nouo prælium in quo dein-
de Ephesum ueniens per totam Asiam maiorem literas misit, ut Romani ciues ubicūque
essent inuenti occiderentur, quod & factum est, Quam cladem acceptam, & simul socio-
Mithridatis rum populoq́; Romano amicorum regum electionem, M. Cicero Pompeiū ad id bellum
bellū cū Ro deligi imperatorem suadens, luculenta oratione deplorat. Methonem exinde Achaiæ ci-
manis uitatem Ariston Atheniensis Mithridati tradidit, per cuius occasionē ueniens Archelaus
Archelaus copiarum Mithridatis dux, Achaiam & Græciam totam occupauit. Quietioribus iam in
Sylla urbe Roma rebus, Sylla in Græciam duxit. Qui Archelao apud Pyræum cōgressus, illum
prælio superatum, omniq́; spoliatū exercitu repulit, & Græciam Achaiamq́; recepit. Qua
in Romanorum uictoria uiginti millia hostium cæsa sunt, cum uix trecentos Sylla deside
rauerit. Instauratus tamē est Archelai exercitus, nouis septuaginta milliū copijs à Mithri-
date missis. Congressiq́; sunt duces prælio accuratissime gesto, in quo Archelaus inferior
Diogenes Ar filium Diogenem cum quindecim millibus cæsis amisit. Tentauit tamē iterum fortunam
chelai filius Archelaus: & secundo prælio maiore conatu cōmisso, omnibus copijs suis partim cæsis,
partim captis fugiens tribus diebus in palude delituit. petijt tunc pacē Mithridates, quam
Sylla nisi quas ceperat prouincijs & urbibus redditis dare recusauit. Quare Mithridates
suis diffidens uiribus ad petitum impetratumq́; Syllæ colloquium uenit, pax'q; constituta
est, per quā Sylla quicquid de Asia populus amiserat Romanus recepit. Et ad Dardanos,
Marius Scordiscos & Dalmatas conuerso uictore exercitu rebelles subegit. Marius interim Cin-
Cinna na Cornelio sibi fœderato in urbem reuersus est, à quibus multi consulares & senatorij ac
equestris ordinis de nobilitate Romana partium Syllanarū occisi, domus Syllæ euersa &
uxor filijq́; fugati sunt. Maxima'q; pars senatus urbe, in Græciā profuga ad Syllam con-
Norbanus fugit. Reuersus est tunc in Italiam Sylla, & apud Capuam Norbano, & Cepioni ducibus
Cepio Marianis congressus, sex millia de eorum exercitu occidit, totidem cepit. Sed paulo post
totus is Marianarum partium exercitus apud Caletum, Cepionis perfidia Syllano paca-
Marius filius tus est immixtusq́; exercitui. Consules inde creati sunt, Marius filius, & Papirius Carbo,
Papirius Car contra quos duxit urbem uersus Sylla, cōgressisq́; ad sacriportum Prænestinæ urbis sub-
bo consules urbium utrorumq; copijs, cædes utrinq; magna, sed in Marianis maior cōmissa. Ex consu
lum enim exercitu quindecim milia, ex Syllano uix dimidia pars cecidere. De quo prælio
Lucanus, Iam quot apud sacri cecidere cadauera portum. Contraxerat interim Sylla ex
Cāpanis Samnitibus'q; auxilia, quibus cum suis legionibus coniunctis inuadendi urbem
& reliqua irrumpendi cōsilium inijt: obierat nanq; per id temporis Marius pater, ad Anie
nem'q; extructo sepulchro humatus erat. uenit itaq; salaria uia ad portā Collinam Sylla.
Ossa Marij di quo iubente Marij sepulchro funditus diruto, eius ossa dissipata & in Anienem proiecta
spersa sunt, unde quod supra diximus, factū est, ut Sylla ipse id in suo cadauere timens exemplū,
Sylla primus primus de gente Cornelia moriens cremari uoluerit. prodierunt uero in aciem cōsules, &
crematus cunctis populi Romani copijs, quæ ad urbem & longe in circuitu erāt prælio ingenti con

cursum

cursum est, in quo scripserunt nonnulli octuaginta millia cecidisse. Vnde Lucanus, Aut collina tulit stratas quot porta catervas. Superior autem Sylla urbem ingressus tria millia ciuium, qui in uillam publicã campo imminentẽ Martio inermes se receperant interfici iussit. Q. Catulo eius partiũ duce primario contra adnitente, & passim dum ea cõmitteretur cædes clamante, frustra uicturũ Syllam, si inermibus & quietis simul cum armatis & resistentibus interfectis, nulli superfint quibus dominetur. Marius filius post eam acceptã cladem in urbem reuersus, ærario penitus exhausto, thesauros inde eduxit ingentes, quindecim millia pondo auri, argenti ad triginta millia, de quibus supra à nobis est dictũ, & Præneste se cõtulit. qua in urbe obsessus, cũ resistere nequiret, mutuis cum uno ex cõmilitonibus uulneribus cõcurrens, occubuit. urbem Prænestinã cum Sylla uiribus capi posse diffideret ad ingeniũ cõuersus ciues fide euocauit, è quibus immanissime deceptis quinq; millia occidi, lacerari, & per campos dispergi curauit. quatuor millia septingẽtos proscripsit, eorumq; mulieres maiori ex parte occidit, & demum urbem Prænestinã Syllanus deleuit exercitus. C. Carbo fugit Ariminũ, ubi superatus occisusq; est. Interea G. Pompeius cui postea magno fuit cognomentũ, Syllanis partibus quarũ & ipse erat ubiq; præualẽtibus, aduersæ partis duces in Aphrica superauit, & ea subrjci paratissima, reip. nomine in Syllanam ditionẽ recepta, annum agens quartũ & uigesimũ, nec consul, nec procõsul, nec prætor, neq; etiam ætatis legitimæ triumphauit. protracta sunt sociale & prædictum ciuile primum infelicissima reipub. & urbi Romæ bella, annis ad sexdecim. In quibus cẽtum quinquaginta millia referuntur cæsa, inter quæ consulares tres & uiginti, prætorij septem, senatores ducenti, occubuisse dicuntur. Ad quorũ finem Sylla in priuatã secedẽs uitam, quandoq; paucis, quandoq; nullis comitantibus seruis aut libertis, aliquot annis (mirum dictu) post tantas ciuiũ cædes, in urbe uixit securus: eum tamẽ pediculis, quos sola caro humana gignit uermiculis uiuentẽ diu afflictũ, & demũ ab ipsis occisum fuisse nonnulli tradidere. Eius autẽ dimissæ dictaturæ factum damnans C. Cæsar & ipse dictator perpetuus dicere solitus est, Syllam literas nesciuisse.

Romanorum cædes per Syllam — *Marij filius prænestæ obsessus se interfici iubet* — *Syllæ perfidia* — *C. Carbo occisus* — *Gn. Pompeius Magnus de Africa triumphat* — *Syllæ priuatus uitam in uilla agit*

Mortuo subinde Sylla, Lepidus Marianarũ, & Catulus Syllanarũ partium duces, nouum ciuile bellum suscitarunt, bis conflixerunt, in quibus prælijs multi perierunt. Alba in quam Scipio Lepidi filius confugerat expugnata, qui fugiens apud Regiũ superatus & occisus est. Quatuor eodem tẽpore bella sunt orta. In Hispania, in Pamphilia & Cilicia, in Macedonia, in Dalmatia. primũ gessit Sertorius Nursinus Marianarũ partiũ, in Hispania, & Lusitania: cõtra quem Cæcilius Metellus, & L. Domitius cõsules, paratissimũ duxerunt exercitum. Sertorij duce Herculeo, L. Domitius pugna commissa occisus est, Cæcilius uero Metellus eius filius qui Iugurthã uicerat, & ipse prælio decertãs, hostem mora fatigabat, donec Pompei castris cõsociatus est. Multa sunt eo Sertorij bello præclara gesta, quæ hac nostra ascriptione explicari nequeunt. nanq; annis duodeuiginti Sertorius in Hispanijs fuit, quorũ rebellionis octauo cũ duces clarissimi Gn. Põpeius & Q. Metellus adolescẽs in eũ duxissent, bellũq; acerrimũ gererẽt, Sertorio à suis occiso, res Hispaniæ quietẽ sunt nactæ. Secundũ in Macedonia bellũ Appius Claudius breui pacauit, qui ea ꝓuincia recepta & Rhodope ditioni Romanæ addita obijt. Tertium maioris negotij in Dalmatia fuit, ad quod G. Scribonius cum duxisset, trium annorum bello ea omni recepta prouincia ad Danubiũ usq; uincendo peruenit. Suscitatum autem in Cilicia & Pamphilia quartũ bellum cõposuit G. Seruilius uir nobilissimus, qui illis receptis prouincijs, Liciam, Olympum & Coricũ urbes addidit. Primusq; Romanorum ducum Isauriã attigit prouinciã, qua populo subacta Romano dictus est Isauricus. Quæ dum à Seruilio geruntur missus est in Illyricum G. Cosconius, qui duorũ annorum bello, cum regionibus illis pacatis Salonas imperio addidisset, Romam redijt. Mithridates interim pace rupta, quã à Sylla habuerat, Bithyniam & Asiam capere est adnixus, cõtra quem L. Licinius, & M. Aurelius consules duxerũt, eumq; reppulerũt. Qui tamen dum fugam simulat, Cizicum Vrbem amplissimam obsedit. Creatus inde consul L. Lucullus ad Cizicum peruenit, eamq; belli rationẽ inijt, ut hinc Mithridates à Romano exercitu inde à Cizicenis infestaretur. Quæ dum protrahitur obsidio bellum seruile in Italia excitatum est. Sparthaco Orixo & Oenomao ducibus, qui à Capua prælio perietãta acerrimo, cum potiri nequissent, ad Vesuuium delati, castra in eo monte cõmuniunt. Duxit uero ad Vesuuium Claudius prætor, & clausi obsidione serui erumpentes prætorẽ cum ignominia rep

Lepidus — *Catulus* — *Scipio lepidi filius occiditur* — *Quæ bella eodem tempore orta* — *Sertorius* — *Cæcilius Metellus, & L. Domitius cõsules contra Sertorium* — *Appius Claudius* — *G. Scribonius* — *G. Seruilius Isauricus* — *G. Cosconius* — *L. Licinius & M. Aurelius consules contra Mithridatem* — *Bellum seruile* — *Claudius prætor*

pulerunt. Et ingenti præda potiti per Lucanos ad cōſentiam peruenerunt, tanto progreſſi
furore, tanta uſi immanitate, ut omnem ferarum rabiem ſuperarint: quacunq; enim duxe-
runt ferro omnia igniq; uaſtantes, cædem quoq; nullo ætatis habito diſcrimine commiſe-
runt. & cum parum ducerent libidinem in matronis uirginibus'que explere, multas ludi-
brio habitas ut necem ſibi indignitate conſcirent adegerunt. In quos M. Licinius Craſ-
ſus proconſul cum duxiſſet, eos in Apulia decernere prælio coactos ſuperauit, ad interni-
tionemq; deleuit. Lucullus interim Mithridatem in Cizico cōcluſum tam arcta preſſerat
obſidione, ut fuga ſibi conſulere ſit cōpulſus: perſecutusq; eum Lucullus Paphlagoniā de
itinere Bithyniamq; recepit. Conſtitit uero ad Gazeram de fuga Mithridates. Vbi conuo
catus undiq; ſuus ad diem conuenerat exercitus. Commiſſumq; eſt ſummo utriuſq; ducis
niſſu prælium: in quo Mithridates cum triginta millia amiſiſſet, in minorem Armeniam
de fuga ſe contulit, qua prouincia Lucullus illo fugato potitus eſt. cōfugit uero in ſuperio
rem Armeniam Mithridates à Tygrane eius prouinciæ domino protectus. Et Lucullus
utroq; rege per arma pulſo maiorē cum minore Armenia Romano adiecit imperio. Repe
rauit autē breui Tygranes ſagittariorum decem, aliorū militum nonaginta millia in exer-
citum. Cui Lucullus cum tribus legionibus prælio eſt congreſſus. Tygranesq; ſuperatus
magnam ſui exercitus partem amiſit, & fugit: continuerat autem ſe in munitiſſima ditiſſi
maq; ſuperioris Armeniæ ciuitate Tygranis frater, quem ſimul cum ciuitate cū cepiſſet
Lucullus ingenti præda potitus eſt. Diſpoſuerat interim Lucullus circa Aſiæ littora claſ-
ſem, ne reuerſus in eam prouinciā Mithridates bellum innouaret. ſed milites claſſiarij mi-
litibus terreſtris exercitus factam, de qua eſt dictū prædam inuidētes, neglecto Luculli im
perio maris cuſtodiam deſeruerūt, Mithridatesq; minorē Aſiam ingreſſus, maximos con
ciuit motus, quorū occaſione fretus G. Pompeius, quā pridē ambiebat Lucullo gloriam
præripuit. Quod enim oratio Ciceronis luculentiſſima de laudibus Pompeij & imperato
re deligendo habita edocet, ſuffectus Lucullo Pompeius, ad paratā eius belli uictoriam ſe
cōtulit. Alterq; Lucullus interea ad Macedoniā miſſus Romanorū primus Beſſos attigit
& ſubegit. Et feras Rhodopciorū montiū gentes, quas fama eſſet humanis carnibus ueſci,
ui decuſſas domuit attriuitq;. Cepit deſtruxitq; Apolloniā, cepit Galanā & Parthenopo-
lim. Qua item tempeſtate exortū eſt bellum Creticū. Cæciliusq; Metellus cōſul ea omni
inſula triennio capta & pacata, poſt triumphū de ea Romæ actum, Cretici cognomine eſt
honeſtatus. Longū eſſet Gn. Pompeij horū temporum geſta fuſius deſcribere: nanq; poſt
res Mithridatis & Tygranis afflictas poſt Beronicē quæ & Baruth, Ptolomaidam quæ &
Accon, & Cirenas in poteſtatē redactas, poſt bellum Piraticū breui confectum, Ponti ur-
bibus ac circūſtantibus tributarijs effectis, Horodem quoq; Albanorū regem ſuperatū fe-
cit tributarium, Hiberiam ſubdidit, Ituriam, Arabiā, & minorem Armeniā Deiotharo Ga
lathæ qui cōtra Tygranem ſibi fauerat regi appellato dedit. Paphlagoniā reddidit Attalo.
Obſides Antiochenis reddidit, Hieroſolymā obſedit & cepit, in cuius urbis obſidione tri
bus protracta menſibus, duodecim millia Iudæorū pugnando ſunt cæſa. Inde Hircanū in
ſacerdotiū reſtituit. Ariſtobolum captiuū Romā perduxit, Ad ſummāq; de triginta regi-
bus triumphū egit, in quo Ariſtobolus & Tygranis Mithridatisq; filij ante currū ſunt du-
cti. Argētiq; uis ingens in ærarium eſt relata: pauloq; poſt L. Sergius Catilina in patriam
molitus eſt, & Ciceronis cōſulis uirtute oppreſſus, quod luculētiſſima Criſpi hiſtoria ex-
tans edocet. Caius Iulius Cæſar ad Gallias Illyricumq; cōſul creatus cū decē legionibus
acceſſit, cuius præſtantiſſimi eloquētiſſimiq; principis geſta, ſuis cōmentarijs elegantiſſi-
me ſcriptis, & penè infinitorū hiſtorijs ſunt notiſſima. nec ſatis ſcimus, neq; eniā noſtri pro
poſiti eſt diſcernere, plus ne boni an mali rebus attulerit Romanis ſua, ſicut Cicero inquit,
quam ſibi cōſtituerit opinio principatus. Sed quod cōſtat in eo bello quod cōtra G. Pom-
peium geſſit ciuiliū maximo, conſularis, triumphalis, ſenatorij, prætorij, equeſtris ordinis
& plebeij, tanta Romanorū cædes facta, ut infinitū recenſere, horrendumq; ſit, nedum me
morare, ſed etiā cogitare. Nec minora fuerunt, melioraq; ab eius nepote Octauio Cæſare
Auguſto geſta. Nam (ne eius facinora altius repetamus) ſummū & impijſſimū in Roma-
no imperio cōmiſſum ſcelus fuit, triūuiratus Octauij ipſius, Marci Antonij, & Marci Le-
pidi, circa Mutinenſem urbem, in paruula quadā inſula Labinij fluminis, & aperta, in qua
duces ipſi orbem Romanū æquis portionibus partiti ſunt. & ne ciues per eam ætatē pru-
dentia

Serui à M. Craſſo deleti

Mithridates à Lucullo fugatus

Armenia utraque adiecta imperio Ro. per Lucullum.

Tygranes ſuperatur à Lucullo

Pompeius Lucullo ſuffectus

Beſſi ſubacti à Lucullo

Bellum Creticum

Metellus Creticus

Pōpei magni geſta

L. Sergius Catilina

C. Iulius Cæſar

Ceſar Auguſtus

Triūuiratus

dentia,ingenio,& animis ualentes,tantam impietatē prohibere possent, cōmissis illorum cædibus prouiderunt. Qua de re Liuius undeuigesimo libro cētesimo sic habet. In triumuiratu proscriptio facta est. In qua plurimi equites, senatores c x x x uicissim concessi. Lepidus enim L. Paulum fratrē, Antonius L. Cæsarē auunculum, Octauianus M. Ciceronem, qui à Popilio legionario milite cū haberet annos L x I I I I occisus, caputq; cum dextera manu in rostris posita, ubi multos defenderat. Gessit postmodū quinq; bella ciuilia idem Augustus, Mutinēse, Philippense, Perusinū, Siculū, Acciacū. Quibus in bellis præter aliam multiplicē ciuium cædem, Augustus uiginti millia Romanorū militū exauctorauit, triginta millia seruorum, qui militauerant dominis restituit, sex millia quorū domini non extabāt in crucē sustulit. Tandem Cantabrico bello cōfecto, Cæsar Augustus Ianum primo & secundo à cōdita urbe ante memoriā suam clausum, anno urbis primo quinquagesimo septingētesimo, orbe ubiq; pacato tertio clausit. per quæ pacis tēpora saluator noster Iesus Christus nasci uoluit. parua hactenus, sed uel ideo non ingratā (quia aliqua est) noticiam dedimus eorū, quæ duo & centum Titi Liuij Patauini historiarum libri nō extantes cōtinebant, satisq; cōstat, gesta eum Octauij Augusti à quo in honore habitus & diuitijs auctus fuit (nō tamen ad usq; illius uitæ finem) scripsisse. Ea autem, quæ in ætatē nostram Romani imperatores gessere, uarios & quandoq; nullos scriptores habuerunt. De quibus quam poterimus breuiore summa dicemus. Suetonius Tranquillus à C. Iulio Cæsare incipiens, duodecim principū cōfecit historiam toto orbe notissimā: eorūdemq;, & ut conijcimus aliorū uel perpaucorū gesta, elegantiore stilo cōplexus fuerat Cornelius Tacitus, quæ scripta maiori ex parte perierūt. Suntq; hi duodecim C. Iulius Cæsar, Octauius eius nepos Cæsar Augustus. Tiberius, C. Caligula, Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Vespasianus, Titus Vespasianus, Domitianus. Successerunt Domitiano, Nerua, & Traianus, quorū gesta ordine scripta nō extant. Et Nerua quidem anni unius quo Roma nam tenuit monarchiā, id habuit decoris, quod Traianū recto ingentis uirtutis iudicio ductus adoptauit. Qui Hispanis maioribus Romæ natus optimos quosq; principes rerū gestarum magnificentia & omnimoda uirtute, gloria & laude, uel superat uel æquat. Annorum uero triū & sexaginta, quibus uixit, duodeuigesimo & dimidio imperauit: cuius probitatis morumq; & si perierunt scripta in historiam digesta, non tamē adeo obliterata est memoria, quin multa & alibi & in hoc opere à nobis fuerint celebrata. Hadrianus post eū & alij tres & uiginti secuti sunt principes Augusti, ac plurimi Cæsares & tyrāni, quorum gesta à septem referuntur scriptoribus in unicū codicem (nescimus à quo) ordine digesta, suntq; hi scriptores, Helius Spartianus, Iulius Capitolinus, Flauius Eutropius, Flauius Vopiscus Syracusanus, Trebelius Pollio, Helius Lampridius & Vulcatius Gallicanus. Imperatorum uero præter tyrannos qui inciderunt & à dictis septem scriptoribus celebrantur, hic est ordo. Hadrianus maioribus & ipse Hispanis patre Italico apud Hatriā Samnitium urbem natus, uno & uiginti annis administrauit imperiū. Successor eius & gener ac per adoptionē filius Antoninus Pius uir optimus, tribus & uiginti annis in imperio uixit. Antoninus uero cognomento philosophus pio gener & successor, nulla in re maius dedit philosophiæ experimentū, quam quod Lucium fratrē bestium hominē collegā assumptum undecim annis, & Faustinam uxorem adulterijs infamem, patientissime tolerauit. Tertio quoq; infelix incommodo, quod Cōmodum filium & successorē habuit, cuius uita annis duodeuiginti Romano imperio felicissima fuit. Antoninum antedictū cognomine Commodum, quem omnibus incōmodum uulgo appellarunt, cum annis tredecim sola uirtutis paternæ gratia tolerari fecisset, mors uiolenta sustulit. Pertinacē Libertino patre satum & præstantem uirum populus cum diligeret, milites ob auariciæ opinionē oderāt, quem secundo imperij mense noni satis expleto interfecerunt. Iulianum Didium Mediolanensibus ortum maioribus, uera laborantem auariciæ & tenacitatis infamia, post quintā diem & secundū imperij mensem auctoritate senatus priuatum, populus in palatio occidit. Seuerum inde in Aphrica oriundum inter bonos principes numerandū, annis duodeuiginti imperatorem frugi Romana res habuit. Bassianum Seuerus filium, & successorē habuit, cui Antonino Caracallæ fuit appellatio. Isq; genitori parum uirtute similis, sexto imperij anno nondum satis finito, apud Carras Mesopotamiæ, à militibus est occisus. Qui cædis suæ autorē Macrinum habuit successorē, uirum nō magis origine sordidissimum, q; flagi-

Bella quinque ciuilia p Augustum gesta

Duodecim Cæsares

Nerua Traianus

Imperatorū ordo post Traianum

Hadrianus

Antoninus Pius

Antoninus philosophus

Commodus

Pertinax

Iulianus Didius

Seuerus.

Bassianus

Macrinus

tijs omnibus inquinatiſſimũ,quem apud Antiochiã anno imperij non ſatis exacto,Helio-
Heliogabalus gabalus interfici curauit.Et is Varius etiã appellatus, cũ id dei unius Heliogabali cogno-
men accepiſſet,uir omniũ qui ante & poſt ſe fuerunt ſordidiſſimus ſceleſtiſſimusq́, annis
tribus Romani imperij titulum inquinauit. Tantas principũ ſordes,tantã Romani impe-
Alexander rij calamitatem,ſucceſſor reſtituit Alexander Aſſyrijs parentibus Romæ Mammea geni-
tus Chriſtiana.Eum tamẽ ſummæ & rariſſimæ probitatis principẽ, tertiodecimo imperij
Maximinus anno in Gallijs agentẽ ſceleſtiſſimi milites Maximini Thracis inſtigatione curaq́ interfe-
cerunt.Isq́ Maximinus utroq; parẽte barbaro,apud Barbaros natus & ad pubertatis an-
nos nutritus,cum tribus annis una cum filio ſuo imperaſſet,apud Aquileiam ſimul cũ eo
dem occiſus eſt. Tres eo deturbando imperij turbine imperatores ſenatus declarauerat,
Pupienus quotũ Pupienus,& Albinus,poſt ſecundũ principatus annum à militibus interfecti ſunt.
Albinus Tertiusq́ qui cum eis ſenatus auctoritate pariter fuerat imperator Gordianus adoleſcens
Gordianus Auguſtus ſex omnino annis tenuit principatũ.Philippus exinde Arabs, cuius dolo Gor-
Philippus dianus ille adoleſcẽs occubuerat imperiũ adeptus, Philippũ filiũ conſortẽ principatus aſ-
Arabs ſumpſit,primus Romanorũ principum Chriſtianus. Quẽ Decij Pannonis perfidia cõcidi
Decius milites primo,& paulo poſt filiũ ad anni ſeptimi eorũ imperij finem occiderũt. Deciusq́
cũ filio Cæſare declarato ad tertij quo imperauerat anni finem, dum contra Æmylianũ in
Gallus Hostilianus Mœſia rebellẽ parat exercitũ,à barbaris eſt occiſus. Gallusq́ Hoſtilianus ſucceſſor ad im
perium aſſumptus, Voluſianũ filiũ conſortẽ habuit. Qui anno imperij ſecundo, peſte ſuo
rum tẽporum,aliarũ omniũ de quibus traditur maxima, apud Meuaniã,ſiue uicinã Fori-
Valerianus flaminij urbẽ interierũt. Valerianus inde uir nobilitate,doctrina & eloquentia clarus, ſum
mo ſenatus populiq́ Romani conſenſu,primus(ut uidetur)principũ Cæſar & Auguſtus
fuit declaratus, cuius probe geſta cũ tantæ fortunæ uiderentur reſpondere, in maximum
Sapor rex omniũ incidit infortuniũ:à Sapore enim Perſarũ rege ſexto imperij anno captus, & cathe
Galenus na tanquã canis, quacũq; barbarus rex iter faceret ductus,illum in equũ aſcẽſurum hume
ris ſuſtentauit.Galenus filius,qui annis undecim & uiuo & mortuo genitore Romanum
fœdauit imperiũ,Caligula,Cõmodo ac ipſo penè Heliogabalo flagitioſior fuit, per cuius
Claudius tempora orbis Romanus à triginta tyrannis extitit preſſus. poſt quem Claudius eius no-
minis ſecundus, tanquam contrarium antea ſuo oppoſitũ contrario, non minus optimo
cuiq; Traianis,Pijs,Alexãdris, quàm ille peſſimis fuit adſimilis. qui Gothis magna clade
afflictis, & intra ſolum barbaricũ redire compulſis, dum maiora meditatur & parat,anno
Quintilius imperij ſecundo nondum finito obijt.Quintiliusq́ frater,& imperio ſucceſſor ſextodeci-
Aurelianus mo imperij die interfectus eſt.Ad barbarũ tunc Romana res redijt: Aurelianus enim bar-
baro obſcuri nominis parente apud barbaros genitus,Romanã in qua à puericia nutritus
erat diſciplinã adeo redoleuit, ut ſi ſæuicia abfuiſſet, quæ ſola eum barbarũ prodebat,bo-
nis probisq́ imperatoribus æquari potuerit,plura in oriente q̃ alibi geſſit.Romæ ambitũ
iusq́ extra muros eius priſcos diffiniuit. Vltimusq́(ut nobis hucuſq́ uidetur) Romano-
rum principũ duxit priſco more triumphum,Zenobia muliere orientis dominatrice,ante
currũ catenis aureis circũdata potius q̃ uincta, inter captiuos ducta, quẽ anno imperij ſe-
xto nondũ finito,notarij ſui perfidia milites interfecerũt. Tacitũ deinde uirum cõſularem
Tacitus & ſenem,qui à Cornelio Tacito ſcriptore elegãtiſſimo originẽ ſuam cẽleri gloriæ nõ im-
merito duxerit.S.P.Q.R.& milites ſumma delegerũt concordia & grauitate: expectatio
niq́ ut uidebaĩ ſatisfeciſſet,niſi mors eum importuna ad ſextũ imperij mẽſem abſtuliſſet.
Florianus Florianũq́ fratrẽ & ſucceſſorẽ ſecũdo principatus menſe milites uulneribus confecerunt.
Probus Probũ exinde Pannonẽ Sirmio urbe oriundũ,annis quinq; Romanũ imperiũ uere probũ
habuit principẽ,cuius multa,dũ alijs imperatoribus dux fuit,& quãdiu ipſe imperauit,præ
clare geſta à ſcriptoribus referunĩ,eũq́ molles & luxu pditi milites dura iubentẽ & diffici
lia interfecerũt.De eo grande qd ſcribit Flauius Vopiſcus,q̃ nos pridẽ in magnã adduxit
expectationẽ.genitrici enim eius nobiliori q̃ eſſet genitor,ſæpius attẽtiusq́ petẽti reſpon
derũt mathematici fore,ut à Probo lõga mille annorũ ſucceſſione progeniti,Romanũ im
Ioãnes Huniad Vayuoda perium nõ magis tenerẽt, q̃ redderẽt amplificatũ. Dum itaq; Ioannes Huniad Vayuoda
trãſiluanus & ipſe Pannon cẽſendus, uictorias ſup uictorias,& quidẽ crebro in Turchos
cumular,ſubijt animũ noſtrũ cogitatio. milleſimũ à Probi imperio annũ agi, quod & ipſa
ſupputatio oſtẽdebat:ſperauimusq́ aliquãdo fore,ut dicta de Probo uaticinia à Vayuoda
noſtro

nostro implerentur, cũ subito clades illa ingens qua Vayuoda ipse Ioannis Capistrani ora
tionibus à domino adiutus Iesu Christo: Machmeth turchorũ imperatorẽ apud Bellogra-
dum afflixit, in certioris spei sententiã nos adduxit: sed tantũ uirum optimis quibusq; im-
peratoribus priscis gloria parem, importuna mors sustulit. Carum Probo successorẽ mili- *Carus*
tes creauerunt, qui duobus annis Romanũ imperiũ haud improbe administrauit. Carris
enim Mesopotamiæ captis, progredi aggressum scribit Vopiscus fato prohibitũ ictu ful-
minis interisse: q Romanis ultra Cizicũ progredi non liceret. Duorum eius filiorũ Nume *Numerianus*
rianus poesim callens & oratoriã, cum imperare cœpisset, Apri soceri fraude à militibus
est occisus. Alter Carinus nulla uirtutis umbra à uicijs quibus undiq; scatebat redemptus *Carinus*
à Dioclitiano superatus interfectusq; est. Vltimus imperatorũ & principum Augustorũ,
quos supradicti septem historici suis ornarunt monumentis, est hic Carinus. post eum tre-
decim secuti sunt Augusti principes, quorũ gesta qui attigerunt scriptores partim pauci:
& quorundã omnino nulli fuerũt: partim qui scripserunt trunci & mutilati ad nostrã per-
uenerunt ætatẽ. Diocletianus enim nullũ quod quidẽ sciamus gestorum à se scriptorẽ ha-
buit. Constantij comitis, & Cõstantini filij, ac Galerij, & Cõstantis, & Cõstantij, Iuliani, ac
Iouiani gesta, Ammianus Marcellinus scriptor egregius duobus & triginta libris est com
plexus, Quorum tredecim anteriores nobis desunt: in quibus Constantij Galerij, & Con-
stantini, ut conijcimus, gesta erant. Dioclitianus itaq; Salone nunc Spalatro in Dalmatia *Diocletianus*
oriundus: & senatus, & populi, & militũ cõsensu, post Carinũ imperator Augustus est de-
claratus: qui & prudẽs, & probus imperator, cũ multa bella prospere gessisset, multis quæ
suborta sunt in imperio dissidijs territus, Maximianũ Cæsarem primo post Augustũ im- *Maximianus*
perij consortem declarauit, aliosq; subinde adiutores cõparaturus, Galerium & Constan- *Galerius*
tium comitem, qui Constantinũ magnum genuit, Cæsares fecit. Et breui post Salonas di- *Constantius*
misso imperio, in uitæ priuatæ quietẽ se recepit: quẽ Maximianus in priuatæ uitæ & qui- *comes*
etis proposito apud Mediolanũ imitatus est. Diocletianusq; postq; annis uiginti partim
in principatu, partim in uita fuerat priuata, ueneno interijt. Constantius comes Eutropio
patre Gallijs oriundo: & Galerius Cæsares primo simul: & pariter post Augusti, imperiũ
inter se partiti sunt: Galliamq; & Hispaniã Constantius perhumane cũ administraret, Con
stantinum ex Helena in Britania nunc Anglia filiũ suscepit: ubi anno principatus tertiode
cimo obijt. post quẽ cum Galerius imperiũ solus annis duobus administrasset: ualitudinis
in quam inciderat impatiens manum sibi consciuit. Constantinus hunc sequitur princeps *Cõstantinus*
insignis, qui post Germaniæ motus uarios maximosq; diutino bello cõpositos, in Italiam
descẽdens eporediam primo post Veronã tyrannis hostibus suis cõsentientes afflixit. Ma-
xentium tyrannũ ad pontẽ supra tyberim materia & nauibus fabricatũ superauit, ut in ty- *Maxentius*
berim mersus obierit. christianis fauit, & multa fecit, quæ apud nostros celebrata, astricto
hoc in loco narrari nequeunt. Annos unũ & triginta plenos in principatu egit. Triũ Con-
stantini filiorũ, duo, Constans & Constantius in Constantini fratris necem consenserunt. *Constans*
Constansq; natu maior post uictorias de Parthis multiplices habitas à militibus eadẽ qua *Constantius*
in omnes ipse debachabatur crudelitate, anno imperij duodeuigesimo laceratus est. Con- *Cõstantinus*
stantij uero fratris & in imperio successoris infœlicitas tulit, ut Iulianũ sibi affinem Cæsa- *Iulianus*
rem declaratũ in Gallias cũ exercitu miserit. Qui uir ingentis spiritus, doctrinæ, & uirtutis
parata uirtutibus suis potiusq; copiarũ apparatu & magnitudine uictoria elatus, in Italiã
rediens tyrannidẽ inuasit. Constantiusq; interim Persarum bello graui implicitus dum ad
Italiã properat, anno imperij sexto obijt. Iuliano apostatæ ideo cognomentũ fuit, quia su-
sceptam Christi fidẽ abnegans, librũ eloquentia & pari impietate redundantem, in Christi
domini dogma euomuit. Is dum in Persis ingentia tractat bella, anno imperij secũdo non-
dum finito sagitta incertũ missa, sicut Ammianus refert brachiũ saucius interijt. Iouianum *Iouianus*
Pannonẽ uixdũ adolescentiã supergressum uirtutibus ornatũ, Iuliani exercitus imperato-
rem creauit, multa ut apparuit præclara gesturũ, nisi octauo imperij mense repẽtina morte
subtractus fuisset. Valẽtinianũ quoq; & ipsum Pannonẽ milites (ut uidebat̃) inuitũ impe- *Valẽtinianus*
rio præfecerũt, Qui princeps inter bonos numerãdus, Valentẽ germanũ fratrẽ, & Gratia- *Valens*
num filiũ Cæsares primo, & mox creauit Augustos: obijt undecimo imperij anno. Eiusq; *Gratianus*
mors Romano imperio nõ immatura magis q̃ infausta. Valentẽ eius fratrẽ ad imperium
euehi fecit. Cuius uiri auaricia, & simul imprudentia factum est, ut Gothis in Romani

imperij prouincias patuerit accessus, quos christianos fieri cupiẽtes petentesq́, sua imprudentia effecit hæreticos Arianos. Is tamen dei iudicio dum pari imprudentia cum Gothis pugnat, quarto imperij anno superatus, & cum casa in quã se de fuga receperat crematus est. Valenti successit imperio nepos Gratianus, uir cũ catholice christianus, tum alias probus. Qui Theodosium fratrem ea conditione in collegã assumpsit, ut solo in oriente princeps esset. Ipse post superatos pacatosq́ Alemanos & repressos Scythas siue Tartaros, anno imperij sexto obijt. Valentinianusq́ frater eius nominis secundus imperium occidentis accepit, Theodosio ut cœperat orientis imperium administrante. Sed cũ Maximus quidam tyrannus Valentinianũ Gallijs ui & armis expulisset: Theodosius suppetijs allatis, & tyrannũ apud aquileam uicit, ac capite puniuit, & fratri imperium instaurauit. Sed cum is quietus apud Viennam desidet, octauo imperij anno Arbogasti comitis sui fraude occubuit. Theodosius itaq; utriusq; fratrum post quartumdecimũ annũ successor, uniuersum orbis Romani imperium solus obtinuit. Princeps optimus præstantissimusq́: & Traiano à cuius consanguinitate originẽ duxisset adsimilis, qui intra annos tres imperij quod solus administraret: Eugeniũ tyrannũ Galliarum & partis Germaniæ inuasorem superauit, cepit, occidit, auxilio maxime fretus domini Iesu Christi in quo fideret. quod eius historiæ celebrator Claudianus poëta, & ipse Hispanus genere, apud Florentiam Italiæ habitator his uersibus indicat. O nimium dilecte deo cui militat æther, Et coniurati ueniũt ad classica uenti. Hunc principẽ duo sancti eloquentissimiq́ ecclesiæ doctores, Ambrosius & Augustinus multis magnisq́ extollunt laudibus. Sed historico qui ad nostras peruenerit manus simul cum alijs duodecim Augustis supradictis caret. Post Theodosij ipsius apud Mediolanum mortem orbi Romano inuisam simul & perniciosissimam: duo eius filij Archadius & Honorius in imperio successerunt. Quorũ temporibus Visigothi post multas clades Italiæ inflictas Romam obsederunt, ceperuntq́, Qua die Kalendarũ Aprilis: anni ab incarnatione saluatoris nostri duodecimi quadringẽtesimi, Romanorũ imperij inclinatio cœpit, in duorũ & triginta librorum historia à nobis hactenus celebrata. ex qua facile fuerit imperatores, augustos, principes, & tyrannos, uel potius gentium, à quibus tantã rem, tantum imperium, tantam monarchiam euerti, deprimi, exinaniri contigit excerpere & intelligere: quam ob rem ommissis iam, in quo satis diu digressi sumus, bellis gestis in Romano imperio à quibus rei militaris Romanæ magnitudo, dignitas & simul uarietas intelligi possit, succincta, astricta & breuiaria narratione ad principis siue imperatoris unius qualis esse debeat descriptionem ueniendum est. Primũ enim & maximum rei militaris disciplinæ, & belli gerendi fundamentum est, optimi imperatoris delectus. De quo satis esse posset, si ea paucis diceremus quæ M. Cicero. Gn. Pompeij laudes in oratione tractans sic habet. Ego enim sic existimo, in summo imperatore quatuor has res inesse oportere. Scientiam rei militaris, uirtutẽ, auctoritatem, fœlicitatem. Sed cum proximis temporibus uir doctissimus eloquentissimusq́ Nicolaus Secundinus noster Onexandri ad Q. Verannium de optimo imperatore librum nobis è Græcia transtulerit in latinũ, quẽ scriptorem per Augusti, aut proxima illis tempora floruisse conijcimus: libet eius præcepta carptim colligere: in quibus in primis iucundũ utilissimũq́ erit inspicere, ea quæ præscribit faciẽda: duces Romanos imperij fundatores factitasse. Et nobis facile fuerit nisi amplitudo operis nimia deterreret: quicquid Onexander singulis in partibus seruandum iubet; qui consules, prætores, duces, & imperatores seruarint ostendere. Sed iã Onexandri præcepta uideamus quæ is tanti facit, ut se fœlicẽ uel inde futurũ prædicet, si ea quæ Romani uirtute, prudẽtia & industria, fortiter & præclare gesserũt: idoneus ipse existimeť qui oratione cõplectať. Ad opusq́ ingressurus de eius utilitate maxima attẽtos lectores reddit, quibus se ostensurũ pollicetur, unde orta sit gloria ingens Romanorũ, qui tale tantũq́ constituerunt imperium, ut nullus rex, nulla ciuitas, nulla gens non modo maiorem imperij magnitudinem obtinere, sed ne parem quidem attingere potuerit: affirmatq́ subinde non casu id & fortuna, sed uirtutibus factum esse. propitiam enim inquit cœptisq́ nostris fauentem adipisci fortunam optandum utiq; est, non ideo tamen existimandũ eam rebus præesse omnibus atq; penitus dominari. Vt enim inepti ac parum considerati sunt qui singulas calamitates fortunæ attribuunt, non imperatorum desidiæ & errori: ita qui res recte & ordine gestas fortunæ non imperatorum uirtuti impartire uidẽtur. Veniensq́ paulo post ad rem

Theodosius · *Valẽtinianus secundus* · *Maximus* · *Eugenius tyrannus* · *Archadius* · *Honorius* · *Fundamẽtum rei militaris optimus princeps* · *Onexãdri de optimo imperatore præcepta*

Qualis debeat eligi imperator

ad rem: dicit imperatorem deligi oportere non generis & maiorū, nec fortunarū & opum habita ratione, sed qui temperans sit, continens, sobrius, frugi, ac tenuis uictus, laborū patiens, acer ingenio, non auarus, non iuuenis, non senex. Si contingat quoq; qui liberos habeat, qui ad dicendum idoneus sit, existimationisq; præditus, temperans, ne uoluptate abductus, curam maximarū rerum abijciat. Sobrius ut rebus maximis inuigilare possit. Victu frugi & tenui, quia delicijs deditum, uiuendi cultus, & exquisita ciborum cura fatigat, & mergit animum: laboris patiens, quia ultimum esse oportet imperatorē qui defatigetur atq; lassescat. Acer ingenio, q celerem & (ut inquit Homerus) uolucrem eum esse oportet, qui pernix cogitatione omnia percurrat atq; futura conijciat animo longeq; prospiciat. Non sit auarus & lucri cupidus: plæriq; enim, & si fortitudine quadam, & robore aduersus arma, & hostium copias interriti perstare possunt, auro tamen illecti mollescunt. Idq; telum efficax est ad extorquendam uictoriam accōmodatum. Nec iuuenem nimis, nec senem oportet esse imperatorem: q alter incredulus nimis & audax, imbecillus alter & timidus. Pater habens liberos admittendus: non autem qui liberis careat, alioquin fortis probusq; repudiandus. filij enim adhuc tenellæ ætatis animum parentum deuinctum patriæ tenent, tanq; obsides dati patriæ. ætate iam adulta grandiusculi armis, consilio, fide, opera eum adiuuant: Eloquio præditus imperator militem oratione cohortando facile persuadebit pericula cōtemnere, claris inseruire facinoribus, & studio gloriæ ac uirtutis amore incendet, Existimatione præditus si non erit imperator, uulgus ægerrime feret, & sequetur cum nemo nisi inuitus ducem sequatur: quem se deteriorem opinetur. Verum ut nemo propter solas opes imperator diligendus est, ita & inops repudiandus non est, modo uir fortis & alioquin bonus sit. Non enim meliora efficaciora q; ad tuendum erūt arma argento celata atq; auro exornata, illis quæ ferro ac calybe fabrefacta ornatu extrinseco carebunt. Cauendus est uero rei nummariæ studiosius quæstui continuo inhians. consueuerunt enim huiusmodi homines sordidi ac pusilli animi esse, qui nullius honestate rei, nullius clari facinoris studio possint allici. Maiorum & progenitorum splendor si adsit amplectendus: sin absit haud magnopere desiderandus est. quemadmodum enim iumenta non stratorū, & sellarū ornamento, sed ingenita, & suapte metimur fortitudine: ita maiorum in imperatore uirtutes si proprijs careat, frustra cōtemplabimur. Quinetiā res plærunq; segnius administrāt, qui errata si qua admiserint maiorū gloria honestari cōtegiq; posse cōfidunt. quibus uero nulla parentū est gloria, ut maiorū obscuritati suum afferant uirtutis lumen, res cautius ardentiusq; gerūt. Optandus itaq; est imperator fortis, genere clarus, fortunatus, locuples: non tamen improbandus repudiandus'ue inops, modo uirtute polleat, quamuis parentibus haud illustribus sit natus. Is posteaq; delectus institutusq; est imperator, facilis esto, comis, & se uolentibus adire pateat: non tamen ea sit facilitate atq; comitate, ut cōtemptui fiat: nec tamē acerbus & durus, ut odiū in se cōcitet. Et ipse deligat decuriones, centuriones, reliquosq; copiarū & ordinū duces, quorū uirtus perspicua sit. Quo in delectu habendo, locupletioribus & nobilitate præstantioribus, plærunq; tenuiores postponendi sunt: pecuniarū enim cōmoditas publica & priuata sæpe desideratur, cū elargiri quippiā, & militibus gratiose impendere est necesse. Sperat enim quisq; se maiora cōsecuturum, si certauerit fortiter: ubi tenuiore uictoria, quæ proposita sit, largitatē imperatoris suppleturā intelligit. Cooptet sibi præterea imperator collegas & socios quibus cū de incumbentibus deliberet. cogitationes enim atq; cōsilia nostra, quibus natura afficimur, nisi fidele foris per cōsultationē adhibitū sit auxiliū, fallere nos facile possunt, & errorū plena sæpenumero cōperiri. è cōtra quæ alieno iudicio atq; sententia cōprobant, securitatē comparant animo, & firmitatē in rebus tuētur. Et tamē nullus sibi tantopere debet diffidere, ut ancipiti sit semper & infirma sentētia, nec usq; adeo arrogare, ut arbitret nihil suis cōsilijs melius alios posse excogitare. initia ipsa bellorū temperāter cōstituenda, & tanq; rerū fundamenta prudēter iacienda. Bellū enim quodcūq; iustū deos habet fautores, milites q; alacriores iussa capessunt, & rei gerēdæ se exhibēt. Vnde priusq; educātur copiæ, omni publica & priuata labe expiabūtur expiationibus sacrisq;. quæ ius sacrū religione dictauerit. Ducat deinceps exercitus instructus, ex ordine, etiā si cū hostibus nōdū esset cōgrediēdū, & si per regiōes lōge multorū dierū itinere eundū, q̄uis per agrū pacatū, Milites enim hoc pacto ordines seruare assuescēt, & loco quisq; manere, & duces præfectosq; sequi discent.

Bellum quodcūq; iustū deos habere fautores

Qualiter exercitus duci debet

Quod

Quod multo accuratius seruandum erit, si per agrum hostilem mouere necesse sit, ne per repentinos impetus paruo temporis momento miles passim tumultuari cogatur. Agmen uero per loca huiusmodi si ducatur, ita cohibendum, ne præ angustia & sui dilatandi difficultate protendi in longitudinem nequeat, neq; nimis dissolutum incedat. Sic enim facultas ad libitum incurrendi & per occasionem lædendi præstaretur. Itaq; contracto semper quadratoq; agmine moueri satius atq; melius est, quam protensiore atq; oblongo. Commeatum uero, impedimenta reliquumq; apparatum bellici instrumenti, in medio copiarū locari oportet. prætereà si loca quæ post nos relinquuntur ita pacata sunt, ut cito pone duci conuehiq; possint. Præmitti quoq; debent aliquot equites qui diligenter scrutentur atq; explorent quacunq; transeundū est: præsertim si per loca siluosa, saltuosaq;, perq; solitudinem uastam iter fuerit faciendum. Mouendum autem est interdiu quando ad iter non ad prælium copiæ sunt ducendæ: nisi forte quippiam urgeat, quam ob rem ut hostem præueniās tibi uideatur accelerandum esse. Hac enim ratione etiam noctu mouere potes, modo id tuto fieri posse intelligas. Sanè ubi eò uentū est, ut mox necesse sit cum hoste congredi, & prælio decernere, sensim non citatim ducantur copiæ, neq; magnum iter conficere cogantur. porro si per agrū socialem moturus sis edicas militibus nequid omnino attingant & uastent. Miles enim armis fretus, & quicquid libuerit faciendi licentiā nactus, nulli rei parcere sciet. Hostilem autē agrum diripi, uastari, incendiue palàm permittes: frugū enim atq; alimentorū inopia, & nummariæ rei difficultate bella extenuari solent atq; extingui. Verū priusq; agrum hostilē uastari permittas, hostibus nisi cesserint id te facturū prænuncies. Ingruens enim calamitatis discrimen atq; expectatæ cladis timor, mortales sæpe concedere cogit, quod ante hac ut facerent nequaq; potuissent adduci. Vbi uero calamitatem acceperint, tanq; quos maiore damno afficere nequeas, cætera contemnūt & paruifaciūt. Sin uero tibi diutius in agro hostili castrametandū esse intelliges, ea tantū diripi uastariq; permittes, quæ tibi non admodū usui futura conspexeris. Copijs tuis cōpletis expeditisq;, nec in tuo, nec in sociali agro diu moraberis, ne cōsumptione rerū, tuis magis q; hostibus detrimento fias. Curandum deniq; tibi diligentissime est, ut terra mariq; in exercitū commeatus facile comportentur. Positis autem in terra hostili castris fossa confestim ualloq; opus, tametsi eodem in loco tibi diu morandum non constitueris: munitior enim, & proinde tutior eris, ad repentinos hostium impetus, & clandestinas, neq; expectatas irruptiones. Deligas quoq; milites, quibus id negocij detur, ut per stationes atq; excubias castris

Quæ loca castris sint deligenda

præsidio sint, etiam si hostem procul inde abesse acceperis. Verum si hostibus nihil urgentibus, diuturnior tamen tibi uidetur ibidem castrametatio futura, siue populandi hostilis agri causa, siue oportunitatis commodius seruandæ, occasionisq; hostem offendendi captandæ gratia, tum ea tibi delige loca in quibus castra teneas, quæ neq; limosa, nec alioquin insalubria sunt: eiusmodi enim locorum natura & situs exhalatione, corruptione ac fœtoris emissione uarios morbos ingenerare, pestemq; inijcere solet. proinde salubre est atq; utile, castra non diu in eodem tenere loco, prætereà si hyemandi causa duriciei, & rigoris cœli euitandi ibidem manere necesse sit, tum uero apprime curandū est, ut constructis ordine tabernaculis atq; tentorijs suis, locum oppidi instar incolere uideri possis. Sed in hibernaculis ipsis exercendi sunt milites, uarijsq; periculis ad pugnam apti reddendi, ne

Exercendos esse milites in castris

locus usquā otio & inertiæ detur. Exerceatur autē miles in hunc modū. deligantur aliqui quibus idonea dentur arma, assuescantq; ordines seruare, nunq; deserere locū, discant præterea contuitu mutuo, crebra appellatione, familiari cōsuetudine inuicem iungi ac deuinciri. edoceatur præterea miles ex imperato agmen tum producere, tum contrahere, & seu dextrorsum seu sinistrorsum inuertere. Postremo admonendus est, ut signa quæ interpugnandū imperatoris iussu darētur attente excipiat. ubi canatur receptui, sese in ordinē colligat, & sensim referat pedē. hoc pacto instructus, & ornatus exercitus diuidatur. deinde ad pugnā citra ferrū coeat, distributis leuibus pilis hastisq; fragilibus, & si forte arua prope sint, iactu glebarū res geratur. Sin uero colles & tumuli & alioquin accliuia aderunt loca, certi ad id deputati milites hæc loca cursu occcupent. alij quoq; cōstituātur, quibus id demandetur negocij, ut illos deturbare cōtendant. æqua ratione instituēdus est eques, decernantur spectante imperatore cursus certatim, insecutiones, fugæ, cōgressiones, iaculationesq; per loca præsertim cāpestria, sed sub ipsis montiū radicibus, quo p aspera & salebras

discas

discas excurrere. Populationibus temperanter utendum est, nec militi permittendum, ad rapinas & prædam temere ferri. plærunq; enim maximæ acciderunt calamitates, quando dispalatos milites, hostis manu composita est agressus. Cum uero ad prædam populabundum militem emittere cōstitueris, strennuos ex tuis præsidio illis addes, qui reditum cum præda ratum præstent. Exploratores si quando compræhenduntur, non una in omnes sententia & animaduersione uti debes. Si enim tuas copias & apparatum inferiorem hostilibus copijs esse intelliges, raptim illos extingui iube. sin enim tuis confides rebus, exercitu ad ostentationem composito illis inspectandi facies potestatem, qui comiter habiti emittantur: renunciatus enim rerum tuarum apparatus hosti metum terroremq; inijciet.

Quali animaduersione in exploratores captos utendum

De uigilijs

Vigilias obeuntes tam multi sint ut somnolentis uigilantiores inuicem succedāt, idq; munus stantes præstent, eorumq; pars extra uallum ignes excitet, ut aduenientes eminus ipsi aspiciant. Si contingat, ut imperatorem hostilis exercitus conuenire necesse sit, præstantiores ex tuo exercitu armisq; & omni apparatu ac corporis habitudine cōspectiores tecum adduces: plærunq; enim fit ut ex ea parte, quam quis cōspexerit, de reliquo iudicet, magisq; ijs quæ uiderit quàm auditis credat.

De trāsfugis

transfugam multa (ut fit) pollicitum ita custodiri iubeto, ut pro eorum quæ fuerit pollicitus euentu atq; succēssu, præmium aut punitionem expectare cogatur. Castra hostium circularis figuræ pro apparentis ualli breuitate ne despexeris. circularis namq; minor re ipsa apparet: cum è cōtra longior uisa præsertum in montibus sæpe fallit, q salebrosis conuallibusq; abundat, in quibus nemo consistere potest. Tu itaq; castra in breui comprimas spacio, hostibusq; ad pugnam prouocantibus conglobatum tenebis militem, tanquā tuæ paucitati diffidens, fit enim ut hostis solutior negligentiorq;: aut inuadens: aut expectans, à te constipato exercitu perrumpente facilius opprimatur. quæ fallendi ratio, ne tale committas erratum te poterit admonere.

Quæ alicuius momenti sint nō esse alicui cōmunicanda

Vates habendos in exercitu

Quæ alicuius momenti es intentaturus, nemini communicabis, præterquam si quando tuis primoribus aliqua secreto credi oportere existimabis. cauendum enim est accuratissime, ne consilijs tuis hosti à perfuga, aut exploratore proditis: aut rei bene gerendæ occasionem amittas, aut clade aliqua afficiaris. Educere uero copias, seu ad pugnam capessendam instruere neutiq; debes, nisi prius sacra de more feceris: quare aruspices atq; uates habere oportet, qui sequantur exercitum: quanquam præstiterit contemplandi exta & rite sacra faciendi rationem tenere. Verum si pulchre litaris, & sacra uotis tuis succedere inspexeris, optimatibus sacra ipsa ostendes, remq; deinceps bono capessere animo perges. Copiarum enim duces, quid sacra portendant reliquos commonefaciūt, eosq; animis auctos in spem erigunt: milesq; qui deorum immortalium monitu ad pugnam se duci credit, audentius & tanquam præsumpta uictoria pugnat.

De educendis copijs

In educendis copijs illud maxime est obseruandū, ut qua ingrederis ea quoq; tibi reditus patere possit: quod quidem eo ualet non modo ut hostem consilio superes, uerum etiam ne ab ipso incautius opprimare. Pulchrum enim est scire hostem decipere, necessarium ne ipse decipiaris cauere. Conuenire te quemcūq; cupientem quocunq; loco, & tempore, admittere & audire debebis. Alioquin maximarum rerū bene gerendarū uel amittitur, uel cū damno differtur occasio. Si forte castra tua hostium castris propius cōferre: aut aliter ad hostē accedere cogeris atq; cōstitues, priusq; moueas, miles tuus cibū capiat, ne forte præuētus ieiunus, arma cogatur arripere, & pugnā inire. Qua re neglecta male sæpius pugnatū est, milite uiribus ob inediā destituto, præsertim ubi præliū nō leui certamine, sed grauiter toto die peracto uenit ad exitū. Si quādo trepidatiōe (ut fit) orta mœror aliquis militū animos occupasse uideatur, siue quia hosti accesserunt auxilia: siue q alia re potior illius cōditio uideatur: tum maxime expedit imperatori hilaritatē atq; læticiam præ se ferre. Vultus enim faciesq; imperatoris conformes sibi solet animos militum reddere, & similitudine sua eos afficere. præstatq; fronte & oris habitu quàm oratione, & uerbis, solari, quia orationi fides quandoq; minor habetur: utrunque tamen pro uiribus faciendum erit, & sese uerbis ac uultu talem gerere, qualem tempora postulabunt. Et sicut æger animus mœrore deiectus obtentu spei bonæ excitandus erigendusq; est: ita lasciuus & inertia intemperans conterendus terrore castigandus'que est. Idcirco utriq; rei te debes apte accommodare, & rationem habere rerum ac temporum, ut ubi opus sit timentem te & futuri prouidū, tum ratione, tum uultu ostendas: aut impauidū & fidentem uti profuturum intelliges. Dum aciem strues, equitatū tuum non ut tu uoles, sed

ut tempus

ut tempus & ſtatus rerum te coget diſpones: equites enim tuos oppoſite ad equitatum hoſtilem ſtatues. Verũ quoad fieri poteſt eo modo locabis quo ſolent inſtrui in cornua acies, ut & ad frontem & ex lateribus ſpacioſioris loci cõmoditate freti expeditius poſſint prodire, equeſtriq; munere uti, nullis poſt ſe ordinatis, qui poſſint eſſe eis impedimento. Velites autem iaculatores & ferentarios, ſagittarios demum & funditores primos in acie locabis: nam ſi poſt ſequuntur magis ſuos, q̃ hoſtes lædent. Sin medij inter ipſos ſtatuẽtur, irritum erit eis peculiare pugnandi officium: quippe qui nec pedem referre commode poſſint ad iaculorum pilorum ſurſum uerſus porrectionem, nec de curſu ipſo iaculari à præcedentibus præpediti, multoq; minus funditores poterunt in girum torquere fundas, atq; tela amittere, circunquaq; militibus obſiſtentibus, in quos circumlatio fundæ offendens his magis quàm hoſtibus damno erit. Sagittarij quoq; præcedentes cæteros: in ipſa hoſtiũ corpora ueluti ad ſignum recte immittent: ſin poſtremi, aut intermedij, ſurſum uerſus ſagittare cogentur: & uis ipſa telorum conſumetur in caſſum: Si autem continget pugnam his in locis cõmitti, quorũ pars humilis & plana ſit, pars collibus tumuliſq; inſurgat, tum leuis armaturæ militem maxime in aſperis ac durioribus locis ſtatues: rurſus ſi campeſtribus locis abs te occupatis hoſtis eminentiora obtineat: huc leuem armaturã adduces: quæ facilius & iaculatur & ſimul pedem refert. Fundarum autem uis perniecioſiſſima omnium eſt: nam plumbi color aereo colori perq; ſimilis eſt, & dum per aera fertur latet, hoſtiumq; corpora incauta petit, illationiſq; ui atq; agitatione prope ignitum uehementer ferit, penituſq; ingreditur, nec cõcerni poteſt, ꝙ labra uulneris eueſtigio clauduntur, & tanquã corruere uidentur. Ac ſi hoc genere teli & uelitum ope tu cares, hoſtis autẽ maxime præſtat, primos aciei tuæ denſos conſertoſq; prodire iubeas, geſtantes clypeos magnos, quibus poſſint toto corpore contegi, reliqui uero qui hos ſequũtur ordine ad ultimos uſq;, ſublatis ſupra capita clypeis, hoc pacto tantiſper proficiſcantur, dum intra iactum telorum ueniant. Sin utriſq; adeſt huiuſmodi uelitum auxilium, tui primi iaculentur in hoſtes. Solertis erit imperatoris, ubi aduerſus multitudinẽ hoſtium ſe cum paucioribus uiderit pugnaturum, eiuſmodi operã ſibi deligere, uel iuxta fluuij ripas, uel ſub montes & ſupercilia ubi acies inſtruere poſſit, & ipſa loci natura hoſtes arcere. Cæterum non erit inutile, ut inſtructa prius tanquã ad pugnam acie, deinde quaſi exterritus pedem referas, ordineq; ſeruato ſimilem fugæ receſſum ſimules, rurſus ad inſequentes conuerſus manum conſeras: nonnunquã enim opinati hoſtes aduerſariorum exercitum paueſcentem fugere præ gaudio inſultant ſoluto ordine, & certatim incumbunt, ac alij alios præuenire contendunt: contra quos conuerſum pugnare, citra periculum eſt, & ipſa ſiſtendi fiducia præter ſpem hoſtium eueniens, trepidantes hoſtes & diſpalatos in fugam uertere poterit, tametſi paulo ante inſolenter inſequebantur. Habeas item oportet ſelectos aliquos milites, qui extra acies inſtructi, tanquam triarij laborantibus opem atq; ſubſidium præſtent, & de quibus auxilium ubi uſus ſit depromere facile poſſis: magnopere enim prodeſſe poſſunt, ſi feſſis accedant integri. Illud quoque non fuerit ab re, quin admodum utile, ſi quanto tibi uidebitur ſpacio, è copijs tuis elegeris aliquot, qui clàm hoſtibus ſeſe alicubi occultent: quibus præcipias ubi inſtructa acie prælium inieris, dato à ſpeculatoribus ſigno excitati propere moueant. Quod tum maxime faciendum erit, cum auxilium expectatum uiſum eſt in tempore non ueniſſe. Rati enim hoſtes eos eſſe milites, quos auxilio tibi futuros præſtolabare: forte tuis adhuc mouentibus, & priuſquam in reliquum exercitum ſe immiſceant, ipſi uertentur in fugam. Repentina quoque in hoſtes poſt terga irruptio, formidoloſiſſima omnium eſt. Quam ob rem ſi fieri poteſt, mittenda eſt noctu manus aliqua militum, qui tranſuerſo itinere prætereant hoſtes, ſéque per inſidias poſt eos locent, collatiśque iam ſignis & inito prælio ipſi citatim ex inſidijs nouiſſimum agmen hoſtium adoriantur. Inualeſcente pugna, & cunctis utrinq; rem ſtrennue gerentibus obequitando tuos horiere, ſimulq; inclames ſi forte in dextro cornu es, leuo cornu aciem uincere, hoſtemq; profligatum. ſin in leuo es dexteram aciem tuorum uincere dices, ſiue res ita habeat ſiue non. & pariter de hoſtium imperatoris occubitu falſum etiam uociferare proderit; hæc ratio plærumq; profuit, id eſt ut tuos ſimul & hoſtes fallas. Sapientis quoq; imperatoris eſt fratres cum fratribus, & cum amicis amicos ordine iuxta locare: fiet enim ut mutuo ſe inuicem amore animoſius defendentes, reliquam quoq; aciei partem proximam

Qualiter acies ſtruendæ

Fundarũ uis

Fratres fratribus & amicos amicis iuxta eſſe locandos, quũ præliũ cõſeritur

mam uel à fuga sistant, uel impellāt in hostem. Iussa tesseræ atq; signa præfectis copiarum principio dari debent: à quibus ad omnes quoq; milites manent, nec uoce edat signum ne exaudiat ad hostibus, sed uel gestu corporis, uel nutu capitis, uel manus motu, uel armorū collisione, uel hastæ uersione, uel ensis uibratiõe. Signū enim præterq; quod hosti clam da tur, etiam maxime conducit ad conditionem alienigenis, qui diuersa lingua nobiscum mi litant. Mandabis quoq; militi tuo, ut tum insecutiones, tum recessus ordine faciat. Nam siue superati repulsiue minus lædentur (quippe quos hostis non fusos passim, neq; palan tes singulos opprimere quibit:) siue uictores hostē fusum fugatumq; insequūtur, pessime eum afficient: turmatim consertimq; insequendo, adde etiā tutius, plerunq; eñ ubi hostis fugiēs aduersarios post terga uidet passim & nullo ordine ferri, derepēte redactus in aciē retroq; conuersus cladem acceptam reddit. Sit tibi curæ fulgentem atq; armis illustrem exercitum ducere: nitor enim ac fulgor armorū formidolosum reddit acierum aspectum & ingentem terrorem ingerit hostibus, atq; animos eorum conturbat. Producas insuper agmen, tum uociferatione, tum clamore quandoq; & cursu. Eiusmodi enim facies rerum, clamores militum strepitusq; armorum clangori tubarum immixtus, mirifice terrefacit hostium animos. Instructis apparatisq; undiq; ad pugnā copijs non statim mouere debes studio scilicet præripiendæ pugnæ. Sępe enim cogitur imperator conspectu hostium ap/ paratu, ad armaturam eorum, ad gentes, ad mores hominū, suas quoq; parare & instrue/ re copias: Si hostis equitatu præualet, & tibi commoditas forte datur, delige aspera loca angusta, summontana, & per quæ eques facile uadere nequeat. Et quotiens progrederis dimittes intra munitiones, qui castris & impedimentis præsidio sint, ne uisa solitudine ho stis mittat, qui castra deserta occupent, & impedimenta diripiant. Illi maxime mihi uiden tur errare, qui in hanc conditionem pugnare uolunt, ut si uicerint, parum hostibus ipsi no ceant, sin superati ipsi uictiq; sint, magnam accipiant cladem. in rebus difficillimis condu/ cet pro uiribus tuis persuadere, mortem atq; perniciem incertam his esse qui pugnando præstant, & se tuentur, eos uero qui fugiant procul dubio perituros. calamitatem quoque hos consequi qui deserant locum, non eos qui seruent ordinem. Excogitata uero in ipso di scrimine pugnæ consilia, & repugnandi aduersariorū consilijs extempore adinuentæ ra/ tiones: ampliorem nimirum gloriam, maioremq; admirationem imperatoribus, disciplí/ namq; rei militaris exacte tenentibus peperere: quàm ea quæ præsumptione & coniectu ra ante copiarum congressum exquisita esse uidentur. Imperatorem ipsum consulte ma/ gis, & caute quàm audacter certare oportet, uel omnino potius abstinere pugna. pruden tia enim animi, quàm uiribus & robore corporis pręstare debet. Namq; qui adeo cupidus atq; insolens est, ut nihil dignum patrari à se putet, nisi manum ipse cum hostibus cōferat: is non modo non fortis, uerum audax quoq; & temerarius est. Ad imperatorem id impri mis attinet, dum pugnatur obequitare aciem, pugnantibus se ostendere, eos qui fortiter rem gerant laudare: trepidantibus uero minari, cohortari cunctantes, laborantibus opem ferre, supplere defectus. Si qua usus est deducere copias, tempora obseruare, occasiones præripere, futura conijcere, cani iubere receptui. Reuocatis è pugna militibus, dijs immor talibus sacra faciat, supplicationes decernat, pompas agat. ut pro tempore uti licebit, pol/ licitus grato animo reddat, quæ rite post bellum confectum & partam uictoriam exsolui fas sit. deinde honoribus muneribusq; eos donet, quos probe rem gessisse acceperit. Igna uos autē & inertes pœna ignominiaq; afficiat. honores uero huiusmodi fortibus habeat, qui patrijs moribus sunt probati. Præterea quæ in ipso debent proficisci imperatore hæc sunt: armaturæ, insignia, spolia, decuriæ, præfecturæ, ducatus alij quoq; eiusmodi magi/ stratus. Verum præstantioribus uiris & magistratus gerentibus, ampliores haberi debent honores, priuatis autem decernantur minores. hæc & si liberaliter & benigne pro meritis cuiusq; dari consueuerunt, irritamenta præterea ad uirtutem sunt cæteris, qui huiusmodi honoris sunt cupidi. Vbi uero bonis præmia pro meritis rependuntur, malorum autem supplicia nequaquam dissimulantur, uniuersum exercitum optima spe affici est necesse. Victoria uero potitus aliqua non modo singulis militibus uirtim dare pręmia rei bene ge stæ debebis, uerum etiam uniuerso exercitui laborum suorum fructum aliquem ex ho/ stibus elargiri. permittes quoq; militi castrorum impedimentorum, & oppidorum, si qua iure belli in tuam uenerint potestatem direptiones. Vrbium deniq;, præterquam si fore

Vt exercitus armis fulgentibus sit

Consulte magis pugnandum quàm audacter

Milites pro re gesta afficiendos

o de eis

de eis quicquam foret deliberandum: hoc enim rebus omnibus uehementer conducet, præsertim si bellum nondum confectum consumatumq; est. eiusmodi namq; emolumentis allectus miles promptiorem se animatioremq; cæteris præstabit: nisi credamus uenaticas quidem canes sanguine intestinisq; captæ feræ illecebrari à uenatoribus utile esse, uictori autem militi uictorum bonam in prædam dari non expedire. Diripiendi autem potestatem militi tuo nec semper aduersus omnes passim concedas, corpora uero minime in direptionem uenire permittes quæ abste uenundentur. Siquidem pecunia publice opus est, & ingenti sumptu: qua in re quæcunq; uel agi uel ferri possunt, ad te conuehi palam edices, optime enim tu censere poteris temporum atq; rerum habita ratione, an cunctam prædam retinere, an partem, an deniq; nihil debeas. non enim in rem est in bello gerendo ærarium publice pecunia abundare & emolumentis indies obuenientibus militem fraudare, quando præsertim ob deuictorum opes, & locorum felicitatem, emolumenta militi largius, & benignius impartiri possint. Captiuos uero bello adhuc stante ne occidito, præsertim eos aduersus quos bellum primo susceptum est. minime autem omnium hos interimere debes, qui autoritate apud hostes præstent & illustres insignesq; gloria sunt, recordatus incertæ fortunæ atq; uariæ, & mutabilis sortis, quæ plærunq; amat rebus feliciter gestis inuidere. hos enim cum aliis commutare poteris, aut aliquo potiri oppido. Exantlatis deinde periculis extruantur militibus tuis epulæ, instituantur ludi, & laborum laxamenta atq; remissiones permittantur. Prospiciendum deinceps erit tibi ut desideratis exequiæ magnifice exsoluantur, nec tempus ullum aut horam, aut locum, aut periculum causaberis siue uiceris ipse, siue uictus superatusq; sis. Nam ut pium est mortuis iusta exequi & per religionem rite inferias agere: ita magnopere utile superstitibus & omnino necessaria res est, pietatem hanc erga defunctos tuam ad uiuos ostendere. quisq; enim maxime de se iudicat & uaticinatur, atq; rem ægerrime fert tanquam sepultura cariturus si pugnando ceciderit, ubi animaduertat ante oculos iacere cadauera, & prope per contumeliam, & contemptum imperatoris busto & humatione priuari. Si inducias pactus es, caue interim in hostes irrumpas, nec propterea tu ipse incautus sis. latent enim incertæ'ue sunt eorum quibus cum fœdus percusseris sententiæ. quam ob rem hinc honestum tibi erit iusiurandum quo adactus es seruare, & tutum hostibus non credere ob perfidiam. ciuitatibus, quæ sponte tibi concesserint, & facta deditione in potestatem uenerint clementer usus, allicies reliquas. quisq; enim maxime ubi uictorem inexorabilem fore & iracundum in uictos exploratum compertumq; habet, quæuis agere patiq; uult quàm ultro se dederet: nihil enim tam animos generositatis implet, quam timor impendentis mali. aduersus autem desperantes periculosa atq; difficilis est omnia experiundi contentio. Vnde imperatoribus stultis & efferatis diuturnæ urbium obsidiones efficiuntur, nonnullæ etiam irritæ & infectæ. Iis qui tibi rem aliquam per prodtionem nauassent, promissa & fidem seruare debes: non tam propter eos, quàm pro his qui futuri sunt, & ut intelligant eis deberi gratiam, qui partes tuas amplecti maluerint. Ad irruptiones autem & proditionem, nocturnas hostium opprimendorum occasiones non omnino rudem & imperitum te esse oportet, ut ad constitutam horam locumq; designatum peruenias. Verum si interdiu urbem seu oppidum aliquod per proditionem capturus, moueas necesse sit, per ipsum tempus profectionis aliquot præmittes equites: qui quotquot offenderint in uia comprehendant, ne quis ex agro cursu in urbem ueniens, copias tuas iamiã irrupturas enunciet. Tumq; repentinus incautis improuisisq; hostibus ipse structa acie appareas. Fit enim semper ut primi impetus & rei gerendæ initia formidolosiora uideantur, q; si tardiuscule & per moras progrediare. At in obsidendis urbibus imperatoris maxime uirtus desideratur. Militaris quoq; astus, machinamentorum apparatus. prospicere autem tibi debes necubi incautiorem te ipsi quos obsides opprimant: qui enim in periculo se putat constitutũ esse, occasionem obseruat, quam nactus præuenire contendit. Quam ob rem oportet obsessorem fossa & uallo, stationibus & præsidiis castra sua cõmunire: propterea quod quicquid ipse paret, quid ue facturus sit, hostis è muris uidet. contrarij quos tu obsides murorũ obtectu tecti, ex improuiso plærunq; effusi explicatiq; per portas, uel opera, uel machinamẽta tua incendunt, uel milites opprimunt tuos, uel aliquid magni afferunt incommodi. Maxime autem tibi erit usui, si quæcunq; tentare uoles noctu aggrediare; atrocior enim suspicio

Quid de captiuis faciendum

est

est,maioremq́ ingeret animis trepidationẽ insultus qui in umbra non cernitur. quicquid enim noctu agas, tametsi paruũ sit, horrendũ his uideri potest quos obsides. nullus enim dicit quod uidet,sed quisq; maxime quod timet,aut suspicatur uidisse,affirmat. Si opus ali quod manu pręproperè expediri uis,primus omnium tu manum affer:uulgus autem non tam minis compellitur quoduis agere, quam uerecundia reuerentiaq́ maiorũ inducitur. Quoniam multa atq; uaria sunt tormenta bellica,& ad quatiendas euertendasq́ urbes diuersa machinamenta, tu non his omnibus, sed quibus tu commode possis uteris. non est in me nunc singula præcipiendo referre,quibus sit usus. Arietibus uidelicet,testudinibus, uineis, turribus, balistis, alijsq́ id genus operibus & machinamentis:sed quod ad imperatoris prudentiam attinet, illud mihi uidetur esse, unam aliquam potissimam urbis partem deligere, cui opera & machinamenta admoueas, & partitis multifariam & ordine dispositis copijs,reliquas urbis partes oppugnare, & ad muros scalas afferri iubeas. fueritq́ operæprecium plures partes urbis prę se ferre aggredi uelle,ut diuerso apparatu uarioq́ oppugnandi genere uires ciuium atq; consilia distrahantur. Interea facilius imperator illac ubi summa ope nixus intentusq́ erit, ciuitatẽ occupabit. Sin mature aliquod oppidum,urbem,aut castra expugnare contendes,tuosq́ uidebis defatigari milites,partiaris oportet tuas copias in ordine sibi inuicem successuras:dumq́ una pugnatur acie,quietem alij agant, & corpora curent. Et quia ferreus imperator esse non potest, qui sine intermissione omnibus intersit, substitutis & ipse exercitus sui primoribus quietem agat interpolatam potiusquam diutissime cõtinuatam. Si pars urbis, aut oppidi quod expugnare contendis,rupem,aut pręrupti aliquid in circuitu habebit,quod natura loci per se tutum nihil ut assolet munimenti habeat,agiles audacissimosq́ ex tuis, ut scalis, uel aliter scandant ob repantq́ curabis: fueritq́ plurimũ in rem si tubicinem illi secum funiculo attrahere potuerint,qui illico in superiora perductus canere occipiat:& qui erunt ingressi milites portam interea propinquiorem, aut murum alicubi aperiant. Audita enim hostilis de muro tuba præsertim nocturno tempore ingentem ciuibus terrorem incutit:proinde trepidantes tanquam urbe iam capta deserent stationes,& facile erit,nemine repugnante effractis portis, murisue conscensis loco potiri. Vrbem si cœperis aliquam,quę & multitudine,& robore ciuium uigeat,ut tibi sit timendum ne ciuis conglobatus crebris conuersionibus tuis oppositis repugnet, siue in arcem se recipiens aut editiora urbis nouum redintegret bellum, edicto inermibus uel arma abijcientibus, salutem polliceberis. Nam celebrato passim edicto cuncti, aut pars maxima, in potestatem uenient tuam: qui enim hosti adeo sunt irati, ut armis omnia experiri contendant, illum in eam adducunt desperationem, ut quod oblata salute ex animo facturi non erant, tamen malis quæ timent efferati repugnent, & cædem, aut cladem referant, aut nouis laboribus te fatigent. Mors quæ militi certanti accidit nulla prorsus indiget consolatione aut misericordia, quippe quæ uirtutis studio,& uincendi amore obtigerit. At post partam uictoriam urbe iam expugnata uictos passim occidere,uictoribus ipsis miserrimum est:itaq; stulticiæ atq; immanitatis notam affert. Si urbem quã obsides posse ui & armis capere desperabis,& proinde obsidio fuerit diutius protrahenda, quotquot per regionem & agrum strenuitate & corporis robore ualentes potes capere conserues,quibus ut tibi commodum erit, & rebus conducet tuis utare. Mulieres uero & pueros cæterosq́,qui uel confecti senecta sint, uel alioquin imbelles & imbecilli,in urbem intrare compelles,utpote qui eorum quæ pro urbe tuenda desiderantur,nihil omnino efficere possint, & ad cõsumendum citius alimenta reliquis ciuibus damnum afferant. Postea deniq; quam imperio tuo res fœliciter gesta consumataq́ est: ita ut bello confecto rebus omnibus adhibere finem tibi liberum sit, noli te exhibere pro felicitate durum atq; acerbum,quin potius clementem & mitem, proinde benignum & cunctis amabilem: illa enim inuidiam pariunt, hæc æmulationem & studium prouocant. Siquidem inuidia est dolor ex aliorum bonis subortus, æmulatio uero studium imitandi uicissim aliorum uirtutem,quæ tam inter se differunt: ut inuidentis quidem sit optare,ne cui bene quippiam ueniat, æmulantis autẽ cupere æque ea potiri posse, quæ alij honeste sibi comparauere. Vir ergo bonus non modo patriæ multitudinisq́ armatæ erit optimus dux, uerum etiam perpetuandæ propagandæue suæ gloriæ citra periculũ sapiens imperator atq; custos, & moderator diligentissimus.

Qualiter expugnari debeat urbs

LIBER OCTAVVS

VNIVERSA Romanorum publica regiminis forma, tribus explicata, religionis, rei P. administrationis & militiæ partibus, ea attingemus quæ ad singulorum regimen institutionemq; uitæ spectauerunt. Essetq; ab ipsis infantibus uentre exceptis materno inchoandũ, nisi matrimonia primũ solidumq; libertatis cuiuscunq; nascentis seminarium anteponenda censeremus, quamquam uirgines cum quibus matrimonia ut plurimum ineuntur, primum de quibus dicatur locum & ipsę uidentur exposcere. Sed non est nobis nunc mera in manibus christianorum tractatio institutionum, in quibus multæ & maximę uirginitatis laudationes habentur. Nam ut sanctos omittam alios Romanæ doctores ecclesiæ Beatus Hieronymus contra Iouinianum uirgines diuersarum ætatum & prouinciarum maximis extollit laudibus. Calidoniam Atalantam, quæ semper in siluis errauerit: Harpalicen in Thracia. Camillam Volscorum reginam, in calcide Iphigeniam. Sibyllas decem & filiam Priami Cassandram: Et demũ ad Romanas conuersus: uirginibus dicit omnes publico de-

Omnes uirginibus de uia cessisse

creto de uia cessisse. Claudiamq; ut uirginitatem assereret, magnam matrem deum manu traxisse, quam multa boum iuga trahere nequibant. Etsi uero uirginibus breui nupturis de uia cederent, & paucas uestales uirginitatem uel inuitas seruare uellent Romani, eam tamen in uiris perpetuam esse legibus prohibuerunt, quandoquidem Camillus ac Posthu-

Lex qua uirginitas in uiris prohibebatur

mius primo, post M. Valerius Maximus & G. Iunius Brutus bubulcus censores, eos qui ad senectutem celibes peruenerant mulctauerunt. Lucium etiam Antonium Senatu mouerunt, quia quam uirginem duxerat sine amicorum consilio repudiasset. A matrimonio itaq; inchoandum, cuius uerbi uim sic exprimit Vlpianus de uerborum significatione tra-

Matrimonium.

ctans: & in iuris naturalis partibus hinc descendit maris & fœminę coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. uidemus enim cętera quoq; animalia, feras etiam istius iuris peritia censeri. Idemq; iuris consultus scribit.

Sponsalia Sponsus Sponsa

Sponsalia dicta sunt a spondendo. Nam moris fuit ueterum stipulari & spondere sibi futuras uxores, unde & sponsi, & sponsæ appellatio nata est. De matrimonio cum omnes gentes bene, tum maxime Romani optime senserunt, quod infra breui apparebit. Tamen Aulus Gellius Metelli censoris uerba orationis, quam ad senatum habuit hæc ponit. Si

An uxor ducenda

sine uxoribus esse possemus, libenter omnes ea molestia careremus: sed quoniam à natura ita comparatum est: ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo uiui possit, saluti perpetuæ potius quam uoluptati breui consulendum: Et Xantippem uxorem Socrates cum haberet, se mores eius duros ferre dicebat: ut assuesceret iurgia & petulantiam aliorum extrinsecorum ferre. Et Varro in menippeis: uicium uxoris, aut tollendum, aut ferendum. qui tollit uicium uxorem commodiorem facit, qui patienter fert, sese meliorem reddit Qua de re multa hic afferre possemus à Beato Hieronymo sumenda, quæ & ipse

Talassius

ab Aurelij Theophrasti libro de nuptijs sumpsisse dicit: ubi disputat an sapienti ducenda sit uxor: multaq; in alterutram differit partem, quæ ideo omittenda duximus: quia fœli-

Hymenæus Sarrha Rebecha

cissimum nobis in Paula uxore matrimoniũ nos in disceptatione suspectum redderet. Talassij uocem nuptialem Liuius primo dicit, quia rapta sabina pulchrior eo nomine ferebatur ad Romulũ. Et Plutarchus in uita Gn. Pompei: Talassum nuptiale uerbum a Talasse Romuli uxore. & item Plutarchus in problematibus: in nuptijs Talassij nomen crebro iactatur, sicut Græci Hymeneum, ita latini thalasum in bonũ omen habent. Meliusq; christiani Sarrhæ & Rebechæ fidem prudentiã ac sapientiã suis sponsis in uotis optant. Spon-

Caius Caia.

sam uero domũ introducentes Romani iubebãt dicere, ubi tu Caius ego Caia, quasi cum uiro depacisceretũ: ut omnia sibi cũ uiro essent cõmunia, & pariter imperarent, uel propter Caiam honestissimã mulierem ac bonã uni ex Tarquinijs collocatam: cuius in sancti templo statua ex ære posita fuit. Qua de re Festus sic habet. Caia cecilia appellata est, ut Romam uenit quæ antea Tanaquil uocitata est uxor Tarquinij prisci, quæ tantæ probitatis fuit, ut id nomen ominis boni causa frequenter in nuptijs uocitaretur: quam summam

Consuetudines in nuptijs

asserunt lanificam fuisse. Et nouam nuptam limen patris transcendere non permittebant, quod sabinæ nuptę in domum alienam transmigrauere, non ipse inierunt; uel quod uideri

uolunt, mœstæ ingredi domum in qua pudicitiam amissuræ sunt. Nuptiarũ initio, inquit
in agricultura Varro, antiqui reges ac sublimes uiri in hetruria in coniunctione nuptiali
noua nupta, & nouus maritus primum porcam imolant. Et Festus multas ponit consuetu
dines quas ordine subiciemus. Clauim consuetudo erat mulieribus donare ad significan/
dum partus facilitatem exhiberi. Hasta caput nubentis comebatur quæ in corpore gladia *Curis*
toris stetisset abiecti occisiq;, ut quemadmodũ illa coniuncta fuerat cum corpore gladia/
toris, sic ipsa cum uiro suo: uel quia matronæ in Iunonis curitis tutela sunt, quæ ita appel/
labatur à ferenda hasta, quæ lingua sabinorum curis dicitur. uel quod fortes uiros genitu/
ras ominentur. uel quod nuptiali iure imperio uiri subijcitur, quia hasta summa armorum
& imperium est. quam ob causam uiri fortes ea donantur, & captiui sub eadem ueniunt.
Hunc autem uel proximum morem ætatis nostræ Romani seruant. qui non quidem ha/
stam sed ensem sponsæ capiti priusquam domo egrediatur ad ipsum limen populo inspici
ente superponũt. Cingula noua nupta præcingebatur, quod uir in lecto soluebat: factum
ex lana ouis. ut sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic uir suus secum cinctus
uinctusq; esset. hoc herculaneo nodo uinctũ uir soluit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in
suscipiẽdis liberis, ut fuit hercules: qui septuaginta liberos reliquit. Cinxiæ Iunonis numẽ *Cinxia Iuno*
sanctũ habebãt in nuptijs, quod initio cõiugij solutio erat cinguli quo noua nupta erat cin *Cumera*
cta. Cumeram uocabant antiqui uas quoddam quod opertum in nuptijs ferebant in quo *Corolla*
erant nubentis utensilia. Corolla diminutiuũ est à corona: corollam noua nupta, de flori/
bus uerbenis, herbisq; selectis sub amiculo ferebat. Fescenini uersus qui canebantur in nu/ *Fescenini*
ptijs ex urbe Fescenia dicuntur allati, siue ita dicti quia fascinum putabantur arcere. facem *uersus*
in nuptijs in honorem Cereris præferebant: aqua spargebatur noua nupta, siue ut casta
puraq; ad uirum ueniret, siue ut ignem atq; aquam cum uiro cõmunicaret. Flammeo ami *Flammeum*
citur nubens ominis boni causa, quod eo assidue utebatur Flaminia id est flaminis uxor, *Genialis*
cui non licebat facere diuortiũ. Genialis lectus qui in nuptijs fit in honorẽ genij. Genium *lectus*
appellabant deum qui uim obtinebat rerum omnium gignendarum. Alij Genium esse pu *Genius*
tant uniuscuiusq; loci deum. in pelle lanea noua nupta considere solet, uel propter morem *Pellis lanea*
uetustum, quia antiquitus pellibus homines ita induti, uel ut testetur lanificium. patrimi
& matrimi tres pueri in nuptijs adhibentur. unus qui facem præferat ex spina alba, quia
noctu nubebant: duo qui nubentem tenebant. Rapi solet fax qua pręlucente noua nupta
deducta est ab utriusq; amicis, ne aut uxor eam sub lecto uiri ea nocte ponat, aut uir in se/
pulchro comburendam curet, quo utroque mors propinqua alterutrius captari putatur.
Talassionem in nuptijs Varro ait signum esse lanificij aptum: Plutarchus in problemati/ *Talassio*
bus. Noua nupta cum in matrimonium datur, ignem & aquam tangere iubetur, ut ex ca
lido & humido gignatur fœtus. Quinq; faces in nuptijs accenduntur, nec plures aut pau/ *Quinq; faces*
ciores, quos cæreos appellant: accenduntur q; ab ædilibus, quod mulier non plures possit *in nuptijs*
parere uno partu. uir ab uxore, uxor à marito quicquam dono accipere prohibetur, quo/
rum scilicet omnia debent esse cõmunia, & donatio potest esse suspecta in hereditate suc/
cessuris. Plutarchus in problematibus. Maritus primo sponsæ non in luce sed in tenebris
iungitur, ut calumnia quædam sit ueneris illicitæ, quando cum licitis & honestis connu/
bijs pudor adhibetur & uerecundia. Veteri more uxores nec molere, nec coquere per/
mittebantur, quia id in fœdere sabinorũ uetere cautum est. Mense maio uxorem non du/ *Mense Maio*
cunt, quia aut Aprili id faciunt ueneri dicato: aut Iunium expectant Iunonis mensem. Et *uxorem non*
quod mense Maio homines prius, postea imagines de ponte sublitio præcipitabãtur. Vn *duci*
de flaminicam Iunonis sacerdotem eo tempore tristem esse oportet, quæ nec eo mense la/
uat, nec ullo cultu utitur. uel quod pleriq; latinorũ eo mense purgationibus utentes mor/
tuis parentabant. Eorum qui uxores ducunt comam hastæ cuspide discernunt & discri/
minant, diuortium ea re significantes, quod solo ferro nuptiæ dirimendæ sint, id est ui ad/
hibita. Plinius dicit nubentes uirgines comitari colum comptam, & fusum cum stamine,
& nouas nuptas lupino adipe postes ungere consueuisse, ne quid mali medicamenti in/
ferretur. & post: diebus suis sponsæ annulus ferreus mitti, isq; sine gemma consueuit.
Macrobiusq; in saturnalibus sic habet: ferijs uim cuiquam fieri piaculare est, ideo uirgines
non ducuntur: sed cum fossas ueteres liceat purgare, uiduæ ducuntur feriatis diebus. Et
noua nupta postridie nuptiarum libertatem in domo uiri accipit & rem diuinã facit. Vir/

 gines

Cur uirgines festis diebus non locentur, quum econtrario uiduae

gines autem quare festis diebus non locentur, & econtra uiduae deducantur, hanc Plutarchus affert causam, quia uirginibus decorum, uiduis uero multis praesentibus nubere foedum. ideo dies festus eligitur in quo omnes distrahūtur ad diuersa, infrequentiorq́; est ducentium turba. Et insuper dicit Plutarchus propinquis & agnatis non nubere mulieres, ut affinitatibus augeantur: uel mulieris ratione, quae si suis nupserit, & iniuriam patiatur neminem habitura est à quo iuuetur. Qui autem sint agnati Paulus iureconsultus docet.

Agnati

Agnati sunt qui per uirilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi patre cōgeniti, uelut frater eodē patre natus, filius fratris, nepósue ex eo: item patruus & patrui filius nepos'ue ex eo. & Caius iureconsultus: Gradus cognationis alij superiores ordines sunt, alij inferiores, alij ex transuerso siue à latere. superiores sunt parentes, inferiores liberi, ex transuerso fratres, & sorores liberiq́; eorum.

Gradus cognationis.

Aliae item fuerunt connubiorū prohibitiones. Cicero pro Aulo Cluētio Habito: nubere genero socrus nullis auspicijs potest. Sed prohibita etiam aliquādo plebis cum patribus cōnubia Liuius tertio libro permissa fuisse ostendit. Qui & X X X V I I I. scribit: Campani impetrarūt ut ciues Romanas uxores ducere liceret, & si qui prius duxissent, ut haberent eas, & ante eam diem nati ut iusti sibi liberi heredesq́; essent.

Matrimonia plebi cum patribus permissa

Quanta etiā publice, & priuatim in matrimonijs adhibita sit diligentia à maioribus, ostendit undequadragesimo Liuius: Senatum eo die forte coenantē in capitolio consurrexisse: & petijsse ut inter epulas Graccho filiam Aphricanus desponderet: quibus ita in publicū sponsalijs rite factis cum se domum recepisset, Scipionem Aemiliae uxori dixisse, filiā se minorē despondisse. cum illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia consultatū, adiecisset non si Tiberio Graccho daret expertem consilij debuisse matrem esse: laetum Scipionē tam concordi iudicio, ei ipsi desponsam respondisse.

De dotibus

Dotes uiris datas esse à mulieribus uetustissimū est. Aulus Gellius: uxores diuites quandoq; dabant dotes, & retinebant sibi pecunias: quas marito cum mutuassent, si reperere uolebant, id seruo cōmittebant, quem ea causa proprium retinuerant, quia alijs mariti seruis id impetrare non poterāt. Et secundo bello punico cum Gn. Scipio ex Hispania senatui scripsisset petens sibi successorem dari quia filiam uirginem adultę iam aetatis haberet, neq; ei sine se dos expediri posset, senatus ne res P. duce careret, patris uicē gessit, dotemq́; dedit, & consilio matris suorumq́; maritauit. dos quatuor milia aeris fuere, ducatos aetate mea quadringentos facientia. quam dotem, & ea maiorem multis in Italiae locis, cerdones ex statuo nostri temporis more filiabus dare uidemus. Cesonis filia decem milia aeris in dotem dedit. Mugilia quia quinquaginta milibus nupsit dotata est appellata.

De alijs moribus post nuptias

Fuerūt & alij post nuptias mores, quorū nonnullos referemus. Repotia dicit Festus fuisse dicta, quando postridie nuptias apud nouum maritū coenabatur, quia quasi reficeretur potatio. Et Plutarchus in problematibus, siue ex agro siue peregre domū redeant, qui uxores domi habent, aduentus sui nuncios praemittūt, quod matres familias pluribus domi negotijs in administranda re familiari absentibus uiris occupantur, ut uirū paratiores laetioresq́; excipiant.

Materfamilias

matrem uero familias Vlpianus accipi debere uult eam, quae nō inhoneste uixit. Matrē uero familias à caeteris foeminis mores discernunt atq; separant: proinde non intererit, nupta sit, an uidua, ingenua sit an libertina: nam neq; nuptiae, neq; natales faciunt matrē familias, sed boni mores: Vltimusq́; honor mulieris pudicitiā cōmendabat, quando ea quę uno contenta matrimonio moriebatur, cum corona pudicitiae efferebatur.

Contentae uno matrimonio cum corona efferebantur

Repudium

De repudijs

Matrimonia tribus modis praeter mortē ueteres finiebāt: nam repudia fiebāt, diuortia & direptiones. repudiū Festus inquit, qđ ob rē pudendā fieret. Et post annū urbis ut uult Aulus Gellius tertiū uigesimū quingentesimū M. Attilio P. Valerio consulibus fuit primū repudiū. Egnatius Metellus uxorem q uinū biberat fuste necauit. C. Sulpicius uxorē repudiauit, quia aperto capite foris uersata erat. Q. Antistius Vetus uxorē cum libertina loqui uisā repudiauit, ut caueret stuprū priusq́; uindicaret. P. Sempronius sophus uxorē repudiauit ausam ludos se inscio spectare. Pōpeius repudiata Antistia proba, quę nuper ob ipsum Pompeiū patre orbata fuerat, Aemiliā duxit Syllae neptē & grauidā. Et C. Cęsar Pompeiā uxorē ob Clodij suspitionem qui habitu muliebri in deae bonae sacro ab ipsa Caesaris uxore celebrato inuentus fuerat repudiauit. Post Cęsarē uero tradit Plutarchus tēpore principū oium usq; ad Traianū pręterq́; Domitiāi repudiū nemini fuisse pmissum. Quinimo princeps oim pręter paucos pessimus Tiberius unū è quęstura remouit, q uxorē ductā postridie repudiasset: Et Domitianus

tianus equitẽ Romanũ ob reductam in matrimoniũ uxorem, cui dimissæ adulterij crimen
intenderat, erasit iudicũ albo. diuortiũ inquit Caius iureconsultus uel à diuersitate men/ *Diuortium*
tium esse dictũ, uel quia in diuersas partes eant qui distrahunt matrimoniũ: in repudijs id
est, in renunciatione, approbata fuisse hæc uerba: tuas res tibi habeto. itẽ hæc, tuas res tibi
agito. In sponsalibus quoq; discutiendis placuisse renunciationẽ interuenire oportere: in
qua re uerba cõprobata sunt, cõditione tua nõ utar. Et Paulus de matrimonijs. Diuortio,
morte, captiuitate, uel alias cõtingente utriusq; eorũ seruitute dirimitur matrimoniũ. prę
dictaq; duo uerba cõfundere uidetur Modestinus cũ dicit: diuortiũ inter uirũ & uxorẽ fie
ri dicitur. Repudiũ uero sponsæ remitti uidetur, quod & in uxoris personã nõ absurde ca/
dit. Diremptio nõ uniuscuiusq; arbitrio & uoluntate sicut antedictæ duæ finiendi matri/ *Diremptio*
monij formæ, sed principis arbitrio fiebat. Cæsarẽ eñ scribit Suetonius diremisse nuptias
prætorij, qui digressam à marito post biduũ statim duxerat, quamuis sine probri suspitio/
ne. Et Augustũ scribit itẽ Suetonius quod supra à Plutarcho attulimus, diuortijs modum
imposuisse. De matrimonijs iam satis multa diximus. Ad fœtum fructumq; ipsorũ liberos
ueniendũ est. Sitq; initiũ à puerperio, qđ uerbũ utriusq; sexus editis primo infantib⁹ apta *Puerperium*
ri posse uult in saturnalib⁹ Macrobius qa antiqui pueras sicut & pueros dicebãt. Idẽq; au/
tor est infantes primũ tacta terra uocẽ emittere q̃ fandi postea det initiũ: unde rem diuinã
Maio mense uult Fatuę deæ factam fuisse. Prima nascentiũ pericula sunt, cũ è gemellis al *Fatua Dea*
tero mortuo superest unus, quẽ inde Vopiscũ dicũt: & cũ genetrice partus difficultate & *Vopiscus*
doloribus mortua, uentre cæduntur quos appellant Cæsares, eoq; modo Scipionẽ aphri/ *Cæsares*
canum maiorẽ Caiumq; Cæsarẽ, & Maniliũ qui primus Carthaginẽ cũ exercitu intrauit
natos asserit Plinius. Agrippę autẽ dicti sunt qui nascendo pedibus primo ordine peruer *Agrippa*
so sunt egressi uentre. Vnde Romæ peruersa & Prosa deæ fuerunt, quibus ob hoc suppli *Peruersa*
cabatur. Cõtingit uero plærũq; ut nõnulli ex infantibus adulterio incestu'ue cõceptis ne/ *Prosa*
centur, aut exponantur: unde Vlpianus iureconsultus, necare uidetur nõ tantũ is qui par/ *Necare*
tum præfocat, sed is qui abijcit & qui alimoniã denegat, & qui publicis locis misericor/
diæ causa exponit, quã ipse nõ habet. primus morũ qui alendis infantibus publice adhibe
retur Lustria fuere, in quibus nomina accipiebant: eratq; puellarũ octauus dies, puerorũ *Lustria*
nonus, quod fœminæ uiris citius crescant & perficiantur. Sed parua in Romanis propter
multitudinẽ fuit nominis notitia. Vnde scribit Asconius secunda in Verrẽ actione. Mo/
ris fuisse cũ aliqs Romanus ciuis ostendendus esset: significaretũ, aut prænomine suo, aut
nomine, aut cognomine, aut à cognatiõe, aut à tribu in qua censeretũ, aut à curia, aut à cen/
sura, aut si erat senator uel eques. De quibus ultimis cũ satis supra sit dictũ, de pręnomine,
nomine, cognomine, & agnomine dicamus. Primũq; agnomẽ ab agnatione in qua quisq; *Agnomen*
natus est dictũ cõstat. Prænomina uero pauca & uariæ significationis fuere. Lucius ut in/ *Prænomen*
quit Festus, prænomẽ est eius qui oriente luce natus est. Gneus à corporis effigie à gene/
rando dictũ à Græco. Prænominibus fœminas etiã esse appellatas testimonio sunt Ceci/
lia & Terentia, quæ ambæ quintæ sint solitæ appellari. Pari modo Lutia & Titia. Cogno *Cognomen*
mina uariã habuere originẽ. Liuius in secundo. Valerio mutatio ædificij à uelia infimũ in
forũ & submissio fasciũ & leges latæ, cognomẽ publicolæ dederũt. Et libro septimo: Tit⁹
Manlius Gallo ad Aniene occiso torquẽ à mortuo accepit: Vnde torquato illi cognomẽ
fuit. M. Valerius miles à gallo prouocatus cum pugnaret à coruo adiutus superauit. Inde
coruinus cognomine appellatus. Et libro nono: Papirio cursori pernicitas pedũ dedit cog
nomen: cũ Q. Fabius forensem turbã excretã in quatuor urbanas tribus cõiecisset, Maxi
mi cognomẽ accepit. Itẽ XXX: Aphricani cognomẽ militaris primo fauor an popularis
aura celebrauerit incertũ. Primus certe hic imperator nomine uictæ à se gentis est nobili/
tatus. Et XXXVI Lucius Scipio ad urbẽ uenit, q̃ ne cognomine fratri cederet Asiaticũ
se appellari uoluit. Cornelius Lentul⁹ Sura cognomentũ id nactus quia cũ rationẽ expo/
sceretũ male administratæ quæsturæ, rationẽ sibi nõ esse reddendã, sed tantũ surã sicut pue
ri in speræ ludo faciunt, præbendã respondit. Et Scipiones nõnulli uolunt cognomine di/
ctos quod Cornelius patrem pro baculo iuuit: Messala cognominatus postq; Messanã ui
cit urbẽ. Et ab Aemilio dictus est Aemilianus, à Seruilio Seruilianus. Corneliorũ familiæ
princeps cũ desponsa filia uades posceretũ asinã pecunia onustã duxit, unde & Asina cog/
nomen habuit. Tremelius Scropha, quia porca absconsa sub centonibus in quibus iaceret

uxor iurauit nullam aliam esse in domo porcam. Et Augustus in Troiano ludicro Nonij Asprenatē lapsu debilitatū aureo torque donauit, passusq; est ipsum & posteros torquati ferre cognomen. Claudius imperator Gabinio secundo Chaucis gente germanica supe/ ratis, cognomen Chaucicus usurpare cōcessit. Idem tamen imperator peregrinæ cōditio/ nis homines uetuit usurpare Romana nomina duntaxat gentilia. Domitio rure reuerten/ ti iuuenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nunciaret Senatui ac populo Romano uictoriam de qua incertum adhuc erat, atq; in fidem maiestatis adeo permulsisse malas, ut ex nigro rutilum æriq; assimilem capillum redderent. Et Antonius imperator caracalla cognomen nactus est à uestimento. quod populo dederat demisso us/ que ad talos, quod ante non fuerat: & Varro de agricultura scribit multa habuisse Roma/

Cognomina à pecore

nos cognomina à pecore maiore & minore, porcios, ouinios, caprinos. Sic à maiore equi tios, taureos cognomina. & infra: Auus meus primo appellatus est Scropha, qui quæstor cum esset Licinij in Macedonia prouincia relictus exercitus, dum prætor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere uictoriæ impressionem fecere. ceperunt arma atq; exierūt cōtra. dixit celeriter illos se ut scropha porcos disiecturum: id quod fuit. Nam nostra ætas leporarios ac piscinas protulit ad mare. Et in eas greges piscium è pelagis reuocauit. Pro/

Cognomina ab arboribus

pterea appellati Sergius Orata, & Licinius Murena. & Plinius habet, Antiquis cognomi na ab arboribus multis fuisse: Frondítio illi qui contra Hannibalem tranato uulturno rem præclare gessit, quia frondatione arborum delectatus. Stoloni dedit pampinatio inutilis. Pilumno qui primus pilum inuenerit. Pisones à pinsendo. Fabij, Lentuli, Cicerones pro/ ut quisq; optime sereret. Iuniorum familiæ bubulcum nominauerunt qui bene bobus ute

Seruorum cognomina à dominis

retur. Lactucini qui multa usi lactuca. Seruis autem multis nomen simul & cognomen da bat, dimidiatum patroni cum adiectione prænomen in hanc formam. Quintipor quinti seruus. Marcipor Marci: eos uero ex liberis, qui patre in certo, aut ex patre certo, sed non

Spurij

legitima uxore geniti erant: Spurios dixerunt maiores, quod sabinos asserit Plutarchus mulierum pudenda sporon appellasse, ideo qui legitime natus non sit, sed ex concubina, & scorto, contumeliæ causa spurius appellatur. Sed ad pueros redeundum est. Eos moni/ libus quas uocabant bullas exornabant, propter Tarquinium priscum, qui primus filium ob superatum hostem hetruscum prætexta, bulla aurea, & annulo insigniuit: uel ut est in Plutarchi problematibus, deferebant pueri ingenui super nudum pectus huiusmodi bul/ las, ut incestuosi. & in pueris debachantes id in seruis quod minoris erat notæ, non in libe ris ab illa re cognitis cōmitterent flagitium. Et Macrobius addit fuisse eam bullam ad cor/ dis formam, ut ipsi etiam pueri intelligerent corde & uirtute uiuendum. Festusq; item ad dit eam bullam à Græco sermone βουλὴ quod est consilium dictam quia eam partem cor/

De puerorum indole

poris bulla contegeret id est, pectus in qua naturaliter est cōsilium. Vnde cum Aemilius Lepidus puer hostem congressus occidisset, & ciuem seruasset, statua ei in capitolio bulla ta & incincta prætexta fuit posita. Et postquam ad præclara puerorū facinora est uentū, Marci Catonis magnamq; indolem ornemus, qui cū in domo M. Drusi auunculi educaret & ad eum latinorū oratores pro ciuitate impetranda missi essent, nec precibus nec minis à Q. Popedio illatis adduci potuit, ut pro illis oraret: idemq; ad Syllā à pędagogo ductus cū proscriptorū tabulam uidisset, interrogauit cur nemo esset, qui tyrannū occideret, & se

De diligentia Romanorū in erudiendis pueris

id facturū si gladiū haberet obtulit. Fuit uero maioribus magna in erudiendis pueris dili/ gentia de quibus habet in octauo Liuius. Autores habeo, cōsueuisse tunc Romanos pue/ ros sicut nunc Græcis ita tunc hetruscis litteris erudiri. Græcis autē postea omnes passim fuisse imbutos, & ea ratione adolescentes Athenas mitti cōsueuisse magis cōstat q; ut te/ stimonijs indigere credamus, tamē librorū Ciceronis de officijs initiū legentes facile id po terunt nosse. Nō tamē deerant ludi Romę in quibus pueri & puellæ etiam erudiebant. Li

Ludi litterarū

uius in tertio. Virgini uenienti in forū (ibi nanq; in tabernis litterarū ludi erāt) minister de cemuiri manū iniecit: nec maior fuit litteris moribus erudiendis pueris diligentia, quibus

Prætextatus sermo

Festus scribit nephas fuisse obscœno uti uerbo. Vnde prætextatus sermo sit dictus, qui ni hil obscœnitatis haberet. Et plutarchus dicit, pueros cū iurarent Herculē, id sub tecto face

Pueros per Herculem sub tecto iurare prohibitos

re prohibitos, qđ de industria sit institutū, ut dū pueri iurare Herculē uolentes domo exi/ re iubent, per eam moram deierare desuescant: siue quia Hercules nunq; nisi semel iurasse perhibetur, & pythius Apollo hominibus proposuit, melius esse si absq; iuramento affir/ mare

mare discerent. Vnde subijcit Plutarchus philosophorum Græciæ grauissimus: Nõ aliud quicquam Græcis seruitutem, & mollicíem attulisse Romanos existimasse, quàm gymnasia & palestram, quibus relanguescerent puerorum, & adolescentium animi. inde puerorum amores gigni, inde somno & deambulationibus iuuenum corpora corrumpi, inde saltationibus, & motui composito initium esse. cum cõtra dicat Aulus Gelius scholæ pueros uacasse Romanos, quod uerbum Græce à uacatione dictum significet, cæteris rebus omissis uacare liberalibus studijs pueros debere. quos idem affirmat, si plurimo cibo nimioq; somno utantur fieri hebetioris ingenij. Et Plutarchus dicit. Nemo foris præter pueros liberos cœnabat, ut uerecunde & pudenter uoluptates accipere pueri assuescerent, maiores natu & magistros spectatores habentes. Et parentes in liberorum adolescentium aspectum se exhibebant, quia sicut Plato scribit, ubi senes impudentes sint, adolescentes fieri turpissimos necesse est. Et Cornelius Tacitus. Mos habebatur principum liberos, cum cæteris id ætatis pueris sedentes uesci in aspectu propinquorum, propria & parciore mensa. Et Suetonius in Claudio imperatore. Adhibebat omni cœnę & libertos suos cũ pueris & puellis nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorum sedentes uescerentur. puerique quos parentes domi & in scholis seuere continebant, duobus maxime temporibus in publicum ducebantur, uno cum ad ærarium anno ætatis decimo ibant professuri, & in libris elephantinis tribui suæ ascribendi: Id quod Iulius capitolinus Gordianum imperatorem fecisse scribit, altero cum ad annum septimum decimum dimissa prætexta togam assumebant uirilem. Vnde est quod Plutarchus in Bruti uita scribit. Cassium ad cædem Cæsaris euntem multi sunt prosecuti, quod filium tunc uirilem togam assumentem primum duceret in forum: & de puerorum institutione pulchrum in Pauli æmilij uita Plutarchus præbet exemplũ. Docuit autem filios Romanam disciplinam quam ipse doctus erat, & Græcas insuper artes. Non solum.n. grammatici, sophistæ, rhetores, uerum etiam fictores pictoresq; & equorum canum uenationumq; magistri circa adolescentes uersabantur. Ipse uero pater nisi quid publici muneris impediret, eorum exercitationibus studijsq; intererat. Quando autem sæpissime supra parentum facta est mentio Vlpianum audiamus iureconsultum qui sint diffinientẽ: parentes utriusq; sexus accipere debemus, sed in infinitum quæritur: & quidam parentes ad tritauum appellari aiunt, superiores maiores dici, hoc ueteres existimasse Pomponius refert. Sed C. Cassius omnes in infinitum parentes dicit, quod & honestius est & merito obtinuit. Paulus uero gradus prędictorum aliorumque propinquorũ sic ponit. Patruus patris frater. Auunculus frater matris. Amita patris soror. Matertera matris soror. Patruus magnus, frater aui. Auunculus magnus: auiæ frater: amita magna, aui soror. Matertera magna auiæ soror. Patruus maior, proaui frater. Et multos alios gradus ponit Paulus quos tanquam obsoletos duximus omittendos. De infantibus puerisq; adulisq; prætextam satis dixisse uidemur. Ad natu maiores ueniamus. Moresq; & consuetudinem omnis uitæ illorum pro parte aliqua ostendamus. Qua in re à generalibus inchoantes ad particularia descendemus. Veteres, inquit in problematibus Plutarchus, festis nihil omnino negocij gerebant, aut curabant, sed rebus diuinis prorsus dediti erant Et. M. Cicero, quid de moribus singulariũ urbium & gentium sentiat in oratione legis agrariæ contra Rullũ secunda sic ostendit. Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis ac seminibus, quàm ex his rebus quæ ab ipsa natura, aut à consuetudine suppeditantur quibus alimur & uiuimus. Cartaginenses fraudulenti, & mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis & uarijs mercatorum sermonibus ad studium fallendi studio quæstus uocabantur. Ligures montani duri atque agrestes: docuit eos ager ipse nihil ferendo nisi è multa cultura ac multo labore quæsitã. Campani semper superbi bonitate agrorum & fructuũ magnitudine, urbis salubritate pulchritudine: & quod Cicero ad suum nõ faciens propositum de Romanis omisit M. Cato censorinus suppleuit in oratione, cuius hanc particulam Aulus Gellius habet: cogitate cum animis uestris si quid uos per laborem recte feceritis, labor ille à uobis cito recedet, benefactum à uobis dum uiuetis non discedet: sed si qua per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factum illud apud uos semper manebit. Similes autem grauibus huiusmodi M. Catonis sententijs Cicero ipse diuersis in locis habet. Ticio enim scribens inquit: homines nos esse meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita

Pueros nimio cibo et somno fieri hebetioris ingenij

Nullũ præter pueros foris cœnasse

Pueros duob9 temporib9 in publicum ductos

Parentes Maiores

Patruus Auũculus Amita Matertera Patruus magnus Auunculus magnus Amita magna Matertera magna

Aphri fraudulenti

Ligures duri

Campani superbi

Aurea Catonis senioris sententia

Sententiæ Cicerõis graues

proposita sit uita nostra, neque esse recusandum quo minus ea qua nati sumus conditione uiuamus, neque tam grauiter eos casus feramus quos nullo modo uitare possimus. Et Aulo torquato Cicero, simus igitur ea mente quam ratio & ueritas præscribit, ut nihil in uita nobis præstandum præter culpam putemus, eaq; cum careamus omnia humana placate & moderate feramus, atque hæc eo pertinet oratio, ut perditis rebus omnbus tamen ipsa uirtus sese sustentare posse uideatur. Quam recte factorum uiam imitata iuuentus Romana, id in primis boni moris seruauit, ut senectuti honorem haberet. hinc singulos senes singuli iuuenes deducebant. In conuiuijs iuuenes & loco cedebant, & omni sermone præterquam uno casu, de quo Aulus Gellius ex Tauri philosophi sententia dicit: patrem scilicet filio suo in magistratu publico cũ priuate quid agit̃ præponi, & cõtra in publicis. Vnde est etiam apud Romanos Fabij maximi factum, qui filio consuli apud ocriculum obuius cum equo non descenderet, à lictore iubente consule iussus descendit. Inquitq; Fabius, experiri uolui fili, satin te consulem esse intelligeres. Grandes'que natu maiorum, & sua probe gesta tibijs & carmine celebrabant quo iuuentutem instruerent. Qua ex consuetudine fiebat, ut aut probi & pueri & adolescentes essent Romani, aut si quid in teneriore peccassent ætate, per maiorum conuersationem emendarent. Notum est enim id in uiris plærisque clarissimis contigisse. Manlius nanq; torquatus ab hebeti adolescente ad imperiosum euasit. Scipio superior à luxuriosa iuuentute ad summam, perfectamq; uirtutem. C. Valerius post luxuriosam adolescentiam flamen factus à P. Licinio pontifice maximo ad frugalitatis sanctitatisq; specimen mutatus est. Fabius Maximus allobrogus à perdita adolescentia in uirum grauissimum, pariter Q. Catulus. Sylla fœlix iuuentutem usq; ad ædilitatem egit flagitiosissimam, uino, luxui, ludicræ arti indulgens. post uir fortissimus fuit: multa præclare gessit ante ciuile bellum breuiter superius narrata. Et solido erant urgentissimoq; iuuentuti ad imitationem exemplo uirtutes publico facto ostensæ: perpulchre enim ad rem Cicero ad Lentulum inquit, scripsisse Platonem, quales in re pub. principes essent, tales reliquos solere ciues esse. itaq; pauca de publica Romanorum liberalitate cuius exemplo non liberalis crescere iuuentus nequiret dicenda sunt. Liuius in quinto: cum anxios patres teneret cura auri inueniendi quo donum fieret Apollini pro exsoluendo Camilli uoto capiendis uehijs emisso, matronæ quicquid auri in ornamentis habuerunt cõtulere, unde cratera aureũ Apollini mittendum esse factum. Et libro XIIII Liuius: conuenerunt domini eorum quos T. Sempronius ad beneuentum manumiserat: accersitosq; se à triumuiris mensarijs esse dixerunt, ut precia seruorũ acciperẽt, cæterum non ante quam bello confecto accepturos esse. cum hæc inclinatio animorum plæbis ad sustinendum inopiam ærarij foret, pecuniæ pupillares primo, deinde uiduarum cœptæ cõferri, nusquam eas tutius sanctiusq; deponere censentibus, qui deferebant, quàm in publica fide. Inde si quid emptũ paratumq; pupillis ac uiduis foret à quæstore perscribebat̃. Manauit ea priuatorum benignitas ex urbe etiam in castra, ut non eques, nõ centurio stipendium acciperet, mercenariumq; increpantes uocarẽt qui accepisset. Et XXVI Liuij Leuinus consul in concione inquit. Magistratus senatui, & senatus populo sicut honore præstant, ita ad omnia quæ dura, & aspera essent subeunda ducem debere esse. Si quid iniungere inferiori uelis id si prius in te ac tuos ipse statueris, facilius omnes obedientes habeas. Aurum argentum signatum omnes senatores crastino die in publicum cõferamus, ita ut annulos sibi quisq; & coniugi & liberis, filio bullam, & quibus uxor filiæ'ue sunt singulas uncias auri relinquant: cæterum omne aurum, & æs signatum ad triumuiros mensarios extemplo deferamus publica perdendo tua nequicquam serues. Quisq; aurum argentumq; & ęs in publicum conferunt, tanto certamine iniecto, ut prima singuli inter primos nomina sua uellent in publicis tabellis esse: ut nec triumuiri capiendo, nec scribæ referendo sufficerent. Hunc senatus consensum, equester ordo est secutus, equestrem ordinem plæbs: ita nec remige in supplementum, nec stipendio res pub. eguit. fuit etiam rei pub. in alienos sicut in se ipsam insignis liberalitas. Liuius XXXI de Ptolemæi regis Aegyptij qui Atheniensibus socijs Romanorum præsidia obtulerat, oratoribus: Deinde legatis in singulos quina milia æris senatus consulto missa. Largitionem de qua supra libro tertio est dictum non liberalitatem quis, sed corruptelam iure appellauerit: tamen unicam quia M. Catonis sententia fuit approbata pro liberalitate ponemus: de qua

Honores habiti senibus

Qui ex prauis clari et boni euaserint

Quales principes tales & subditos esse

De publica Romanorum liberalitate

in uita Cæsaris sic habet Suetonius. Cæsar è duobus consulatus competitoribus L. Lucceio, Marcoq́ Bibulo, Luceium sibi adiunxit, pactus ut is quoniam inferior gratia esset, pecuniaq́ polleret, numos de suo comuni nomine per centurias pronunciaret. qua cogníta re optimates, quos metus cœperat nihil non ausurum eum, autores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi, ac plærique pecunias contulerunt ne Catone quidem abnuente eam largitionem quæ pro re pub. fieret. Sed particularem ciuium Romanorũ inter se, & cum alienigenis liberalitatem nõ quidem omnem quod esset infinitum, sed aliqua ex parte dicamus. Liuius libro quinto. Camillus commune cum ceretibus hospitium publice fecit, quod sacra populi Romaní ac sacerdotes seruassent: fuit enim Romæ in campo Martio domus ampla rei pub. propria, quam uillam publicam appellarunt, in qua Syllam uictorem tria milia ciuium inermium interfecisse diximus. In hancq́ domum qui cum re pub. hospitium habebant Romam uenientes eos recipiebant: de publico'que alebantur. Et XXII Liuius, conuenerat inter duces Romanum pœnumq́ in permutandis captiuis, ut quæ pars plus reciperet quàm daret, argenti pondo bina & semilibram in milites præstaret. CCXLVII cũ Romanus plures quàm Pœnus recepisset, argentumq́ pro eis debitum sæpe iactatum in senatu, re quàm tunc consuluissent patres tardius erogaretur, inuiolatum ab hoste agrum Fabius misso Romam filio uendidit, fidemq́ publicam impendio priuato exsoluit: sicq́ Fabius pro captiuorum CCXLVII singulis ducatos nostræ ætatis ad uigintiquinq́ dissoluens, ad ducentos propè & sex milia ex agri uenditione ex proprio numerauit. satis enim supra ostendisse uidemur pondo centum, quæ & libra æris. ducatis decem ualuisse. Et quod Liuius XXVI habet: nunquid non insignis fuit liberalitas Scipionis qua usus est noua Carthagine Hispana potitus. Restituit enim captiuos: libera uit obsides. Mulieres enixe seruari intactas iussit, uirginẽ eximiæ formæ marito cum dote restituit, sponsusq́ breui post liberalitate Scipionis allectus ad eum uenit cũ M.CCCC equitibus. Ne autem liberalitas in solis ducibus Romanis arma tractantibus uim suam effudisse credatur, præstantissimum unius docti & oratoriæ dediti ciuis Romani factum afferemus, æternis laudibus prosequendum. Plinius orator historici nepos Quintilianum rhetorem non magis doctrinæ excellentia quàm uitæ grauitate, &(ut illi ætati mos dicere fuit) sanctitate conspicuum senem & pecunia carentem, dote & omni impensa maritandæ filiæ necessaria dono & liberalitate iuuit. Quintiliano enim scribens ipse Plinius sic dicit. Debet secundum conditiones mariti, ueste, comitatu, quibus non quidem agitur dignitas, ornatur tamen, instrui: Et tanquam parens alter puellę nunc confero quinquaginta milia nummûm. Satis uero supra ostensum est, nummum decimam fuisse partem denarij aurei nunc ducati. Vnde constat quinque milia ducatos dono ciuem doctum & diuitem, docto & pauperi in filiæ dotem misisse. Longum ac propè infinitum fuerit singulas priscorum uirtutes etiam percurrendo ostendere: nec id etiam nostri est propositi, ne philosophari potius quàm mores & instituta illorum qualia præstantis rei pub. tempora fuerint quod intendimus, uelle ostendere uideamur. Itaque minutiora & sparsam omnis uitæ & morum consuetudinem quo meliori dabitur ordine afferemus. Nullam iucundiorem, utiliorem, meliorem priscorum uitæ & morum cõsuetudinem fuisse tenemus, quàm quod bonis delectati artibus, litteris perdiscendis ab ipsa pueritia in decrepitam ætatẽ uel potius in ipsam mortis horam intentissimi erant. qua in re duo imprimis consideranda uidemus: labore id maximo summáque simul industria factitatum esse, unum: alterum, maiora quàm quis inexpertus iudicare possit quietis & roboris animi adiumenta inde comparata fuisse. De labore autem quo breuior eo succosior est Ciceronis ad Leptam sententia: uirtuti sudorẽ deos præposuisse: per multa nanque tempora pueri adolescentesq́ Romani, aut in hetruriam (sicut supra ostendimus) mittebantur, aut Athenas, procul à parentum conspectu bonis artibus imbuendi. quanquam Plinij oratoris temporibus, aut quia Athenæ bellis afflictæ Romanorũ ciuibus gymnasia intermisissent, aut quia abundaret iam præceptoribus urbs Romana, fuit ea consuetudo mutata. Cornelio enim Tacito scribens Plinius sic dicit: nam uebementer intererat uestra qui patres estis, liberos uestros hic potissimum discere. ubi enim, aut iucundius morantur quàm in patria, aut pudicius contineantur, quàm sub oculis parentum, aut minore sumptu quàm domi educentur hic qui nascuntur, statim'que ab infantia natale solum amare ac frequentare

Liberalitas priuata ciuiũ Romanorum

Villa publica

Plinij oratoris liberalitas in Quintilianum rhetorẽ

Nummus decima pars denarij aurei

Romanorum uigilantia in perdiscendis litteris

quentare consuescant? Quantum uero animi quietem præstent bonarum artium studia

De quiete animi quam præstam studia

Cicero scribens Cornificio sic ostendit, ut philosophiæ magnam habeam gratiam quæ me non modo ab solicitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus armat. Et Seruio Sulpitio Cicero: sed mihi ita persuasi: te quoq; in ijsdem uersari rebus, quæ etiam si minus prodessent, animum tamen ab solicitudine abducerent. nec solum litteris &

Romanorum delectatio ex statuis & signis

bonarum artium studijs, sed alijs quoque delectati sunt Romani cognationem quandam cum litteris habentibus, signis scilicet, statuis, & ueterum operibus sculptilibus: plane enim ostendit Liuius Romanos milites monumentis capuæ pridem dirutę altius perfodiendis libentius insudasse, quod aliquantum operũ ueterum perscrutantes inueniebant. Et Plinius orator Seuero: emi proxime Corinthium signum, modicum quidem, sed festiuũ & expressum. Est enim nudum: effingit senem stantem: ossa, musculi, nerui, uenæ, rugæ apparent: Nunc iube basim fieri ex quouis marmore. item Caninio ruffo, de Silio Italico: Multum ubiq; librorum habebat, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo uerum etiam uenerabatur. Et Iulio seuero. Herenius seuerus uir doctissimus magni existimabat in Bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Cornelij nepotis,

Romanorum priscorum delectatio ex agricultura

& Titi accij. proxime ad litteras & doctrinam accessit priscorum delectatio agriculturæ, quam tamẽ primam posuit Varro tantum ei tribuendo, ut longitudinem uitæ hominum maiorem fuisse dicat, quo tempore ex solo agriculturæ fructu uiuebatur, ea quam posteræ habuerunt ætates delicijs usæ. itaq; & nos agriculturam (licet præpostere ad litteras) non laudabimus magis, quàm aliqua ex parte describemus. quanquam & ipse Varro litteras primæ agricolarum institutioni necessarias fuisse dicit in uillico, qui rationes pecoris magistro in scriptis referret. intelligent uero qui attente legent sicut uirtutis, dignitatis, amplitudinis priscorum à litteris & doctrina fuit, ita diuitiarum sine quibus nec priuatæ res nec publicæ possunt subsistere, principium & quidem solidum laudatissimumq; ab agricultura fuisse. Quin unũ nos maximi facimus: Sicut originem diuitijs inculpabilem dedit agricultura, ita amplissimorum stantis rei pub. uirorum & nonnullorũ postea prin-

Diuitiæ ex agricultura iucundissimæ

cipum ingentes toto orbe diuitias possidentium, laudatissimam & simul iucundissimam fuisse opum partem illam, quæ ab agriculturæ partibus proueniret. Sit ergo nobis in hac pulcherrima nostri operis parte à Marci Varronis Marci'que simul Catonis agricultura

Vita rustica urbana antiquior

principium. Cum duæ uitę, inquit Varro, traditę sint hominum, rustica & urbana, dubiũ non est quin hæ non solum loco discretæ sint, sed etiam tempore diuersam originem habeant. Antiquior enim multo rustica: nam fuit tempus cum rura colerent homines, neq; urbes haberent. & infra: urbanis agricolæ præstant: nec mirum, quod diuina natura dedit agros, ars humana ædificauit urbes: cum artes omnes dicantur in Græcia intra mille annos repertæ, agri nunquam non fuerunt in terris qui coli possint. Neque solum antiquior cultura agri, sed etiam melior: itaq; non sine causa maiores nostri ex urbe in agros redigebant ciues suos, quod & in pace à rusticis Romanis alebantur, & in bello ab his defendebantur. Et Varro item. Notum est humanæ uitæ summam minorem gradatim descendisse ad hanc ætatem ut scribit Dicearchus, & summum gradum fuisse naturalem cum uiuerent homines ex his rebus quas uiolata ferret terra. ex hac uita in secundam ascendisse pastoriciam, cum è feris atq; agrestibus arboribus & uirgultis & decarpendo glandem, arbustum, mora, poma colligerent ad usum. Sic ex animantibus propter eandẽ utilitatem quæ possent siluestria caperent, & cõcluderent, & mansuefacerent: inter quas primas nõ sine causa putat oues assumptas propter utilitatem, & propter humilitatem. maxime enim à natura quietæ & aptissimæ ad uitam hominum. Ad cibum enim lac & caseum adhibent, ad corporis uestitũ pelles attulerunt. Ad uetustatem hæc ab Varrone sumpta sint

Agriculturæ dignitas

Dignitatem nunc idem Varro edoceat. Origo agriculturæ quam dixi, dignitas quam dicam. de antiqs illustrissimus quisq; pastor erat, ut ostendit & Græca & Latina historia, & ueteres poëtæ, qui alios uocant polyarnas, alios polymelas, alios polybutas, qui ipsas pecudes propter caritatem aurea fuisse pelle tradiderunt. Quis nescit Faustulũ fuisse pastorem nutricium qui Remũ & Romulũ educauit. nec minor est dignitas agriculturæ quã Marcus Cato affert. Virum bonũ quum laudabant, ita laudabant: bonum agricolam, bonum'que colonum. amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur: maxime quod plus quæstus stabilissimus'que consequitur: miniméque inuidiosi, minimeque male

cogitantes

cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt. Nec paruæ sunt laudes agriculturæ à M. Cicerone, is pro Roscio Amerino orans. Qui ruri semper habitarunt, & in agro colendo uixerunt, quæ uita maxime disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Et infra: At Hercule maiores nostri longe aliter & de illo & de cæteris talibus uiris existimabant: itaq; ex minima tenuissimaq; re pub. maximam & florentissimam reliquerunt nobis. Suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide appetebãt. & item infra. Vita autem hæc nostra quam tu agrestem uocas, parsimoniæ, diligentiæ, iusticiæ magistra est. Columella quoq; in eisdem laudibus est profusus: cum enim temporum suorum negligentiam culturæ agri damnasset sic addit. Sed nostro potius uitio qui rem rusticam pessimo cuiq; seruorum uelut carnifici noxæ dedimus: quam maiorum nostrorum optimus quisq; & optime tractauerit. idq; spernitur genus amplificandi relinquẽdiq; patrimonij quod omni crimine caret. Superest (ut dixi) unum genus liberale. & ingenuum rei familiaris augendæ quod ex agricultura contingit. Et item inferius: complurimis monumentis scriptorum admoneor, apud aliquos nostros fuisse gloriæ curam rusticationis. Ex qua Q. Cincinnatus obsessi consulis & exercitus liberator ab aratro uocatus ad dictaturam uenit, ac rursus fascibus depositis quos festinantius uictor reddiderat, quàm sumpserat, ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum auitum prædiolum redierit. item C. Fabritius, & Curius Dentatus: alter Pyrrho finibus Italiæ pulso, domitis alter Sabinis accepta quæ uiritim diuideban tur captiui agri septem iugera non minus industrie coluit. quàm fortiter armis quæsierat. Et Plinius ipsorum tunc manibus triumphatorum colebantur agri: ut fas sit credere gaudentem tũc terram uomere laureato uberiorem dedisse fructum. Illi enim eadem cura curabant semina qua tractabãt bella. Sed iam culturæ agri uetustate & dignitate simul osten sis, eius instituta dicamus, quæ tris in partes diuisa sunt, agri seminarij curæ, una. pecuariorum & pastionis secunda, & tertia uillarum. agri seminarij pars ideo breui à nobis expedietur: quia partim de ea nuper aliqua diximus: partim multa in duabus alijs partibus dicentur ad eam spectantia. nam nihil æque agrum reddit feracem, quàm aratoris diligentia & assiduitas. qualem Cincinnatum, Fabriciumq; & Curium paucis arandis iugeribus adhibuisse diximus: cum è contra uincti pedes, damnatæ manus, inscriptiq; uultus, omnia in peius uertant. Stercorationem uero de qua Marci duo Varro & Cato multa dicunt, agris plurimum prodesse non negauerim. In primis tamen agricolatoris diligentia plurimum ualere uidetur: ut non iniuria agrũ male colere fuerit nota censoria. Et castigatio item censoria fuerit minus arare quàm uerrere. Et uera fuerint quæ templorum sacerdotes pruden ter à se dicta oraculo Apollinis falso attribuerunt, Nequam agricolam esse quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset: malũ patremfamilias quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate cœli: peiorem qui profestis diebus ageret, quod feriatis fi ceret, pessimum qui sereno die sub tecto potius operaretur, quàm in agro. Potuitq; ad omnem huius agriculturæ partis institutionem. satis esse: quod Plinius de C. Furio Cresino habet. Cum enim in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex amplissimis uicini, inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret ueneficijs: Quam ob rem à Spurio Albino curruli die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum omne rusticum in forum attulit, & induxit filiam ualidã atq; bene curatam, ac uestitam, ferramẽta egregie facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos: postea dixit, Veneficia mea quirites hæc sunt: nec possum uobis adducere in forum lucubrationes, uigilias, & sudores: itaq; omniũ sententijs absolutus est. Et quando non detur agriculturam proprijs & filiorum manibus sicut Cresino exercere, proximũ est quod prisci in prouerbijs habuerunt attendere, optimum omnium esse fimum, qui ex frequenti uestigio domini in agrum cadit: & ad similitudinem traducere, sicut equum ita agrũ impinguare domini oculũ. Ad alias agriculturæ partes duas pecuariæ pastionumq; simul, & post uillatum ueniamus: quarum inter se diuisarum, principes quoq;, qui eis præ ponuntur diuisos esse inquit Varro, q; unus uillicus, alter uocatur magister pecoris. isq; ut habeat scripta oportere dicit Varro, q; sine literis idoneus non esset, qui rationes dominicas pecuarias conficere posset. hanc uero pecuariæ & pastionum partem secundã cum uillarũ adiacẽtijs simul tractare cogimur, quod licet Varro nomina principibus, ut appellauit, earum diuisa dederit: unam tamen & eandem simul curam eos habere oportuit: ut

Tres agriculturæ partes

Quæ prosint agris

C. Furius Cresinus

Oculus domini impinguat agrum

De magistro pecoris

p dum

dum uillicus non solum ædificia uillæ, sed coniuncta illis uiuaria, ornithones, leporaria, & ferarum claustra curat: magister uero pecoris non magis ouium & boum aliorumque animalium quàm cicurum & clusorum siue animalium siue piscium pastionis habet rationẽ, patrisfamilias res rustica bene succedat. Et quidẽ in pecuaria postquã Varro laudes ouis supra dixerat: de bobus secundo loco scribit, quorũ auctoritatem in pecuaria maximã esse uult oportere, præsertim in Italia: quæ à bobus nomen habere existimatur. potuimus hoc in loco quæ supra in uectigalium partibus sunt à nobis dicta repetere, de ouium & pascuorum quæstu, qui in Appulia & Samnitium montibus à Romanis fiebat: & de uacarum, equarũ, caprarumque gregibus alendis, ex quibus magna uillæ & patrifamilias accedit utilitas. Sed hæc & similia prout à Varrone & Catone alijsque uel præpostere habentur referre oportet, primũque pecuaria appellasse maiores omnia ex quibus populus Romanus haberet redditus: quia diu hoc solum uectigal Romanis fuit, locupletesque loci, id est agri plenos. A diuisione tamen rei rusticæ quam Varro posuit incipientes omnia præterquã uillæ ædificia in ipsas tres partes conferemus, etiam à cæteris scriptoribus excerpenda. Rusticæ disciplinæ inquit Varro genera sunt tria: Ornithones, leporaria, piscinæ: ornithones dico omnium alitum, quæ inter parietes uillæ solent pasci. Ex qua quidem alitum pastione maiores aliquando fructus captos esse affirmat Varro quàm ex toto fundo capi cõsueuerint. Aliquando enim uidisse dicit greges magnos anserum, gallinarum, columbarum, gruum, pauonum, nec non glirium. Ex quibus rebus scriba librarius libertus eius in annos singulos plus quinquaginta milia capere dicebat. Et in eodem dialogo Accius affirmat. Certe nostri materteræ meæ fundum in Sabinis, qui est ad X X I I I I lapidem uia salaria à Roma In hac uilla quĩ est Ornithon ex eo me quinque milia scio uenisse turdorum denarijs ternis. Quid autem proprie sint & unde habuerint originẽ Ornithones sic habet Varro. primus ille gradus maiorum nostrorũ erat in quo essent auiaria dumtaxat, in plano, cohors in qua pascebantur gallinæ, & earum fructus erant oua & pulli. Alter sublimis in quo erant columbæ in turribus, aut summa uilla. Columbarum duo genera: Vnum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo appellatæ columbæ. Alterum genus columbarum est clementius, quod cibo domestico contentũ intra limina ianuæ solet pasci. ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque concedunt in locũ unum quod alij uocant peristerona, alij peristerotrophion, in quo uno sæpe uel quinque milia sunt inclusæ, Nihil celerius, fœcundius. cõtra autem auiaria sunt nomine mutato: quod uocantur ornithones, in quibus stabulantur turdi & pauones. Auiaria scribit Plinius primũ instituisse inclusis omnium generum auibus. M. Lelium Strabonem Brundusij equestris ordinis, hæcque eadem sunt auiaria quæ dicit Varro nomine mutato uocata esse ornithones, in quibus stabulentur turdi & pauones. Et infra: de ornithone qui fructus causa fit nõ nisi pingues sumuntur turdi. igitur testudo, aut peristylium tueri debet uirgultis, aut rete ferreo, in qua milia aliquot turdorũ aut merularũ includi possint, præterea aliæ quoque aues, quæ pingues ueneunt care, ut turtures aut coturnices. Refert autẽ Plinius Cornelium Nepotem scripsisse turdos paulo ante Augusti ætatem impinguari cœpisse. Et ciconiam magis placuisse quàm gruem: Et insuper addit ipse coturnicibus ueneni semen gratissimum esse cibum, quam ob causam eas damnauerint mensæ, simulque comicialem propter morbum, quem solæ animaliũ sentiunt præter hominem. Sequitur Varro in hoc tectum aquã uenire oportet per fistulam, & eam per cannales angustos serpere, qui facile abstergi possint. De pauonibus nostra memoria inquit greges haberi cœpti & ueniere magno. Ex his M. Aufidius Lurco supra sexaginta milia nummos in anno dicit capere. Paulus iureconsultus de legatis. Auibus legatis, anseres, phasiani, gallinæ & auiaria debentur. phasianarij autẽ & pastores anserum non cõtinentur. Alexandrum Seuerum imperatorem Mammea genitum christiana laudibus à nobis sæpissime celebratum, hoc loco supra uires extollere gestimus. de quo habet Helius Spartianus. habuit sanè in palatio unum genus uoluptatis quo maxime delectatus est: in quo sollicitudines publicas subleuauit. Nam auiaria instituerat pauonum, phasianorum, gallinarum, anatum, perdicum, maxime palumborum: quos habuisse ad uiginti milia perhibetur: & ne earum pastus grauaret annonam, seruos habuit uectigales, qui eos ex ouis & pulcenis & pipionibus alerent. Et noster Cicero ad Papirium Petum. Plures enim pauones confeci quàm tu pullos columbinos. proxima fuit

Pecuaria

Locupletes

Ornithones

Columbarum duo genera

Colũbæ unde

Miscellæ

Auiaria

M. Lelius Strabo auiariorũ repertor

Quã ob causam coturnices damnatæ

Auiaria Alexandri Seueri

fuit alitum pastioni alendarum apum industria : de qua & si multa dici possent à Virgilio
De apum pa/stione
sumenda: satis erit pauca ab eodem Varrone uel trunca accipere,uberrimos qui inde pro/
uenerunt fructus quæstusq; ostendentia. Auctorem, Varro inquit,habeo non solum qui
aluearia sua locata babet quotannis quinis milibus pondo mellis, sed fratres ex agro fali/
sco locupletes,quibus cum à patre relicta esset parua uilla, & agellus nõ sanè maior iuge/
ro uno,hos circum uillam totam aluearia fecisse,qui nihilominus aut peræq; dicerẽt,dena
milia sestertia ex melle recipere se solitos.apes cum examen exiturum est quod fieri solet
cum educatæ prospere sunt multæ,ac progenitas in coloniam mittere uolunt:ut olim cre/
bre Sabini factitarunt propter multitudinem liberorum.Sed iam ueniendum est ad secun/
Hic nonnulla desunt
dam proximę diuisionis nostræ partem leporaria,cuius uerbi uim sic ipse exponit Varro:
leporaria te accipere uolo non ea,quæ tritaui nostri dicebant,ubi soli lepores sint:sed om/
nia septa ac affixa uillæ quæ sunt: & babent inclusa animalia, quæ pascuntur. & infra:in
leporario pater tuus Acci præterq; lepusculum nibil uidit. neq; enim erat magnũ id sepiũ
quod ut nunc baberẽt multos apros ac capreas,cõplura iugera macerijs concluderentur.
Aulus Gellius:uiuaria ueteres quandoq; leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur
Viuaria,eadẽ quæ lepora/ria & robo/raria
animalia:quandoq; roboraria à modo claudendi roboribus : sicut præclarũ uirũ Cosmam
medicum in triuio mugelli uilla babere uidemus.Et Plinius.uiuaria ferarum primus Ro/
mæ instituit Fuluius Lupinus.nec diu imitatores defuere. L. Lucullus & Quintus Hor/
tensius. Varro autem sic babet.Quintus Fuluius Lupinus dicitur in Tarquiniensi habere
Viuaria fera/rum
septa iugera quadraginta : in quo sint clausa non solum ea quæ dixi, sed etiam oues. præ/
terea in eodem consepto feræ haberi solent codiceria ex arborum corticibus, atque al/
Codiceria
uearia, atque etiam dolia ubi habeant conclusos glires. Tertium est genus quod in Gallia
& Hispania nascitur simile nostro lepori,quem cuniculum appellant.Apros postca habu/
Cuniculus
ere in leporario nec magno negocio ibi exceptiuos & cicures:namq; fundũ emit in tuscu/
lano bic Varro à M.Pippio Pisone. Vidisti ad buccinam inflatam certo tempore apros &
Buccinæ soni/tu feras ad pa/bulum conue/nisse
capreas conuenire ad pabulum:cum è superiore loco è palæstra apris effunderetur glans,
capreis uitia,aut quid aliud.Ego uero inquit ille apud Q. Hortensium cũ in agro laurenti
essem ibi istuc magis magnificũ uidi.Nam silua erat ut dicebat supra quinquaginta iuge/
rum,maceria septa,quod non leporarium,sed theritrophion appellabant.Ibi erat locus ex
celsus,ubi triclinio posito cœnabamus apud quod orphea uocari iussit: qui cum eo uenis/
set cum stola & cithara,& canere esset iussus,buccinam inflauit, ubi tanta circumfluxerit
mox ceruorum,aprorum,& cæterarum quadrupedũ multitudo,ut non minus formosum
mihi uisum sit spectaculum q; in circo maximo ædilium,sine Apbricanis bestijs cum fiunt
uenationes. Quando autẽ cõtigisset cõmoditas uenationibus delectati sunt prisci:Plinius
Priscorũ dele/ctatio ex ue/natione
orator Cornelio Tacito.Apros tres equidem pulcherrimos cepi.ipse inquis? ipse,non ta/
men ut omnino ab inertia mea & quiete discederem.Ad retia sedebam.erant mihi proxi/
ma,non uenabulum,aut lancea,sed stilus & pugillares: meditabar aliquid enotabamq;,ut
si manus uacuas,plenas tamẽ ceras reportarem. Et Macrobius in saturnalibus scribit:ue/
natores aprorũ si noctu apros deferebant acutum infigebant abenum, ut à putredine ser/
uarẽtur. Tertiæ tandẽ parti piscinis intendamus:de quibus Varro.Similiter piscinas dico
De piscinis
eas quæ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad uillã.ad quas tres partes cõmode
& utiliter habendas,parari oportere uult Varro tria artificũ genera:aucupes scilicet,uena
tores,& piscatores à quibus emãtur ea quæ seruorũ diligentia tuearis.Hisq; tribus generi
bus priscorũ frugalitatẽ bene,& posteriorũ luxuriem male usam fuisse dicit. aquam enim
nisi dulcẽ babuisse priscorũ piscinas scribit:in qua dumtaxat scaros & mugiles pisces ale/
rent.sed breui post L.Philippus & Hortẽsius tam refertas piscibus babuerũt piscinas, ut
Cicero eos piscinarios appellauerit.M.Cato Vticensis hæres à Licinio relictus,pisces qui
in eius piscina erant XL milibus uendidit. sed sua ætate luxuriem propagasse, leporaria
& piscinas proferendo ad mare,& in eas pelagios greges piscium reuocasse.propter quas
appellati sint Sergius Orata, & Licinius Murena.Nam uiuaria coclearũ scribit Plinius à
Sergius Ora/ta
Fuluio Hirpino instituta fuisse in Tarquiniensi,paulo ante bellũ Cæsaris & Pompeij, di/
Licinius Mu/rena
stinctis generibus,ut separatim essent albæ quæ in reatino agro nascuntur, separatim Illiri
cæ, quibus magnitudo præcipua, Apbricanæ quibus fœcunditas,Solitanæ quibus nobili
tas.Quin & saginã earũ cõmentus est sapa & farre.C.quoq; Hircius uno tempore Cæsari

p 2 sex milia

sex milia murenarum mutua dedit in pondus, & propter pisciũ multitudinẽ quadragies sestertio uilla eius uenijt. Et Pollio eques Romanus ex amicis Augusti uiuarijs murenarum immisit damnata mancipia. Antonia uero Drusi uxor Murenæ quã diligebat inauris addidit, cuius fama multi baulos uidere cupiuerunt, in baiano sinu centum ab urbe milibus semotos.

Flutæ Murenas uero à freto siculo scribunt Gellius & Macrobius flutas fuisse habitas: Sic dictas q fluitarent pinguedine, & à sole torrefactæ. Fuerũt autẽ apud maiores in precio & delicijs pisces aliqui, quorum aut immutata sunt nomina, aut perijt species. Scribit namq; Plinius mullũ suis temporibus fuisse in honore, quorũ unus septẽ milibus fuerit emptus, cum tamen nullus unq; inuentus sit qui excederet pondo. Et Seneca quarta de

Mullus centesima epistola: Mullum ingentis formæ Tiberius Cæsar missum sibi, cum in macellũ deferri & uenire iussisset: amici, inquit, omnia me fallunt, nisi illum mullum aut Apicius emerit, aut P. Octauius. quinq; sestertijs Apicius emit piscẽ quẽ Cæsar uendiderat. Et ac-

Accipenser cipenser qui squama esset inuersa in magna pariter existimatione erat. De quo Macrobius. Scipio Aphricanus cum accipenser piscis & rarus & precio carus sibi esset allatus, unũ & post alium ad cœnã (ut refert Cicero) inuitabat: Pontius quidam inquit: uide quid agas,

Lupus accipenser iste paucorum hominũ est. Lupum piscem Plinius multi factum esse dicit, præsertim si inter duos pontes esset captus ubi stercora lamberet: Vnde nõ magis proprie tũc Caius Ticius, q; nos nunc ganeones & aleatores lupos inter duos pontes appellare possumus. Sed ætatis nostræ docti, lectione Plinij delectati, cum accipenseris & mulli nullã aduenire possint inter nostri temporis pisces similitudinem, lupum esse contendunt, quem uulgo sturionem appellant, qui in tyberi & ad pontes nunc extantes optimus capitur. Quod autẽ ex Plinio supra diximus Ciceronem Philippũ & Hortensium piscinarios appellasse, sumptum est à Plinio ex epistola Ciceronis ad Atticum, ubi sic est. Mihi uero ut inuideant piscinarij nostri. Tribus rusticæ disciplinæ generibus explicatis alia ad agriculturam, ad ipsaq; eius disciplinæ genera uarijs facientia modis dicemus. Eritq; à re diuina initium.

Lustratio agrorum Agrum si lustraueris, inquit Cato, oures lustrare Ianum Iunonemq; uino, præfaturus sic dicito. Mars pater te precor quæsoq;, ut sciens uolens propicius mihi sis, domui familiæq; nostræ: Boues ferijs coniungere licet. hæc licet facere, aduehant ligna, fabalia, frumentum; quod non daturus eris mulis, equis, asinis. feriæ nullæ nisi in familia sint. partem uero hanc in pecuaria esse inquit Varro, quæ non paratur, ut ex his capiatur fructus. sed propterea

Votum pro bobus ut fructus ex ea sint, muli scilicet, canes, & pastores. uotum pro bobus ut ualeant, Cato sic docuit facere. Marti Siluano in silua interdiu in capita boum singula uotum facito: farris pondo tria, laridi pondo quatuor & dimidium, & pulpæ idem in unũ licet conijcere. Eam

Disciplina rustica rem diuinã seruus uel liber facito: mulier ne adsit. post rem diuinã, rusticam disciplinã sic edocet Cato. Ager quando instruitur C C C L iugerum, uillicũ uillicam, operarios, bubulcos tres, asinarium, bubulcum, opilionem, tredecim boues, trinos asinos clitellarios, molas asinarias unas, trusatiles unas, hispanienses unas, abacum unum, lectum in cubiculo unũ, lectos loris subtentos quatuor. Et si erit centum iugerum ager: Asinarios, plostrarios duos, Asinum molarium unum, Abacum unum, arcam uestiariam unam, armarium promptuarium unũ: Ornamenta bobus, & asinis instrata tria. Loram bibat familia menses tres, mense quarto, quinto, sexto, septimo, octauo in dies sextarium, id est in menses congios quinq;. Vestimẽta familiæ tunicam pedes tres & semis. saga alternis annis. quoties cuiq; tunicam, aut sagum dabis prius ueterem accipito: unde centones fiant familiæ. cibaria, qui opus faciunt, per hyemem tritici modios quatuor: per æstatẽ modios quatuor & dimidiũ. cõpeditis: per hyemẽ panis pondo quatuor. Vbi uineã fodere cœperint panis põdo quin-

Villici officiũ que: usq; adeo dum ficus esse cœperint, deinde ad pondo quatuor redito. Villici officium, quæ emi parariq; oportet, quæ cibaria, quæ uestimenta familiæ dari oportet: eadem uti curet, faciatq; moneo, dumq; dicto audiens sit hoc amplius, uti ante aduentum domini quæ

Villicæ officia opus sint parentur, curẽturq; diligenter. Villicæ quæ sunt officia. Si eam tibi dominus dederit uxorẽ, ea esto contentus, ea te metuat facito, ne nimiũ luxuriosa fiet. Vicinas aliasq; mulieres q; minimũ utatur, ne ue domũ ad se recipiat. Ad aram nequo eat, ne ue ambulatrix sit. Rem diuinã ne faciat iniussu domini, aut dominæ. Scito dominũ facere rem diuinã pro tota familia. munda sit, uillam conuerse mundeq; habeat. hanc uillicæ disciplinã nostri temporis nulli per Italiã proponi oportet, q non seruos, sicut maiores nostri, sed rusticos

habemus

habemus semipatronos, uxores suas frugi mulieres, & sibiipsis utilissimas habentes. pars
tamen unica fortassis fuerit memoranda agricolatoribus Romam incolentibus: quorum
uxores perpetuæ sunt ambulatrices, ad arasq; urbis singulas, penè singulis ambulant die-
bus. Sequiturq; in uillicæ disciplina Cato: Kalendis Maijs festus dies cum erit, coronã in
focum ardeat: per eos deniq; dies lari familiari pro copia supplicet. Cibum tibi & familiæ
curet, uti coctum habeat. pira arida, sorba, ficos, uuas passas seruet in sapa, & pira & nuces
in dolijs & mala. Vuas in urceis & myrteis in terra obrutas, & nuces prænestinas recen-
tes in urceo in terra obrutas habeat. Mala scantiniana in dolijs. Hæc omnia quotannis dili-
genter ita condita habeat. Farinam bonam & furfur subtile sciat facere. Vnum autem hac
in re M. Cato ut in cæteris sapientissime scripsit. humanissimum & utilissimum fore, ut di
ligant uicini nec familiæ tuæ sint malæ. Traditq; Plinius in duodecim tabulis nusq; dici
uillam, sed ortum, qui primum Athenis ab Epicuro fuerit institutus. usq; enim ad Epicu- *Quando pri-*
rum ortos non fuerat moris haberi in oppidis. additq; Plinius Romæ quidem per se ortũ *mum ortu in-*
pauperis agrum fuisse: qui & subiungit, per ætatem suam ortorum nomine ingentia in ur *stituti*
be Roma fuisse palatia. Sed quantũ spectat ad ortos qui secus uillas in re rustica habẽtur:
commendat Plinius herbas nõnullas his uerbis. Fertur in templo Apollinis delphici adeo
cæteris herbis prælatus Raphanus, ut ex auro dicaretur, beta ex argento, rapum ex plum- *Raphanus,*
bo. Sic M. Curius rapum torrẽs in foco aurum à Samnitibus oblatum repudiauit. Et alliũ *beta, & ra-*
ac cepas inter deos, & iusiurandum habet Aegyptus. Brassica in medicinam populus Ro- *pum dicaban-*
manus sexcentis annis est usus. Refertq; Plinius Marcum Catonẽ illum superiorẽ omni- *tur Apollini*
um bonarum artium magistrum, diu duntaxat paucarum herbarũ noticiam attigisse. un- *delphico*
de libet aliqua herbarum & seminum uocabula afferre à Nonio Marcello sumpta. aspara-
gus nunc etiam notissimus. Tisatiaq; & lepatia. Nasturtiũ & sinapi. portulaca & ocimum *Tisatia*
semen uiciæ simillimum. Sed & uocabula eodem loco Nonius exponit quorundã ex agri *Nasturtium*
fructibus: quos supra Marcum Catonem à uillica parari debere ostendimus uoluisse. Lo- *Lora*
ra est potio confecta ex ordeo. Sapa cuius & uerbũ & usum retinemus, si obdurior defru- *Sapa*
tum, si liquida est miriola. de qua Festus: mirrina genus potionis, hanc mulieres miriolam *Defrutum*
uocant, à genere uuæ dictam quidem putant. & Plinius: apud priscos uina erãt miro odo- *Miriola*
re condita. qui & alibi addit quosdam uinis unguẽta addidisse. Plautus in Persa & calamũ
uino addi iubet, idq; uinum mirina appellatur. quo item uocabulo dulcia melle condita *Mirrina*
dicta sunt. Vlpianus iureconsultus: uinum si quis legauerit omne continetur quod ex ui-
nea natũ. est uinumq; permansit, sed si mulsum factum sit uini appellatione non cõtinebi-
tur, nisi forte paterfamilias etiam de hoc sentit. Certe Zitum quod in quibusdam prouin- *Zitum*
cijs ex tritico, & ordeo uel ex pane conficitur non continebitur: simili modo nec canium, *Camum*
nec ceruisia continebitur: nec hydromeli quidem conditũ. Nec hoc pacto (nisi alia mens *Ceruisia*
testatoris fuerit) œnomeli (plane id est dulcissimum uinum) & passum, & defrutum non
continebitur. quod potius conditure loco fuit Accinaticum, cum planè uino continetur.
Passum uua decocta & sole siccata. Turunda genus panis ex farre cũ dulcibus. Plinius scri *Turunda*
bit primum in latio cibum pultem fuisse nõ panem, argumentoq; ad id esse quod pulmen- *Puls primus*
taria pro cibis sua etiam ætate dicerentur. & panem lautissimũ fieri è siligine. inde subdit *in latio cibus*
pistores Romæ non fuisse ante Persicum bellũ annis urbe condita super quingentos octo *Pulmentaria*
ginta. ipsos quirites panem fecisse, & id opus mulierum fuisse. pistores uero uult tantum *Pistores*
dictos illos qui far pinsebant. Exinde in pisturam delapsus modum narrat, quem in pinsen
do Hetrusci tenuerunt, male nunc intelligibilem: tamen affirmat maiorem Italiæ partẽ nu-
do usam pilo, & quosdam rotis quas aqua uersaret: sicut & omnes pridem in toto orbe fe-
cerunt: quæ ædificia cum instrumento appellant molendina, priscos autem sicut ipse uult *Molendina*
Plinius, pilo uidemus usos, & singulos patresfamilias, singulas domos frumentum sibi in
farinam attriuisse: quod officium supra Plinius uillicæ attribuit, & molæ asinariæ scilicet *Finitores*
ad pistrinum cuius passim in urbe & uillis fuit usus. Et quando uocabula attingimus rei *Decempeda*
rusticæ, finitores esse uoluerũt, quos & agrimensores appellant, decempedamq; uirgultũ *Iugerum*
uel hastã quæ metiendis agris adhibetur, & iugerũ terræ quantũ duo iuncti boues uno die *Hara*
arant, haram porcorum stabulum, burim aratri extremam partem. Stiuam uero manubria *Buris*
quibus sustentatur à bubulco aratrum. demum & legem dicemus laurentum, qua sancitũ *Stiua*
est: ne pomum ex alieno legatur in armum, id est quod humeri onus sit. & alia per latium *Lex laurentũ*

Lex pagana lex pagana fuit, ne mulieres per itinera ambulantes torquerẽt fusum, aut omnino detectũ
Platani in delicijs ferrent, quoniam aduersetur omni frugũ spei. Arborem platanũ habuerunt in uillarũ de-
licijs maiores, quas uino irrigasse Hortensium scribit Macrobius: nostra non habet ætas,
præsertim eo recognitas uocabulo, sed frequentes alicubi habet Italia cedros, quibus eam
caruisse scribit idẽ Macrobius. Fenestella tradit nõ fuisse oleã in Hispania, Italia & Aphri-
Cerasa ca Tarquinio Prisco regnãte, anno urbis tertio octogesimo centesimo. cerasa Lucullus in
Nuces Italiã primũ anno urbis sexcentesimo octogesimo è ponto tulit. nuces dictæ, ꝙ foris duræ,
Iuglans sicut iuglans nũc solo nucis uocabulo appellata, auellana quæ & corilus, castanea, amyg-
Auellana quæ & Corilus dala, pinea: mala uero dicta sunt ꝙ mollia. Florentinus iureconsultus inquit, frugem pro
redditu appellari, non solũ quod frumentis aut leguminibus, uerum etiã quod ex uino uel
siluis cæduis, è fodinisq; lapidicinis capitur. Calpar uult Festus Pompeius, uinũ esse nouũ
Mala unde quod ex dolio demitur sacrificij causa anteq; gustetur: Ioui enim sua uina libabant, quæ
Frux appellabãt festa uinalia. Mos fuit latinis quo die quis primo gustaret mustũ, dicere, ominis
Calpar gratia. Vetus nouũ uinum bibo, ueteri nouo morbo medeor. A quibus uerbis meditricæ
Vinalia deæ nomen conceptũ, cuius sacra retro meditrinalia appellata sunt: Habet autẽ Plinius de
Mos latinorũ uino multa quæ diligenter duximus afferenda: primũ prorsus dici posse inquit neq; uiri-
Meditrinalia bus corporis utilius aliud, neq; aliud uoluptatibus perniciosius si modus absit. Vini uero
Vini usus Romæ usum Romæ & per Italiã, per regum & crescentis rei pub. tempora fuisse rarum multis in
locis inuenio. L. Papirius imperator aduersus Samnites dimicaturus uotũ fecit, si uicisset
Ioui poculũ uini. Et inter dona sextarios lactis datos, nũq; uini Plinius asserit. Et prolibare
dijs uino nefastum fuisse, præter imputatæ uitis, fulmine tactæ, quamq; iuxta homo pepen
disset laqueo, aut quæ uulneratis pedibus calcata esset. Et Romulus lacte nõ uino libauit.
Lex Numæ Vnde legem tulit Numa, uino rogũ ne quis spargeret, quod sanè fecisse illum uini inopia
cõstat. Eademq; lege ex imputata uite libari uina nephas indictũ. Varroq; est auctor Me-
zentium Hetruriæ regẽ auxiliũ Rutulis cõtra latinos tulisse, uini mercede, quod iam in la-
Iocus Cineæ tino agro haberi cœpisset. Vnde iocus ille prodijt uiri excellentissimi Cineæ regis Pyrrhi
oratoris: cuius à Romana legatione ad regẽ suũ redeuntis serui & familiares cũ apud Ari
ciam urbẽ nunc funditus dirutã, uino immoderatius hausto, ut solent ebrij capitis dolorẽ
& nauseam ab aeris grauitate causarentur: quin inquit ille, uini hoc effecit austeri inhuma
niq; malignitas: unde iter agens inspectas altissimis in ulmis (quod etiã nunc fert regionis
natura) uites illis ostendit, matremq; dixit uinorũ, à quibus tantũ acceperant incommodũ,
nefas fœminis Romæ uinum bibere in tam alta cruce merito pendere. Non licebat etiã Romæ fœminis uinũ bibere, quod qui
dem multis postea sæculis seruatũ fuisse uidemus. Nam dotale nos instrumentũ legimus,
ante annos paulo plus minus trecentos adstipulatũ, quo genitori sponsæ maritus promit-
tit, quoties peperisset uinum illi octo primis diebus quantum deceret bibendum dare, &
pariter de consilio medici quamdiu ægrotasset, insuper festo quoque solenni die potu il-
Vt propinqui fœminæ osculum darent lam unico oblectare. Sed ad priscos: Cato censor constituit, ut propinqui fœminæ oscu-
lum darent, quo scirent illi an temetum oleret. Exemplo enim id factum uidetur Egnatij
Metentini, quem constabat uxorem ꝙ uinum è dolio bibisset, fuste occidisse, & fuisse à
Romulo absolutum. Gneusq; Domitius iudex post Catonis legem pronunciauit mulie-
rem uideri plus uini bibisse uiro inscio quàm ualetudini expediret, & dote mulctauit. an-
no autem urbis conditæ tertio trigesimo sexcentesimo uina cœperunt in apothecis diu
seruari. Vnde à consulum nominibus censebantur, & tunc transmarina & phalerna no-
sci cœpere. P. Licinius Crassus & L. Cæsar censores anno urbis C C C C C C L X V sta-
Vini græci gratia tuerunt nequis uinum græcum plus octonis æris singula quadrantalia uenderet. Tanta
autem uino græco gratia erat, ut singulæ potiones in una cœna darentur. L. Lucullus pu-
er apud patrem nunquam lautum conuiuium uidit, in quo plus semel uinum græcum
daretur. ipse cum redijt ex Asia congiarium diuisit amplius centum milia cadorum. Cæ-
sar dictator in triumphi sui cœna uini phalerni amphoras centum, chij cados centum in
conuiuia distribuit. Idem Hispaniensi triumpho chium & phalernum dedit. Epulum ue-
ro in tertio coosulatu phalernum habuit, chium, lesbium, cyprium, quo primum tem-
pore genera quatuor uini cœpta apponi, postea omnia in nobilitatem uenere. Hæc an-
Institutũ ut ieiuni biberent no urbis septingentesimo. Tiberio postea principe institutum, ut ieiuni biberent, po-
tusque uini antecederet cibos. Externis id artibus & medicorum placitis sese nouitate
aliqua

aliqua cõmendantiũ. Pudet pigetq; referre quod Plinius post supra dicta habet, M. Cice/
ceronem filium ebrietati deditum, binos cõgios simul haurire solitum. Sed quod dicit Pli *Ciceronis fi/*
nius: hanc gloriã nimirum auferre uoluit interfectori patris sui M. Antonio. Is enim ante *lius ebrietati*
eum auidissime apprehenderat hanc ebrietatis palmã, edito etiã uolumine de sua ebrieta/ *deditus*
te, quo patrocinari sibi est ausus. Exiguo tẽpore ante bellũ Acciacũ id uolumen euomuit, *Liber M. An/*
quo facile intelligatur ebrium iam sanguinẽ ciuiũ sitiuisse. Nam & hæc necessitas uicium *tonij de sua*
comitatur, ut bibendi consuetudo augeat auiditatẽ. Et Macrobius in ebrietatẽ procliues *ebrietate*
fuerunt multi imitatione Platonis ut dicebãt inuitati, à quo ferebatur dictum esse, fontem
& incitabulum ingenij esse uirtutisq; si mens & corpus hominis uino flagrarent. Idemq;
est auctor, Mulieres raro inebriari, crebro senes. Vnde Augustus Octauius prudenter re/
spondit, Qui quærẽtem de inopia uini populum Romanũ grauissima coercuit uoce, satis
dicens prouisum à genero suo Agrippa, perductis in urbem plurimis aquis ne populus si/
tiret. & de Pescenio nigro imperatore scribit Helius Spartianus, Hic erga milites tãta fuit *Pescenij impe*
censura, ut cum apud Aegyptũ limitanei uinũ peterent responderit, Nilum habetis & ui/ *ratoris censu/*
num petitis, siquidẽ tanta est aquæ illius dulcedo, ut accolæ uinum non quærant. Item tu/ *ra in milites*
multuãtibus ijs qui à Sarracenis uicti fuerãt, & dicentibus uinũ nõ accepimus, & ideo pu *Nili aqua*
gnare non possumus, erubescite inquit, illi qui uos uicerunt aqua utuntur, & iussit uinũ in *dulcis*
expeditione neminem bibere. Agrorũ cultura cum ijs quæ uitæ hominum sustentationi
atq; etiam delectationi siue gignũtur in illis siue industria à patrefamiliàs diligẽtiore com/
parantur ostẽsis, traxit nos quorundã ex priscis ipsarum rerum, præsertim uini abusus ad
ebrietatis eorum descriptionem: unde non indecens esse ducimus, conuiuiorum & cœna *De conuiuijs*
rum, quæ caste & sobrie fierent, & earum quæ opipare ac laute pararentur, exinde maio/
rum antedictis ebrietatum & habitarum effusius comessationum immoderatas consuetu
dines ostendere. Et sicut ebrietati damnandæ initium Cicero filius dedit, ita honestioris in
cœnando uerbi rationẽ à genitore sumemus, qui Papirio Pæto scribens, inquit, Sapiẽtius *Symposia*
nostri, quàm Græci: illi symposia, id est, cõpotationes, nos cõuiuia, quod tum maxime si/ *Conuiuia*
mul uiuitur appellamus. uides ut te philosophando reuocare coner ad cœnas? Non multi
cibi hospitem accipies, multi ioci. Certumq; est quod tunc per iocum scripsit Cicero ue/ *Cicero in ci/*
rum fuisse, eum in cibo potuq; temperatissimũ fuisse. Trebatio enim scribẽs, inquit: Cum *bo & potu*
non probarem me non ualere, quia febrem non haberem, fugi in Tusculanum, cum qui/ *temperatissi*
dem biduo ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem, itaq; ego qui ostreis & mu *mus*
renis facile abstinebam à beta etiã & malua deceptus sum. & Papirio Pæto, Hircium ego
& Dolobellam habeo dicẽdi discipulos, cœnãdi magistros: nec tamẽ eas cœnas quæro, ut
magnæ reliquiæ fiant: quod erit magnũ, sit & lautũ. & infra, Solebam enim antea delecta/
ri iocis & lactucis tuis. Ego tibi unũsumptũ afferã, quod balneũ calefacias oportebit: pro/
inde para, cum homine edace tibi res est. sed uide audaciã, etiã Hircio cœnam dedi sine pa
uone. Nonius Marcellus accubationẽ dicit epularem amicorũ, quia uitæ coniunctionem
habeat conuiuiũ nominari: & Aulus Gelius conuiuarũ numerum incipere à gratiarũ nu *Conuiuium*
mero scilicet trium & consistere in nouem musarũ numero. Constare etiam ex quinq; bel *Numerus con*
lis hominibus, lecto loco, tempore, apparatu non neglecto, neque loquacibus, neq; mutis *uiuarum*
cõuiuis: sermones habendos iucundos, & bellaria pro secundis mẽsis. De quibus Macro/ *Bellaria*
bius in Saturnalibus sic habet, Bellaria & secundæ mẽsæ idem, mellita placẽta, & similia. *Cœna*
Cœnam Festus uult ab antiquis appellatã quod postea fuit prandiũ. Vespernam quæ nũc *Vesperna*
cœna appellatur. Et infra, Prandiũ ex Græco est dictum: nam meridianũ cibum cœnã uo/ *Prandium*
cabant. Et inferius, Vesperna apud Plautũ cœna appellat͡. & Nonius dapalem cœnã esse
uult diuersis amplis dapibus plenã. sobrior aũt & cœna & omnis uictus inueniri nequiue
rit ea, quã gloriosus ecclesiæ doctor Hieronymus cõtra Iouinianũ his uerbis describit. Di/
cearchus in libro antiquitatũ & Græciæ descriptiõe refert, sub Saturno, id est, in aureo se/
culo cũ omnia humus funderet, nullum comedisse carnes, sed uniuersos uixisse frugibus
& pomis, quæ terra sponte gignebat. sed quãdo talia melius dici & laudari possunt, q̃ ser
uari, Antonini Pij imperatoris cœnas imitari laudabile fuerit, de quo scribit Helius Spar/
tianus, Victum eius talem fuisse ut & esset opulentia sine reprehensione, parsimonia sine
sordibus, & mensa eius per proprios seruos, aucupes, piscatores, ac uenatores institueret͡.
Et Seuerum Pertinacem scribit Capitolinus nouem libras carnis per tres missus posuisse.

Nec minus sobriam cœnã Plinius orator Septitio Claro parauerat, cui in hæc uerba scripsit, Heus tu: promittis ad cœnam nec uenis. dicitur ius, ad assem impendium reddes, nec id modicum. paratæ erant lactucæ singulæ, cocleæ ternæ, oua bina, balnea cum mulso & niue. Hanc uero astrictiorem in cœnis & uictu disciplinam prisci legibus seruare iusserunt. Nam scribit Gellius: parsimonia non domestica solum disciplina, sed legibus quoque custodita est. Gn. Fannio & M. Valerio Messala cõsulibus hæc fuit sanctio: principes qui ludis Megalensibus matris deum mutua inter se conuiuia agitarent centenos uicenosque æris in cœnam, excepto oleo farre & uino quod patriũ esset, & argenti ne plus pondo. lex Fannia, ludis Romanis, plebeis & circẽsibus & saturnalibus cẽtenos æris in singulos dies, cæteris diebus denos. lex licinia, ut in prædictis & nuptijs ducẽtenos, & cæteris triginta. Lucilius legem tulit, Calendis, idibus, nonis, diebus ludorum, & ferijs quibusdam in cœnam sestertios tricenos, Cæteris diebus non amplius X X X asses. Æmylia lex ciborum modum in uarietate correxit. Antia nequis magistratus ad cœnã alicuius propinquorum iret. Lex Iulia & Cæsaris Augusti diebus profestis & feriatis trecentos, nuptijs sestertium millies. Tiberius Neruaque à trecentis sestertijs usque duo millia in cœnas. Plinius uero scribit priscos non habuisse coquos in seruitijs, eosque ex macello conduxisse. Et lege Gn. Fannij consulis decimo ante bellum tertium punicum, ne quid uolucrum poneretur præter gallinam unam, inuectumque diuerticulum in lege, quod in fraudem earum gallinaceus quoque pasceretur lacte. Idem quoque scribit, Extant censoriæ leges gallinaria in cœnis glires que & alia delicatiora apponi uetantes, aliæque subinde repetuntur leges. Orchia quam tulit Orchius tribunus plebis de senatus sententia tertio, quo anno Caro censor fuerat, iusseratque apertis triclinijs & domo patente cœnari: præscripsit lex numerum quoque conuiuarum. Fannia deinde post annos uiginti duos, anno urbis C C C C C L X X X V I I I, plerique enim uino madidi in senatum & comitium ueniebant, quæ fecit modum sumptibus denariorum centum. Lex Didia post X I X annis secuta, quæ Italicos eadem pœna cum Romanis urbanis astrinxit, & pœnas addidit & prandia cœnis cõiunxit. Licinia lex à Licinio consule lata, quæ superiores innouauit, affirmauit: addiditque, non licere nisi nouis nundinis Romanis cuique in dies X X X duntaxat asses consumere. Cæteris diebus carnis aridæ pondo tria, salsamentorum pondo, & ex terra, uite, arbore nata. Lucius Sylla legem tulit, non qua modum sumptibus daret, sed precia minueret, ut pluribus luxuriose uiuẽdi facultas esset. Sylla mortuo Lepidus consul legem tulit cibariam prioribus similem. Et in eadem re principes postea laborauere: Caius enim Cæsar legem præcipue sumptuariam exercuit, dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia ementiũ retinerent, deportarẽtque ad se, summissis aliquãdo lictoribus atque militibus, qui si qui custodes fefellisent iam apposita à triclinio auferrent. Modestia uero Hadriani ciuibus pro lege fuit, cõuiuijs nanque amicorũ interfuit. Ad conuiuiũ suũ uenientes senatores stans excepit, semperque aut pallio tectus discubuit, aut toga summissa: in cõuiuioque semper tragœdias, comœdias, atellanas, sambucas, lectores, poetas pro re semper exhibuit. Ad quã bonorũ principum imitationẽ, ciues quoque modestia in cœnis postea sunt usi. Plinius de Caluisio Spurino, Apponitur cœna non minus nitida quàm frugi, in argento puro & antiquo, sunt in usu & corinthia quibus delectatur: cœna distinguitur, ut uoluptates quoque studijs condiãtur. Inde ille post septimum & septuagesimum annum aurium oculorumque uigor, inde agile & uiuidum corpus. Et Macrobius in Saturnalibus, Saturnalium diebus Romanæ nobilitatis proceres congregantur, & tempus solenniter celebratum deputant colloquio liberali, melioremque diei partem ferijs disputationibus occupantes, cœnæ tempus sermonibus conuiuialibus agitãt. Et de auunculo Plinius orator: studebat in cœnæ tempus: super hanc legebatur, adnotabatur & quidem cursim: cœna hyeme inter primam noctis. Et Catulo Seuero scribens ipse Plinius, Veniam ad cœnam, sed iam pacifcor sit expedita, sit parca: Socraticis tantum sermonibus abundet, in his quoque teneat modum. qua in epistola, Catonis nota in cœnis scripta est. Caium enim Cæsarem ita Catonem dicit reprehendisse in anticatonibus ut laudarit. Eos enim quibus obuius fuerit cum caput ebrij retexissent, erubuisse dicit: deinde adijcit, non ab illis Catonem, sed illos à Catone deprehensos. Tamen scripserit quicquid uoluerit Cæsar, Catonem alij scripserũt cum in Hispaniam nauigaret, unde eũ triumpho redijt, non aliud uinũ bibisse quàm remiges, nisi forte hoc de superiore Catone

Leges de conuiuijs · *Orchia lex* · *Hadriani modestia in conuiuijs*

Catone ſcriptum ſit. Et ut aliquid publicæ moderationis dicamus ſcribit in Problematibus Plutarchus, Menſam uacuam tolli non ſinebant priſci, ſed cum aliquid ſupereſſet. Interpretantes aliquid ſemper in futurum ſeruandum, & propter ſeruos, & elegans putãtes abſtinere à cibis, nec omnes omnino conſumere: parum uero ualuiſſe uidentur tot leges, quot ſupra latas fuiſſe diximus, cohibenda multorum à cœnis ebrietatibusq; intemperantia, quorum notas à Seneca Cordubenſi ſumendi faciemus initiũ, qui epiſtola tertia octuageſima ſic habet. Marcũ Antoniũ magnũ uirum & ingenij nobilis, quem nõ alia res perdidit, & in externos mores ac uicia non Romana tranſiecit, quàm ebrietas, nec minor uino Cleopatræ amor. hæc illum res hoſtem reipublicæ hæc hoſtibus ſuis imparem reddidit, hæc crudelem fecit, cum capita principum ciuitatis cœnanti referrentur, cum inter apparatiſſimas epulas luxusq; regales, ora ac manus proſcriptorum recognoſceret, cum uino grauis ſitiret ſanguinem: intolerabile erat quod faciebat ebrius, quanto intolerabilius, quod hoc in ipſa ebrietate faciebat. ferè ſemper uinolentiã crudelitas ſequitur, uiciatur exaſperaturq; ſanitas mentis. Difficiles oculos faciunt diuturni morbi, & ad minimam radiorum offenſionem hebetes, ita ebrietates cõtinuæ efferant animos: nam cum ſæpe apud ſe non ſunt, cõſuetudo inſaniæ durat, ac uicia uino cõcepta, etiam ſine illo ualent. idem'que Marcus Antonius quem Aſconius Pedianus ſecunda actione in Verrem ex Saluſtij ſententia perdẽdæ pecuniæ genitũ, & Macrobius in ſaturnalibus omni luxu perditiſſimum fuiſſe dicit, edictum propoſuit de ſumptibus: qui cum Cleopatrã ſumptu & apparatu cœnæ adniſſus fuiſſet ſuperare, unionis illa omnium, qui unquam uiſi fuerint maximi precioſiſſimiq; partem mediam aceto liquefactam dedit in cibum, alteram partem cõſumptura, niſi Numatius Plancus ſequeſter reginã ſuperaſſe pronuncians eam ſeruaſſet unionis partem, Veneri poſtmodum in pantheo dicatam. fuiſſe autem uerũ, quod ſupra ab Aſconio diximus de Antonio Plutarchus in eius uita ſic oſtẽdit, Amico Antonius cum ſeſtertium decies dari iuſſiſſet, & diſpenſator proterue Antonio reſpondiſſet, pecuniæ paruitate ſpreta duplum dari iuſſit. refert quoque Macrobius, Quintum Hortenſium pauones primum augurali cœna poſuiſſe, quem cito ſecuti ſunt multi, extulerunt precia, ut eorum oua denarijs uenierint quinis, & pauones facile quinquagenis. Et qua die Lentulus Martialis flamen inauguratus eſt cœnam fuiſſe referctiorem, quàm ut ab eo deſcribi potuerit, cum nomina piſcium, altiliumq; & cibariorum non recognita, ſed per multos miſſus uariata fuerint: quo tempore porcus Troianus cœnis inferri tunc primum cœperit, utpote altilibus plenus, ſicut ille hominibus. Caium Caligulam Suetonius ſcribit totũ Tiberij Cæſaris uicies ac ſepties millies ſeſtertium non toto uertente anno abſumpſiſſe, cum maximam partem cœnis comeſſationibus ſimul cum ſcortis & lenonibus deuorauerit. Et ſingularem Vitellij uituperationem dicit, quem affirmet in ientacula, prandia, cœnas comeſſationes facile omnibus ſuffeciſſe, uomitandi conſuetudine: nec inferiorem illo uicijs Lucium Antoninum Verũ facit Iulius Capitolinus, de quo ſic ſcribit, Donauit calices ſingulis per ſingulas potiones mirrhinos, & criſtallinos, & alexandrinos quotiens libitum eſt. Dedit argenteas, & aureas coronas conuiuis, interpoſitis alieni temporis floribus: dedit & uaſa aurea & unguenta cum alabaſtris, dedit & uehicula cum mulionibus & mulabus cum iuncturis argenteis, ut ita à conuiuio redirẽt: omne autem conuiuium æſtimatum dicitur ſexagies ſexcentum millibus ſeſtertiorum. hunc tamen perditiſſimum imperatorem ab Heliogabalo fuiſſe ſuperatum ſic oſtendit Helius Lampridius: conuiuis bene bibentibus dedit quadrigas, equos ſtratos, mulos, baſternas, rhedas dedit & aureos millenos, & centena pondo argenti. Sortes cõuiuales ſcriptas in coclearibus habuit tales. Vt alius haberet decem Camelos, alius decem ſtruthiones, alius decem muſcas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem oua gallinacea: item urſos decem, glires decem, decem lactucas, decem auri libras in ſorte habuit. Sed ad ſortem ſcænicos uocauit, cum & canes mortuos, & libram bubalæ carnis haberet in ſorte, & item centum aureos & tot argenteos, & centum folles æris, & alia talia, quæ populus libẽter accepit, ut eum poſtea imperare gratularentur. Fertur in euripis currẽtibus ſcilicet canalibus uino plenis nauales pugnas exhibuiſſe. Idem nunq; minus centũ ſeſtertijs cœnauit, hoc eſt, argẽti libris triginta: aliquando autem tribus millibus ſeſtertijs omnibus computatis. Omnes de theatro, de ſtadio, de circo, de omnibus locis & balneis meretrices collegit in publicas ædes, & apud eas concionabatur,

Menſa nõ tollebatur uacua

De M. Antonio

Quis primũ pauonẽ conuiuis appoſuerit

Porcus Troianus

Caligula & Vitellius guloſi

Antoninus uerus

Conuiuia Heliogabali

cionabatur, appellans eas cōmilitones: adhibuit postea incontinenti lenones exoletos undiqꝫ collectos, dedit in donatiuum tres aureos singulis: de croco triclinia strauit, cum summos uiros rogauit ad prandium. Sed ut minus sit principes orbis terrarum dominos, tanta debachatos esse luxuria Plinium audiamus, qui refert Clodium Aesopum tragicum histrionem patina sexcentis sestertijs cœnā dedisse, in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone uocales, nūmis sex singulas coemptas, nulla alia inductus suauitate, quàm ut eas imitatrices hominum comederet: dignus filio à quo margaritæ maioris multo precij deuoratæ fuerunt, ut etiam minus sit mirum histriones patrem & filium eò insaniæ impensarū fuisse adductos. Plinius etiā ironice locutus sic ostendit. Nostri sapientiores anserum iecoris bonitatē agnouere, fictilibus in magnam quantitatē lacte & mulso plenis, quibus anseres depastæ iecur amplum dulciusqꝫ efficerent. Nec sine causa in quæstione est, quis primus tantū bonū inuenerit. Scipio an Metellus uir consularis an M. Sextius eques Romanus. Messalinus uero Cotta Messalæ oratoris filius palmas pedū ex anseribus torrere patinis atqꝫ cum gallinaceorum cristis comedere incœpit. Aliam quoqꝫ non in cibis, sed in supellectile impēdij insaniam, sic Plinius refert, Linum est inuentum iam quod ignibus non absumeretur, ardentesqꝫ in focis conuiuarū ex eo uidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis quàm possent aquis. Nascitur in desertis adustisqꝫ sole Indiæ, ubi non cadunt imbres, assuescit que uiuere ardendo. Rarum inuentu, difficile textu, propter breuitatem, æquat precia ingentium margaritarum. Solennibus cœnis adhibetur ad rosalia, ubi mero coronato rosis uel ab India petitis & folijs maxime è nardi folio, ac ueste serica uersicolori unguentis madida cœnatur: hunc habet exitum maxime luxuria fœminarum. Aliud quoqꝫ fuit priscis insaniæ genus à cœnis comessationibusqꝫ, & supellectilis caritudine semotum, quod sic à Macrobio est relatum, Inter duo bella punica filij senatorum in ludum saltatorium conueniebant, & crotala gestantes saltare discebant, Matronæ saltationem nō inhonestam ducebant. Scipio Aphricanus in oratione queritur, docentur præstigias inhonestas, cum cinedulis & sambuca & psalterijs eunt in ludum histrionum, discunt cantare, quæ maiores nostri ingenuis probro datum uoluerūt: eunt inquam, inter cinedos in ludum saltatorium uirgines puerique ingenui. hæc mihi uix credibilia uiderentur, ni ludum saltatoriū ingressus plus mediusfidius uidi quinquaginta. Subinfertqꝫ Plinius: ætate Ciceronis tres magni uiri de saltatione exquisita notati sunt, Gabinius quē Cicero insectatus est. M. Celius quem Cicero defendit. Licinius Crassus illius filius, qui à Parthis occisus est. Cicero autem ipse in oratione pro Murena, Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi idem insaniat, neque in solitudine, neqꝫ in conuiuio moderato atqꝫ honesto. In tempestiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema salta tio. Catonem etiam scribit Plinius dixisse, non esse hominis serij cantare. leuitatem unam publice permissam, & ebrietatē, alterā ab utili fine laudabilem ad extremum dicere libet. G. Duellio qui primo nauali triumpho de pœnis insignitus fuit, permissum est, ut à cœna redeunti ad funalem tubicines & fidicines præcinerēt. Et Bonosum imperatorem scribit Flauius Vopiscus, bibisse quantum alius nemo, Et si quando legati barbararū undecunqꝫ gētium uenissent ipsis propinasse, ut eos inebriaret, atqꝫ ab ijs per uinum omnia cognouisse. satis multa de cœnis, comessationibus, ebrietatibus, & alijs nonnullorum uitæ turpissimis moribus, dicta sunt, quos omnes & his similes admonitos uelim, scripsisse in hæc uerba Plinium: ætate Pompeij Asclepiades omnia medicamenta abdicauit, quinqꝫ docens uitæ hominis utilissima. Abstinentiam à cibo & potu, fricationem corporis, ambulationem, gestationesqꝫ & balneas omnes suasit. damnauit uomitiones, tunc frequentes & medicamentorum potus stomacho inimicos. Ad quam monitionem accommodatior alia est sententia, quam gloriosus ecclesiæ doctor Hieronynus cotra Iouinianum in hæc uerba scripsit: Galenus uel doctissimus Hippocratis interpres Athletas quorum uita & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ nec posse uiuere diu, nec sanos esse, animasqꝫ eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cœleste, semperqꝫ de carnibus & ructu uentris ingluuie cogitare. Consuetudinum iam & morum ordo cui intendimus ad uillarum ædificiorumqꝫ cæterorum descriptionem nos trahit, quam in nonum sequentem librum destinauimus.

Margin notes: *Clodij Aesopi histrionis cœna* — *Iecur anseris* — *Palmæ pedū anseris in conuiuijs* — *De ludis saltatorijs* — *Qui notati de saltatiōe* — *Nemo saltat sobrius* — *Catonis dictum* — *Bonosus imperator bibacissimus* — *Quinque homini uitæ utilissima* — *Athletas non posse diu uiuere*

Blondi

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS TRIVMPHANTIS ROMAE LIBER NONVS

VENTVM est beatissime pater, ad eam operis nostri uillarũ ædificio
rumq́ priscæ urbis Romæ partẽ, quã diu in manibus habere deside
raui: hæc una enim me plus cæteris fatigare cõsueuit, dum uiris no/
stri seculi doctioribus resisto cõtendentibus eas quæ alicubi in urbe
præsertim in montibus cernũtur ruinas ædiũ fuisse, quas prisci stan/
tis reipub. & felicitatis Romanæ uiri omnium præstantissimi inhabi
tauere. Ostendunt enim singuli passim nullas in eis fuisse partes, aut
ordine distinctas, aut ornatu aliquo expetẽdas, Vnde summorũ ex/
cellentiumq́ & tantæ maiestatis uirorũ habitandi imperitiam socordiamq́ uolunt argue
re. Quin incidi in nonnullos qui ea fuerunt audacia, & temeritate, ut nostram huius tem/
poris habitandi in urbibus Italiæ ditioribus lautitiam, & ut dicunt, magnificẽtiam priscæ
Romanorum consuetudini anteponant: nec satis hactenus aliæ profuerunt quas ad de/
fensionem attuli rationes, nec illa ipsa notior. Eas quæ nunc cernuntur murorum pinnas
& diruptas in montibus domos fuisse ducentorum & trecentorum ab hinc annorum ha/
bitationes, quas mutata summorum pontificum à Lateranensi palatio in uaticanum sedes
deseri fecerit. fuerat aliquando Romæ orator Franciscus Barbarus tibi quod scio amicitia *Franciscus Barbarus*
coniunctissimus, uir nõ eloquentia magis, quàm moribus humanitate & grauitate conspi
cuus. is cum quo annis triginta solidam, & ueram animorum cõiunctionem habuisse gau
deo, agẽtem Venetijs me cum de cæteris Romanis priscæ felicitatis rebus: tum etiam de
hac una ædificiorum parte uarijs per dies quæstiunculis agitabat. Nec esse poterat non in
eam procliuis opinionem quam perambulando, ut fit, præsentem Romam ab huiusmodi
rerum imperitis alioquin doctissimis uiris imbiberat. quẽ cum exquisitis tunc rationibus,
& argumentis in sententiã ducere nequirem, precibus tacitum reddidi, ut tanq́ per consti
tutas inter nos indutias tamdiu quiesceret, quoad destinatum eius cõsilio, & suasione hoc
opus absoluissem: & ne ambiguũ esse posset, quid nobis in contentionẽ uenisset, ad hanc
responsionis formulam me obligaui. Nec præsentis temporis Romam, nec Venetias, Ge
nuam, Florentiam Mediolanũ, Neapolim, Senas, Bononiã, ditiores, nostri seculi Italiæ ur
bes ciuem quempiã habere, cuius ædiũ supellectilis familiæ & apparatus omnis lautitia
splendor mũdicia, & quãdo dicendũ sit luxuries & magnificẽtia æquiparari possit uiginti
millium prisci temporis Romanorũ ciuium apparatui: tot enim Romæ atq́ etiam plures
fuisse, selecto à se nostri temporis ciue ditiores, lautius splendidiusq́ habitasse cõfidebam
me spondebamq́ ostensurum. præcessit breui post noster barbarus sedem in cœlis melio/
rem habiturus, cuius famæ per ora uirum uolitantis amicos tot numero quot eloquentiæ
studia delectãt, hac mea diuersione à proposito uelim admonitos esse responsionis quam
hoc in nono uolumine sum facturus. Tu quoq́ pijssime pontifex non magis omnium pa/
ter & dominus, quàm eloquentiæ nostri seculi princeps & patronus arbiter eris, nunquid
communi amico & cæteris in eo propositæ quæstioni satis potuerim facere: sed ad prisca
præsertim uillarum quæ in manibus erant ædificia reuertamur.

Ædificandi priscam Romanorũ consuetudinem dicturũ diuersam ædium urbanarũ &
uillarum rationem habere oportet: sed cum multa in ornamento utrisq́ fuerint cõmunia,
& alia uillæ habuerint plurimã utilitatẽ delectationemq́ simul afferentia, uillas ita descri/
bemus ut pars quæq́ nota fiat, quæ particulari narratione ædibus attribui possit: ipsarũq́
uillarũ prius situm & dispositionem, deinde copiam rerũ lautitiamq́ & luxuriem ostende
mus, quia descripta rerum opulentia facilius ante oculos ponere poterimus ædes ipsas &
uillas in quibus priscos multa & admiranda habuisse constabit. Varro de agricultura per
dialogi uicissitudinẽ scribens infra scripta habet, in quibus etiã tanq́ per alium de seipso
dicit: permagni interest, ut benẽ sint positæ uillæ, quantæ sint, quò spectẽt, porticibus, ho/ *Vt uillæ sint bene locatæ*
stijs ac fenestris. An nõ ille Hippocrates medicus in magna pestilentia, nõ modo agrum,
sed multa oppida scientia seruauit? Et Varro noster cũ corcyræ esset exercitus ac classis &
omnes domus repletæ essent ægrotis ac funeribus, admisso fenestris nouis aquilone & ob
seratis pestilentibus, ianuaq́ permutata, cæteraq́ eius generis diligentia, suos comites ac
familiam incolumes reduxit. & infra: fructuosior est certe fundus propter ædificia, si po/

tius

tius ad antiquorum diligētiam, quàm ad horum luxuriem dirigas ædificationem: illi enim
faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Et item infra, Cū enim
uillam omnes homines opere tectorio, & inteſtino, ac pauimētis nobilibus lithoſtrotis in-
ſpectandam parum putaſſent eſſe, ni intus quoq; literis exornati parietes eſſent. Cato au-
tem de re ruſtica, uillam urbanam propinquam ædificato in bono prædio. Si bene ædifi-
caueris, bene poſueris: ſi recte habitaueris, libētius, & ſæpius uenies, fundo melius erit, mi
nus peccabitur, fructi plus capies, frons occipitio prior. uicinus bonus eſto, familiā ne ſiue
ris peccare: ſi te libenter uicinitas uidebit facilius tua uēdes, operas facilius locabis. Si ædi
ficabis, operis, iumentis, materie adiuuabūt. Villam uero quod Cato dixit urbanam idem
eſt quod urbi propinquam, utpote in propinquis urbi Italiæ locis ſitam non ultra mare &
alpes, prout multi tunc poſſidebāt, remotam. Vlpianus enim in uerborum ſignificatione
Prædia urbana ſic habet, Vrbana prædia omnia ædificia accipimus nō ſolum ea quæ ſunt in oppidis, ſed
etiā ſi forte ſtabula ſunt uel alia meritoria in uillis & in uicis; & ſi præter ea uoluptati tan-
tum deſeruientia. Et item Varro in ratione capiendi fructus, Si eſt ager ſecundū uiam op
portunus, ædificanda eſt taberna diuerſoria: uenationes etiam in aliquibus agris & piſca-
tiones eſſe poſſunt, præter delectationem afferentes utilitatem: quod Vlpianus de fundo
Venationes & piſcationes in uillis inſtructo innuit, Si in agro uenationes ſunt, puto uenatores quoq; & ueſtigatores canes,
& cætera quæ ad uenationem ſunt neceſſaria inſtrumēto cōtineri, maxime ſi ager ex hoc
reditū habuerit. & ſi ab aucupio reditus fuerit, aucupes & plagæ & huiuſmodi gratia in-
ſtrumentum, inſtrumento continebuntur: nec mirum cum & apes exemplo auium conti
neri Sabinus & Caſſius putauerint. Et Martianus inſtrumento piſcatorio contineri naui-
cellas, quæ piſcium cauſa capiendorum paratæ ſunt, ſed & piſcatores contineri uerius eſt.
Et Paulus in uerborum ſignificationibus, fundo legato uti optimus maximusq; eſt, retia
& cætera uenationis inſtrumēta continebuntur. Fuerunt item uaria in fundo uocabula lo
Panarium corum & inſtrumentorum quæ duximus exponenda. Varro de lingua Latina, Panarium
Granariū ubi panem ſeruabant. Granariū ubi granum. In quo aliqua condūtur horreum. Far quod
Horreum in piſtrino fiat. Pilum quo far piſunt, ubi id fit piſtrinum. Cella à cellando quod conditum
Far eſſe uolebant. Et Aulus Gellius penus appellatum quod eſculentum aut poculentum eſt,
Pilum quod ipſius patrisfamiliâs aut liberorum & familiæ, quæ circa eum aut liberos eſt, & quæ
Piſtrinum longe uſionis ſunt recōdita: dictumq; ex eo quod non in promptu eſt, ſed intus & penitus
Cella habeatur. Paulusq; ſcribit penu non contineri inſtrumentum piſtrini; item uniuerſa uaſa
Penus coquinaria. Et Vlpianus: penori acetū quoq; accedere nemo dubitabit: an ſi extinguendi
ignis cauſa fuerit paratum, cōtineatur, quæritur. Idem & cæreos in domeſticum uſum pa
ratos contineri legato ſcribit, & unguentum & chartas epiſtolares, & chartas ratiūculas.
Multa item & uaria ſunt in fundo uocabula, quæ legumlatores fundi inſtructi uim legati
Inſtrumenta fundi declarantes ſic oſtendunt. Vlpianus. Inſtrumēta fundi homines qui agrum colunt, & qui
eum exercent, præpoſitiq; ſunt ijs: ut uillici monitores, boues domiti, pecora ſtercorandi
cauſa, uaſa quæ utilia culturæ ſunt, aratra, ligones, ſarcula, falces putatoriæ, bidentes & ſi-
milia: congij, torcularia, corbes, falcesq; meſſoriæ, falces fœnariæ, quali uindemiatorij ex-
ceptorijq; in quibus uuæ cōportantur. Cōſeruandi cauſa dolia licet defoſſa nō ſint & cup
pæ quibuſdam in regionibus accedūt inſtrumento. ſi uilla cultior eſt atrienſes ſerui, ſcopa
rij, ſed etiam ſi uiridaria ſunt topiarij. ſi fundus ſaltus paſtionesq; habet, greges porcorū,
paſtores ſaltuarij: inſtrumenta fructus conſeruandi etiam, ueluti granaria, quia in his fru-
ctus conſeruatur, urcei, capſellæ in quibus fructus componuntur. & quando de fructuum
conſeruatione incidit mentio, ſumēdum eſt à Plinio, Cados in quibus oleum ſit ponēdum
amurca deliniri iuſſiſſe Catonem ne ligna oleum ebibant: item areas terēdis meſſibus ſubi
gi, ne formicæ rimæq; obſint. item parietes, & tectoria & pauimenta horreorum frumēti,
ueſtiarium quoq; contra teredines & noxia animalia amurca aſpergi: lora & calciamenta
omnia atque ornamenta contra eruginem & totam ſuppellectilem ligneam ac uaſa ficti-
lia. Sequitur in legibus, Sed & ea quæ exportandorū fructuum cauſa parantur inſtrumen
ti eſſe conſtat, ueluti iumenta, & uehicula, & naues, & cuppæ: cōſtatq; eos ſeruos qui agri
Saltuarius cauſa ibi ſunt inſtrumento contineri. Saltuariū etiam Labeo cōtineri putat, qui fructuum
ſeruandorū gratia paratus ſit, nō etiam qui finium cuſtodiendorum cauſa. Trebatius am-
plius etiam piſtorem & tonſorem, qui familiæ ruſticæ cauſa parati ſunt. Item fabrum, qui
uillæ

uillæ conficiendæ causa paratus sit,& mulieres quæ panem coquunt quæque uillam seruant. Item molitores, si qui ad usum rusticum parati sunt, focariam & uillicam, si modo ali quo officio uirum adiuuant. Itē lanifices qui familiam rusticam uestiunt, & mulieres quæ pulmentaria rusticis coquunt, Cellarium quoque, id est qui ideo præpositus est, ut rationes saluæ sint. Item ostiarium mulionemq; instrumenti esse cōstat. & molas & machinas, fœnum, stipulas, asinum machinarium, machinam frumentariam, uas æneum in quo sapa coquitur, ut defrutum fiat, & aqua quæ ad bibendū lauandumq; familiam paratur, & cribra & plaustra quibus stercus euehatur. Vlpianus item: si fundus sit instructus legatus & supellex continebitur quæ illic fuit usus ipsius gratia, & uestis non solū stragula sed qua ibi uti solebant. Mensæ quoq; eboreæ, uel si quæ aliæ, item myrrhina, & aurum & argentum, uitra quoq; si qua ibi fuerint. Item Celsus ait, & supellectilarios & cæteros hoc genus seruos contineri, id est, ministeria quibus erat instructus in eo fundo, extra eos qui libertatem acceperant & rure morari solebant: si instrumenta fundi legasset, ita pædagogia, quæ ibi habebat cum ibi uenisset præsto essent in triclinio, legato continentur: Contubernales quoq; seruorum, id est uxores & gnatos, & Bibliothecam & libros qui illic erant, ut quotiens uenisset uteretur. Sed si quasi apotheca librorum utebatur cōtra erit dicendum: imagines quoq; solæ legatæ uidentur, quæ in aliquo ornatu uillæ fuerunt. Et Paulus eodē titulo: instrumento cauponiæ tabernæ legato etiam institores cōtinentur, tabernæ instrumenta, doliaria uasa, calices & trullæ, quæ circa cœnam solent traijci. Item urnæ æneæ, & congiaria, sextaria & similia. Alfenusq; eodem titulo: instrumentum uineæ palos, perticas, rastros, ligones: & Martianus: instrumento pictoris legato, ceræ, colores, similia. Itē penniculi & cauteriæ & cōchæ. Et Iabolenus: molas manuarias quidā nō supellectilis, sed potius instrumenti putant esse, quod uerum puto. Sed ad Vlpianum est redeundum: instrumentū inquit, domus si sit legatum, id erit quod tempestatis arcendæ, aut incendij causa paratur, nō quod uoluptatis gratia: itaq; nec specularia, neq; uela quę frigoris causa uel umbræ in domo sunt, deberi Cassius dicebat: inter instrumentū, & ornamentū multū interesse: instrumenti enim ea esse, quæ ad tutelam domus pertinēt. Ornamēti quæ ad uoluptatem, sicuti tabulas pictas. Vela autem, & Cilicia instrumenti esse Cassius ait, quæ ideo parantur ne ædificia uento uel puluere laborent. Acetum quoq; quod extinguendi incendij causa paratur. Item centones, funes, perticas quoq;, scalas, harpagones, & spongias, hamos, & scopas, plerią; & pegasos aiunt. De uelis quæ in hypethris extenduntur, itē de ijs quæ sunt circa columnas: Cannales autem & harpagonas & hamos instrumento contineri constat. Item perticæ quibus araneæ deterguntur. Item spongiæ quibus columnæ, pauimenta, podia exterguntur: scalæ quę ad luminaria admoueantur quia mundiorem domū reddunt, sigilla & statuæ affixæ instrumento domus non continentur, sed supellectili, excepto horologio æreo, quod non est affixum. Fistulæ autem & crateres & cannales, & si qua sunt alia ad aquas salientes: item serę & claues magis domus portio quàm instrumentum sunt. Specularia quoq; affixa magis puto domus esse partem & in emptione domus & specularia & pegmata cedere: cancellos quoq; instrumento cōtineri puto. Destinatam hoc libro uillarum & aliorum ædificiorum descriptionem aliquando supra inchoare admissi ab ostendenda prius rerum quæ in ipsis uillis erant copia tardati sumus. Et multa ob id à iureconsultorum titulis fundi instructi, & penoris legati sumpta attulimus non quidē iuris ostendendi, quod longe nimis à nostro ab est proposito intentione, sed ut uere solidoq; constet argumento, ea in uillis & domibus priscorum fuisse, de quibus iureconsulti in uim legum differuerint. Sed prius item quàm ædificia attingamus, oportere existimamus uocabula antedictorum iureconsultorum exponi, quibus nunc partim omnino exoletis, partim multis nostrorum hominum minus cognitis, leges supradictæ abundant. Aues exemplo auium de quibus supra in aucupum instrumento dicit Vlpianus, auium cadauera sunt, quibus euisceratis stuppaq;, aut palea infarcinatis in area utuntur aucupes, ut uiuæ ad eas aduolantes auiculæ retibus inuoluantur. Quali quos uindemiatoribus exceptorios Vlpianus facit, paucis in Italia locis id aut proximum retinent uocabulum, sed uasa sunt uiminibus cannis'ue contexta, quibus ut plurimum cistis cistellis'ue est appellatio. In seruis uero enumerandis, qui uillæ præerant topiarios, si uiridaria ibi erunt cum dicit, eos significat, qui pedamentis palis perticisq; seruandis, quibus arbores uitesq; fusten

q tentur

Cellarius

Instrumentū
Ornamentum

Quali

Topiarij serui

tentur deputati ſunt. Plurimis enim in Italiæ locis toppas appellant eiuſmodi arborũ ful-
ſaltuarij cimenta. Et ſaltuarij ſuum per romandiolam ſeruant nomẽ, quod agris ne inferantur dam
Foratia na publice præponuntur. In mulieribus uillę iureconſultus foratiam ſimul cum uillica po
ſuit. Ea enim mulier res fructuum uillæ uenales, poma, nuces, agnum, hedum, pullaſtros,
pipiones: defert in forum: Vnde & foratia appellatur. Idq; per hetruriam ſeruat nomen.
Cellarius Cellarium ex eo quod cellæ & ſimul uillæ reditibus ſit prępoſitus ipſe Vlpianus iuriſcon
Tapedagogia ſultus infra exponit. De ueſte ſtragula inferius dicemus & de myrrhinis. Tapedagogia
Trulla omniũ tapetum ſupellectilem intelligi debere exiſtimo. Trullæ in uaſis uinarijs ſiue aqua
Canteria rijs magnitudine alia ſuperant, ſicut in ædificijs quæ cætera ſuperant trullę dicuntur. Cau
Specularia teria in pictorũ inſtrumento ſunt quibus bituminationes, & fortiores quæque cõglutina-
tiones concoquuntur. Specularia in domus ornamento fuerunt, quæ nunc per urbis ec-
cleſias præſertim ad umbonem ſiue pulpitum lęctionarijs paratum uidemus, marmora di
uerſi coloris ita expolita, ut ſpeculi uices reddant, quibus priſcorũ domus & ipſis in for-
nicibus & porticibus ornabantur. Hamos dixere maiores ſiue ex ære fuerint, ſiue ex lig-
Hami no inſtrumenta in cubiculis, aulis & repoſitorijs quibus capitis tegmina, & uariæ res aliæ
melius appenſæ, quàm iacentes ſeruarentur, uerbo à piſcatorij hami ſimilitudine transla-
Pegaſus to. Pegaſus diuerſa ab hamis forma, & propè a ſimili ratione, & cauſa in domibus erat, ſu-
per quo tanquam iumento ueſtes, & ſimilia tenerentur ſuſpenſa, à pegaſo poëtico equo
traductione nominis excogitata, de qua duriore forſan translatione minus mirabitur, qui
Euripi Nili infra uidebit Euripos, nilos à ſimilitudine dicta fuiſſe parua in domibus aquarum canna-
lia. uela quæ in hypethris iureconſultus adhiberi ſolita dicit ea fuerunt quæ ſoli in aperto
opponebantur, nec ſatis ſcimus utrum à ſole id uerbum habeat translationem. differebãt
enim à uelis, quæ inter columnas aut ad feneſtras, & hoſtia ſoli uentóque opponebantur,
quæ quidem hypethrum uela ſi fuerint confuta papilionis nomen obtinebunt. Canna-
les noti ſunt per quos aqua deriuatur à fontibus aquis'ue ſalientibus cadens, ſiue ænei ſint
ſiue marmorei. Et harpagones nota ſunt retinacula ſemper ferrea diuerſis uſibus, diuerſis'
Harpagones que in locis in ædibus frequentia. Horologiũ, quod iureconſultus æreum dicit, nequaq;
Horologium noſtris ſimile fuit ætatis noſtræ, quo priſci caruere: ſed hemicyclea erat concha lineis debi
ta proportione diſtincta, cui perlongus ex ære, aut ligno baculus ſoli oppoſitus ſuperemi
nebat: & eius umbra in lineas incidẽs horas oſtendebat. quanquam & alia habuerunt pri-
ſci horologia, uaſa ſcilicet ænea aquis plena, quantumq; in aliud uas cecidiſſet aquarum,
cum diſtincta inſpexiſſent ſigna, quid temporis elapſum eſſet intelligebant, eaſq; à perfo-
Clepſydra rati uaſis ſimilitudine clepſydras appellarunt, ut Plinium oratorem & Cornelium Tacitũ
ſæpe uideamus ſcribere tribus aut quatuor clepſydris dicendi tempus præfixum oratori-
bus fuiſſe: hæcq; duo horologiorũ genera Cicero de natura deorum ſecundo ſic indicat:
Aut cum ſolarium uel deſcriptum, aut ex aqua contemplare intelligere declarari horas ar
te non caſu. Aquæ ſalientes quandoq;, ex uiuo fonte, quandoq; ex uaſis ſuperne penden-
Pegmata tibus fiſtulis deductę, quo magis coarctantur eo feruentius prouolant in ſublime. Pegma
ta Feſtus eſſe uult aut ex ære aut marmore ornamenta, quæ ut plurimum in atrijs, quan-
doq; in porticibus auliſq; affiguntur maiorum aliorumq; fortium uirorum geſta certius
quam pictura, certe ſolidius oſtendentia: & tamẽ alterius generis pegmata inferius in tri-
Cancelli umphis oſtendemus. Cancelli apud priſcos ferè ſemper fuerunt ærei, quorum multi ex-
tant, in urbe per baſilicas diſtributi, ad lignorum ſimilitudinem fabrefacti, quorum lineo-
læ altrinſecus in quincuncem ſuperpoſitæ foramina linquunt, quibus cum aër aſpectuſq;
admittatur in locum prohibetur acceſſus. Quando autem ornamenta uillarum attingere
cœpimus, ſupellectilem quoq; oſtendamus, cuius ſolidum maximumq; fundamentum, ſi
Supellex cut in ſuperioribus à iurecõſultis ſumemus. Celſus ſic habet iurecõſultus, Supellectilis ori
ginem fuiſſe Labeo ait, quod olim ijs qui in legationem proficiſcerentur, ligari pellibus
ſolerent, quæ ſupellectilis uſui forent. Tubero hic demonſtrare ſupellectilem tentat quo-
dam inſtrumento patrisfamiliâs rerum ad quotidianũ uſum paratarum quod in aliam ſpe
ciem nõ caderet uerbi gratia, pecuniam, argentum, ueſtem, ornamentum inſtrumentum
agri, aut domus: nec mirũ eſt, cum moribus ciuitatis ex uſu rerũ appellationem eius mu-
tatam eſſe: Nam fictili, aut lignea, aut uitrea, aut ærea deniq; ſupellectili utuntur. Et Papi-
nianus, Supellectilis menſas eſſe cuiuſcunq; materia, ſcilicet uel argenteas, uel argento in-
clusas

clusas placet. Nam & argenteos lectos, itē argentea candelabra supellectili cedere poste/
rior ætas recepit, cum & Vlyxem ex auro & argento lectum inuentis arborū truncis ædi
ficatum ornasse, quem Penelope recognoscendi uiri signum accepit, uoluerit Homerus.
Et Pomponius eodem titulo: Supellectili legata hæc continentur, mensæ, trappæ, ampho/
ra, delphica, subsellia, scamna, lecti, etiam margaritæ, culcitra, & oralia: Imperialia uasa, pe
lues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, & trulla: Item uasa ænea uulgaria, id est, quæ non
proprio essent loco attributa, præterea capsæ, armaria. Sed sunt qui recte putant capsas &
armaria si librorum, aut uestium, aut armorum gratia parata sunt, non esse in supellectili,
quia ne quidem ipsæ res quibus attributæ essent supellectilis instrumento cederēt: uitrea
escaria & potoria, in supellectili sunt sicut fictilia, nec solū quæ in precio magno sunt. Nā
& pelues argenteas & mensas & lectos inargentatos, uel inauratos atq; gemmatos in su/
pellectili esse non dubitatur, usq; adeo idem iuris sit & si tota argentea uel aurea sint. De
myrrhinis & cristallinis dubitari potest an debeant adnumerari supellectili, propter exi/
mium usum & precium: sed craterem argenteum hodie propter usum non esse in supelle
ctili, nec ullum uas argenteum secundum seculi seueritatem nondum admittentis supelle
ctilem argenteam, hodie propter usum imperatorum si in argento relatum sit candelabrū
argenteum argenti esse uidetur, & error ius facit. Rhedæ ac sellularia supellectili adnume
rari solent. de tapetis queri potest, subsellia & cathedralia quibus insterni solent, utrum in
ueste sint stragula an in supellectili sint, sicut oralia quæ proprie singulorum nō sunt. De
tapetis autem & linteis, quibus insternuntur uehicula dubitari potest, an sint in supellecti
li, sed dicendum est potius instrumenti uiatorij ea esse. sicut pelles quibus inuoluuntur ue
stimenta. Lora quoq; quibus hæ pelles constringi solent. Et Iabolenus supellectilis non es
se uasa ænea salientis aquæ posita: Item si quid aliud magis delitiarum, quàm usus causa
paratum esset Labeo Trebatiusq; putant. myrrhina aūt uasa & uitrea, quæ ad usum eden
di & bibendi causa parata. Ad ea quæ superius à iurecōsultis sumpsimus, uillarū aliorūq;
ędificiorum ornamenta, supellectilemq; ostendentia, addemus multa nō magis à iuriscon
sultis, quàm ab alijs sumpta, quibus ostensis & postea ubi expedire iudicemus declaratis
consuetudo apparebit magnificentiæ Romanorum qua uillas & urbanas domos ditissi/
ma splendidissimaq; rerum omnium copia refertas habuerunt. Pomponius iureconsul/
tus argento escario legato id solum debebitur, quod ad epulandum in ministerio habuit,
id est, ad esum & potum. Vnde de aquiminario dubitatum est, & puto contineri, nam &
hoc propter escam paratur. Certe si cacabos argenteos habebat uel miliarium argenteū,
uel sartaginem, uel aliud uas ad coquendū, dubitari potest, an escario contineatur: & hæc
magis coquinatorij instrumenti sunt. Et Paulus: auro facto adnumerantur gemmæ anulis
inclusæ, quippe annulorum hæc sunt: cimbra argentea crustis aureis illigata: margaritæ
quæ ita ornamētis muliebribus cōtextæ sunt, ut in his aspectus auri potentior sit: auro fa/
cto annumerant aurea emblemata quæ in lapidibus, assidibus argenteis essent, & replum
bari possent, & deberi Gallus ait. Idem iureconsultus in uerborū significatione. Cacabos *Cacabus*
inter & ahenū, quod supra focum pendet non multum interest: hic aqua ad potandum ca *Ahenum*
lefit, in illis pulmentarium coquitur. & Vlpianus cantaros esse dicit per quos aquę saliūt. *Cantarus*
& Nonius cantarum uas esse dicit manu gestabile, quo uinum fertur aut aqua. Sed obscu
riora iam è supradictis declaremus, à myrrhinisq; incipientes quod supra polliciti sumus
exsoluamus. Plinius sic habet. Oriens myrrhiam mittit, inuenitur ibi in pluribus locis par *Myrrhia*
tici regni: humorem sub terra putant calore densari: amplitudine nunquam paruos exce/
dunt abacos. In precio est uarietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in pur/
puram candoremq; & tertium ex utroq; ignescente, ueluti per transitū coloris purpuræ,
aut rubescente lacteo, qualis in cœlesti arcu. Oraria sunt quę ori & genis & capiti suppo/ *Oraria*
nunt dormituri. Stragula uestis quæ insternitur. Aquiminaria uasa sunt omnia aquis defe *Stragula*
rendis deputata. Et abaco qui paulo supra à Plinio est, triplex significatū fuisse uidemus; *Aquiminaria*
quandoq; enim totam significar uasorum in apparatu cœnæ collectionem, cui à nostris *Abacus*
credentiæ est appellatio. Sicq; eo usus fuisse uidetur poëta de codro dicens, Vrceoli tres,
Ornamentum abaci: quandoq; uas unicum est cæteris in apparatu maius: quandoq; item
alia est uasorū mensaliū collectio in uase portatili aliquo facta, quibus in domo cardinaliū
gabassis est appellatio: huncq; tenemus fuisse eū, cui supra Plinius myrrhiæ magnitudinē

comparauit, dixitq; paruos ad maiorum cœnæ apparatuum credentiariũ scilicet differentiam. Candelabra ex Corinthijs fuisse dicit Plinius: deorũ templis primo, post inducta triclinijs. Sed nullum maius preciosiusq; habuit Roma candelabrum, eo quod Cicero sexta Verrinarũ dicit actione, Verrem Antiocho regi Romam ituro in Sicilia per iniuriam abstulisse his uerbis: Candelabrum & gemmis clarissimis & opere mirabili perfectum: candelabrum factum ex gemmis quod in capitolium missurus erat. Habetq; item Plinius, placuisse & lycnos pensiles arborum modo poma ferentiũ lucentes. Sensim uero iam ab ædificiorum ornamentis, ab ipsaq; penoris, & supellectilis copia & magnificentia ad luxuriã rerum omnium ostendendam uenire cœpimus. Quare libet dicere à Liuio tempora quibus Romam non opulentia magis & abundantia earum rerum quàm luxuries immigrauit: primumq; est à Liuio XXV. lib. Marcellus captis siracusis, cum cætera in Sicilia tanta fide atq; integritate composuisset, ut nõ modo suam gloriam sed etiam maiestatem populi Romani auxisset, ornamenta urbis, signa tabulasq; quibus abundant siracusæ Romã deuexit, hostium quidem illa spolia & parta belli iure: Cæterum inde primum initium mirandi Græcarũ artium opera, licentiaq; sacra prophana quoq; omnia uulgo spoliandi facta est. Et Liuius item libro XL. Luxuriæ. n. peregrinæ origo ab exercitu Asiatico in urbem inuecta est. Inde primum lectos æratos, uestem stragulam preciosam: plagulas & alia textilia, & quæ tũ magnificæ supellectilis habebantur, Monopodia & abacos Romã adduxerunt. tum psaltriæ sambucistriæq; & conuiualia ludorum ornamenta addita epulis: Epulæ quoq; ipsæ & cura & sumptu maiore apparari cœptæ. tum coquus uilissimũ mancipium antiquis, & æstimatione & usu in precio esse, & quod ministeriũ fuerat ars haberi cœpta: uix tamen illa quæ tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ. Ex Liuij etiam decade tertiadecima est: Metellũ suorũ temporũ principem uirum in Hispania aduentus suos thure & aris excipi passũ, parietes contegi uestiriq; auleis & attalicis: epulas immanes in queis ludi interponerentur: palmata ueste cõuiuia celebrasse, coronasq; aureas laquearib⁹ dimissas. & erat hostis Sertorius. fuerat Metelli adolescẽtię temporibus frugalitas, ipse senex inchoauit & uidit luxuriem. Macrobius autem in saturnalibus, de eodem Metello hęc ex Salustio sumpta scribit: Viri triumphales qui orbem uicerunt à luxu sunt uicti. Metello in ulteriori Hispania quæstor Cn. Vrbitius cognita eius uoluntate illũ ad cœnam inuitans exornauit ædes per aulea & insignia, scęnis ad ostentationem histrionum fabricatis, sicut croco sparsa humus, & alia in modum templi celeberrimi: cum sederet in trasenna edi iussum uictoriæ simulachrum cum machinato strepitu coronam ei imponebat. tum uenienti quasi deo thure supplicabatur. toga picta plærũq; amiculo erat accumbenti. Sed præter Liuium & Salustium, Plinius de luxuria hæc addit. Asia primo deuicta luxuriam misit in Italiam: Siquidem L. Scipio transtulit argenti cælati pondo propè infinita: pariter & luxuria nata est, & Carthago subacta congruentibus fatis ut liberet amplecti uicia: hinc aliqui modum excessere. Et primus C. Marius post uictoriam cimbricam cantaris potauit liberi patris exemplo, ille arator arpinas, & manipularis imperator. post hæc luxuriæ in urbem inuectæ tempora quo sit modo in ea progressum, nulla à nobis certior noticia afferri potest, quàm si uillarum urbanarumq; ædium apparatus ingentes lautissimosq; qui ad illa erant, cũ cætera uiuendi consuetudine, ut cœpimus dicere pergimus. Plinius scribit antiquis thorum de stramine fuisse, qualem in castris postea habuerunt. Et testudinum marinarum putamina secari in laminas, lectosq; & repositorium his uestire, Caruiliũ Pollionẽ instituisse prodigi & sagacis ingenij luxuriæ instrumenta. dein de uasa ex argento uariasse incõstantiam humanam: unde uasa coquinaria ex argento fieri Caluus orator sit questus. Et lectos totos operiri argento: triclinia quoq; quibus argentum addiderit Caruilius equestris ordinis: Corneliumq; nepotem tradere, ante Syllæ uictoriam duo tantum triclinia Romæ argentea fuisse, quæ postea fuerunt frequentissima. Et repositorijs argentum fuisse additum suis temporibus tradidisse Fenestellam, qui obijt Tiberij tempore nouissimo: Luciũ quoq; Crassum oratorem habuisse duos sciphos manu Mentoris artificis cælatos centum pondo. ut minus postea mirandũ fuerit, Poppeam Neronis principis uxorem delicatioribus iumentis suis soleas ex auro induisse: quam & notum est, quingentas quoq; asinas quocunq; iret secum duxisse, quarum lacte in balneo lauaretur. Et reuersus ad Crassum oratorem Plinius, eum dicit multa triclinia uendidisse,

Luxuriæ origo

ære

tere facta cum cortinis tripodum nomine. certiora uero luxuriæ signa fuisse uidentur ea quæ Cicero coram prætore & iudicibus causam agens populo inspectante, ita in Verrē dicit, ut uana & conficta esse nequiuerint, cum pœna mendacem calumniatoremq́ maneret: Quinta enim actione sic habet: Ostendam in ædibus priuatis uerrem longa difficiliq́ uectura columnas singulas ad impluuium nummis quadragenis milibus non minus magnas habuisse locatas. Et sexta actione. De hoc uerum dicitur: habere eum perbona toreumata, in his pocula duo quædam quæ eraclea nominantur, mentoris manu summo artificio facta. Duo pocula non magna ueruntamen cum emblematis: hic quasi festiuum acroma, ne sine corolario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus emblemata auellenda curauit. eademq́ actione ad summum Cicero tantum auri & argenti con trecasse Verrem ostendit, tantum abstulisse emblematum, ut tribus seculi nostri regibus satis superq́ in apparatu facturum credamus. emblematis nanq́ ex omni Sicilia uasis ablatis, Verres artifices omnes cælatores & uascularios conuocari iubet, & ipse suos complures habebat. Eo conducunt magnam hominum multitudinem, menses octo cōtinuos opus his non defuit, cum uas nullum fuerit nisi aureū. Tum illa ex patellis thuribulis quę uellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in sciphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. iste cum aliquot abacorum faceret uasa non laborauit. Nam ut singula conclauia quæ iste non modo Romæ, sed omnibus in uillis habet. triginta lectos optime stratos cum cæteris ornamentis conuiuij quæreret, nimia multa comparare uideretur, nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinum instituerit. Iam uero lectos æratos & candelabra ænea num præter istum siracusis per triennium facta existimatis? Vtq́ Verrem Cicero præter auri argenti iaspidum, & supellectilis exuberantiam, in cætera uita luxuriosum ostenderet sic habet in septima actione: nam ut mos fuit bithyniæ regibus, lectica aperta foro ferebatur. In qua puluinus erat perlucidus, miletensi rosa farctus. ipse autem coronam unam habebat in capite, alteram in collo, reticulumq́ ad nares sibi opponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenū rosæ. ut minus fuisse luxuriosum uideatur, quod idem Cicero Philippicorum secundo de M. Antonio sic scribit. Vehebatur in essedo tribunus plæbis, lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur. Sequebatur rheda cum lenonibus. Maior tamen prædictis luxuria fuit L. Catilinæ, quam item Cicero secunda in illum inuectiua sic scribit. Quod proprium est Catilinæ de eius delectu, imò uero de amplexu ei⁹ ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes aut non bene barbatos uidetis, manicatis & talaribus & tritis tunicis, uelis amictos, non togis, quorum omnis industria uitæ & uigilandi labor in antelucanis cœnis exprimitur. in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudiciq́ uersantur cinædi, saltatores, & pantomimi. Ne autem aliqua urbis pars uacaret luxuria innuit Seneca epistola prima & quinquagesima Romanos in tyberi cymbis usos fuisse ornatissimis, de quibus nauigantes proci in porticibus hincinde latissimis, concupitas inspicerent mulieres, cum tamen interim cymba per tyberim rosis densatum lentior laberetur. Sic enim habet Seneca habitaturum tu unquam putas fuisse in ima ciuitate Catonem, ut prænauigantes adulteros dinumeraret, & tot genera cymbarum tot uarijs coloribus picta, & fluitantem toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna uicia. Suetonius autem est auctor Caligulā principē fabricasse de cedris liburnicas gemmatis puppib⁹, uelis uersi coloribus. Et Cornelius Tacitus dicit Neroni in Achaiam nauigaturo, ut fidicinam artē ostentaret, naues auro & ebore distinctas fuisse. Aliaq́ item plurima luxuriam notantia Romanam Seneca habet, quæ duximus adnotanda. Cum enim uillam laudasset Scipionis Aphricani superioris, nō magis quia pulchre quàm quia modestissime ædificata erat, aliarum è contra delitias sic damnat: sub hoc ille tecto tam sordido stetit, hoc illum pauimentum tam uile sustinuit. At nunc si quis est qui sic lauari sustineat pauper sibi uideretur, ac sordidus, nisi parietes magnis, & preciosis orbibus refulserint, nisi Alexandrina marmora numidicis crustis distincta sint, nisi illis undiq́ operosa & in modum picturę uariata circumlutio prætexitur, nisi uitro ascenditur camera, nisi tophus lapis quondam rarus in aliquo spectabili templo piscinas nostras circundedit, in quas multa sudatione corpora exinanita dimittimus: nisi aquam argentea epitonia fuderint: & adhuc plebeias fistulas loquor. quid cum ad balnea libertinorum peruenero, quantum statuarum, columna-

rum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum impensæ causa, quantum aquarum per gradus cum fragore labentiū. Eo delitiarū peruenimus, ut nihil nisi gemmas calcare nolimus. Et alio loco Seneca non immerito dixit, contra naturam uiuere qui hyeme concupiscunt rosam, fomentóque aquarum calentium & calorum aperta mutatione brumalium, florem uernum exprimunt: & pariter contra naturam agere, qui pomaria in summis turribus serunt, quorum siluæ in tectis. Subinde diuitis uicini ineptias stomachatus Seneca, eum nomine Pedonem Albinouanum fabulatorem elegantissimum sic deridet. Quæro circa octauam noctis quid sit ille sonus rotarum, uelle gestari dicitur. circa lucem discurritur, pueri inuocantur, cellarij, coqui'que tumultuantur, quæro quid? dicitur mulsum & alicam poposcisse, à balneo exisse. nihil cōsumebat nisi noctem. Sed effrenem Marci Antonij libidinem à Plutarcho ex eius uita audiamus. Peragrabat inquit Italiam in lectica delatus, aureas pateras uelut in pompa circunferens. ducebantur & leones ad rhedam ligati, & quod maxime homines turbabat, honestissimæ domus scortis, & mimis pro diuersorijs dabantur: per lucos atq; amnium ripas prandia sæpissime parabantur: de qua item re sic habet Plinius, Leones iugatos primum Romæ ad currum iunxit M. Antonius ciuili bello post pugnam pharsalicam, ab illis uectus est cum mima Citheride. quo autem tempore luxuria cœpit in urbe Roma crescere, remedia etiam adhiberi cœptum est. Anno enim urbis D L X V I, uicto Antiocho Asiaq;, Licinius Crassus, Lucius Iulius Cæsar censores, edixerunt ne quis uenderet unguenta exotica, id est, aliunde apportata. Vnde cū L. Plotius planci bis consulis censoris'que frater proscriptus à IIIuiris in salernitana latebra unguenti odore prodigo frueretur, eo dedecore factū est, ut prius damnata in populo ea proscriptio, inde absolueretur. Sed mirum publice futurum nisi ex usu priuatim probaretur. Scribit Plinius podagræ usum consueuisse rariorem esse non modo patrum auorumq; suorum memoria, uerum etiam sua, qui quidem morbus uideretur esse peregrinus, quia si in Italia fuisset antiquitus, latinum quo caret haberet nomen. quam ob rem facta morbi externi mentione Plinius medicinæ etiam, ut uidetur externæ quā externi primum inuexerint medici, sic facit mentionem. Nonnullas gentium sine medicis uiuere, nec tamen sine medicina, sicut populus Rom. usque ad sexcentesimum annum. Cassiusq; Hemina ex antiquis auctor est, primum è medicis uenisse Romam peloponesso Archagathum Lysaniæ filiū L. Aemilio M. Liuio consulibus anno quingentesimo quinquagesimo quinto. ei'que ius quiritum datum & tabernam in compito acilio emptam, mox à sæuitia secandi urendi'que transisse nomē in carnificem, & in tædium artis omnes medicos. Vnde est illud Catonis ad filium. Dicam de his medicis suo loco M. Fili quid Athenis habeam exquisitum, ut quid bonum sit eorum babeas inspicere non perdiscere. Item addit, Quandocunque ista gens suas litteras dabit omnia corrumpet, tum etiam magis si medicos suos huc mittet. Iurarūt inter se barbaros necare omnes medicina: sed hoc ipsum mercede faciunt, ut fides eis sit, & facile deperdant. Interdixit ibi medicis Cato atque id anno urbis quinto sexcentesimo, suæ ætatis quinto octuagesimo, ideo templum Aesculapij etiam cū reciperent, deo extra urbem & in insula fecerunt. Post tam multa de luxu & perditorum ciuium Romanorum moribus à nobis dicta, non sunt oculo transeunda conniuente, aliqua ex infinitis quæ flagitiosissimi ex principibus in usu & cōsuetudine habuerunt. Eritq; à Nerone principium, cuius minimam flatitiorum particulam afferemus, & unum imprimis quod uix referre audemus. Genetricis suæ Agrippinæ quæ eius concupiuerat quæsiuerat'que aliquando concubitum, neci consensisse: & Sporum puerum exsectis testiculis etiam in muliebrem naturam transfigurare conatum: ut minus malum fuerit. cœnationes eum laqueatis habuisse tabulis eburneis uersatilibus ac fistulatis, ut flores & unguenta desuper spargerentur: & cœnationum fuisse præcipuam rotundam, quæ perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circumageretur. Agrippinæ uero genetricis id factum usque adeo damnamus, ut Messalinæ Claudij item imperatoris libidinem minus ultuperandam ducamus, quæ ancillam meretricē in certamine cōcubitus superauit X X V uicibus. Commodus uero Antoninus cum trecentis concubinis quas ex matronarum meretricum'que delectu ad formæ speciem constituerat, ac trecentis alijs puberibus exoletis quos æque ex plæbe ac nobilitate collegerat in palatio, per conuiuia & balnea bacchabatur. Heliogabalus'que strauit triclinia de rosis & lectos & porticus, & sic per ea deambulabat

De medicinis externis · *Neronis flagitia infanda* · *Agrippinæ libido* · *Commodus* · *Heliogabalus*

ambulabat. Oppreſſitque aliquando in triclinijs uerſatilibus paraſitos ſuos uiolis & floribus ſic ut animam aliqui efflauerint, cum emergere ad ſummũ non poſſent. Qui non niſi unguento nobili aut croco, piſcinis infectis natauit. Nec cubuit in accubitis facile niſi in his qui pilum leporinum habuerint, aut plumas perdicũ ſubalares, ſæpe culcitras mutans. Sed iam ſatis deſcribendo hęc ſtomachati ſumus, ad ędificia tandem ueniamus. De qua re dicturi à ui uerborum de noſtro more inchoabimus. ædificiorum appellatione Iulianus iureconſultus aut ſuperficiem ſignificari inquit aut ſolum quoq;, cui ædificium eſt ſuper impoſitum, eaq; ædificij appellatione eſt uerborũ latinorum à facienda æde compoſitio.

De ædificijs

Florentinus uero fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur, ſed in uſu urbana ædificia, ædes: ruſtica, uillæ dicuntur: locus uero ſine ædificio in urbe area, rure autem ager appellatur. Idem ꝓ ager cum ædificio fundus dicitur. Et Paulus fundus omne eſt quicquid ſolo tenetur, ager eſt ſpecies fundi ad uſum hominis comparatus: poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat, poſſeſſio enim uſus, ager proprietas loci. Et Varro de lingua latina, domus inquit Græcum, ædes ab aditu, quod plano pede adibant. In hac uero ædificiorum deſcriptione ratio temporis & locorum habenda eſt. Aliter enim primis conditæ urbis & naſcentis rei publicæ temporibus, aliter nata & aucta rerum opulentia ædificatum eſt: aliter rure & aliter domi ædes fuiſſe extructas nullus addubitabit.

Fundus *Area* *Ager* *Domus* *Aedes*

Quantum autem ad temporis uarietatem attinet Romuli caſam, capitolij humilima tecta, æternosque ueſtæ focos, fictilibus contentos fuiſſe multi ſcripſerunt, ædeſque propter quas Valerius à ſumma uelia in infimum forum translatas publicolæ cognomen ſit nactus, permodicas & tenuiſſimæ ſtructuræ conſtat fuiſſe. Quin ſcribit Suetonius, Octauium Auguſtum ſenem & morti appropinquantem ſolitum gloriari, urbem ſe quam inueniſſet lateritiam relicturum eſſe marmoream. De qua inſigni mutatione quo cœperit perſeuraueritq; modo dicendum eſt, præſertim cum ea futura ſit ædificiorum quæ deſcribemus pro maiori parte materia. L. Craſſum oratorem ſcribit Plinius primum Romanorum columnas habuiſſe in atrio marmoreas hymetias peregrini marmoris, unde Brutus in iurgio uenerem palatinam eum appellauerit. Syllamq; ex Iouis templo Athenis columnas inuexiſſe ædibus capitolinis. primum etiam Romæ cruſtauiſſe marmoribus, totius domus parietes in cælio monte Mamuram phormijs natum, equitem Romanum, præfectum fabrorum C. Cæſaris in Gallijs. Contraria uero ſibi ipſi uidetur ſcribere Plinius, qui eadem penè in operis parte, dicit priſcos limina & ualuas ex ære factitaſſe, & Camillum ærata hoſtia habuiſſe in domo. à conſulatuq; Octauij qui de Perſeo naualem duxit triumphum, factam eſſe porticum duplicem ad circum flaminium ex ære, quæ corinthia ſit appellata à capitibus æreis columnarum. deinde inferius ſcribit: M. Lepidus Catuli in conſulatu collega, primus omnium limina ex numidico marmore poſuit magna reprehenſione, anno urbis quinto ſexageſimo ſexcenteſimo. quam enim reprehenſionem meritus fuiſſe dicatur Lepidus ſi limina ex numidico marmore poſuit, quando Camillum prioris caſtiorisq; ſęculi conciuem uideret, ęrata hoſtia, & alios limina & ualuas ex ære habuiſſe: qui nomen luculleio marmori dederit quod uiride & luxuriãti per maium menſem prato ſimillimũ eſt, nuncq; plurimis in locis Romæ conſpicitur: Fuit item poſt Auguſtum tiberiacũ marmor ex Aegypto Auguſti & Tiberij diligentia aduectum, nunc ignotũ. Ex ophite dicit Plinius columnas eſſe paruas, quod marmor ſit nigricans uarium, dicaturq; capitis dolores ſedare alligatum, & ſerpentium ictus: & quoſdam phreneticis lethargicis alligari iuſſiſſe. Sunt uero nũc eiuſmodi colũnæ quãplures Romæ ad beati Petri confeſſionẽ, ad ſancti Gregorij, ad ſanctę Crucis altaria, & lateranenſi in eccleſia, ubi uetus eſt ornatiſſimumq; balneum. Rubere item dicit Plinius porphyreticũ ex Aegypto interueniẽtibus candidis punctis, nunc ubiq; notiſſimũ, & priſcum retinens nomen. Vnde Seneca epiſtola cxvi. Delectãt nos ingentiũ maculæ columnarũ, ſiue ex aphricæ ſolitudinibus aduectę, porticum aliquam uel capacem populi cœnationẽ ferunt, miramur parietes tenero marmore indutos. Aegyptũ quoq; miſiſſe ferrei coloris atq; duritiei marmor, quod etiam eſt notiſſimũ. Subinfert Plinius onycẽ in Arabiæ mõtibus & in Carmania, ex quo potoria uaſa primum facta, poſt pedes lectorum ſellarumq;: columnas quatuor in theatro ſuo Cornelius Balbus poſuit. Nos ampliores uidim⁹ in cœnatione Caliſti liberti Claudij Neronis. Et alio in loco Plinius, Marci Scauri ædilitate ccccclx. columnæ

Craſſus primum habuit colũnas marmoreas in domo *Limina & ualue ex ære* *Marmor luculleum* *Marmor tiberiacum* *Ophites* *Porphyreticum marmor* *Onyces*

fuerunt in tẽporario theatro uix menſe manſuro. Vnde & Hieronymus ad Demetriadem
Alij ædificent eccleſias, ueſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarũ moles aduehant,
earumq́ deaurent capita, precioſo ornatu, conſentiente ebore argentoq́ ualuas, & gem-
Antæ colu-mnæ mis aurata diſtinguant altaria. præter rotundas uero aliæ fuerunt columnę quę dictæ ſunt
antæ, quod antes quadraturã ſignificare Nonius affirmat. Fueruntq́ pariter alia ſiue mar
Alabaſtrus mora, ſiue quid aliud appellanda ſint: ornamentis Romanorũ adhibita: Alabaſtrus quem
ſeruãdis unguẽtis maxime idoneũ naſci dicit Plinius circa thebas Aegyptias & Damaſcũ
ſyriæ, quo priſci Romani ſicut aliqui magnates nunc Romæ, præſtãdo per feneſtras lumi
Criſtallum ne utebant. Et criſtallũ è gelu concreto, cuius trullam unam C L. milibus matronã unam
Succinum emiſſe Plinius refert. Erat & ſuccinũ, folia, paleas & ueſtium fimbrias raptans, unde uer-
Meniana ticellos fœminæ faciebant. Sed ædificia meniana idẽ uult Nonius porrecta exterius eſſe di
cta, ꝙ primo à Menio fuerunt approbata. Is enim primus fuit qui ultra columnas extendit
Tigna tigna quo ampliarent̃ ſuperiora. Tignaq́ Vlpianus à tegẽdo dicta ſcribit, hoc amplius &
calcem & harenã tignorũ appellatione contineri. Sed & in uineis uult idem tigni appella-
tione omnia cõtineri uineis neceſſaria. Materiãq́ eſſe; quę ad ædificandũ fulciendũq́ ne-
Lignum ceſſaria eſt. Lignũ uero quicquid cõburendi cauſa paratũ eſt. Inſuper fabros tignarios dici
Fabri tignarij non eos dũtaxat qui tigna dolarent, ſed & omnes qui ędificarent. ędificiorũ partes iam ag
Atrium grediamur. Atrium ab atriatibus hetruſcis dictũ uult Varro, illinc enim primũ exemplum
Veſtibulum fuiſſe ſumptũ dicit. Atriumq́ uideri poſſe dictũ ꝙ ſit anterius, idemq́ & ueſtibulũ, de quo
Aulus Gellius. Qui domos amplas faciebant locum ante ianuam relinquebant, qui inter
fores domus & uiã relictus eſſet. In eo loco qui dominũ eius domus ſalutatũ uenerant pri-
uſquam admitterent̃ conſiſtebant, & neq́ in uia ſtabant, neq́ intra ædes, idq́ ueſtibulũ ap
pellabãt. Vnde Virgilius, Veſtibulũ ante ipſum primiſq́ in faucibus orci. De qua ędium
parte Plinius. Apud maiores in atrijs erant imagines non ſigna quæ ſpectant̃ externorum
artificum, nec æra aut marmora. Expreſſi cæra uultus ſingulis diſponebantur armarijs, ut
eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera: ſemperq́ defuncto aliquo, totus ade-
rat familiæ eius qui unquã fuerat populus. Stẽmata uero lineis diſcurrebant ad imagines,
parietis tabulina codicibus implebant̃ & monumentis rerũ in magiſtratu geſtarũ, aliæ fo
ris & circa limina animorũ ingentiũ imagines erãt, affixis hoſtiũ ſpolijs, quę nec emptori
refigere liceret, quę etiã dominis mutatis domus ornamẽta erãt. Eratq́ hęc ſtimulatio ſum
ma & ingẽs, exprobrãtibus tectis quotidie imbellẽ dominũ intrare alienũ triumphũ. Paui
menta ſecundo uident̃ loco oſtendẽda, quorũ aliquot nomina ponit Plinius: Scalpturatũ
De pauimẽtis poſt tertiũ bellum punicũ primo eſt factũ: Ante pauimenta atq́ emblemata uermiculata.
Subdialia à Græcis primo habita quibus cõtegerẽtur domus ex tunſa teſta & pedali craſ-
ſitudine fiſtucata. Litoſtrota cœptauere iã ſub Sylla paruulis certe cruſtis. Et primę quidẽ
ſpeciei teſſellis minutis diuerſicoloribus in quãcunq́ picturã, multa nunc Romæ & ubiq́
ubi Romanorũ extant ędificiorũ ruinę cernunt̃. Secũdęq́ pariter, adeo ut eius nũc quoq́
paſſim terratij appellatione ſit uſus. tertiæ pauciora Romæ uidemus. Laterculi enĩ ſunt di
giti breuitate altrinſecus tenui calce cõpacti. atriũ poſt hoſtij æneũ aut marmoreũ limẽ ha
Porticus quadrata bẽtis ingreſſum, unaquaq́ in domo bene diſpoſita ſequit̃ portic⁹ quadrata, colũnatis mar
moribus ſuperiorẽ ſuſtentãtib⁹ porticũ munita, cuius quidẽ portic⁹ infra ſupraq́ & in cir
cuitu magna & uaria fuerũt ornamenta. Pauimentũ nãq́ inerat unũ ex tribus ſupradictis
ſed maiori ex p̃te ſcalpturatũ teſſellis ex marmore uarij coloris aliquã in picturã uariatũ,
qđ quidẽ nunc dirutarũ Romę & extra ędium ac uillarũ fundamenta per uineas & agros
ab effodientibus reperta oſtendũt. Parietesq́ uarijs undiq́ marmorei cruſtamentis ueſtiti
erant, & ipſas inter columnas uela ſemper erant uento, frigori, ſoli, pulueribusq́ arcendis
oppoſita, quæ uarij coloris & precij pro dierũ & ſolennitatũ uarietate haud ſecus quã ue-
ſtimenta à dominis mutabantur. fornices uero porticibus ſuperinducti & ipſi rotundis
marmoribus in ſpecula leuigatis uiſebãtur. ea ſpecularia nunc per eccleſias præſentis tem
poris Romæ, aut in pauimentis, aut ad umbones uidemus adhibita, Ipſa autem quæ inter
quadraturam porticus relinquebatur area, fuerunt uaria pro ingeniorum diuerſitate oble
ctamenta. quoſdam enim legimus prati uiriditate conſitis arboribus plena fuiſſe conten-
tos: quoſdam ibi fontem ſalientium in ſublime aquarum cuniculis aliunde deductarum
habuiſſe: cum riuulos aquarũ inde per pratum defluentes ſi paulo murmurantiores eſſent

euripos

euripos,& alios maiuſculos impropria nimis ſimilitudine nilos appellarent. Vnde Cicero
legum primo. Magnificasꝗ uillas & pauimenta marmorea & laqueata tecta cõtẽno. Du
ctus uero aquarũ quos iſti nilos euriposꝗ uocant, quis cum uiderit non irriſerit? Superior
uero porticus ad quã oblongo molli & accliui ſæpius ꝗ gradibus aſcenſus erat, eadem in
pauimento parietibus & columnato habuit ornamẽta, ſed laqueato deſuper id tectum ſæ
pius quàm camera integebatur. quæ quidẽ laquearia auro argẽto & ebore diſtincta fuiſſe
ſuperius uidimus, cum in aliquibus cõſtet particulas fuiſſe ita libratas ſuſpenſasꝗ ut ſerui
impulſu in hoſpites deciderent. de quibus ſic habet Plinius: laquearia quæ nunc etiã in pri
uatis domibus auro teguntur, poſt Carthaginẽ euerſam primo inaurata ſunt in capitolio
cenſura L. Mummij: inde tranſiere in cameras: parietes quoꝗ iam & ipſi tamꝗ uaſa in-
aurantur, cum ſua ætas uarie de Catulo exiſtimauerit, ꝗ tegulas æreas capitolij inauraſſet
primus. Quę aũt partes aliæ, & domus officinæ ad inferiorẽ ſuperioremue porticũ eſſent *De fornicibus*
non ſatis affirmari poteſt. Sub ipſa namꝗ porticu prima, fornices erant ampliſſimi, ędium
quas ſuſtentabãt magnitudini reſpondentes, in quibus partim molæ tenebantũ & aſinariæ
& manuales, & ei piſtrino ſerui perpetuo dedicati: partim ipſi & alij comedebant & dor-
miebãt ſerui: partim diuerſarũ rerum apothecæ, & uinaria, olearia, & rerum aliarum cellæ
erant. Quin etiam ipſorum fornicũ ſubterraneorũ pars una zetis inſeruiebat parti ædium *Zeta*
nunc ignotæ, & cuius apud priſcos mentio ſæpe habetur: oblongus enim is fornix aquã
feruẽte à ſeruis in id opus addictis implebatũ: nullumꝗ aquæ uaporariũ aliud erat, ꝗ quod
in id ædificãtes de induſtria & accuratiſſime, in hanc maxime formã reliquiſſent. triginta
ut apparet pluribusue in circuitũ locis fiſtulæ cãnales quà fornix parieti hæret linqueban
tur, triplices quadruplicesue ſimul iunctæ, quarum ex lateritio unaquæꝗ ſummiſſi pugni
longitudine & duorum digitorũ craſſitudinis latitudine erat: quæ forma efficit, ut ternæ
quaternæ aut plures ſimul paruũ occupent locum. perducebãturꝗ in primam ſecundam
& tertiam ſi domui aderat contignationẽ, & in quacunꝗ aula, cubiculo, porticu, & alia do
mus particula binæ ex ipſis quaternæ aut plures amoto quod proprium ſemper adhibeba
tur obturaculo uaporem exhalantes, ab imis feruentibus aquis prouenientem dabant ca-
lorem: pulchrumꝗ eſt uiris ingenio præditis uidere, multis in Romæ ruinis fornicum mu
rorumꝗ moles craſſiſſimas, eas habere cuniculares textulas cannales in tranſuerſum de-
ductas. nulla enim erat pars ædium à primis in ſublime perductis cannalibus tam remota,
quin ædificantes per ingentes murorum craſſitudines earum aliquam perduxiſſent. Cer-
nereꝗ hoc eſt nunc imprimis in ædibus quas Philippus Marerius apud ſanctum Stepha-
num pineæ ſiue (ut aiunt) caci: ad meridionale ipſius eccleſiæ atrium poſſidet, quem ad
locum ſubterraneũ accenſo per diem mediã lumine parua ſcala deſcenditur. Eccleſia uero
ſanctæ Crucis nunc inſignis, doctos qui hęc legerint circumſpicientes, quod hi fuerint ex
lateritio cuniculi facile edocebit. Cum enim in palatio Soſorij ciuis ampliſſimi ea fuerit ec
cleſiæ ædificatio, habuit ad calefactionem partium ædis ſingularũ id palatium hoc de quo
diximus adiumentum, uſꝗ ad primam contignationem à tribus eccleſię lateribus extans.
Scribitꝗ Placidus grammaticus in zetæ uerbi expoſitione, aquam frigidam per æſtatem
ex formis in eum dimiſſam ſubterraneum ſiue fundamentalem fornicem, omnes ædium
particulas per emiſſam lenis ſpiritus uaporationem pari forma & ratione refrigeraſſe. ſu-
pra ipſos itaꝗ primos fundamentales (ut ita appellem) fornices, erant partes domus ad pri
mam porticum ſoli paritate reſpondentes, ſed pro dominorum ingenij uarietate ſingulis
in ædibus diuerſæ: & pariter ad ſuperiorem porticum erat. Cubicula enim utrobiꝗ, au-
las, cœnationes & alia loca prout libuerat ſinguli ædificabant. Videmus uero quibuſdam
in urbe ſummorũ uirorum ædibus, & plurimis in mediocrium etiam libertini generis ho-
minum uillis, porticus ſuperioris formæ inferiores binas ternasꝗ fuiſſe, ad quas ſuperio-
res aliæ totidẽ porticus reſpõdent: quod quidẽ minori nobis eſt miraculo, qui Bernabouis
Vicecomitis ædem trinam habentem quadratã inferiorem porticũ, columnis marmoreis
& quidem ſublimibus ſuperiorem ſuſtentantibus porticũ, munitam Mediolani uidimus:
in qua ſi pauimenta cruſtamentaꝗ marmorea & laquearia deerant aurea, & argentea, &
eburnea, elegãs ſumptuoſiꝗ operis pictura nequaꝗ inaurationibus carens & parietes &
laquearia exornabat: Parisꝗ penè operis & dignitatis ædes aliquando fuere, quas magna
ex parte extantes, Scaligeri Veronę, Carrarienſes Paduæ, ædificarunt. & ſancti Benedicti
ordinis

ordinis monasteria præsertim uetustiora, quorum partem principio in Romanorum prisci temporis ciuium ædibus ædificata fuisse scimus, eam de qua diximus formã retinent. Sed alias quoq; partes antedictis maiores nonnullæ urbis ædes, & penè omnes uillæ habent, dedicatas scilicet singulis dijs partes, in quibus & si res diuina debito tempore, cœnationes tamen aliquando etiam fiebãt. Vnde est illud Luculli, quem cum M. Crassus Pompeius & Cicero improuisum ad cœnam adoriri cuperent, constituto ille pridem cum dispensatore remedio obuiauit: in Apolline enim cœnandum esse admonens, abunde significauit parandam esse cœnam, quæ summis tribus hospitibus satisfaceret. similes enim qȝ plures habuit in æde cœnationes quæ plurium pauciorumq; conuiuarum dignitatem, ac commodum habituræ essent quantocius apparatum. Et præter hæc cum urbanis ædibus comunia uillæ alia habent magnitudinis eximiæ loca: idq; facile intelliget qui binas Plinij oratoris epistolas leget, in quibus laurentinum hetruscamq; uillas suas accuratissime describit, & quidem in laurentina has describit partes à nobis superius dictas. In prima parte atrium frugi, nec tamen sordidum. Deinde porticus in o litteræ similitudinem, quibus paruula sed festiua area concluditur: Postea Hippodromos ponit partem ad equorum cursus agitationemq; factam, quæ breuior stadio uno esse non potuit. parisq; longitudinis fuisse oportuit gestationes in quibus deambulando defatigati, aut curru uecti ad sanitatem exercerentur. & orti inerant uineæq; ingentes, prata quoq; siue ut appellant uiridaria buxo lauroq; plurimo frequentata: quorum præsertim buxi in omnem formam ductilis, leonũ, ursorum & aliorum animaliũ formæ; ac litteræ domini & opificis nomen exprimentes inerant. Et zetas in utraq; uilla binas ternasue fuisse uidemus: ædificio in id separato, quod cubicula, cœnationes & aulas habuerit hyemales. xysti etiam inerant in hemiciclum curui, & aliæ diuersorum uocabulorum partes, Græcæ ut credimus appellationis, quas tamen huius temporis Græci ignorant. Sed & nos per uiam appiam uillarum uidimus ruinas, in quis theatra extant, tres mille homines in spectaculũ admissura. extant ferarum septa & piscinarum muri. In baianoq; pariter & lucrino præter eadem adhuc apparentia, absidæ extant celsi superbiq; operis, quarum partem balnea, partem sacella, partem cubicula, & uillarum aulas, cœnationesq; fuisse non dubito: in quarum aliquibus ferramenta semicorrosa superne adhuc pendent, specularibus quæ sustentabãt spoliata. Hic mihi ad tantas ædium uillarumq; magnificentias nõnulli priscorum ineptias falso arguentes insultant: nec singulis ut nunc cubiculis caminos nec latrinas fuisse. sed de caminis & necessario per hyemem calore satis supraq; in zetis factum existimo. Siq; erunt qui contendant non potuisse tenuioris census homines eas habere zetas, focũ respõdebo eos media habuisse aula ad quem tota familia cõsideret, sicut plurimis nunc circa urbem & partẽ Italiæ regnum appellatã in urbibus & oppidis seruari uidemus. quamq; Cicero ad Quintum fratrem Asiæ tunc proprætorẽ de uilla quam sibi in arcano ædificabat sic habet. Vaporarium ex quo ignis erumpit. Et Trebatio idẽ Cicero. Valde timeo ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendũ censeo. latrinarũ uero iniustiorẽ quàm caminorum calumniam fuisse ostendã. Multis unamquamq; etiam mediocris census ciuium ædem & uillã seruis libertis ancillisq; abundasse constat, qui excepta in uasis dominorum uentris pondera deportantes in aquarũ decursibus abijcientes, uasculum illico emundabant. nõ solum eñ in ædibus sed uicis uijs uiculisq; & andronis fermè in singulis aquę publico instituto in id ad salubritatẽ ciuitatis adiumenti decurrebant. libetq; magnam in pudenda re priscorum prudentiã liberius calamo quàm uerbo & famine fortassis ausuri fuimus, exprimere: Ne tanta seruorũ puerorumq; urbem incolentium turba, quantam fuisse credendũ est, ne peregrina multitudo quã refertur hospitio carentem per uias quãdoq; noctes egisse, omnia quod necessariũ fuisset sordibus & fœtore cõpleret: latrinæ primum in ipsis urbis mœnibus aliquot milia, & aliæ pariter certis in locis publicæ institutæ sunt. qđ quidẽ sexti Ruffi uiri cõsularis breue cõpendium ostendit. & cum id parũ prodesse sit uisum, aquarum decursus tota urbe (quod Frontinus indicat) post angulos ita deriuati sunt, ut etiam interdiu sine pudore exonerandi in ipsis uentrem præbita sit facultas, quibus in locis publica impensa spongiæ fusticulis ibi catenæ firmatis alligatę erant, quibus obscœna non solum abstergere sed sumpta bis terue aqua lauare liceret. testis ad id mihi nunc unus, sed locupletissimus sit Anneus Seneca, qui ductum ut feris in amphitheatro pugnaturus

Hippodromos

Gestationes

Xystus

Absidæ

Latrinæ publicæ

gnaturus obijceretur, captiuæ fortis hominem, simulata exonerandi uentris necessitate, cum à perducente lictore permissus esset paulisper secedere: ligno cui erat in id alligata spongia in os suffarcinato enectum, ferarū sęuitiæ se subtraxisse dicit. Fenestras uero quas transennas Festus uult appellatas fuisse, prisci amplissimas etiā ut uidetur extra proportionem fecerunt ea (ut uult Plinius) ratione, quod agitatū uento aut tenui aura aerem seruari in ædibus salubriorem existiment. Fuit etiam unaquaq; in æde aut uilla impluuiū: quem Asconius secunda actione in Verrem locum fuisse dicit sine tecto, quà impluere imber in domum posset. Vnde Cicero tertia in Verrem, ostendam in ædibus priuatis longa difficiliq; uectura columnas singulas ad impluuium sestertijs quadragenis milibus. Et textrinum unaquæq; etiam splendidi uiri domus in atrio habuit locatum. Asconius in Milonianam Ciceronis orationem. Clodiani ad milonis domum delati telas quæ ex ueteri more in atrio texebantur diruerunt. Et Cicero ipse tertia in Verrem. Nulla domus in sicilia locuples fuit: ubi iste non textrinum instituerit. Possemus ex his quæ supra collegimus, lectica in cubiculis aureas argenteas & eburneas: lectorum fulcra ex bisso purpura lineisq; auro intertextis: strata in cubiculis, tapera & uestitos auleis muros: possemus abacos cum suppositis ad aquas excipiendas immundas conchis aureis & argenteis, cum uasis uinarijs aquarijsq; item aureis & argenteis, cum mirrhinis trullis & cantaris: possemus bibliothecas in uillis singulis integras repetere. Possemus pauonum turdorumq; auiaria, gallinarum columbarumq; milia, ostrearia, piscinas dicere. Sed cum ea unusquisq; ex superioribus sumpta facile possit ædium & uillarum partibus applicare, desinemus: propositoq; nihilominus uillarum magnificentiæ & priscorum magnitudinis opum intendentes, mirum dicimus, omnium fuisse in ea re maximum, ciues Romanos etiam mediocris census non ternas modo aut quaternas huiusmodi uillas sed multo plures habuisse. Verrem enim satis innuit Cicero triginta habuisse uillas, in quas lectos, fulcra, supellectilem, & ornamenta Siciliæ furtis & rapinis aducta, perduxerit. Nec uero emisse eas post contractas tanta rapina diuitias Verrem satis constare credimus, quando earum coemptionem uillarum à Cicerone obijci non uidemus. M. Cælium cuius causam M. Cicero perorauit, paucarum diuitiarū fuisse qui eam perlegit orationem intelliget, & tamen Cicero in confutatione sic habet. Sumptus unius generis obiectus est, habitationibus triginta milium dixistis habitare. Et ipsum Ciceronem, qui nunquā diues inter Romanos ciues sit habitus (licet per calumniam Salustius id obijciat) duodeuiginti habuisse uillas, nos curis aliquando liberiores, in epistolis ad Atticum collegisse meminimus, sed eas quæ nunc memoriæ occurrerint referemus. Tusculanam, in qua nunc decimo ab urbe miliario cryptæ ferratæ Græcum extat monasterium. Lanuuinā cuius oppidi nunc summi uiri Prosperi cardinalis columnæ, & si publicum erat Romani populi municipiū, agros murenarū familia inde oriunda, maiori ex parte possidebat. Habuit ad asturam nunc Antonij columnæ urbis præfecti arcem, uillam asturicensem. Habuit ad idem inferi maris littus phormianā, cuius uestigia apud molas amœnissimū gaietæ uicum inspexisse lætamur. Habuit puteolanam in qua Hadrianus imperator obijt. Habuit alsiensem nobis incognitā. Fuitq; illi omnium gratissima arpinas paterna, cuius in legum dialogo meminit. Fuit & arcanum nunc arce oppidum cassinati propinquū, in quo quinto fratri comuni uiridaria id est colles arduos omnino steriles & sola gratos uiriditate, fratri emisse alicubi in epistolis scribit. Fuit & Pōpeianū, ubi nunc paulo plus minus duodecimo à Neapoli miliario sanctæ Mariæ annunciatæ uico est appellatio. ad ipsasq; uillas cum sæpe numero Ciceronem iuisse legamus, nunquam aliquid detulit supellectilis, aut librorum, ut quod supra iureconsulti indicant, omnes pariter bene instructas tenuisse uideatur. & nunquam pauciores triginta libertos seruosq; Cicero iter faciens duxit, cum aliquando uxorem & liberos trahens plurimos ipse, & leuis superbaq; uxor Terentia ancillarum cohortem habuerit, quæ illi in patriam reuocato, cum curribus sexdecim brundusium usq; obuia fuit. In oratione etiam milonianа Cicero, quem mediocris census ciues comitatū in uillam ituri ducerent, satis sic ostendit. Milo qui nunq;, tū casu pueros symphoniacos uxoris duxerat, & ancillarū greges, illi qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas duceret, tum neminē. Asconius uero pedianus in eandē orationē, comitū quos ciues Romani in uillas ducerēt numerum sic indicat. Milo rheda uehebat cū uxore fausta L. Syllæ dictatoris filia, & M. Fusio famiiare

Transenna

Impluuium

Textrinum in quaq; domo

De uillis

Villæ Ciceronis

liare suo. Sequebatur eos magnum seruorum agmen, inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo uoti. Vnde Cicero eodem loco. Cum hic Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus, magno cum impedimēto, ac muliebri & delicato ancillarū puerorumque comitatu. Et Quintus Cicero frater Marco fratre opibus tenuior, qualem uillam sibi parari fecerit in arcano nunc arce oppidulo cassinati propinquo, ostendit ipsius Marci Ciceronis epistola cuius particulas hic excerpam. In arcano ad quintū idus sep. aquam quam ibi ducebant non longe à uilla belle sane fluentem uidi: nihil ei restabat præter balnearia & ambulationem & auiarium. Summā dignitatem pauimenta porticus habent, quod mihi denique apparuit, postquā & ipsa tota patent & columnæ politæ sunt. cameras quasdam non probaui, mutarique iussi: quo loco te in porticu scribere aiunt ut atriolū fiat. Equidem hoc quod melius intelligo affirmo mirifica suauitate te uillam habiturū, piscina & salientibus aquis, additis palestra & silua uiridicata. Quamque ea uilla quæ nunc est tanquam philosophia uidetur esse, quæ obiurget cæterarum uillarum insaniam. Habes de rebus rusticis urbanam expositionem. Expolitiones utriusque nostrum sunt in manibus, sed tua ad perfectum. Plinius autem orator homo, ex Como, uir Romę alienigena, quid uillarum habuerit ab ipso audiamus. Cum enim uillam quæ sibi erat in thuscis descripsisset Apollinari suo: sic ad finem epistolę habet. Habes causas cur ego thuscos meos tusculanis, prenestinis, tiburtinis præponam meis. & in alia epistola Romano. Ego ad larium lacum. huius in littore plures uillæ meæ: sed duæ ut maxime delectant, ita exercent: altera imposita saxis more baiano lacum prospicit, altera æque more baiano lacum tangit. Sed erunt qui Milonem Clodium Ciceronē ac Quintū fratrem, Plinium & Verrem inter opulentissimos, non inter medioceris census ciues Romanos adnumerari uelint: iisque respōdemus M. Crassum dicere solitum fuisse, non esse diuitem qui exercitum ex proprio alere non posset, sicut ipsum potuisse constabat. ut pariter diuites esse dicamus Dolobellam in cuius epistola ad Senatum P. Q.R. scripta uidemus eum dicere, exercitum liberalitate sua sustentatum bene habere. sicut & Brutos & Cassios aliquamdiu sustentasse constat. diuites etiam illi erant, per quorū agros Anneus Seneca bina aut terna flumina à summo apenino in mare scribit discurisse. Diuites & illi erant, quos Tyberius gracchus in Hispaniam iturus, cum per Italiam iter faceret uidisse deplorat, sena, septena & plura seruorum milia in agris habere, quamobrem sui exterminij legem agrariam ferre constituit. Iam L. Lucullum & G. Pompeium ditissimos fuisse nullus addubitauerit, qui legerit Lucullum à Pompeio & Cicerone Xerxem togatum fuisse appellatum, qui minimam ob delectatiunculam montes in puteolano ad nuncagnanū perfoderet. & Demetriū Pompeij libertum in Asiam ad uillas agros & cæteras diuitiarum suarum partes inspiciendas euntem, tantum in comitatu habuisse apparatū, ut regibus nostri temporis ęquiperari potuerit. Cui omnes Asiæ populi potiusquam Catoni longo itinere obuij procedebant. Iam tandem priscam ædificiorum urbis Romæ magnificentiam, splendorem, ornatū, quod in re exinanita fieri potuit, iam ciuium illa inhabitantiū diuitias, lautitiam, ingentes exquisitissimosque apparatus, non parua ex parte credimus ostendisse. uelim itaque nunc mecum sint qui fornices & cameras qui antra, qui fundamenta, sub uineis sub ipsis ecclesijs, & ciuium nostri temporis domibus ac casis intra urbis mœnia, & ubique in circuitu extantia inspiciant & contemplentur. Velim esse qui ad omnes uias consulares, Aureliam in hetruriæ maritimis pisas uersus, Cassiam ad Sutrium Vetrallam, Viterbiumque & uulsinenses: Flaminiā per Narniam, meuaniam, fulgineum, nuceriam, callium, fanum fortunæ, pisaurum & ariminum: Per latinam ac lauicanum nunc ualmontonū, & nunc campaniam usque in casinatem sancti Germani saltum: per appiam albæ ariciæque ruinas, & muros pontinæ olim plaudis pontes, à nimphis ad terracinam, inde per fundos itrum, molas, suessam, & medium stellatem campum usque brundusium, inde transuerso itinere per atellam nunc aduersam, puteolos, & circum baianum olim sinum nunc tripergule balneas usque cumas, Velim itaque esse qui ædificia alicubi ad dictas uias semijntegra: aut quod certius est ingentes stupendasque eorum ruinas mecum inuisat. pauimēta inspiciat: lithostrota uermiculata & scalpturata, piscinas alicubi, ostrearia, ferarum auiumque, aut leporaria, aut claustra: ita inter rubos uepres & spinas apparentia, ut facile sit futurum ea paruo negocio, paruaque impensa usui prisco reddi. Isque diligens nostræ huiusmodi indagationis socius cum nostra etiam hæc quæ hoc collegimus

M. Crassi dictum

Qui diuites fuerint in urbe Roma

L. Lucullus ditissimus

Demetrius Pompei libertus

gimus libro leg erit, negare audeat, illius ea populi fuiſſe Romani in quo omnes auro & argento ac totius orbis præda quæſitis opibus abundauerint, adeo ut non ſolum patricij & equeſtris ordinis uiri, non ſolum plæbeij in tribubus centurijs cenſuq; aſcripti domum in urbe & uillas denas pluresue habuerint ornatiſſimas, ac ſumptuoſiſſime paratas, ſed liberti & libertini generis infiniti, ſimilibus in urbe in ſuburbanisq; & per Italiã omnẽ extraq; eam ædibus ornati fuerint. Scribit Suetonius Tranquillus Cæſarem perpetuũ dictatorem ut gratiam multis alijs largitionibus lenocinijsq; quęſitam, nouo item modo aucuparetur, Viginti milibus Romanis ciuibus, quibus terni, aut plures eſſent nati, campum ſtellatem campani agri maximã melioremq; partem, æquis portionibus diuiſiſſe: donum certe eximium, in quo plurima & opulentiſſima ſint etiam nunc caſtella, ceanum, talenum, & alia prout in Italia oſtendimus illuſtrata: feceruntq; tanti id munus, qui acceperant Romani ciues, ut tamquam una ſodalitas inde effecti, pro cõmuni omnibus elogio ac titulo in monumentis ſe ſinguli ſtellates inſcripſerint. Vidimuſq; noſtro indicante Octauiano Vbaldino non minus optimo quam nobilitate inſigni, quem pręclarus princeps Federicus Feretrenſis unicum habet germanum fratrem, ad quatuor pyramides ſepulchrorũ urbini eſſe marmoreas, in quibus ſingulis diuerſi ciues Romani ſuis functorũ militiæ munerum titulis, ſtellatem literis maiuſculis elegantibus quiſq; addiderat. Ex eo itaq; ingenti ciuiũ numero unde uiginti milia ſtellates ternis aut pluribus aucti filijs ſelegi potuerunt totidem aut plura milia tribus pauciores aut nullos habentium natos ſumi potuiſſent, & hæc uiginti milia ex ciuium corpore urbi incluſo ſumpta fuiſſe non dubitamus. Satiſq; ſuperius in rei publicæ adminiſtrationis partibus oſtendiſſe meminimus, plures Italiam, plurimos cæteras imperij prouincias ipſa urbe ciues Romanos & milites habuiſſe. Digreſſi nuper fuimus à propoſito, ut qđ libri huius initio propoſuimus & Franciſco noſtro Barbaro oſtendendũ nos diximus fuiſſe pollicitos, cum fœnore exſoluamus, Non ſolũ uiginti ſed multo plura ciuium milia fuiſſe priſcis temporibus Romæ, qui ædium ſupellectilis familiæ & apparatus omnis ſplendore lautitia atq; luxuria noſtros omnes huius temporis urbiũ & oppidorum ciues longe ſuperauerint. ſed iam unde ab inſtituto abiuimus reuertamur. multa ſuperius uirorum cuiuslibet ætatis conſuetudines moreſq;, multa ædium, & uillarũ opulentiam, magnificentiam, & ſplendorem oſtendentia diximus, quæ mulieribus quoq; potuerunt eſſe cõmunia. Nunc aliqua eis accomodata ſolis cum attigerimus, alia etiam per eam occaſionem ſcribemus, quæ uiris quoq; fuere cõmunia. Nihil uero magis proprium nihil mulieri maius aut decentius quàm pudicitia, de qua quid ſenſerint curauerintq; priſci primum à Liuio audiamus, is libro decimo ſic habet. Certamen in ſacello pudicitiæ patritiæ quæ in foro boario eſt inter matronas ortum. Virginiam Auli filiam, patre plæbeio nuptam L. Volumnio cõſuli matronæ ſacris arcuerũt: in uico longo ubi habitabat ex parte ædiũ, quod ſatis eſſet loci modico ſacello extruxit aramq; ibi poſuit pudicitiæ plæbeiæ. Et Plinius, pudiciſſima fœmina matronarum ſentẽtia Sulpicia paterculi filia, uxor Fuluij Flacci, electa ſenatuſconſulto, quæ ſacrum ueneris ex ſibyllinis libris dedicaret. & ad pudicitiam per moderationem uitæ conſeruandam ſcribit Plutarchus in problematibus, quod ſupra ſumptũ à M. Catone retulimus, mulieres cognatos ore oſculatas fuiſſe, cum ijs uini uſus eſſet interdictus, idcirco ne bibentes laterent, ſed domeſticorum congreſſu redarguerentur. Et Aulus Gellius: mulieres Romę & in latio abſtemię uixerũt, inſtitutumq; ut cognatis oſculum ferrent reprehendendi cauſa, ut odor inditium faceret ſi bibiſſent. honorq; ſemper mulieribus pro uirtute eſt habitus, qui tamen maximus inchoauit in Veturia matre & Volumnia uxore Coriolani: à quo cum impetraſſent ut rediret in Volſcos, Senatuſconſulto honores decreti mulieribus, ut cederẽt eis ſemita uiri, auroq; illæ uterẽtur & purpura: nec paruus eſt honor quem mulieribus tributũ tradit Vlpianus de ſenatoribus. clariſſimarum enim inquit perſonarum appellatione continentur fœminæ clariſſimis perſonis: clariſſimarum quoq; fœminarum nomine ſenatorum filiæ niſi quæ uiros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habentur: Fœminis enim dignitatem clariſſimam mariti tribuunt: tamdiu igitur clariſſima fœmina erit, quam diu ſenatori nupta eſt, uel clariſſimo, uel ſeparata ab eo alij inferioris dignitatis non nupſit: Sed nuptæ prius conſulari uiro impetrare ſolent à principe (quamuis per raro) ut nuptæ minoris dignitatis uiro, nihilominus in conſulari maneant dignitate, ut ſcio Antoninum magnum Auguſtum Iuliæ magnæ conſobrinæ

Campus ſtellates diuiſus à Cæſare ciuibus

Nihil mulieri decentius pudicitia

De pudicitia

Honores mulieribus pro uirtute

ſuæ

ſuæ indulſiſſe. Poſſem hoc loco, & multi fortaſſe faciendum mihi fuiſſe exiſtimabant, mul-
tarum mulierum laudes attingere, ſed paucis breuitati conſulturus ero contentus. Portia
Portia Bruti Bruti uxor, Catonis filia, cultro coxam uulnerauit: ut conſtantiam fortitudinemq́ʒ expe-
Zenobia riretur. Zenobiam ſcribit Trebellius Pollio, Odenati palmirenorum principis uxorem,
multorum ſententijs forti marito fortiorem fuiſſe, mulierem omnium nobiliſſimam & ſpe-
Victorina cioſiſſimam. Victorinamq́ʒ dictam caſtrorum matrem, ubi filium & nepotem uidit occi-
ſos: Poſthumium Lollianum & maritum hortatam fuiſſe, & iuuiſſe ad imperium, quod
& ipſa in germanis geſſit. Nec fuit minor aliquando priſcis, mulierum ueſaniæ atqʒ im-
De punitione pudicitiæ punitionis, quàm honoris uirtutibus habendi diligentia: Fabium Gurgitem ſcri-
in mulieres bit in decimo Liuius, aliquot matronas à populo ſtupri damnatas pecunia mulctaſſe, ex
ueſanas ha- quo mulctatitio ære ueneris ędem quæ prope circum eſt faciendam curauit. Claudia cum
bita eius carpentum frequenti populo uia progredi nequiret, ut frater reuiuiſceret optauit, &
uerbo poſtulauit: qui claſſe apud Siciliam perdita, populum rarefecit, damnataq́ʒ graui
mulcta eſt: Tiberius princeps matronas proſtratæ pudicitiæ quibus accuſator publicus
deeſſet: ut propinqui maiorum more de communi ſententia coherceren autor fuit. Et Do-
mitianus imperator probroſis fœminis lecticæ uſum ademit, iuſque capiendi legata here-
ditatesq́ʒ. & Alexander ſeuerus imperator mulieres infames quarum numerum magnum
repperit puniri iuſſit. alia nunc in moribus & conſuetudinibus, reliqua eſt pars ueſtium,
De ueſtibus cuius uerbi multiplex ſignificatum eſſe uidemus: Feſtus enim ſic habet. Veſtis generali-
Veſtis ter dicitur ſtragula, forenſis, muliebris. Veſtimentum pars aliqua, ut pallium, tunica, penu-
Veſtimentum la: Sed Vlpianus de legatis tractans latius exponit. Veſtimentorum ſunt omnia lanea, li-
neaq́ʒ, uel ſericea, uel bombicina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, ac-
cubandiq́ʒ cauſa parata ſunt, & quæ his acceſſionis iure cedunt: quę ſunt, inſtitæ, picturæ,
Veſtimenta clauiq́ʒ qui ueſtibus inſuuntur. Veſtimenta omnia, aut uirilia ſunt, aut puerilia, aut mulie-
uirilia bria, aut communia, aut familiaria. uirilia ſunt quæ ipſius patrisfamilias cauſa parata ſunt,
ueluti togæ & tunicæ. de quibus ſic habet Aſconius in oratione pro M. Scauro: Cato
prætor iudicium, quia ætate grauabatur, ſine tunica exercuit, campeſtre ſub toga cinctus
Veſtimenta in forum quoqʒ deſcendebat, iuſqʒ dicebat: idq́ʒ reppererat uetere conſuetudine, quia ſta-
puerilia tuæ Romuli in foro, & in roſtris Camilli fuerunt togatæ, ſine tunicis. palliola, ueſtimen-
ta ſtragula, amphicipe & ſaga & reliqua ſimilia puerilia ſunt, quæ ad nullum alium uſum
pertinent niſi puerilem, ueluti togæ prætextæ, aliculæ, clamydes, pallia, quæ filijs noſtris
Veſtimenta comparamus. Muliebria ſunt quæ matrisfamilias cauſa comparata ſunt, quibus uir non
muliebria facile uti poteſt ſine uituperatione, ueluti ſtolæ, pallia, capitia, zonæ, mitra quæ magis
tegendi capitis quàm ornandi cauſa eſt comparata, plugulæ, penulæ, palium, ueſtes & re-
liqua huiuſmodi, quibus ſine reprehenſione uel uir uel uxor utatur. Et de toga & ſtola ſic
habet in philippicorum ſecundo Cicero in Antonium dicens: ſumpſiſti uirilem togam,
Veſtimenta quam ſtatim muliebrē ſtolam reddidiſti. familiaria ſunt, ſicut ſaga, tunicæ, penulæ, lintea,
familiaria ueſtimenta ſtragula, & cætera ſimilia, ueſtis etiam ex pellibus conſtabit, item pelles ca-
prinæ & agninæ ueſtis erunt, cum & tunicas & ſtragulas pelliceas nonnulli habeant: Ar-
gumento ſunt etiam nationes quædam ueluti ſarmatarum quæ pellibus teguntur. Ariſto
etiam coactilia ueſti cedere ait, & tegumenta ſubſelliorum uice margaritarū. Tapeta ue-
ſti cedunt, quæ aut ſterni aut inniti ſolent: ſed ſtragulas & baſionica quę equis inſterni ſo-
lent nō puto ueſtis eſſe. faſcię cinctiles, pedulesq́ʒ & impilea ueſtis loco ſunt, quia partem
corporis ueſtiunt. alia cauſa odonū, quia uſum calciamentorū præſtant. Ceruicalia quoqʒ
ueſtis nomine continenť, & culcitrę etiā ueſtis erūt. Et Caliſtus ſcribit ueſtis appellatione
tam uirilis quā muliebris, & ſcænica etiā ſi tragica ueſtis aut citharœdica ſit cōtinetur. Ve-
ſtiū uero uocabula particulariter exponi ideo ſuperfluū & ſimul impoſſibile dicimus, quia
eorum quibus noſtra ætate unaquæqʒ utitur ciuitas uocabula ſatis ſciri nequeūt. Nam ſin-
gulo fermè decēnio ſingulis in ciuitatibus mutatas fuiſſe cū nominibus formas uidimus.
Tamen ut priſcorum induendi morem qui apud ſcriptores inuenitur noſtri intelligāt, ali-
Tunica qua afferemus. M. Varro tunica à tuendo corpora, toga à tegendo: Cinctus uirorum, cin-
Toga gulum mulierum. Aſconius Pedianus ſecunda actione in Verrem. Toga communis ha-
Cinctus bitus fuit & marium & fœminarū, ſed prætexta honeſtorum, toga uiliorum, quod etiam
Cingulum in mulieribus ſeruatur. Nonius. Tunica ueſtimentum ſine manicis, ideo Virgilius expro-

brans

brans. Et tunicæ manicas. Et infra toga non solum uiri sed & mulieres utebantur quamq; uirorum etiam publicæ necessitatis indumentum fuit, Suetonius de Augusto. Habitum uestitumq; pristinum reducere studuit: ac uisa quondam pro contione penuiatorum turba indignabundus & clamitans. En ait Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Negotium ædilibus dedit ne quem post hac paterentur in foro circoq; nec nisi positis lacinijs togarum consistere. Et Hadrianus senatores & equites Romanos semper in publico togatos esse iussit: nisi à cœna reuerterentur. Ipse cum in Italia esset semper togatus incessit. M.q; Antoninus philosophus ingressus per Brundusium Italiam, togam sumpsit, & milites sumere iussit. nec unquam milites in Italia sub eo non togati fuere. Seuerum aphrum refert Capitolinus, cum rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus uenisset, qui togatus uenire debuisset, togam præsidiariam ipsius imperatoris accepisse. apud eundem Capitolinum est epistola. imperator Cōmodus Clodio Albino salutem & cætera, ut tibi insigne aliquod imperatoriæ maiestatis accedat, habebis utendi coccinei palij facultatem, sed purpuram sine auro. & Plinius orator Præsenti. Quousq; calcei nusquā, toga feriata. Calceiq; uerbi expositionem alio tactam tangendamq; loco libet repetere, quia hic à Plinio melius à suo contrario apparet. Sicut enim toga omniū fuit uestium longissima, ita calceus erat breuissimus. unde milites in prælium ituri cum saga & breuia sumpserant indumenta calceati dicebantur. penula uestis quam supra tunicam accipimus. Stola quæ omne corpus tegeret, palla honestæ mulieris uestimentum hoc est tunicæ pallium. paludamentum uestis quæ postea dicta est clamys. prætexta insigne Romanum quod supra tunicas honorati quiq; sumunt. Calanticæ tegmen capitis muliebre. Aulea genus uestis peregrinum, plagæ grande linteum. Tegmen quod postea dictum est fascia breuis, uirginalem horrorem cohibens papillarum. Abolla uestis militaris. Sagum militare uestimentum. Regilla diminutiua uestis. Ralla dicta à raritate. Rica quæ & sudarium. Cæsitium linteolum purum & candidum. indusium, quod corpori magis adhæret uestimentū: Patagium aureus ornatus uesti additus. Supparum linteum femorale usq; ad talos pendens. Exoticum peregrinū. Mollicina uestis à mollitie dicta. Amphitapæ uestes uillos utrinque habentes. Læna uestimentum militare quod super omnia uestimenta sumitur. Carbasus pallium quod amiciuntur, aut sericeum, aut lino tenui. Limbus muliebre uestimentū, quod purpuram in imo habet. Flammeum tegmen quo capita matronę tegunt. Recinium palliolum fœmineum breue, quo mulieres in aduersis, ac luctibus utuntur. Nam cum omnē uestitum delicatiorem & luxuriosum ponunt, recinia sumunt. Tapete & culcitra sunt notissima. Subucula uestis intermedia: Capitia capitis tegmen. Encimbomata & parnacides genera uestium puellarium. Barnacidę quas nunc guarnacias dicunt. Diuersitas uero colorum in uestibus fuit diuersis rationibus & temporibus. Cicero in Vatinium testem, Togam pullam fuisse atram & nigram, & qua in funeribus esset usus sic ostendit. Atq; etiam illud à te scire cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes? quem unquam uideris? quem audieris? quo exemplo, quo more feceris? Quis unquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum fuisse funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed omitto epulum P. R. festum diem argento & ueste omni apparatu ornatuq; uisendo: Quis unquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cū toga pulla? Cui de balneis exeunti præter te toga pulla data est? cum tot hominum milia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Arius albatus esset. Quales uero alij fuerint uestium colores dicere ex ipsis ueteribus possem. sed nostri temporis uocabulis, singula eorum reddere non confiderem. cymatilem enim marinū ceruleumq; dixere, quod nos uiride. & Placidus sic habet. Glaucus color interdum pro uiridi ponitur, est qui admixtum habet uirori alborem. Virgilius glaucas salices & oliuas dixit. Item in hominibus & equis glauci oculi, pro splendidis ponuntur. legimus nōnunquam & maris colorem glaucum. sed tunc quando canescit fluctibus. Vnde Glaucus deus maris senior fingitur. Impluuiatus color quasi fumato stillicidio. Caltula crocotuli à croco, nunc giallo: Cærinum à cæræ colore Ferrugineum à ferri colore. Ostrineū subrubeum. Murex fuit purpureus, rubens, scarlatum. Croceata crocei coloris uestis. uiolatia ut nunc. Antracinus niger: à carbone Græcū: Varro de uita patrū. Propinq̄ adolescentulæ etiam antracinis proximo amiculo nigello, capillo dimisso sequuntur luctum. Plinius: Colores in ueste

Calceus
Penula
Stola
Palla
Paludamentū
Prætexta
Calantica
Aulea Plagæ
Ralla
Tegmen
Ricca Abolla
Cesitium
Sagum
Indusium
Regilla
Patagium
Mollicina
Supparum
Læna
Amphitapæ
Carbasus
Limbus
Flammeum
Recinium
Subucula
Encimbomata
Barnacides
Toga pulla
Cymatilis
Glaucus color
Impluuiatus color
Caltula
Cærinus
Ferrugo
Croceatus
Ostrineus
Antracinus
Murex

tres à floribus. A cocco qui rosis micat,nihil aspectu gratius. Amethyston ut uiola propè purpureum. Tertius uiolæ serotinæ. honor in nuptialibus flammeo fœminis concesso à Græcis, Italia illorum nomen usurpante. Iam purpuram preciosissimum fuisse eleganter rubentem constat. Eius originem sic edocet Placidus grammaticus: Murex coclea maris ex qua purpura magistratuum color, de qua Liuius x x x. post M. Catonis uerba contra tribunum plæbis legem oppiam abrogare conatū: Purpura uiri utemur prætextati in magistratibus & sacerdotijs, liberi nostri prætextis purpura togis utentur. magistratibus in colonijs in municipijs togæ prętextæ habendæ ius est, nec id ut uiui solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eis crementur mortui. & cum tibi uiro liceat purpura in ueste stragula uti, matremfamilias tuam purpureum amictum habere non sines: & equus tuus speciosius instratus erit quam uxor uestita? Sed Vlpianus de legatis, purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto, sed coccum non continebitur, succinum & accinum continebuntur. purpuræ etiam appellatione subtegmen factum contineri nemo dubitat. de ueste autem stragula quod habet supra Liuius aliunde etiam petendū est, quod id uerbum male nunc à nostris intelligi uidemus. De tuberonis enim facto, qui in funeralibus Scipionis strauerit pelliculis hædinis lecticulos punicos sæpe alibi legimus. Et Seneca epistola quartadecentesima sic habet. Tuberonis hędinos lectos cum in publicum sternerentur, hædinasque pro stragulis pelles. & licet aliqua superius ad id facientia dicta sunt, unico in loco abunde facit in eius uerbi significatione Vlpianus. Neque enim dubium est, quin stragula uestis sit omne pellium peristroma: in uictum ergo uestem accipimus non stragulam, in stratum omnem stragulam uestem. At redeundum est ad mulieres à quibus de ueste tractaturi incipimus. Liuius in superiori oratione Catonis pro lege oppia conseruanda. Munditiæ ornatus & cultus hæc fœminarum insignia sunt, his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri. & Varro mundus muliebris dictus à munditia. Vlpianus de auro & argento: mundus muliebris est quo mulier mundior sit: continetur eo speculum Metellæ, unguenta, uasa unguentaria. Paulus uult etiam argentū balneare mundo contineri. Et Pomponius: ornamenta muliebria sunt quibus mulier ornatur, ueluti inaures, armillæ, & uiriolæ, annuli præter signatorios, aurum, gemmæ, lapilli, uitæ, mitræ, semimitræ, calanticæ, acus cum margarita, reticula, chrochisuntia. Multa & admiranda Plinius de mulierum & simul uirorum ornamentis ponit, quotum partem dicemus. Vniones digitis suspendere & binos ac ternos auribus fœminarum gloria est. Crotalia appellant ceu sono quoque gaudeant & collisione ipsa margaritarum. Affectantque iam & pauperes fœminæ licitatorem in publico unionem esse dictitantes. Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt: neque enim gestare iam margaritas nisi calcent ac per uniones ambulent, satis est. Et longe infra. Brutus in philippis conquestus est fibulas tribunis fuisse aureas, & tamen eodem tempore mulieres aurum pedibus deferebant, & uiri brachijs quod ab usu troianorum est dictum Dardanium. habeant fœminæ in armillis digitisque totis, collo, auribus, per has discurrant catenæ circum latera, & in secreto margaritarum pondera collo dominarum aureo pendeant, ut sono quoque unionum conscientia adsit: Etiam ne pedibus induitur? ex eodemque est Plinio: & India & seres margaritas mittunt, precij millies centena sestertia annis singulis. Tanto nobis matronarum delitiæ constant. Lolliam paulinam, quæ fuit C. Principis, ne serio quidem aut solenni cerimoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium cœna, uidi smaragdis margaritisque coopertam, alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo monilibus digitisque: quæ summa quadringenties sestertium colligebat. nec dona prodigi principis fuerunt, sed auitæ opes prouinciarum spolijs partæ. Margaritæ circa syllana tempora cœperunt Romæ esse minutæ & uiles. post Alexandria uicta fuere in frequentem ac promiscuum usum. hæc tamen ad hæredem transeunt, sed purpura & conchylia atteruntur, nisi uero purpurarum insania tolleranda sit, quia fascibus Romanis & deum religioni accommodantur, & in triumphali misceantur auro. Nos uidimus Messalinam Claudij principis sedente eo ad naualis prælij spectaculum assidentem, indutam paludamento aureo textili sine alia materia. Arsineum dicit Festus esse ornamentum capitis mulieris. & clauata dici aut uestimenta clauis intexta, aut calciamenta clauis confixa. monile quandoque mulierū ornamentum, quandoque equorum

Marginal notes: *Purpura* — *Stragula uestis* — *De mulierum ornatu* — *Mundus* — *Crotalia* — *Dardanum* — *Arsineum* — *Clauata*

rum præpendens. Et spinterem armillæ genus quo mulieres utebantur brachio summo. solisq; fœminis decoram fuisse uestem longe lateq; diffusam ad ulnas cruraq; ab oculis defendendas. mulieres autem candida ueste & auratis soccis usas fuisse Beatus Hieronymus ad Siluinam scribens sic indicat. Quæ pullam tunicam nigrosq; calceolos, candidæ uestis & aurati socci depositione sumpsisti. Idemq; in canticis canticorum scribit. Ornamentum quod solet uirginum pendere collo nuncupari ormuscũ, à quo item doctore ad Rusticum monachum scribente est. In India nasci carbunculum & smaragdum & margarita candentia, unionesq; quibus nobilium fœminarum ardet ambitio: Alia nunc sparsim collecta afferemus, aliquid commune cum uestibus habentia: siquidem caput & pedes sicut & reliquum corpus pariter uestiri proprie dicitur. Fimbria est omnis uestium extremitas. Exomides erant comicorum uestitus exertis humeris. Læna uestimenti genus habitus duplicis. Lacerna uestis pars infra capitium: lacinia pars uestimenti inferior. Lanerũ uestimenti genus ex lana succida confectum. Mullei fuerunt calcei albanorum regum, & post patriciorum, à mulando id est suendo dicti. Mustricula est machinula ex regulis in qua calceus nouus suitur. Ocrem montem confragosum dicebant antiqui. hinc ocreæ dictæ inæqualiter tuberatæ. patagium est quod ad summam tunicam adsui solet. Ricinum omne uestimentum quadratum, unde riciniati mimi. Ricæ & Riculæ uocantur parua ricinia, ut palliola ad usum capitis facta. Supparus uestimentum puellarum lineum quod & subucula id est camisia dicitur. Stalagmium genus inaurium. Ecrocolũ palium tenue meretricum dictũ à croceo colore. Glomerum pastorale palium. Puluinus & puluini generis masculi in neutro puluinaria, puluinus priuati hominis ceruical uel culcitra. puluinar uero & puluinaria principum uel regum, id est lectisternia. Bissinus mulierum delicijs auri pondere uendebatur. inter hæc uestium totius corporis, & ab ipsis dependentium uocabula, alias quoq; consuetudines earum rerum usus & inuentionũ simul dicere constitui. Demosthenem inquit Aulus Gellius uestitu cæteroq; cultu corporis nitido uenustoq; nimisq; accurato fuisse, & Hortensium oratorem præter Ciceronem clarissimum, quem æmuli Dionysiam saltatricem appellarunt, præsertim Torquatus. & uiros dicit Gellius Romanos primo sine tunicis toga sola amictos fuisse; postea substrictas & breues tunicas circa humeros desinentes habuisse. Certissimũq; uidemus pelliũ suffultura nullos unquam usos fuisse Romanos. Augustũ enim scribit Suetonius, ueste non temere alia quàm domestica usum esse à sorore uxore filia, & neptibus confecta; togis neq; restrictis, neq; fusis. clauo nec lato nec angusto, calciamentis altiusculis, ut procerior, quàm erat uideretur. hyeme quaternis cum pingui toga tunicis & subucula, thorace laneo & fœmoralibus & tibialibus muniebatur. Caligula uero omnium profusissimus pelle nunquam & ipse usus uidetur, de quo sic habet etiam Suetonius. Sæpe gemmatas depictasq; penulas manuleatus & armillatus in publicum processit. Aliquando sericatus, & cycladatus. ac modo in crepidis & cothurnis, modo in speculatoria caliga. nõnunquam socco muliebri, plerunq; uero aurea barba, fulmen tenens aut fuscinam, aut caduceũ deorum insignia: atq; etiam Veneris cultu usus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionẽ Asiæ gestauit. Binas nostri tẽporis consuetudines uarie intelligi ex priscis uideo: salutationẽ quam dignioribus capite detecto facimus unam: mulierum gestaminis obtecti capitis alteram: de quarum utraq; quid Plutarchus in problematibus senserit simul audiemus. Deos salutantes caput operiunt: uiris autem dignitate præditis & honore dignis si quo casu obuiant, caput aperiunt. In occursu hostium caput uelamur, uel ad offensionem. amicis & honestis uiris obuiam facti, & caput & nos ipsos aperimus. Quod ad deos pertinet, ut deos adorando humiliores reddamur, aut mente ne quid ominosum aut triste inter precandum alicunde auribus acciderit, idcirco uestem ad aurem usq; attollebant. Saturno capite aperto immolabatur tamquam ueritatis deo, quod ueritas occultari obscurariq; non potest: Saturnusq; ideo ueritatis parens dictus est, q tempus sit à quo ueritas noscitur. Honori quoq; rem diuinam capite aperto faciunt, quia splendidum quiddam & apertum est gloria. filij tecto capite parentes efferunt, filiæ aperto, passis crinibus, q filij patres tamq; deos colunt, filiæ luctu prosequũtur. Mulieribus ne aperto quidem capite omnino esse licebat. Est enim proditum memoriæ Spurium Carbilium primum Romanorũ sterilitatis causa uxorem repudiasse. hunc secutus Sulpitius Gallus id circo uxori nuncium remisit, q eam in caput ue-

Spinter
Vestis cãdida
Ormuscum
Fimbria
Exomidei
Læna
Lacerna
Lacinia
Lanerum
Calcei mullei
Mustricula
Patagium
Ricinum
Rica
Supparus
Stalagmium
Ecrocolum
Glomerum
Puluinus
Puluinar
Romanis uestes pellibus fultas non fuisse
Salutatio cã pite aperto
Cur Saturno capite aperto imolaretur
Ne mulieres aperto essent capite

ſtem deducere animaduertiſſet. Idem fecit P. Sempronius quod eius uxor ludos funebres aperto capite ſpectaſſet. Quem capitis aperiendi morem Romanas mulieres ante centeſimum annum ſeruaſſe ſatis conſtat. Quod enim multis oſtendiſſe memini: Omnes mulierum picturę ueteres quas in ciuium ædibus, aut per eccleſias ſiue ex muſiuo ſiue penicillo & coloribus factas uidemus: capite aperto ſunt. Is uero albis ex lineis amictus quo caput nunc ceruicem & rotum cõtegunt corpus, ad funeralia olim inſtitutus fuit, quod ſupra in principũ deificatione oſtendimus. Vſum & conſuetudinẽ ueſtium ſatis dixiſſe uidemur, aliquarum nunc originem dicemus.

Toga raſa & Phrygiana
Pretextæ & trabeæ origo
Veſtes pictæ

Togas raſas, phrygianasq́ diui Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe ſcribit ex Feneſtella Plinius, ſuntq́ quarum nunc etiam eſt uſus raſæ uocabulum retinentes, & phrygiæ à penis phrygibus ſumptæ, quibus in ſolo ſacerdotali indumento utuntur. Prętextę apud hetruſcos teſte Liuio originem habuere, & pariter trabeæ regium indumentum. pictas ueſtes apud Homerum fuiſſe dicit Plinius, à quibus triumphales ſint natæ: nec dubitamus eas picturas acu fuiſſe factas, acu'que facere phrygij etiam inuenerunt, quæ phrygianæ appellantur ſuperius dictæ.

Attalicæ ueſtes
Babylonicæ
Polimita

Aurum intexere primus in Aſia inuenit Attalus rex, unde nomen fuit attalicis: nunc brochatis. colores diuerſos picturæ intexere; Babylon maxime celebrauit, & nomen impoſuit Babylonicum, quod ab attrebato Galliarum ciuitate aratium uulgare nomen nunc obtinet. plurimis uero litijs intexere, quæ polymita appellanr, Alexandria inſtituit: ſeruãtq́ nunc nomen etiã, & ſi multis in Italia ciuitatibus intexuntur. Aratiorum uero ſiue Babyloniorum mirabilem impenſam dicit Plinius quum ſic ait. Metellus Scipioni triclinaria Babylonica ſeſtertium octingentis milibus ueniſſe, iam tũc poſuit in capitalibus criminibus, quę Neroni principi quadringentis milibus ſeſtertium nuper ſtetere.

Lunæ in calceis

Et ut mores circa cultum proſequamur Plutarchus ſcribit, eos qui nobilitate uidebantur præſtare, lunulas in calceis tuliſſe: ſignũ eſſe dicentes eius quę in luna eſſe dicitur habitationis, & quod poſt mortẽ animi rurſus lunam ſub pedibus habebunt: uel ſuperbos homines admonentes rerum humanarũ inſtabilitatis cuius rei luna exemplo ſit, quæ ab obſcuro, in lumen, inde in obſcurũ redit.

Tõſores quando primum Romæ

& ad cultum eſt barbã radere, de quo uſu ſic habet Plinius. Tonſotibus Romæ tardior fuit uſus. In Italiam ex ſicilia uenere poſt Romam conditam anno CCCCLIIII. adducente P. Ticinio Mena teſte Varrone. primus omniũ radi quotidie inſtituit Aphticanus, ſecundus Auguſtus. Et Aulus Gellius barbã & genas raſitare uſos fuiſſe Romanos ante quingenteſimum annũ tradit. P. Scipio Pauli filius cum dics ſibi dicta eſſet à Claudio Aſello tribuno plebis cui cenſor equum ademerar barbam more ſolito raſir, & ueſte nitida eſt uſus.

Annulorum uſus
Anulus ſponſæ ferreus & ſine gemma

inter mores conſuetudinesq́ priſcas fuiſſe uult Plinius aurum ſiniſtra manu bellicę uirtutis inſgne delatum, qui & dicit longo tempore ſenatum non habuiſſe annulũ, ſed ijs tantum qui ad exteros ibant fuiſſe datũ, nec alijs poſtea licuiſſe, niſi ijs qui ea cauſa habuiſſent. Et ſuis temporibus fuiſſe moris, annulos ferreos ſponſæ mitti ſine gẽma. Annulos uero poſtea promiſcui uſus fuiſſe indicat cannenſis clades trium modiorũ. Macrobius in ſaturnalibus ſcribit. Veteres non ornatus ſed ſignandi cauſa Annulũ tuliſſe, nec plures q̃ unum habere licuiſſe, nec niſi libero: in Quintiorumq́ familia aurũ nec fœminas quidẽ habere moris fuiſſe. Annulus aũt aliquamdiu plebem à ſenatu diuiſit ut medij equites eo uterent. & tunica ſenatum ab equitibus diuidebat. Cur autẽ in digito feratur, qui minimo eſt proximus, uoluiſſe dicit primos Aegyptios: quia uena à corde in eũ cõtinuata ſit digitũ. Er Atteius capito exiſtimauit: quia manus illa & digitus ſint minus officioſi.

Dextrocheriũ

Iulius Capitolinus eſt autor Maximinũ imperatorem uaſtę magnitudinis & feritatis hominẽ uxoris dextrocherio uſum fuiſſe pro annulo. Erat enim dextrocherium muliebre brachiorum ornamẽtum, quod ex auro in annuli lati formam gẽmis precioſiſſimis integebatur.

Mutatio ueſtium

Veſtium quoq́ & totius corporis ornamentorũ partẽ claudat mutatio ueſtis, quã difficillimis, ſiue publicis ſiue priuatis rebus fieri mos fuit. Liuius quarto ſeptuageſimo. Gn. Põpeius Strabo bello ſociali picentes fudit: & Aſculũ obſedit, propter quã uictoriã Romæ prætexta & alia magiſtratuum ornamenta prius mutata ſunt reſumpta. Et Cicero oratione in Piſonem. Cum ſenatus frequens luctum & dolorẽ ſuum ueſtis mutatione declarandum cenſuiſſet. Item Cicero in oratione pro P. Sextio: ſenatus frequens ueſtem pro mea ſalute mutandam cenſuit. Reliquum eſt nobis in conſuetudinũ morumq́ priſci ſtantis imperij Romanorum obſeruantia, incedendi præſertim petito aliunde auxilio per urbes & itinera formam oſten-

dere

dere: quã uidemus nedum à nostra præsentis seculi, sed preteritorũ longe seculorum con
suetudine diuersissimam fuisse, temporum tamẽ imprimis habenda est ratio: Aliter enim
parua & exili, aliter aucta & opulenta, aliter libera & simul casta, aliter principum fastu
& simul luxu dissoluta re factitatũ est. Mulieres enim infra uidebimus, uehiculis floren-
te Romana re usas fuisse, etiam magis quàm homines, quæ ut prohiberentur ipsa uecta-
tione aliquando in senatu actum est. Vnde notũ est fœminas quasq; urbis præstantiores *Fœminæ bru-*
Brutorum domum obsidere ausas, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere uolebãt, quæ *torum domũ*
lex prohibebat ne mulieres uestem uarij coloris, ne plus semiunciam auri haberẽt, ne iun- *obsederunt*
cto uehiculo propius urbem mille passus præterquam sacrificij causa uterentur. Obtinue- *Lex oppia*
runt'que mulieres abrogari legem pernicioso certe exemplo, quia in peius omnia sunt
delapsa. Scribitq; Plutarchus in problematibus. Carmentis ædem mulieres ædificasse &
maxime coluisse, quia mulieres uehicùlis senatus consulto prohibitæ, cum postea essent *Carmenti æ-*
restitutæ id ædificauerũt: quæ Euandri mater fuit, Nicostrata prius appellata, & quia ede *des à matro-*
ret oracula carminibus inde carmenta est dicta, ob quam & carmina dicta. Quanquam *nis extructa*
Marcum Catonem censorem scribit in XL Liuius non nihil tanto malo remedij adhi- *Carmina*
buisse. Ornamenta enim & uestem muliebrem & uehicula quæ plurisquam quindecim *unde*
milibus æris essent, in censum referri in rationes iussit. Sed ad rem: præter equos quorum
sub regibus, post libera ciuitate, demum principibus præsertim florentissimis semper ra-
rus, quandoq; nullus in urbibus & itinere fuit usus, sexdecim uectationis modos fuisse in- *Equorũ usus*
uenimus, forma inter se plurimum differentes. De quorum tamen usu dicturi, memora-
mus non esse nobis seruatam in bellis consuetudinẽ sexto dictam libro repetendam: cum
etiam negaturi non simus multos præsertim nobiles, in itinere equis quandoq; usos fuis-
se: uidemus enim ex Liuio Fabium maximum qui filio consuli ad ocriculum obuius fuit
in equo sedisse, quousq; eum descendere filius per lictorẽ iusserit. Et de M. Catone supe-
riore scribit Seneca epistola tertia de nonagesima. O quantum erat seculi decus, imperato
rium, triumphalem, censoriũ, quodq; super omnia est, Catonem, uno caballo esse conten-
tum, & ne toto quidem: partem enim sarcinæ ab utroq; latere dependentes occupabant.
& de altero Catone scribit Plutarchus: Cum pedes per Asiam obiret legationem, Deme-
trio Pompeij liberto obuiasse equitũ turma sociato. Ciceroq; in libris de senectute scribit
Masinissam cum equo descendisset, ut iterum ascenderet adduci non potuisse. Quem eti-
am Ciceronem Tironi suo scribere uidemus: Equum & mulum brundusij tibi reliqui. Et
in miloniana eiusdem oratione est. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. Et tamen
addit, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus ut solebat. Sed fuerit hic
licet rarus equorum usus usque ad primorum ex principibus tempora. Claudium impe-
ratorem scribit Suetonius uiatores ne per Italiæ oppida nisi pedibus, aut sella, aut lectica
transirent monuisse edicto. Et Iulius capitolinus scribit M. Antoninum pium in ciuitati-
bus sederi in equis, aut uehiculis prohibuisse edicto. Qua autem ratione uehiculorum *De uehiculo-*
consuetudo, aut per se ipsam inoleuerit, aut de industria sit introducta, Seneca epistola *rum usu*
quintadecima sic ostendit. Gestatio & corpus concutit, & studio non officit: possis lege-
re, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nihil nõ ambulatio uetat. Vnde Cice
ro ad Atticum: Hanc epistolam dictaui sedens in rheda: & infra. Capuam proficiscebar
hæc scribens: & alia epistola ad eundem: hoc litterarum exaraui egrediens è uilla ante
lucem. Et Plinius orator Mario de auunculo suo. In itinere quasi solutus curis cæteris
huic uni uacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hyeme ma-
nicis muniebantur, ut ne cœli quidem asperitas ullum studij tempus eriperet. Sed iam ui-
deamus ipsa quindecim uehiculorum uocabula. Arceráque sit primum, de quo uehiculo
Asconius. Arcera plaustrum rusticum tectum undique quasi arca, quo senes & ægroti *Arcera*
uectari solent. Cisium uehiculi biroti genus: Vnde Vlpianus locati & conducti: Cisia- *Cisium*
rius, id est, carrucarius. Arcirinam Festus inquit esse plaustri modici genus, quo homo *Cisiarius*
gestari posit. Benna lingua gallica genus uehiculi appellatur. Vnde combennones in *Arcirina*
eadem benna sedentes: canterium aliud fuisse uehiculum Seneca epistola tertia de nona- *Benna*
gesima sic ostendit: M. Cato censorinus, quem è re publica tam fuit nasci q; Scipionẽ: alter *Cõbennones*
enim cum hostibus nostris bellũ, alter cũ moribus gesit: canterio uehebatur æthiopico: *Canterium*
octophorũ fuit octo rotarum uehiculum, quo solus est usus Caligula, de quo Suetonius: *Octophorum*

interdum adeo segniter & delicate incessit, ut octophoro ueheretur, atq; appropinquanti in urbem uerri sibi uias, & conspergi propter puluerem exigeret: currum passim per latinos autores inuenimus, quo in rusticis & alijs necessitatibus atq; alicubi in bello quandoque fuit usus. Tamen L. Metellus qui palladium incendio eripiens excœcatus est, id à senatu in honorem habuit, ut curru in senatum portaretur. Et Plutarchus de Cæsare: cum per Italiam Cæsar curru ueheretur semper Antonium una secum habuit: cuius similitudi
Carrucæ nem ornatiores habuere carrucæ. Nam Helius Spartianus de Alexandro seuero. Carrucas Romæ & rhedas senatoribus omnibus, ut argenteas haberent permisit, interesse Romanæ dignitatis putans, ut his tantæ urbis senatores uectarentur: sed rheda quid fuerit in
Pilentum fra dicemus: pilentum inquit Festus uehiculi genus esse quo matronæ uehuntur: sed idem
Petoritum uidetur esse quod petoritum, quod uehiculi uerbum quatuor rotarum ab Hispanis introductum Varro de lingua latina, in consuetudinem sua & Ciceronis ætate primum uenisse dicit: estq; eius formæ qua nostri temporis principũ Italiæ mulieres uectantur, ita libratum, ut considentes in puluinis in aëre suspendi agitatæ uideantur. de utroq; Festus, pilentum uehiculi genus quo matronæ uehuntur. petoritum uehiculum gallicum. Alij osce putant dictum, quod hi petora quatuor appellant, quatuor enim habet rotas, hisq; duobus
Carpentum parum differentem formam fuisse tenemus. Carpentum, de quo Cornelius Tacitus. Suũ quoq; fastigium Agrippina altius extollere: carpento capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus & sacris antiquis concessus, uenerationem augebat fœminæ, quam imperatore genitam, sororem eius qui rerum potitus sit, & coniugem & matrem fuisse unicum adhunc diem exemplum est. Morem uero hunc quem Tacitus sacris & sacerdotibus concessum fuisse dicit, Ammian⁹ marcellinus nostros seruasse christianos sacerdotes, ut multi quàm ornatissimi unico ueherentur carpento, scribit. & tamen carpento uehebãt Claudia, cum turbæ eam progredi impedienti, ut frater reuiuisceret optauit: quanquam causa esse potuit de qua in quinto Liuius sic habet, Cum matronæ aurum dedissent pro corona aurea Apollini mittenda quam uouerat Camillus, senatus gratitudine usus matronis concessit, ut pilento ad sacra & carpentis ad ludos festo & profesto die uterentur. Sella magistratuum ædilis & prætoris sedes qua per urbem ius dicentes comportabantur, quemadmodum aliquot ex nostri temporis summis pontificibus podagra impeditis, humeris hominum eam uidimus deferri. Tamen Suetonius Augustũ nouam cœpisse cõsuetudinem
Burdones dicit: in consulatu pedibus ferè, extra sæpe adoperta sella per publicum incessit. Burdones
Essedum item aliud fuerunt uehiculi genus unico homini ferendo idoneum. Et essedum breue uehiculum rheda minus birotum, uno homine celeriter aduehendo fuit accommodatum. Cicero Trebatio in Britania agenti. Essedum aliquod rapias suadeo: & ad nos quamprimum recurras, quanquã & id etiã sicut alia uehicula luxuries Romana postmodũ habuit ornatissimũ. Nam Suetonius de Claudio imperatore. Essedum argenteũ sumptuose fabricatum, ac uenale ad sigillaria redimi cõcidiq; coram imperauit. Lectica frequentissimum
Lecticæ forma apud priscos uehiculi genus nobilium uirorũ simul & fœminarum fuit, cuius forma marmore incisa Romæ in hanc maxime formam extat. Primum haud multum dissimile est feretro huius temporis quo à decem duodecim ue hominibus mortuorum corpora in sepulturam deferuntur. Sed pedes habuit tres ita subtus affixos, ut in itinere occulti suspenderentur, & in lecticæ fundum resupinati dimissi eam à terra altiusculam sustentarent: intectam'que fuisse apparet uelis, ab oculis, puluere, & sole, ac uento semper defendentibus, quorum aliqua densiora frigoribus & pluuia arcendis idonea fuisse non dubitamus: & partem qui ferebatur, aut totam aperire cum libuisset, facile poterat. erat uero duorum capax, qua tamen unici, ut plurimum utebantur. Suetonius de Nerone: matris sæpe lectica per publicum simul uectus est. Ei succolabant deni duodeniq; serui, quibus longo in itinere uicarium in laborem alij succedebant, conficiebanturq; eo uectationis modo & longa simul & inquieta, & cum libuisset accelerata itinera: sed illis per urbem agros & oppida frequentior usus fuit: supra eos autem qui succolabant lecticam fuisse delatam, Seneca epistola octuagesima sic indicat. Idem quoq; de istis licet omnibus dicas, quos supra capita hominũ, supra quamq; turbam delicatos lectica suspendit. Et idem epistola prima trigesima. Non faciet te beatũ turba seruorũ lecticã tuam per itinera urbana, aut peregrina portantium. Et itẽ Seneca. Quotiens occurrit domus splendida, cohors culta seruorũ, lectica

formosis

formosis imposita calonibus, contemno. Vlpianus de legatis tertio, lecticarij qui solum matrem familias portabant, continentur legato rerum uxoris causa paratarum. Item iumenta uel lectica uel sella uel burdones. Domitianus imperator probrosis fœminis lecticae usum ademit. Externos quoque uiros alicuius dignitatis lectica sicut & Romanos fuisse usos Cicero ad Atticum sic indicat: hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iuncta, & lectica: sed iam de rheda uideamus quod communius cæteris uehiculum fuit. erat uero duarum semper rotarum, sed multiplicium quandoque iugorum, qua omnibus etiam abiectissimis uti licuit, ut solus ornatus quales ea uectarentur ostenderet, & multi simul ea commode uehebantur, dummodo mularum & equorum iuga adhiberentur oneri suffectura. Cicero pro Milone. Cum hic Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus, magno & impedimento ac muliebri, & delicato ancillarum puerorumque comitatu. Mulis uero usos fuisse ad uehicula priscos & nō equis ubique inuenio, quod ex parte sic indicat Seneca tertia de nonagesima epistola. Vehiculum in quo positus sum rusticum est: mulæ se uiuere ambulando testantur, mulio excalciatus non propter æstatem. Quid mulæ omnes saginatæ, omnes unius coloris. Et Helius Lampridius de Commodo imperatore. Dedit & uasa aurea & cum unguentis alabastra, dedit & uehicula cum mulabus, & mulionibus & iuncturis argenteis, ut ita à conuiuio redirent: sed alia quàm mulos & equos animalia Heliogabalum rhedis & uehiculis iunxisse, sic Lampridius habet. Canes ingentes quaternos iunxit ad currum, & sic uectatus est: quatuor ceruis iunctis ingentibus, processit in publicum: iunxit & leones, matrem se magnam appellans: iunxit & tygres liberum se uocans. habuit gemmata uehicula & aurata. Iunxit & quaternas mulieres & binas uel ternas ad pimpillum quod est temonis caput, & sic uectatus est & nudis nudus trahentibus: fecit idem de pueris. cum tunc, ut ante Philippum liceret. Rhedas autem imprimis sed & alia uehicula, publice institutum fuisse in urbe Roma ad portas teneri parata, quæ indigentes dato precio publice etiam declarato, in promptu haberent, constat. Suetonius de Caligula. In gallia quoque cum damnatarum sororum ornamenta & supellectilem & seruos atque etiam liberos immensis precijs uendidisset, inuitatus lucro: quicquid instrumenti ueteris aulæ erat ab urbe repetijt: comprehensis ad portandū meritorijs quoque uehiculis & pistrinensibus iumentis, adeo ut panis Romæ sæpe deficeret, & litigatorum plærique quod occurrere absentes ad uadimonium non possent, causa caderent. Et erant rhedæ, ac uehicula non in urbe solum, ut supra apparet meritoria omnium necessitatibus suffectura, sed per uias consulares ab urbe Roma undique in quascunque orbis Romani prouincias ducentes, precio singulis præfixo, ultra quod nihil pro uectura accipere possent. Capitolinus de M. Antonino philosopho: dedit præterea curatoribus regionū ac uiarum potestatem, ut uel punirent, uel puniendo ad præfectum urbis remitterent eos, qui ultra uehicula quicquam ab aliquo exegissent. Quam quidem uehiculorum undique constitutorum consuetudinem ex parte nos edocet Ioannis Chrysostomi ad Stagirium monachum opus. Chrysostomus nanque uir sanctissimus eloquentissimusque Stagirium monachum post actam in monasterio multis annis laudabilem uitam, à dæmone correptum, ut consolaretur, multis nititur rationibus exemplisque uirorum item sanctorum: qui multis in hac uita laboribus difficultatibusque agitati sunt. Inter quæ est de Abraam tam multarum gentium patre, quem multi existimarunt ætatem omnē prospere & tranquille uixisse. Et Chrysostomus præter alia incommoda peregrinationem eius narrat difficillimam, in qua quidem facile apparet quanta fuerit differentia regiminis & conditionis prouinciarū Palestinæ, Chaldeorum & Persarum regni, quæ temporibus Abrahæ fuit, & earundem prouinciarum administrationis, quæ per Alexandri mammeæ & Iuliani apostatæ imperatorum tempora erat, quando ipse Chrysostomus hæc scribebat: quo ex Chrysostomi testimonio, nō magis uehiculorū de quibus nunc agitur, per Ro. imperij uias dispositio cernitur, quàm ipsarū prouinciarū fœlix de quo longe supra diximus regimē intelligitur. Sed iam ipsum audiamus Chrysostomum, qui omissis laboribus, & difficultatibus maximis, quibus Abraam in Perside agitatus est, sic habet. Verum ista quoque modo omittamus, atque à peregrinatione sua ordiamur: illud primum inquirentes diligentius, quanto itineris spacio Chaldæorum prouincia à Palæstina separata est, aut quænam uiæ illius conditio fuerit, quo modo sibi tunc misceri illi homines potuerint: qui fuerit uiuendi

Rheda

Mulis usos antiquos ad uehicula non equis

Pimpillum

Vehicula meritoria

uiuendi atq; conuersandi modus. non enim, quia facile tunc iustus ille obediuit, res etiam continuo facilis existimetur. Nec quoniam cito ac breuiter Moyses rei gestæ digessit ordinem, opus ipsum breuitatem putes imitatum. Ista enim dicere & enarrare facillimũ est, agere autem laboris difficultatisq; plenissimum est. Viæ igitur istius longitudinem locorumq; intercapedinem, diligentius enarrare possent, qui inde ad nos progressi essent. Nos hactenus illorum quidem nemini cõgressi fuimus. Vnum uero ex ijs qui ex citeriore prouincia adueniunt nacti, cum tempus ab illo inquireremus, quo iter agere coactus esset, triginta & quinque dierum numerum audiuimus. Et Babylonem quidem ille se non uidisse ait, audisse tamen ab his qui ibi fuerant, tantundem itineris restare conficiendum, ut eo perueniretur, atque huiusmodi distantia locorum & tunc erat, & modo est: porrò itineris conditio non ea nunc est, quæ tunc fuisse creditur. Nunc enim & mansionibus perpetuis distinctum est, & urbibus ac uillis frequentibus ornatum, uiatoresq; plurimos offendit, qui illuc proficiscuntur, quod non minus ad securitatis rationem ualet quàm mansiones, urbes atq; uillæ: præterea & ex prouincia ciuitatum principes, uiros & corporis magnitudine & roboris cunctos excellentes, iaculoq; & funda tantum ualentes, quantum uel sagittarij sagittis, uel armati pilis, statutis ducibus quibus illi obtemperent cõstituentes, hoc eis unicum iniungunt munus, solamq; itineris tuendi curam custodiam'que permittunt. Ad hæc aliam longe his omnibus diligentiorẽ curam excogitauere: habitacula enim mille passibus ab inuicem distincta itinere toto fabricantes, nocturnos illic statuere custodes: per illorum labores & uigilias maximum contra latronum impetus munimen uiatoribus constituentes. Tunc uero nihil horũ erat, non uillæ perpetuæ, nõ urbes, non discretæ dierum singulorum mansiones, non crebra diuersoria, non commeantium uestigia, non aliquid deniq; huiusmodi: licet nũc omittere semitæ asperitatem, aërisq; inequalitatem, quę & si desint alia, per se uiatoribus sunt molestissima. Testes mihi sunt qui cum uehiculis iumentisq; inuehantur, ne sic quidem consueta itinera audent incedere, nisi ea prius strata lapide uiderint, foueasq; impleuerint atque cuncta complanauerint. Cæterum tunc inhabitabili nunc regione erat uia illa desertior, ipsisq; montibus & collibus asperior, præruptisq; omnibus & præcipitijs periculosior. Nondum id quod esse omniũ grauissimum duxi, quo pacto barbaris ferisq; nationibus nouus semper hospes iungebatũ intelligo. Hoc enim maiora illi ac difficiliora in dies negotia præbebat, cum omnes tunc per gentes, imò ut uerius loquar per ciuitates diuisi essent, atq; separati: neq; enim sicuti nunc in maxima orbis parte fieri cernas, uni imperio uniusq; ditioni mortales omnes seruiebãt, eisdem gubernabantur legibus: sed ueluti corpus unum in multa membra concisum, ita hominum genus dispersum erat atq; dissipatum: hostesq; ex hostibus iustus ille Abraam mutare in dies cogebatur, & antequam priores fugeret rursus in alios incidere, cum alibi quidem cõfuse plurimi dominarentur, alibi nullus dominationis ordo seruaretur. sed iam satis multa de moribus priscorum & consuetudinibus seu publicis seu priuatis, satis multa itẽ superius dicta sunt de religione, & de rei publicæ administratione, atq; etiam de militia. Ad decimam ultimamq; partem triumphos nostri operis titulum decusq; ueniendum est.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS ROMAE TRIVMPHANTIS LIBER DECIMVS

TRIVMPHOS Romanorum describere ac unum in locum congerere aggresſus, duo eorum tanquam prǫludia minoris scilicet dignitatis & gloriæ alios honores, uictoribus datos prius referam, Ouationem & tropheum. Ouatioq; ordine prima uerbi uim ab ohe gaudentium interiectione originem habet, ut dicta sit quasi ohatio, Iuuenalis de Horatio. Satur est cum dicit Horatius ohe. Er Festus Pompeius ouantes dicit lętantes, ab eo clamore dictos, quem faciũt redeuntes ex pugna, geminata o o littera. Et Aulus Gellius sic habet: ouandi ratio & causa cum bella non rite neq; cum iusto hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile & nõ idoneum, ut seruorum, piratarum: aut deditio solito citius facta, aut incruenta uictoria: ingrediebantur urbem pedibus, sequentibus eos, non militibus sed uniuerso senatu. & oualem coronam supra ostendimus fuisse myrteam, quam habebant qui

Ouatio unde

Corona oualis myrthea

qui ouantes introibant cum bella non erant indicta, aut sine sanguine. Liuius XXVI Trib. plæbis ex autoritate senatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello qua die urbem ouans iniret imperium esset: pridie quàm urbem iniret in monte albano triumphauit, inde ouans multam præ se prædam in urbem intulit: cum simulachro captarum syracusarũ catapultæ, balistæq; & alia omnia instrumenta belli lata, & pacis diuturnæ regiæq; opulentiæ ornamenta, argenti ærisq; fabrefacta uasa, alia suppellex preciosaq; uestis, & multa nobilia signa quibus inter primas Græciæ urbes syracusæ ornatæ fuerant. punicæ quoq; uictoriæ signum octo ducti elephanti: & non minimum fuere spectaculum cum coronis præcedentes Sosis syracusanus & Mericus Hispanus, quorum alter introitum in syracusas, alter in arcem dederat. Et Suetonius de Augusto: bis ouans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus post siculum bellum. Et de Tiberio idem: ob res bene gestas in galliis ouans urbem curru ingressus est, primus ut ferunt triumphalibus ornamentis honoratus, nouo nec cuipiã alteri tributo genere honoris. Liuius in quarto. Quinto Capitolino filio capitolini, Equis fusis triumphus negatus, ouans urbem ingressus est. & infra: Publiꝰ Valerius consul arce caruentana recuperata urbem ouans introiit: & infra Valerius potitus consul deuictis in algido equis triumphauit, & libro quinto Manlius capitolinus cõsul ouans ingressus est: & in libro septimo Fabius repulsis à porta collina gallis & tiburtibus uastatis, ouans urbem ingressus est. Tertio item & trigesimo libro, Aelius ob rem faciliter in Hispania gestam, ouans in urbem ingressus est: & quinto trigesimo M. Fuluius Nobilior qui biennio ante prætor in Hispaniã profectus est, ouans urbẽ ingressus est.

M. Marcello ouatio

Tropheum Græcam habet originem à trope quod conuersionem latine significat: primi enim Græci eo uocabulo usi, suos qui hostem nulla aut parua commissa cæde conuertissent in fugam, in hunc maxime modum honorarunt. Arboris quæ in loco esset ramis paululum supra stipitem succisis, scuta, galeas, toraces, loricas, & alia quæ fugiens reliquisset hostis arma appendebant, eratq; id paucorum dierũ uicti dedecoris & uictoris gloriæ monumentum, quod pace breui composita sublatum, nullam notæ uicinis in ea uictoria inustæ relinqueret memoriam. Vnde Plutarchũ supra ostendimus merito questum esse, impudenter simul & aspere nimis egisse primos ex Græcis, qui trophea aut marmore incisa, aut ære sculpta facientes, odium simul & bellum à cõseruata uicti ignominia perpetuũ reddidissent. Romanos itaq; ultimo Græcorum exemplo trophea marmorea aut ærea, præsertim montium dorso insculpta posuisse uidemus, quorum multa etiam nunc passim per urbem extare uidemus: sed illa sunt omnium maxima Caii Marii de cimbris habita, quæ à Sylla disiecta Caium Cæsarem reposuisse Suetonius scribit: nunc ad sanctorum Iuliani & Eusebii ecclesias, qua uia ab arcu sancti Viti ad celebrem sanctæ crucis basilicam itur, semintegra: de eoq; uerbo habet sic Nonius. Spolia hostium affixa stipitibus uocantur trophea, sed de triumphis uideamus.

Tropheum

Triumphare inquit Varro appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in capitolium eunti: io triumphe, à dithyrãbo Grȩco Liberi cognomento. & Plinius: Liber pater primus triumphũ inuenit. Cicero ad equites prius quàm iret in exilium: maiores nostri eos imperatores, qui militum uirtute hostium fregerant furorem iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solum statuis dignos putarunt, sed etiam æterna triumphi laude. lege autem fuit cautum, ne quis triumpharet qui minus quàm quinq; milia una acie superasset. M. Cato & Martius tribuni plæbis altera lege pœnam statuerunt his qui mentiti erant. Quare ingressi urbem triumphaturi, apud quȩstores urbanos de ueritate scripta iurant. Et legibus item ac pro consuetudine obseruatum, ut pro aucto tantũ imperio nõ pro instaurato triumpharetur. Itaq; nec P. Scipioni recuperatis Hispaniis, nec M. Marcello captis syracusis triumphus concessus. Primus apud Romanos in triumpho liberum patrem imitatus est Titus Tatius, qui triumphans de Sabinis primus omnium ouans urbem ingressus est: quoniam rem leuiter absq; cruore gesserat, myrtoq; ueneris uictricis coronatus incessit, quæ postea fuit, ut diximus, ouantium corona. Sed de triumphis multa sunt dicenda prius quàm ad particularem eorum descriptionem ueniamus. primum apud maiores nulli licuit triumphare, qui nec dictator, nec consul, neque prætor res gessisset, quod cum L. Lentulo obiectum esset qui proconsul in Hispania rem bene gesserat, ouans sicut supra ostendimus in urbẽ ingressus est: Et duodetrigesimo de Scipione: Ob res gestas magis tentata

Triumphare

Lex de triumphantibus

Triumphaturi de ueritate scripta iurant

T. Tatius primus Romanorum triumphauit

Quibus triũphare liceret

est

est triumphi spes quàm petita pertinaciter, quia neminem ad eam diem triumphasse qui sine magistratu res gessisset constabat. In septimoq; Liuius. C. Manlius de plæbe primus dictator, de hetruscis populi iussu sine autoritate patrũ triumphauit: solusq; Gneus Pompeius quod multi scripsere eques Romanus, & prius q; per ætatem consul fieri posset bis triumphauit, quod in delubro Mineruæ in titulis Pompeij apparuisse Plinius affirmauit.

Lex altera triumphantium

Lex alia siue consuetudo triumphaturis fuit, ut prius reportarent exercitum, prouinciam que in qua res gesserant successoribus redderent quietam. Liuius XL Lucius Manlius consul ex Hispania redierat, cui postulanti à senatu in æde Bellonæ triumphũ, rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat, exemplum obstabat. quod ita comparatũ more maiorum erat, ne quis qui exercitum non deportasset triumpharet, nisi pacatam perdomitamq; successori prouinciam tradidisset.

Triumphantium currus qualis

curru autẽ semper peruectos fuisse qui triumpharent constat, duarum tamen rotarum, quales Romæ in Titi Vespasiani arcu ad sanctam Mariam nouam, & in sanctæ Martinellæ sacello L. Veri Antonini marmore incisos ad iustam propè mensuram extare uidemus: duciturq; uterq; dictorum imperatorum currus equis quatuor, prout Liuius libro quarto: Camilli deuictis uehijs triumphus modũ excessit: Curru equis albis iuncto inuectus clarior quàm gratior fuit. Et tamen Liuiũ duodeuigesimo sic habere uidemus. De C. Claudij Neronis & M. Liuij salinatoris triumpho post inflictã Hasdrubali cladem ducto: C. Claudius equo sine militibus M. Liuius quadrigis, urbem ineuntem milites sequerentur: itaq; iret alter consul sublimis curru multiiugis si placeret equis: uno equo per urbem curru triumphum sequi Neronem. Et pręter equos

Elephanti ad currus triumphantium

taurosq; utrosq; albos elephantis postea ducendo currui nõnulli ex principibus sunt usi: Nam Pompeij triumpho Aphrico elephanti currum traxere. Quem in hoc sicut & in prælio Cæsar superauit, de quo Suetonius: gallici triumphi die ascendit capitolium ad lumina, Elephantis quadraginta, dextra leuaq; lycnos gestantibus. Et Capitolinus de Gordiano iuniore. Quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ sunt, utpote qui Persas uicisset, triumpho Persico triumpharet. Et Flauius Vopiscus de Aureliano.

Aureliani currus à ceruis uectus

Fuit alius currus quatuor ceruis iunctus, qui fuisse dicitur regis gothorum, quo ut multi memoriæ tradunt, capitolium Aurelianus inuectus est, ut illic cæderet ceruos, quos cum eodem curru captos uouisse Ioui optimo maximo ferebatur. Et si triumphus ob rerum transuehendarum multitudinem una die persici non poterat, alij dies perficiendo adhibebantur. Titum enim Quintium Flaminiũ de Macedonibus & Græcis triduo triumphasse infra ostendemus. Suetonius de Cęsare: eodem mense quater sub diuersis ducibus triumphauit. & de Augusto: curules triumphos tres egit. Dalmaticũ, Acciacũ, Alexandrinũ cõtinuo triduo.

Triumphantiũ filios curru eodem solitos duci

In ipsoq; triumphantũ curru filios sedere solitos fuisse, Cicero pro Murena sic asserit. Cũ sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filij soleant. Aemilium Paulum speciosissime in triumpho filium duxisse legimus, quem triduo post amiserit. Sed gratius egisse uidetur Hadrianus, cum enim triumphum ei senatus qui Traiano debitus erat detulisset

Imago Traiani triũphauit

recusauit ipse, atq; imaginẽ Traiani curru triumphali uexit, ut optim⁹ imperator ne post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem. & Marcus Antoninus philosophus petiit L. fratri, ut secũ triumpharet. perijt præterea ut filij Marci Cæsares appellarentũ. Triumphauit simul de parthis. In triumpho autem liberos Marci utriusq; sexus secum uexit, ita tamen, ut & puellas uirgines ueheret: cum filio suo de Marcomanis triumphauit. è contra uero impurus ille & bestius homo Commodus Antoninorum & imperatorij nominum inquinator, uenia legis annariæ impetrata consul est factus, & cum patre de germanis triumphauit. Romãq; ut redijt subactore suo Antero post se in curru collocato ita triumphauit, ut eum Anterus ceruice reflexa pub. oscularetur, etiam in orchestra: & Seuerus apher parthicum deferentibus patribus triumpbum idcirco recusauit, quod consistere in curru affectus articulari morbo non posset, filijsq; concessit ut triumpharent. Descriptioni item triumphorum præmittenda sunt alia, & imprimis nonnulla quæ Cicero Verrinarum septimo sic habet:

Triumphus cur gratus populo Rom.

ipse triumphus quam ob rem gratissimus populo Romano fuit atq; iucundissimus? quia nihil est uictoria dulcius. uictoriæ autem testimoniũ dulcius, si quos sæpe metueris, eosdem uictos ad supplicium duci iubeas. At enim qui triumphant eo diutius uiuos hostium duces seruant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum spectaculum fructumq; uictoriæ populus Romanus percipere possit: tamen cum de foro in

capitolium

capitolium currum flectere incipiunt,illos duci in carcerem iubent. Idemq; dies & uictoribus imperij & uictis uitæ finem facit. Et idem Cicero in Pisonem, differens de triumpho: Quid tandem habet iste currus? quid uincti ante currum duces? quid simulachra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? Et uarij itē mores adnotandi sunt. Festus Pompeius: Laureati milites sequebantur triumphantes, ut quasi purgati à cæde humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat, quod omni tempore uiret, ut similiter res pub. floreat. de qua item lauro Plinius: laurus triumphis proprie dicatur. Cæsarum pontificumq; sola domos exornat, & ante limina excubat: sterilis earū maxime triumphalis qua triumphantes utuntur. Et infra Plinius morem dicit triumphantiū notabilem, olim triumphasse duces cum corona hetrusca ex auro, quæ à tergo sustineretur à seruo, triumphantemq; tunc annulum in digito ferreum habuisse: ut æqua esset fortuna triumphantis, & serui coronam sustinentis: Sicq; triumphasse de Iugurtha Caiū Marium, qui tertio consulatu aureum sumpserit annulum. sed in his quę nunc extant marmoreis triumphantium figuris, fortuna alata non seruus coronam sustentat, quam quidem fortunam inaurato corio, aut aliter depicto fuisse crediderim: colorem enim suū nunc habet marmor, & de re ipsa nihil scriptum inuenio. Tunica autem aurea triumphasse Tarquinium priscum Plinius in Verrio flacco sumptum tradit: Morisq; item fuit, nō legis, imperatores belli ciuilis uictoria quantumuis magna non triumphare, quia ciues non hostes occiderint. Sic nec Nasica Tiberio graccho cum suis perempto, nec Metellus Caio opimio, neq; Caius Antonius Catilina superatis triumpharunt. Lucius uero Sylla cum de Græcis urbibus captis, & simul de ciuibus Marianis superatis triumpharet, sola urbium captarum spolia in triumphum prætulit. Morisq; pariter fuit ut sequentes triumphalem currum milites lœdoria in imperatorem suum dicerent. Sicq; gallico triumpho Cæsaris milites inter cætera carmina iocularia etiam illud uulgatissimum pronunciarunt: gallias subegit Cæsar, Nicomedes Cæsarem: & Ventidium bassum parthici triumphi die secuti milites decantarunt: Qui mulos fricabat factus est consul. lege autem cautum erat, quod Plutarchus in Pauli Aemilij uita tradit, neminem ducem ante triumphi initiū urbem ingredi. Sed in uaticano apud territorium triumphale, necessarios triumpho apparatus facturi expectabant, quod in Vespasiani triumpho & filiorum infra diffusius ostendemus. Triumphos omnes Romæ & nunquam alibi præter duos fuisse ductos atque celebratos constat: mirumq; in tanta rerum imperij euersione, in tanta principum & tyrannorum insolentia, in tanta sediū & locorū mutatione, quantam penè singuli fecerunt imperij moderatores, neminē fuisse eorū, q aut Mediolani, aut Aquilegiæ, aut Cōstantinopoli uoluerit triumphare. Luciū autē Pisonē tradit Plinius scripsisse: Papiriū cursorem primū in monte albano triumphasse de corsis. Et Papirium masonem, cum triumphum Romæ non impetrasset, in albano monte triumphasse. Triumphosq; ipsos omnes uiginti & trecentos fuisse Paulus Orosius omnium, qui stantis adhuc Romani imperij gesta scripserunt ultimus est auctor, quē gloriosis ecclesiæ doctoribus Hieronymo & Augustino familiaritate coniunctum, de ea re cum ipso Augustino uidendi triumphi (sicut initio diximus) auido, contulisse crediderim. Desierant enim pridem antea triumphare Romani: cum satis constet Probum imperatorem fuisse qui triumphauerit ultimum. Et Probum inter, & ultima beati Augustini tempora, anni paulo plus minus ducentis adnumerantur: Primum apud Romanos Titum Tatium regem Dionysij bacchi imitatione triumphum duxisse diximus, & alium è regibus Tarquinium priscum pariter triumphasse Plinium scribere supra item ostendimus, sed quales hi fuerint triumphi à nemine tradi uidimus. Publius autem Valerius cōsul primus pulso Tarquinio, & uehijs Tarquiniensibusq; post Bruti mortem superatis, reges pulsos in hoc sicut & in plærisq; imitatus, triumphauit. Et si uero nonnullos ex triumphis qui uisi fuerint ampliores pro tempore atq; speciosiores scribere intendimus, quo gloriam populi Romani eius temporis, tanquam & nos ipsi cum Augustino adsimus, celebriorem lætioremq; ostendamus, maiorem tamen eorum partem summatim colligendo pergemus. Seruabimus autem temporum ordinem, ut crescentem populi Romani potentiam triumphorum quoq; amplitudinem imitatam fuisse appareat, utq; omnibus constare possit, quo tempore Romana potentia se ipsam sub Pompeio, & Cæsaribus

Milites laureati sequebantur triumphātes

Laurus triumphis dicata

Triumphantis corona & annulus

Fortuna alata

Militū carmē lœdoriū in triumphantem

Triumphaturi in uaticano expectabant

Triumphi cccxx

ferre nõ potuit, triumphos fuisse ductos, qui deorum potius quàm hominum opera, opulentiam fastumq; imitati sint: eritq; à Camilli triumpho initium, de quo sic habet in quinto Liuius. Aduentus quoq; dictatoris omnibus ordinibus obuiam effusis celebratior, q; ullus unquam antea fuit: triumphus omnem consuetum honorandi diei illius modum aliquantum excessit: maxime conspectus ipse, curru equis albis iuncto urbem inuectus est, parum q; id non ciuile modo, sed humanum etiam uisum: Iouis solisq; equis æquiparatũ dictatorem etiam in religionem trahebant. Triumphusq; eam ob unam maxime rem clarior quàm gratior fuit. Hunc triumphum & si Liuius magnis effert laudibus à nulla tamẽ alia quàm equorum alborum parte laudare potuit, quod præda (ut assolebat) transferenda, populo erat distributa: Et nulli erant digni magnates, quos ante currum captiuos ducere potuerit. Alius autẽ triumphus post multos annos à Papirio cursore dictatore de samnitibus ductus, & si aliquid decoris, nullam tamen habuit prædam cum captiuis ordine traducendam, sic enim scribit in nono Liuius. Dictator ex Senatus cõsulto de samnitibus triumphauit, cuius triumpho longe maximam speciem captiua arma prebuere: tantũ magnificentiæ uisum in ijs, ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur: inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus cum tensæ ducerentur. Nec maioris fuit apparatus triumphus, de quo sic habet in decimo Liuius: Q. Fabius deciano exercitu relicto in hetruria, suis legionibus deductis ad urbem, de gallis hetruscisq; ac samnitibus triumphauit: milites triumphantem secuti sunt. Celebrata incondictis militaribus non magis uictoria Q. Fabij quàm mors P. Decij est, excitataque memoria parentis æquata euentu publico priuatoque filij laudibus: dati ex præda militibus æris octogeni bini, sagaq; & tunicæ, præmia illa tempestate militiæ haud quaquam spernenda. primus post hos triumphus fuit Papirij cursoris tunc consulis, de quo Liuius libro item decimo. Consul exercitum de samnitibus deduxit, uenienti Romam triumphus omnium consensu est delatus. Triumphauit in magistratu, insigni ut illorum temporũ habitus erat triumpho: equites peditesq; insignes donis transiere, ac trãsuectis multæ ciuicæ coronæ uallaresque ac murales conspectæ: inspecta spolia samnitium, decore ac pulchritudine paternis spolijs, quæ nota frequenti publicorum ornatu locorum, comparabantur. ducti nobiles aliquot captiui clari suis patrumq; factis: æris grauis transuecta uicies centum milia, & auri triginta tria milia: Omne æs argentumq; in ærarium conditum: Militibus datum nihil ex præda. Maioris lætitiæ & gloriæ prædictis triumphũ duo Coss. simul Claudius Nero & Liuius Salinator deuicto occisoq; Hasdrubale duxerunt, quem Liuius extollere est adnissus. Nec tamen huic etiam triumpho plura affuerunt magnificanda ijs, quę superiores habuisse docuimus. Sic enim in XXVIII Liuius: ita consociatus triumphus, cum utriq; tum ei magis, qui quantum merito anteibat tantũ honori collegæ cederet, gloriam auxit: illum equitem aiebant sex dierum spacio transcurrisse longitudinem Italiæ, & eo die cum Hasdrubale in gallia signis collatis pugnasse, quo eum castra aduersus sese in Appulia posita habere Hannibal credidisset. ita unum consulem pro utraque parte Italiæ aduersus duos duces, duos imperatores, hinc consilium suum, hinc corpus opposuisse: nomen Neronis satis fuisse ad cõtinendum castris Hannibalem, Hasdrubalem uero qua alia re quàm aduentu eius obrutum, atq; extinctũ esse. itaq; iret altes cos. sublimis curru multijugis, si uellet, equis: uno equo per urbem uerum triumphum uehi. Neronem etiam si pedes incedat uel parta eo bello uel spreta triumphi gloria memorabilem fore. hi sermones spectantium Neronem usq; in capitolium prosecuti sunt. Pecuniam in ęrarium tulerunt sestertium milies octoginta milia æris. Libet multos ex triumphis transire minoribus, ut ad maiores citius ueniam. Scipionisq; triumphum XXXII libro à Liuio descriptum primo afferimus: Pace terra mariq; parta exercitu in naues imposito in Siciliam ad lylibeũ traiecit: inde magna parte militũ in nauibus missa, ipse per lętam pace non minus quàm uictoria Italiam effusis non urbibus modo ad exhibendos honores, sed agrestium etiam turba obsidente uias Romam peruenit, triumphoq; omniũ clarissimo in urbem est inuectus: Argenti tulit in ærarium pondo centũ milia XXIII. militibus ex præda quadragenos æris diuisit: morte subtractus spectaculo magis hominum quàm triumphantis gloriæ, Syphax est. Eundem uero triumphum ab Appiano diligentius descriptũ repetere libet. Scipio post hæc ex libia in Italiam profectus, uniuersas copias classe traduxit. Ro-

mamq;

Triumphus Camilli — *Triumphus papirij cursoris* — *Triumphus Q. Fabij* — *Triumphus alius Papirij cursoris* — *Triumphus Claudij neronis & Liuij Salinatoris* — *Triumphus Scipionis superioris*

mam ꝙ ad triumphum reuerſus eſt, quem omnium ante ſe ſplendidiſſimum dicitur egiſſe. Eius forma ut nunc fit ab illo ſeruata eſt, fuit autem huiuſmodi: Sertis redimiti omnes præcinentibus tubis currus ſpolijs refercſtos deducebant. ferebantur & ligneæ turres, captarum urbium ſimulachra, aurum deinceps & argentum partim rudibus maſſis, partim ſignatum: Coronæ præterea quas uirtutis gratia urbes dediſſent: Candidi ſubinde boues & elephanti illos ſequebantur. Poſt hoc Carthaginenſium ac numidarum principes bello capti, Imperatorem lictores præibant purpureis amicti ueſtibus, tum citharedorum ac tibiarum turba ad hetruſcæ ſimilitudinem pompæ: hi ſuccincti coroniſq; aureis redimiti, ſuo quiſq; ordine canentes pſallenteſq; prodibant: hos lydios appellant, ut facile crederim hetruſcos à lydijs ſumpſiſſe originem: horum in medio quiſpiam talari ueſte fimbrijs ac armillis auro ſplendentibus amictus, geſtus uarios edebat: hoſtibuſq; deuictis inſultãs riſus undiq; ciebat. Poſt thuris & odorum copia imperatorem circumſteterant, quem curru deaurato multifariamq; refulgenti candidi uehebant equi, auream capiti geſtantem coronam lapillis ornatam, gemmiſq;. is ueſtẽ ſuccinctus purpuream patrio more aureis intextam ſideribus, altera manu eburneum ſceptrum altera laurum præferebat, quæ Romani uictoriæ inſignia profitentur. Vehebantur & cũ eo pueri uirgineſq;, & ad habenas hinc inde cognati iuuenes: demum qui exercitum ſecuti erant ſcriptores miniſtri ſcutiferi'ue; poſtremo exercitus in turmas acieſq; diuiſus currum ſequebatur. Milites quoq; lauro redimiti laurum manu ferentes, quibus meritorũ inſignia adiuncta. Aderantq; qui hos quidem laudibus ferrent, hos ſalibus inſectarentur, nonnullos infamia notarent. ſimplex deniq; triumphi forma, & quam unuſquiſq; ſermone facile explicare queat. cum in capitolium uentum eſſet. Scipio depoſito apparatu, epulum (ut amicis mos erat) in templo præbuit. Poſt hunc tamen haud diu M. Portius Cato triumphum ex Hiſpania duxit ſuperioribus primis creſcentis rei pub. parem, de quo Liuius XXXIIII. M. Portius Cato ex Hiſpania triumphauit, tulit in eo triumpho argenti uigintiquinque milia pondo, auri mille quadringenta: militibus diuiſit ſingulis ducenos ſeptuagenos æris: triplex equiti. per quod tempus L. Quintius triumphum triduo duxit continuo, his qui poſtea ſub principibus ducti ſunt ſimillimũ, de quo ſic habet Liuius XXXIII. Poſtquam Romam uentum eſt, ſenatus extra urbem Quintio ad res geſtas ediſſerendas datus eſt. Triumphus inde tus: die primo, arma, tela, ſignaq; ærea, & marmorea tranſtulit, plura Philippo adempta, quàm quæ ex ciuitatibus ceperat. Secunda die argentum aurumq; factum, infectum'que & ſignatum. Infecti argenti fuit XVIII milia pondo, & ducenta ſeptuaginta. facti uaſa multa omnis generis, cælata plæraq;, quædam eximiæ artis, & ex ære multa fabrefacta: ad hoc clypei argentei decem, ſignati argenti octuaginta quatuor milia fuere atticorũ, tetradrachma uocant, triũ ferè denariorũ in ſingulis argenti eſt pondus. auri pondo fuerunt tria milia ſeptingenta, decem quatuor: & clypeus unus auri totus, & Philippei aurei quatuordecim milia quinq; centum quatuordecim. Tertio die coronæ aureę dona ciuitatum tranſlata centum & quatuordecim, & hoſtiæ ductæ, & ante currum multi nobiles captiui obſideſq;. Inter quos Demetrius regis Philippi filius, & Armenes Nabidis tyranni filius Lacedæmonius. Ipſe deinde Quintius in urbem eſt inuectus, ſecuti currũ milites frequentes exercitu omni ex prouincia deportato: ijs duceni quinquageni æris in pedites diuiſi, duplex centurioni, triplex equiti. præbuerunt ſpeciem triumpho capitibus raſis ſecuti qui ſeruitute exempti fuerant. Et ſuũ diu poſt triumphum P. Cornelius Naſica de Boijs duxit in mediocribus numerandum quem ſic Liuius deſcribit. In eo triumpho gallicis carpentis arma ſigna & ſpolia omnis generis tranſuexit, & uaſa ænea gallica: & cũ captiuis nobilibus equorum quoq; captorum gregem traduxit: aureos torques tranſtulit, æris mille quatuorcentum ſeptuaginta: ad hoc auri ducenta quadraginta ſex, argenti infecti quod in gallicis uaſis non in fabre ſuo more factum CCCLX pondo: bigatorum numerum CXXXIIIIM: militibus qui currum ſecuti ſunt centenos uicenos quinos aſſes diuiſit, duplex centurioni, triplex equiti. Nec omittendum duximus M. Fuluij triumphũ, de quo Liuius in XXXVIII ſic habet. Triumphare menſe Ianuario ſtatuerat, ſed cum audiſſet cõſulem Aemilium litteris M. Aburij tribuni plæbis acceptis de remiſſa interceſſione ipſum ad impediendum triumphum Romam uenientem ægrum in uia ſubſtitiſſe, ne plus in triumpho certaminũ quàm in bello haberet, prætulit triumphi diem. Triumphauit ad

Triumphus M. Porcij Catonis

Triumphus L. Quintij de Philippo

Triumphus Scipionis naſicæ

Triumphus M. Fuluij

Kalendas Ianuarias de Aetolis, & de Cephallenia. aureæ coronæ centũ decẽ pondo, duæ ante currũ latę ſunt: argenti põdo octuaginta tria: auri pondo C C X L I I I: tetracina attica C X V I I I: Philippei nummi decẽ milia C C C C X X X I I: ſigna Aenea C C C C C C C L X X X V: ſigna marmorea C C X X X: arma, tela, cętera ſpolia hoſtiũ magnus numerus: Ad hoc catapultę, baliſtę, tormenta omnis generis: duces aut Aetoli & Cephallenes, aut regij ab Antiocho ibi relicti, ad ſeptem & uiginti. Multos eo die priuſq; in urbẽ inueberetur in circo flaminio tribunos, præfectos, equites, centuriones, Romanos ſociosq; donis militaribus donauit. Militibus ex præda quinos uicenos denarios diuiſit, duplex centurioni, tri-

Triumphus G. Manlij Volſonis

plex equiti. Et paulopoſt alius apud Liuium ponitur triumphus, quem nos ultimũ afferre decreuimus. Extremo anni magiſtratibus creatis iam ad tertiũ nonas martias G. Manlius Volſo de gallis qui Aſiam incolunt triumphauit. ſerius ei cauſa triumphandi fuit, ne Q. Terentio Culeone prætore cauſam lege petilia diceret: & incendio alieni iudicij, quo L. Scipio damnatus fuerat conflagraret: eo infenſioribus in ſe quàm in illũ iudicibus, quo diſciplinam militarem ſeuere ab eo conſeruatam ſucceſſor ipſe omni genere licentiæ corruperat. neq; ea ſola infamiæ erant quæ in prouincia procul ab oculis facta narrabantur, ſed ea etiam quæ in militibus eius quotidie cõſpiciebantur. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu aſiatico inuecta in urbem erat. Imprimis lectos æratos, ueſtem ſtragulam tum precioſam, plagulas & alia textilia, quæ tum magnificæ ſupellectilis babebantur, monopodia & abacos Romam aduexerunt: tunc pſaltriæ ſambuciſtriæq;, & conuiualia ludorum oblectamenta addita epulis. Epulæ quoq; ipſæ cum cura & ſumptu maiore apparari cœptę, tum coquus uiliſſimum antiquis mancipium æſtimatione & uſu, in precio eſſe, & quod miniſterium fuerat ars haberi cœpta. Vix tamen ea quæ tum conſpiciebantur ſemina erãt futurę luxurię. In triumpho tulit G. Manlius coronas aureas ducentas duodecim. Argenti C C X X milia centum tres. Tetracinũ atticorum C C V I I milia, X X Ciſtophorum: Philippeorum nummorum M. X V I. C C C X X. Arma ſpoliaq; multa gallicis carpentis traducta. Duces hoſtium duo & quinquaginta ducti ante currum: militibus quadrigenos binos denarios diuiſit, duplex centurioni: ſtipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites: Multi omnium ordinũ donati militaribus donis currum ſecuti ſunt. Carmina à militibus ea in imperatorem dicta, ut facile appareat in ducem indulgentem ambitioſumq; ea dici, triumphumq; eſſe militari magis fauore quàm populari celebrẽ. At iam maiores attingamus triumphos auctæ Romanarũ rerum amplitudini reſponſuros. Nec

Triumphus P. Aemilij

ab alio dignius id inchoari poteſt, quàm à P. Aemilio, cui contigit ut frugi ipſe in temporibus rei pub. adhuc frugalitati inſeruientibus uixerit, & tamen triumpho à maximis procedente uictorijs luxuriem primus in urbem inuexerit. Hic enim P. ille Aemilius fuit, qui quatuor filiorum duos priores clariſſimis domibus per adoptionem inſeruit, cum maiorem Fabio Maximo quinquies conſuli, minorem Scipioni Aphricano, in filios dedit. Hic fuit Aemilius ille qui frugalitatis & modeſtię amator, filiarum maiorem M. Catonis filio uxorem dedit, minorem Aelio Tuberoni: qui quidem Tubero uir optimus maximæ in

Tuberonũ familia pauperrima

re pub. autoritatis ita tenui erat patrimonio, ut ſexdecim uiri ex Tuberonum familia omnes ſimul in eiſdem ædibus, & quidem modicis, cũ coniugibus, & liberis habitarent. Itaq; in illis ædibus Pauli Aemilij bis conſulis, & bis triumphalis filia deducta eſt, in eiſq; habitauit, nec puduit eam pauperis uiri, ſed uirtutem admirata eſt per quam pauper erat. Tantis tamen aſſuetus modeſtiæ & frugalitatis artibus continere non potuit Aemilius quin tempori adauctæ rerum opulentiæ inſeruiens triumphum in hanc maxime formam duxerit. Populus Romanus nitidis ueſtibus ornatus in locis & urbis partibus per quas tranſiturus erat, ſeſe ad ſpectandum triumphum parauerat, omnia urbis templa erant aperta, & ſertis uaporibusq; repleta ſuauibus. Multitudo miniſtrorum baculos manibus geſtantium ex medio dimouebat turbas, & uias puras apertasq; præſtabat. Tranſmiſſio in tres dies diuiſa eſt. Prima enim dies uix ſignis tabulis & ſtatuis tranſmittendis ſuffecit, quæ uehiculis comportabantur. Secunda die pulcherrima, & ornatiſſima macedonum arma multis curribus delata fuerunt ſplendentia ære & ferro abſterſo, atq; ita diſpoſita ut caſu maxime cecidiſſe uiderentur, galeæ, ſcuta, thoraces, ocreæ, & cretenſes peltæ, & thracia gerra, pharetrę & equorũ frena, ac enſes nudi per hæc iacentes, & ſariſſæ infixę ita, ut nec uictorũ quidẽ abſq; metu eſſet aſpectus. Poſt hos armorũ currus tria uirorũ milia ſequebantur.

bantur, qui numismata ferebant argentea, uasis trecentis quinquaginta. Vas erat quodli/ber trium talentorũ, quatuor uiri siggula uasa portabant. Alij crateras argenteas & phialas calicesq; ornatissimos, & ingentes certo ordine deferebant. Tertia die prima luce tubicines nõ mite neq; suaue sed bellicũ sonantes primi ibant. Post eos C X X boues albæ cornibus auratis ducebantur, uittis ornatæ & sertis. ducebant eas adolescentes succincti ad immolandũ: & pueri aureas patinas sacrificij gratia deferebant. de hisq; bobus albis dicere uoluit Virgilius de tauris tractans, qui in meuaniæ campis ad clitumnum amnem albi nascuntur sic. Hic albi clitumne greges, & maxima tauri Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro Romanos ad templa deũ duxere triumphos. post eos sequebantur qui aurea numismata gerebant in uasis trium talentorum, ut supra de argenteis numismatibus dictum est: numerus uasorum fuit triadeoctuaginta. His succedebant qui auream phialam decem talentorum quam Aemilius ex lapillis effecerat, itẽ antigonea & seleucea & thericlia & Persei uasa aurea portabant. Post hæc Persei currus & arma & diadema super armis positum: deinde post modico interuallo nati regij ducebantur: & cum ipsis alumnorum & magistrorum & pædagogorum lachrymans turba, qui & ipsi manus tendebant ad ciues, & pueros eadem facere & precari docebant. Erant masculi duo, & una fœmina, nõ satis infortunium suum per ætatem intelligentes: quæ res magis homines ad misericordiam cõmouebat, multiq; lachrymas ciues ad illum aspectum demiserunt: fuitq; lætitiæ & doloris plenum spectaculum, donec infantes transierunt. Ipse autem Perseus post filios & ministros ibat, fusca ueste amictus, & crepida more patrio habẽs, propter magnitudinẽ malorum ad omnia trepidus ac mente turbatus: post eum ibat amicorum & familiarium mœsta turba miserabiliter ipsum intuentes lachrymantes, ut etiã plærique ex Romanis lachrymare ob misericordiam cõpellerentur. Post eum deferebantur aureæ coronæ, quibus Aemilium uirtutis gratia Græcæ donauerant ciuitates: Erat numerus coronarũ quater centum: deinde Aemilius ipse sequebaẽ ornatissimo curru inuectus, uir & citra eiusmodi honorem spectaculo dignus, purpuram auro contextam indutus, & ramum lauri dextera gerens: ferebant & laurũ milites qui currũ Aemilij sequebanẽ legiones cohortesq; & manipuli, partim carmina patria salib⁹ permixta & risu, partim laudes Aemilij cantantes: quæ intuebantur & admirabantur omnes, nec quicquam ex ijs quæ sibi optanda forent deesse arbitrabantur. Ob eas res in macedonico gestas bello summa populi Romani gratia Aemilio accessit. Tantum enim auri argentiq; in ærarium Aemilius rettulit, ut nullum tributum persolui à ciuibus opus fuerit, usq; Hircij & Pansæ consulatum, qui circa primũ Cæsaris & Antonij bellum cõsules fuerunt. Magnus amplissimusq; fuit, quem descripsimus Pauli Aemilij, maiores amplioresq; & propterea deo ut uidetur inuisi, quos Pompei⁹ duxit triumphi fuere. Eos tamen nullo in loco ordine scriptos inuenimus, quia summatim etiam attingere nimium omnibus est uisum: à Plinio igitur sparsa ut sunt scripta nonnulla sumemus, qui triumphasse eum dicit nondum per ætatem senatorẽ de Mithridate, curru quatuor elephantis ducto: & post triumphũ ponti in duos dies partitũ, apparatus pro alio triumpho fuisse relictos. & addit Plinius: magni Pompeij triumpho translata statua argentea Pharnacis, qui primus regnauit in Ponto, item Mithridatis eius patris, & currus argentei. Item Pompeius in triumpho tulit alueum cum tesseris lusorium è gemmis duabus, latum pedes tres, longũ pedes quatuor. fuit in triumpho luna aurea pondo X X X, lecti triclinares aurei tres. Vasa ex auro & gemmis abacorũ nouem, signa aurea tria, myrrhina tria, coronæ ex margaritis X X X I I I Mons aureus quadratus cum ceruis & leonibus & pomis omnis generis: musæ ex margaritis inerãt, & in eius fastigio horologium: & Pompeij imago ex margaritis. eadem Pompeij uictoria myrrhina in urbem inuexit, primusq; Pompeius lapides & pocula ex eo triumpho capitolio dedicauit, quæ protinus ad usum hominũ transiere, abacis etiam escarijsq; uasis expetitis. Aliqualẽ uero triumphi ordinem Plutarchus in Pompeij uita sic ponit. Erant regiones de quibus triumphabat sic litteris annotatæ, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Hiberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotania: præterea hi qui circa phœnicem & palestinam incolunt, Iudæi & Arabes, Piratarum etiam quotquot genera terra mariq; debellata erant. Inter hęc notabantur castella haud pauciora quam mille capta, ciuitates fermè noningentę, piraticæ naues octingentæ, urbes præsidijs Romanis firmatas esse undequadringẽtas. his

Triumphi Pompeij

quocꝫ addebatur uniuersa urbis Romæ tributa ante id bellum quinquagies decies centena milia fuisse, cum his uero quæ ipse quæsiuit octuagies, & quinquagies decies centena milia: in ærarium præterea uasa, aurum, argentumcꝫ signatum ad uiginti milia talentorū: præter quæ militibus diuisa sunt, quorū qui minus accepit mille & quingentos æreos tulit. Captiui post principes piratarū in triumpho ducti. Tigranis armeniæ regis filius cum uxore filiacꝫ ipsius Tigranis Zosime coniunx: rex Iudæorū Aristobolus. Mithridatis soror cum liberis quincꝫ: Scitharum quocꝫ quàm multę mulieres: Albanorū & hiberorum, ac regis comagenorum obsides ducti. Trophea quocꝫ notata omnia, quæ præliorum numero æqua aut se duce aut per legatos partus est. Maximum uero ac splendidissimū fuit, & quod Romanorum nemini hactenus contigit, quod tertium è tertia orbis parte triumphum duxit. Creuit tanquam per gradus triumphi gloria apparatuscꝫ in Cæsare & successoribus suis principibus, quos imperatores appellauere. Tam notus autem erat triumphorum apparatus, ut Suetonius Cæsaris & augusti omnium maximos paucissimis attigisse contentus fuerit, nam de Cæsare sic habet. Confectis bellis quinquies triumphauit: post deuictum Scipionē quater eodem mense, sed interiectis diebus, & rursum semel post superatos Pompeij liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit gallicū: sequentem alexandrinum, deinde ponticum, huic proximum aphricanum, nouissimum Hispaniensem, diuerso quencꝫ apparatu & instrumento. Gallici triumphi die uelabrū præter uehens penè curru excussus est axe diffracto, ascenditcꝫ capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra leuacꝫ lycnos gestantibus. pontico triumpho inter pompæ fercula, triū uerborum prætulit titulum. Veni: Vidi: Vici. Non acta belli significantem sicut cæteri, sed celeriter confecti notam. Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites singulos super bina sestertia quæ initio ciuilis tumult⁹ numerauerat, uicena quaterna milia nummū dedit: assignauit & agros, sed non continuos ne quis possessorū expelleretur: populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, uicenos quoque nummos quos pollicitus olim fuerat uiritim diuisit, & hoc amplius centenos pro mora. Cætera extra triumphi apparatum scribit Suetonius. Sed iam ad alios descendam triumphos maiori diligentia à scriptoribus traditos, quo formam tantæ rei melius nosse possimus. Flauius Iosephus gente Iudæus captiuitatem Hierosolymæ urbis à Vespasiano patre & Tito filio principibus Romanis factam describens, ipsorum imperatorum triumphum sic refert. Communem triumphum ob res gestas agere statuerunt, quamuis utrisque senatus proprium decreuisset: prædicto autem die quo futura erat pompa uictoriæ, nemo ex tam infinita ciuitatis multitudine domi remansit. Omnes autem cum prodiissent loca ubi tantum stare possent præuenerunt quanta spectaturis sufficerent, imperatoribus relicto necessario transitu. Cuncta uero pars militaris ante lucem per turmas atque ordines progressa est cum rectoribus suis, & circa hostia constituta non palatij superioris, sed propè Isidis templum: ibi enim principes nocte illa requiescebant: prima iam aurora incipiente procedunt Vespasianus & Titus lauro coronati, amicti uero prima ueste purpurea, & ad octauias ambulationes transeunt. Ibi enim senatus & ducum proceres & honorati equites eorum præstolabantur aduentum. Tribunal autem ante porticus factum erat, sellæ'que in eo eburneæ præparatæ. quò cum ascendissent, consederunt: statim'que partis eos militaris fauor excepit: multis uirtutum testimonijs prædicatis: Illi autem inermes erant in ueste serica, laureis coronati: perceptis autem laudibus eorum Vespasianus cum dicere adhuc uellent, silentij signum dedit, magnáque omnium quiete facta surrexit: & amictu magnam partem capitis adopertus, solennia uota celebrauit: idem'que Titus fecit. perfectus autem uotis Vespasianus in commune omnes breuiter allocutus milites quidem ad prandium quod ijs ex more ab imperatore parari solet dimittit, ipse uero ad portam recedit, quæ ab eo quod per illam semper triumphorum pompa ducitur nomen accepit: Vbi & cibum prius capiebant & triumphalibus uestibus amicti dijs ad portam collatis, cæsa hostia, inter spectacula transeuntes triumphum ducebanr, ut multitudini facilior præberetur aspectus: pro merito autem narrari multitudo illorum spectaculorum & magnificentia non potest, in omnibus quæ quisque excogitauerit, uel artium factis, uel diuitiarum operibus, uel naturæ nouitate. Nam penè quæcunque hominibus qui unquam sunt fortunati paulatim quæsita sunt alijs alia mirabilia atque magnifica, hęc uniuersa

Triumphi Cæsaris

Triumphus Vespasiani & Titi

uniuersa illa die Romani imperij magnitudinem probauerunt. Etenim argenti auri-que necnon & eboris & in omni genere specierum siue opum multitudinem non ut in pompam ferri cerneres: sed si quis dixerit omnia fluere, & alias quidem uestes ex rarissimi generis purpura portari, alias diligentissima purpura uariatas arte Babylonica. gemmæ autem clarissimæ & tam multæ, aliæ coronis aureis, aliæ speciebus, aliæ formatæ inclusæ traductæ sunt, ut appareret frustra nos earum rerum usquam esse aliquid suspicari. ferebantur autem simulachrorum singula, quæ illi deos babebant, & magnitudine mirabili, & arte non defunctorie facta, horum'que nihil non preciosa materia. Quin & animaliũ diuersa genera producebantur, proprijs ornamentis induta. Erat autem etiam, quæ singula portaret magna hominum multitudo, purpureis uestibus atq; inauratis ornata. Ipsi etiam qui ad pompam fuerant ab illa turba discreti præcipua & mirabili ornamentorum magnificentia culti erant. Insuper his ne captiuorum quidem uulgus inornatũ uideres, sed uarietas & pulchritudo uestium natam ex fatigatione corporum deformitatem oculis subtrahebat: Maxime autem stupor erat machinarum quæ portabantur, siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine timendum uiribus portantium occurrentes putabant. Multa enim in tertium nidum undequaq; surgebãt & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat, multis aurata ueste circundatis: cum aurum præterea factum & non factum esset affixum. Multis autẽ imitationibus bellum aliter in alias diuisum machinas, certam sui faciem ostendebat. erat enim cernere, uastari quandam fortissimam terram. totas uero interfici acies hostium, & alios fugere, alios captiuos duci, muros q; excellenti magnitudine machinis dirui, & castellorum conscendi munimina, & populos ante mœnia ciuitatum disturbari, exercitumq; intra muros diffundi, cædisq; omnia loca plena. & eorum qui resistere non poterant preces: ignemq; templis immissum, incendiumq; super domos. & post multam euastationem euersionẽq;, atq; amnem tristitia defluentem, non in arua culta neq; in hominũ uel pecorum potum, sed per terram ex omni parte flagrantem. hæc enim iudæos esse passos ipsi experti sunt. Ars autem & confectorum operum magnitudo, nescientibus adhuc fieri præsentibus ostendebatur. Erat autem per singula pegmata captæ ciuitatis dux ita ut captus fuerat ordinatus. multæ autem naues sequebantur: spolia uero alia passim ferebantur. Eminebant autem eorum quæ apud Hierosolymã in templo reperta sunt, mensa aurea põderis talenti magni, & candelabrum similiter auro factum, sed opere commutato ab usus nostri consuetudine. Nam media quidem columna basi hærebat, tenues autem à cacumine producebantur formatæ ad similitudinem fuscinulæ, & summum quoq; in lycni specie fabricatum. Erant autem numero septem, septimi diei qui apud iudæos est festus indicantes honorem. post hæc portabatur lex iudæorum nobilissimum spoliorum. inde transibant plurima uictoriæ simulacra portantes omnia ex auro & ebore facta. post quæ Vespasianus prior ibat, & Titus deinde sequebatur. Domitianus autẽ adequitabat ipse quoq; adornatus pulcherrime dignusq; spectari. pompæ autem finis fuit ad Capitolini Iouis templum. quo postquã uentum est, constiterunt: Erat enim uetus mos patrius operiri, donec ducis hostiũ mortem quispiam nunciaret. Postq; igitur eum finem uitæ habere nunciatũ est, omniumq; fauor secutus est, tunc hostias immolarunt, hisq; omnibus secundo per uota solẽnia celebratis in palatium recesserũt. Multis deinde post annis Aurelianus princeps nõ ignobilis triumphũ duxit, quem sic Flauius Võpiscus syracusius describit. currus regij tres fuerunt, in his unus Odenati argento auro & gemmis operosus atq; distinctus: alter quem rex persarum Aureliano dono dedit, ipse quoq; pari opere fabricatus, Tertius quem sibi Zenobia composuerat, sperans se urbem Romam cum eo uisurã, quod illam nõ fefellit. Nam cum eo urbẽ ingressa est uincta ac triumpbata. fuit alius currus quatuor ceruis iunctus, qui fuisse dicitur regis gothorum, quo ut multi memoriæ tradũt Capitolium Aurelianus inuectus est: ut illic cæderet ceruos, quos cum eodem curru captos uouisse ioui optimo maximo ferebatur. præcesserunt elephanti uiginti feræ mansuetæ libycæ, palestinæ diuersæ ducentæ, quas Aurelianus priuatis donauit, ne fiscum annonis grauaret. tygrides quatuor, camelopardali, alces, cætera talia per ordinem ducta. gladiatorum paria trecenta. præter captiuos gentium barbararũ, blennos, aximiotas, arabes. erant quoq; bactriani, hiberi, saraceni, persæ, cũ suis quiq; munerib⁹: gothi, alani, roxolani, sarmatę, frãci, sueui, uandali, germani, religatis ma-

Aureliani triumphus

nibus captiui præcesserunt: inter hos etiam palmyreni, qui superfuerant principes ciuitatis, & Aegyptij ob rebellionem. ductæ sunt & decem mulieres, quas uirili habitu pugnantes inter gethas ceperant: quas de amazonibus ortas titulus indicabat. prælati sunt tituli gentium nomina continentes. Inter hęc fuit Tetricus chlamyde coccinea, tunica galbina, braeis Gallicis ornatus, adiuncto sibi filio quem imperatorem in Gallia nuncupauerat. Incedebat etiam Zenobia ornata gemmis, cathenis aureis quas sibi fecerat uincta. præferebantur coronæ ciuitatum aureæ titulis eminentibus proditæ: Iam populus ipse Romanus, iam uexilla collegiorum atq; castrorum, & catafractarij milites, & omnis exercitus & senatus (& si aliquantulum tristior, quod senatores triumphari uidebant) multum pompę addiderunt. Deniq; in Capitoliū uix nona hora peruenit, sero autem ad palatium. Sequentibus diebus datæ sunt populo uoluptates ludorum scænicorum, ludorum circensium, uenationum, gladiatorum, naumachiæ. Vltimus mihi restat Romanorū principum quos legerim triumphasse Probus. uellemq; Flauium Vopiscū qua diligentia superiorē Aurelia-

Probi triumphus

ni, eadem & hunc Probi è pannonia imperatoris uere probi præstantissimiq; triumphum scripsisse. Sed uidetur dei iudicio factum esse, ut qui ultimus omnium in tanto imperio triumphus esse debebat mutilus truncusq; describeretur. Sunt itaq; Flauij Vopisci hæc uerba. Triumphauit de Germanis & Bemis omniū gentium ferocissimis, ad quingentos homines ante triumphū duxit. Venationem in circo amplissimam dedit: ita ut populus cuncta diriperet. Genus autē spectaculi fuit tale. Arbores ualidæ per milites radicitus auulsæ, late longeq; trabibus affixæ sunt: terra deinde superiecta, totusq; circus ad siluæ speciem consitus gratiam uiroris præbuit. Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, cerui mille, apri mille, dāmæ & cætera animalia quanta ali adinueniriq; potuerunt. Immissi deinde populares: rapuit quisq; quod uoluit. Triumphos iam tandem absoluimus, quos è tanta trecentorum & uiginti multitudine duximus seligendos: ut formam triumphi ostenderemus, quam inspexisse Aurelium Augustinum optasse refertur: quamq; Augustinum non magis id tenuit desideriū, quàm è nostris plurimos habere uidemus. Qua ratione uni cum nunc ex omnibus cōflare libet, & ordinē formamq; uarijs supra locis & modis descriptam ita repetere, ut in præsentis temporis Roma duci uideatur. Venientes Romā ad triumphos duces Romanos Itali, quacunq; uiderent, suo & ipsi triumpho excipiebant, quod de Scipione Liuium supra scripsisse ostendimus. Expectabāt uero foris: quia lege cautum fuisse doeuimus, nullū ducem ante triumphi initium urbem ingredi. Eos qui triumphum ducturi erant satis supra ostendit Iosephus semper ad portam consedisse, quam ipse dicit

Triumphale territorium

nomen inde nactam fuisse, q; triumphi per eam ducerentur, nosq; in Roma instaurata priscorum testimonio & autoritate docuimus, territoriū triūphale ad eum fuisse locum, ubi apud basilicam principis Apostolorum Petri, sancti Andreæ ecclesia & cenotaphium extant: quo in celeberrimo priscis etiam temporibus loco, apud id tunc Apollinis templum nunc sanctæ Petronillæ, & sanctæ Marię Febricosorū ecclesiam, obeliscus est ille sublimis quem Caium principem in Neronis circo erexisse Plinius est autor. In eo itaq; territorio triumphali parata triumphi pompa per uiam procedebat triumphalē, cuius stratæ silici-

Triumphalis uia

bus particula adhuc cernitur sub sancti Spiritus in saxia hospitali, ut per nunc dirutū pontem tyberis triumphalem ibi proximū, & portam pariter dirutā eius pontis triumphalem, cuius ampla cernere est fundamenta, in urbem & ad Capitolium duceretur. Continuabatur autem ea triumphalis uia ad posteriorē nunc porticum ecclesiæ sancti Celsi, ad quam arcus marmorei ipsam amplexi uiam, altera extat coxa corrosam è marmore statuam retinens colosseam. Reflexa inde uia sancti Laurentij in damaso ecclesiam, & post floræ campum petebat: idq; hinc maxime, ꝓximis temporibus cernere fuit, quod in cōtinuatis super eam domibus fundamenta iacere aut puteos effodere molientes, silicēā ueterē offenderūt spaciosissimam, à campo floræ ad nunc plateam iudæorum: inde Iunonis templum, nunc sancti Angeli in foro pisciū ecclesiam, post ad sanctum Georgium in uelabro procedens uia sub nouis ædibus ruinis'que ab effodientibus inuenitur, quousque iani templo uela-

Cliuus Capitolinus

broq; proxima in cliuum desitura Capitolinum detecta cernitur: A uelabro autem cliuum inchoasse Capitolinum, per quem ad Iouis optimi maximi templum erat ascensus, satis in Roma ostendimus instaurata. Notissimumq; est ex Suetonio illud quod breui supra diximus; Cæsarem Gallici triumphi die, præteruehentem uelabrū curru penè excussum

fuisse

fuisse axe diffracto. hæc itaq; fuit triumphantium uia ab obelisco territorio portaq; triumphali ad Iouis templum: cuius magna & dissipata nunc fundamentorum ubi de facinorosis in Capitolino colle supplicium sumitur, uestigia extare uidemus: uiaq; tota quam descripsimus non modo in P. Aemilij (sicut dictum est) sed in cæteris quoq; triumphis, undiq; auleis lauroq; ornabatur. & fori sediliaq; ex materia tabulataq; ad utranq; partem uiæ, fenestrasq; & per tecta pari disponebantur ornatu, populum commode exceptura, qui nitidis uestibus ita totus conueniebat, ut quod hebreus noster scribit, nemo ex tanta multitudine ea die remaneret in domibus. Templaq; ipsi imminentia uiæ quorum præter sancti Angeli ecclesiam nulla extant: aperta & sertis uaporibusq; suauibus repleta erant. Multitudo ministrorum baculos manibus gestantium inauratos, turbas ex medio dimouebat, ut uia aperta & pura redderetur. Prius uero quàm ordinē describamus quem progressurus cum pompa in urbem imperator seruabat: aliqua exponere libet à Iosepho scripta, & tamen aliorum quoq; triumphorum descriptioni admodum profutura, quæ legentibus sicut hactenus nobis fuerunt dubia esse uidemus. Dicit Iosephus: cuncta pars militaris ante lucē per turmas atq; ordines progressa est cum rectoribus suis, & circa hostia constituta non palatij superioris, sed propè Isidis templum. Ibi enim principes nocte illa requiescebant. Nosq; ignotum aliàs Isidis templi locum nuper edocti sumus. Honofrius tricariensis episcopus, Andreasq; eius frater germanus consistorialis aduocatus, ciues ex crucea gente Romani, ædes habent eorū uirtuti opibusq; respondentes, uiæ quam descripsimus triumphali superimpositas: campum inter floræ & plateam iudeorum, quas alioquin amplas uetustorum prisci operis marmorum frustis, tabulis, strumentisq; plurimum exornare nituntur. datum itaq; nuper ab Andreæ clientulo uinitore marmor pergrande luculleum uel (ut appellant) serpentinum litteras inscriptum maiusculas elegantes, ad domus eminentem angulum affixerunt. Estq; incisarum hic tenor superiori in margine primum: SAECVLO FELICI. Deinde ad quadri medium sequitur sesquilinea. PHISIAS. SACERDOS ISIDI. Salutaris consecratio, tres deinceps sunt lineolæ: Pontificis uotis annuant dij Romanæ rei P. arcanaq; morbis præsidia annuant: quorum nutu Romano imperio regna cessere. Ipsum lapidem cum satis conijcere liceret in templo Isidis repertū fuisse, itum est in uineā: locusq; inspectus multis obsitus sentibus unde saxum erat auulsum: Facileq; fuit intelligere, extantes corrosos semiq; ruptos fornices, & uix solo supereminentes murorum pinnas, templū fuisse, quod Isidi sacerdos Phisias consecrasset. Id nunc est qua in parte monasterium inter sancti xysti & ingentes spectandasq; thermarum Antonianarū ruinas uiam fuisse nouā, qua nihil Roma habuit pulchrius, in Roma docuimus instaurata, eratq; id templum ad ipsius uiæ nouæ supremum caput, in palatium maius circum'ue maximum spectans: ut iam liceat intelligere, milites qui ante lucem per turmas atq; ordines progressi erant cum rectoribus suis, circa hostia fuisse ædium uiæ nouæ non palatij superioris ibi proximi. nec moueat principes triumphaturos ad Isidis templum in ciuitatis medio quieuisse, & non extra urbem legi obtemperaturos expectasse. Lex enim ipsa & multæ aliæ stante sub consulibus re P. caste seruari solitæ sub principibus exoluerant. Vespasianus tamen & Titus legi ex parte aliqua parituri ad territoriū portamq; triumphalem lauro coronati, & uestem induti purpureā sunt progressi. Vbi panegyricis laudum suarū redundantibus de more auditis, rem diuinā capite operto fecerūt. Milites uero Iosephus scribit inermes in ueste sericea fuisse, quod illorum opinioni aduersatur, qui ueteres Romanos rerum dominos parū splendido atq; etiā inepto amictu usos fuisse calūniantur. Qualia uero fuerint spectacula, qualis pompa, quantæ qualesq; diuitiæ in triumpho ostensæ, & Iosephus & Appianus & supradicti à quibus sumpsimus scriptores diffuse dicunt. Aliqua tamen repetere libet, nostro huius temporis triumpho, quē hic uerbis & scripto ducimus coaptanda. Sitq; prima pars uestium quas ex rarissimi generis purpura, & diligentissima pictura uariatas arte Babylonica hebreus dicit: & rarissimi generis purpuram fuisse constat, quam nostri tum cremisinam, tum uiolaceam appellant. Artis uero Babylonicæ à priscis Romanis dicta sunt omnia quæcūq; uariatis coloribus uariatoue serico, aut auro & mixtim ex utroq; contexunt: quorū per Italiam nimius nunc improbandus, perniciosusq; cernitur abusus. De gemmis quas dicit partim in coronis, partim aliter fuisse delatas notoriū est, ut cum sola ardenti ambitione pares illis nostri sint, à multitudine tamen eorum

Ornatus uiæ triumphalis

Triumphaturi noctem ad Isidis templū quiescebant

Ars Babylonica

eorum incomparabili superentur. Iam uero quæ dicit Iosephus pro merito laudare non posse, multitudinem illorum spectaculorũ & magnificentiam in omnibus quæ quisq; excogitauerit, uel artium factis, uel diuitiarum operibus, uel naturæ nouitate, omnibus persuasum esse non dubitamus, quæ ne dum nunc referri aut excogitari possent, sed ita in singulis mutabantur triumphis, ut nihil magis quisq; curaret quàm ne ea adduceret spectaculorũ machinarumq; genera, quæ prioribus pompis uisa erant. & diuersa multi animalium genera ducebant proprijs induta ornamentis, ut color habitusq; ornamentorum ursis adhibitorum, leones aliter uestitos secerneret, pariter lynces, & pardos, diuersusq; damas internosci & pantheras faceret ornatus. Nec paruę erat pulchritudinis delectatióisq; uidere eos homines qui singula præferrent spectanda, aut singula ducerent animalia, purpureis atq; inauratis esse uestitos, cum tamen & captiui ordine in spectaculum ducti ornatus sui splendorem haberent. Inter hæc stuporis fuisse dicit Iosephus machinarum quæ portabantur & pegmatum fabricationem, quarum rerum similitudinem cum à nobis uisam dixerimus, facile erit intelligere qualia fuerint maxima: cum parua nos inspecta cũ stupore non potuerimus non mirari. Est celeberrimus quot annis in urbe florentia Ioannis Baptistæ festus dies, in quo diuersi generis machinæ, diuersa transferuntur spectacula ingenij subtilitate ueteribus illis nullatenus postponenda. Adhibenturq; imprimis spectandæ pulchritudinis pegmata, ex illis etiam quæ in tertium nidum undequaq; surrexisse hebreus noster tantopere admiratur. quin si ueniã dabunt nobis doctiores, imperitos hoc loco quid ea fuerint pegmata docebimus. Decępedalis erat quaquauersum latitudinis solidũ tabulatum, è cuius basis centro lignea surgebat columna uiginti pedũ proceritate sublimis, ad quam trina distinctione proporcionaliter facta terni ramorũ ordines ferreorum erant, quibus in ramis inauratis fronde multa aurea argentea'ue densatis, tanquam auicularũ nidi ex corio lorulisue uersicoloribus, puerorũ bimulorũ ad summumue trimulorũ sedes & tanquam cubilia disponebantur. Eorumq; puerorum capite solum exerto, pars toto eminens corpusculo iucundum ridiculum'ue aliquid prout occultus in fronde pręceptor suggereret balbutiebat. hancq; molem robusta seruorũ multitudo non centonibus ut florentię nunc, sed purpureis aureisue indutorũ perferebat. Multaq; cum & uaria in triumpho essent pegmata, nequaq; continuata ferebantur, sed aliæ interponebantur machinæ simili in tabulato sì milicq; seruorũ ornatu delatæ, in quibus præliorũ simulachra edebantur, ut uincentes Romanos cadentes cęsosq; hostes una, fugientes alia hostes, in sequurosq; quirites: oppugnari urbem defendiq; alia, alia capi, uriq; excindiq; appareret: singulisq; in machinis & rebus quæ gererentur primarij hostium duces simulati eodem erant uestiũ habitu, in quo post parum ueri ante currũ uincti inspiciebantur. Alia q̃ sequebantur fercula singulis in triumphis uaria suam præbebant delectationem. Sed in Titi Vespasiani triumpho inde gratiosiora sunt quæ à Iosepho scribuntur, quod ea in marmoreo triumphali arcu suo Romæ ad sanctam Mariam nouam uidemus extare quæ apud Hierosolymã in templo reperta sunt. Mensa aurea, & candelabrũ auro factum, cuius formam melius lapis quàm Iosephi descriptio nobis ostendit. postea portabatur lex iudęorũ marmorea item extans. In alijs uero triumphis qui singulos repetere uolet plurima inueniet admiranda quæ præcedebant dictas machinas & pegmata aut sequebantur: Nostrum uero nos triumphũ tandem aggrediamur. Qui bello confecto ad urbem cum reducto exercitu redierat imperator, in uaticani territorio triũphali tunc sine ædificijs puro à marmoreis nunc basilicæ sancti Petri principis apostolorũ scalis ad obeliscum expectabat. Ad quem locũ ante lucem sese omnis ciuitas effundebat. Et quia lentissimo propter impedimẽta tardantesq; machinas gradu incedendum erat, præcessuri põtifices sacerdotesq; & religioni addicta colluuio: suã pompam prius ducere inchoabant, quę inter conatũ imperator capite operto rem diuinam faciebat In qua sic orasse eum accepimus. Dij nutu & imperio quorũ nata & aucta est res Romana: eandem placidi propitiatiq; seruate. Miratiq; aliquãdo sumus quo sit factũ modo, ut sicut triumphalis pompa priscis omniũ celeberrima è uaticano & ab Apollinis tẽplo in urbem ducebatur, ita & christianis temporibus ecclesiasticorũ ordinũ processiones quęcũq; solẽnes è uaticano pariter & à beati Petri basilica, quæ in illius templi parte constructa est ineant. Et sua illa in suis põpis quę tãtus populus pars pręiret pars sequeret̃ sacra habebãt: tensas scilicet argenteũ birotem currũ ancilia palladiũq; & sacra alia præferentẽ. Curruiq;

Pegma

Simulachra preliorum

Triumphi descriptio

Triumphãtis uerba rem diuinã facientis

fummus & fumptuofiſſimus adhibebatur ornatus. Et tenſas proximiores nullo interme-dio ſacerdotes ſalij præcedebant, uiri ſemper omnium grauiſſimi totiuſq; ciuitatis ampliſſimi: quando Fabium Maximũ, & L. Scipionem diutiſſime inter ſalios uixiſſe ac obijſſe: & Titum Veſpaſianum ſalijs à quibus erat in collegiũ cooptatus gratias egiſſe ingentes ſupra docuimus. Veſtes uero quibus ſalij in pompa utebantur ſubtili ſimpliciq; ſerico ceruleo fuere colore candidioribus uirgulis intertextis, quibus Conſtantinopolitanum patriarcham uti uidemus. & caudam nullo ſuſtentante trahebant ſalij noſtrorũ cardinaliũ more qui illos imitati uidentur cauda longiore: Ancileq; unum ex ijs quæ cælo decidiſſe dicebant brachio tanquam in prælio aptatum deferebant. Eratq; in religione legitimum ſalios in pompa ternos, ad ſummũ quaternos & ſaltare ſimul & canere, quæ quidem carmina omnis pompa cantu uel incondito referebat: fuerunt q; ex ijs quorum nonnulla ad ſingulos deos Horatius in odis & ad extremum ſæculare poſuit. Et ne addubitet quiſpiam grauiſſimos ampliſſimoſq; felicium ſtantis rei P. ſæculorum uiros adduci potuiſſe ut in foro aut uia triumphali ſaltarent: gloriari ſolitum fuiſſe traditur Maximũ: ſe qui quartum, octogeſimum ageret annũ iuniores multo collegas ſaltu ſuperaſſe. Ad tenſas dehinc quo ſequerentur ordine operoſiſſimum fuerit ſcribere: ſed cum omnia templa omnium deorum dearumq; ſacella, omnes ædes ſuos & multiplices habuerint ſacerdotes, cum ſodales illis & more noſtro ſocietates ac confraternitates tanto noſtris plures quanto maior tunc erat populus fuiſſe docuerimus, pompam quę aut pręcederet, aut ſequeretur ad tenſas ingentem eſſe oportuit, quam quidem turbam per ſuperius deſcriptam triumphalem uiam & portam, uaria oblatrantem in deos carmina, nos nunc uidere & audire uidemur. Singuli uero ordines ſacerdotum, ſingulæ ſodalitates, ſingula pegmatum & machinarum agmina ſuos habuere ludios, & ſimphoniacos, ſingulos pantomimos, per quos à præcedentibus collegijs diuiderentur, petreiæ enim alicubi fuerunt mulierculæ ebrias ſe geſticulationibus ſimulantes, quæ dum obtorto uacillantiq; greſſu in caſum & ruinã pendent, ſeſeq; uix tandem ſuſtentantes totam paucis ſed amplis paſſibus uiam complectuntur: turbas in riſum prouocant. Et manducos aliqui digniores ditioreſq; ſacerdotes à quibus ſua gratior fieret pompa, præmittebant. Erantq; hi laruato capite humano maiori, maxillas uaſta magnitudine pariter uaſtis armata dentibus habentes, qui ſuo tanti oris hiatu dentiũq; crepitu, ſeſe in utranq; partẽ uiæ dum flecterent: ridentẽ turbam uertebant in fugam, & quicquid in eſum oris applicaretur: tanq; deglutientes in ſinum demittebant. Vtq; maiorẽ uarietas delectationem faceret, ciceriæ alijs interiectæ ordinibus ſuos & ipſæ riſus etiam uiris grauibus excivere. Viri erãt hi, ueſte & laruato oris habitu muliebri, quibus ceruicis proceritas iuſta oblongior appareret, uocis tamen uſus ad labia & inter dentes ita reſpõdebat, ut uerborum proprietas nullatenus deſideraret: Qui media incedẽtes uia ſpectatores ad utranq; partem mira linguæ uolubilitate, pro uniuſcuiuſq; conditione iocis aut ridiculis, lœdorijs laudibus, uituperationibus, aut ſerijs appetebant. Suiſq; pariter pompæ locis interiecti erant lydij, ingens citharedorum tibicinum' q; turba ſericeis aureiſq; induta, & coronis pariter aureis redimita, cum quibus nonnulli pſallentes canentes' q; prodibant. Eorum' q; in medio ludius quiſpiam talari ueſte fimbrijs armilliſq; aureis ſplendentibus amictus; uarios edebat geſtus: Subinde ueſtalibus pſaltrię & phanaticæ mulierculæ præluſerunt, quarum geſticulationes marmoribus inſculptas quotiens per urbem offendo, quin ſubſiſtens inſpiciam nequeo continere, pariter & debacchantes quæ ſuis bacchi ſacerdotibus bacchidibuſq;, haud ſecus quam in orgijs capillo per humeros ſparſo, nudæ potius uolare q̃ ſaltare uidentur. Suum quoq; inter alios pompæ ſacerdotum ſodalium & epulonum ordines munus, mimi, hiſtriones, pantomimi, & cætera ludionum turba præſtiterunt: ut dum ea ſubit menti & memoriæ recordatio, hos ego ſtrepitus, has ſaltantium inſanias calamo nunc cupiam declinare. Poſtq; pontem & portam triumphalem omnis ſuperſtitioſa priſcorum pompa tranſgreſſa erat, auri, & argenti armorum bellicarumq; machinarum, & ditiſſimæ lautiſſimæ ſupellectilis, quantũ ſinguli triumphatores in ærariũ inferebant: ſupra in deſcriptis multorum triumphis audiuimus; Vnde hanc ſolam partem quia noſtrorum ſæculi noſtri præſertim eccleſiaſticæ rei Romanæ principum neminem imitaturũ eſſe credimus, in noſtro hoc triũpho effingere deſinemus, & pariter nulla pegmata præter ſupradicta, nullas machinas adhibebimus. Imperator igitur: ad cuius exemplũ utinã aliquando

unus

Salij

Veſtes ſaliorũ

Petreiæ mulieres

Manduci laruati

Ciceria

Lydij

Pſaltriæ & phanaticæ mulierculæ in pompa ducebantur

unus uel plures christiani succedant: currum insidens birotem, auro, argento, gemmisq; splendentem ingrediebatur. Sed ubi in curru illo circuncirca picti erant, hinc Iuppiter sceptrum, inde Neptunus tridentem, Iuno hastam quirini, manu gestātes, deinde Mercurius caput pedesq; alatus, in nostro curru, Petrus claues, ensem Paulus manu gerant, Michael Georgiusq; Dracones perimant, & Bartholomeus suam humero pellem portet. Aureaq; noster imperator palla induatur, stellis ex auro splendentibus uariata, sceptrum manu dextera eburneum, sinistra lauri ramum gestans. Nec auream prisco de more hetrusco coronam, sed lauream habeat. Sicq; non ut olim seruum, qui iuxta Plinium ponderis eximij auream post humeros stans sustentet, adhiberi oportebit. Nec cogetur imperator noster ferreum annulum manu habere, ut seruo in tanta gloria se æquari recognoscat: ad quam Plinij sententiam Iuuenalis allusit. Magnæq; coronæ Tantum orbem, quantū ceruix non sufficit ulla. Quippe tenet sudās hanc publicus, & sibi consul ne placeat, curru seruus portatur eodem. Optimum itaq; potius imperatorem Titum Vespasianū noster imitabitur imperator, qui non seruum in curru post humeros, sed fortunam ex auro habuit alatam, quæ si nostro adhibebitur, demissus cælo angelus esse uidebitur. Assideat tamen nostro si erit filius puer, & Scipionis optimi ciuis exemplo nepotes hac ex cognatione ephebi candidorum equorum currum trahentium frena regant, aut si deerunt nepotes & cognati discat à Iuuenale adhibere Niueos ad frena quirites, Desossa in loculis quos sportula fecit amicos. Post currum segregati à multitudine legati & digniores quiq; ac uirtutibus præstantiores equo uehebātur. Hostium uero duces & captiui nobiliores ante currum uincti ducantur, ut ipsorum aspectu pulcherrimum spectaculum, fructumq; uictoriæ ingentem populus Romanus excipere possit, qui illos in carcerem duci uideat. Clament interim obstrepantq; ante & retro milites laureati: carmina in ducem suum laudibus plena, & cum libuit ridicula & opprobria lœdoriaq; licentissime proferāt. Magnaq; cum sit ac propè infinita earum quæ in triumphum ducuntur rerum & captiuorum multitudo, & cum pompæ & populi innumera sit turba, à territorio triumphali in forum usq; magnū Romanum nouem horis (sicut in Aureliani triumpho contigit) ægre perueniat: & tamen cum ad eius fori partem quæ iuxta Ouidij uerba de boue nomen habet, erit peruentū, currus ipse subsistat. Nec prius equos flectant, qui eorum frena agent adolescentes, quam & ipse consul uexilla aliaq; magistratus insignia in ipso foro de more deposuerit, & ducē hostium in carcerem perductū occisumq; aliquis denūciauerit: ut quē P. R. quē milites Romani aliquando metuerunt, supplicio affectū esse gaudeant. Tuncq; ascendens in capitoliū consul rem diuinā in Iouis optimi maximi tēplo faciebat: cuius ad deos oratio hęc fuisse refertur. Gratias tibi Iuppiter optime maxime, tibiq; Iuno regina, & cæteri huius custodes habitatoresq; arcis dij, libens lætusq; ago: re Romana in hanc diem & horā per manus q̄d uoluisti meas seruata bene, gestaq;: eandē & seruate ut facitis, souete, protegite, ꝓpitiati, supplex oro. Eundēq; diem, & uictori impij & uicto finē uitæ fecisse lætus exultabat atq; iubilabat populus. Deducatur deinde in palatiū imperator noster ad cœnā mille mensis in foro paratam descensurus, ad quam inuitatus, qui tunc erit consul non accedat, ne qui triumphauerit aliquem se in ea digniorem accubitu'que priorem habeat: Et si exemplo Scipionis optimi modestissimi'q; ciuis, noster triumphator maluerit, minore multo apparatu in capitolio cœnam paret. Triumphos uiam & Romam absoluimus triumphantem, si unum operi claudendo addetur, non modo scilicet scriptura sicut nuper fecimus depictos sed ueros & priscis digniores triumphos Romæ ducendos ēsse sperari posse, si eos qui ad clauum sedent rei publicę christianæ principes se ipsos nosse, & quam susceperint curam mente & animo considerare, meliori solito dei munere contingeret. neq; enim forma & institutione, utinam ne magis potentatu & magnitudine multum abest ab ea quā in hoc opere per singulas partes descripsimus Romana & publica, hæc in qua uiuimus ecclesiastica res Romana. Sæpe ex Liuio & Cicerone supradiximus: Dum nullum fastiditur genus in quo uirtus enitesceret, creuisse Romanum imperium, & uiros ex omni parte orbis ostendimus Romæ uisos esse, non ciues modo militesq; & senatores, sed consules: qua urbis & rerum cōmunione factum sit, ut ne dum Romæ geniti & cohabitantes infinita & tamen diuersi generis hominum multitudo, nedum Italici generis pręstantes uiri, sed hinc ad caucasum montē, inde ad Tanaim aut ad Gangem geniti; Romanā pari affectu rem P. amarent

Birotis

Fortūa alata

Oratio triumphātis ad deos perfecto triumpho

amarent, defensarent, tuerentur, augerent. Similem itaq; præsentis rei statum esse hinc dicimus, quia pontifice Romanũ cõsulis, Cardinales senatorũ, reges, principes, duces, marchiones, comites, & alios Christiani orbis nobiles, legatorũ, quæstorũ, tribunorũ militũ, præfectorum præsidijs, cẽturionum, & decurionum, officio fungi & respondere uidetur. Episcoporum uero & aliorum ecclesiasticorũ multitudo Romanam frequentans curiam, magistratuum obtinet locum, per quos aut reipu. officia, aut singulæ prouinciarum dioceses administrantur. Et pontifices Romani olim originem Asiaticam habuere, Petrus apostolorum princeps, Anicetus&, Ioannes quintus, Sergius, Sisinius, Constantinus, Gregorius tertius: Græcia pariter suos habuit, Anacletũ, Telesphorũ, Hyginiũ, Eleutheriũ, Antheronem, Sixtum, Eusebiũ, Zosimum, Theodorũ, Ioannem sextum & septimũ, Zachariam, & nostris diebus ex Creta quintum Alexandrum. Nec suis caruit Aphrica pontificibus, ex qua Victorẽ Melchiadem & Gelasium habuimus. Caium Dalmatia, & Ioannem quartum habuit. Damasium Hispania, & Ioannem primũ uigesimum, nuperq; Calistum tertium, Sardiq; fuerunt Hilarius & Symmachus. Agatho autẽ Leo secundus, & Stephanus tertius fuere Siculi, maiorem numerum Gallia nobis dedit, Martinum primũ, Romanum quoq;, & Siluestrum secundum, Stephanũ nonum, & Vrbanum secundũ, Calistum secundum, Vrbanum quartũ, Clementem quartum, Ioannem secundum uigesimum, Benedictum duodecimũ, Clementẽ sextum: & quartus Gregorius, secundusq; Clemens fuere Saxones. Damasus uero secũdus, Victorq; ex Norico geniti sunt, nũc Baueria: & Leonem quintum, Gregoriumq; sextum, Alemania dedit. Hadrianũ quartũ Anglia, quintum Innocẽtium Burgundia. Et trina propemodum diuisione paulo plures prædictis Roma, totidem Italia. Turbam uero Cardinalium episcoporumq; & aliorũ in repub. ecclesiastica præstantissimorũ, quam Asia, Aphrica, & pars Europæ à barbaris nunc oppressa habuit, infinitum fuerit recẽsere. Satis tamen puchrumq; erit nunc superstites numerare: præter Calistum tertium põtificem ex Hispania citeriori Valentinum, qui proximo obijt anno, quinq; Cardinales utraq; habet Hispania: Ioannem de turre cremata sancti Sixti, Ioannem de Caruaial, qui legationem actu ipso apud Pannonas in Turchos exercet. Ioannem Zamorensem titulo sanctæ Priscæ, ulterior: & Rodericũ uicecancellarium sancti Nicolai in carcere Tulliano, Ludouicumq; sanctorũ quatuor coronatorũ Calisti nepotes citerior habet Hispania. & suum Asia Bessarionem ex Pontica Trapezunda Græcum episcopũ Tusculanum, & alterum item habet Græcia, Isidorum ex Constantinopoli episcopum Sabinensem. Tres etiam nunc habet Gallia Cardinales: Gulielmũ Rothomagensem titulo sancti Martini in montibus, Alanũ Auinionensem titulo sanctæ Prasedis, & Eduensem. Germania autem unicũ Nicolaum de Cusa titulo sancti Petri ad uincula. Non itaq; iniuria dixisse uidemur, Romanæ olim reip. similem esse ecclesiasticam rem Romanam, quæ haud secus, quàm illa ex uiris conficiatur, quos omnes orbis terrarũ prouincias mittere contigerit digniores: & sub hac re nostra omnes nomen professos Christianum uelint nolint regi & gubernari oportet. Neq; enim regia aut alia potestate, neq; magistratibus, neq; dignitate fungi, neq; etiam uir haberi potest, qui nostri consulis & senatus cõuentusq; publici legibus consultis institutisq; aduersatur: huius enim reipublicæ scita perpetuam animarum salutem & gloriam spondentia multo pluris facieda sunt, quàm gloria quam suis ciuibus rempub. conseruantibus spondebat Romana respub. ut uero & proprio nomine desertores appellandi sint, qui castra hæc deserunt in urbe Roma à reipub. Christianæ fundatoribus apostolis Petro & Paulo instituta, quorũ Petri ipsius basilica est prætorium, Cõsul est pontifex, Magister militum est Cæsaris imperatorisq; nomen retinẽs, Legati, quæstores, tribuni, & cẽturiones sunt quos diximus, reges, principes & duces. Vt affirmare ausim si ad hæc castra quoad debent ductores ordinũ frequẽtes affuerint, facile futurũ, orbis olim Romani prouincias reipubl. Romanæ non rebelles, imperio restituere ac subijcere. Quid autem per immortalem deum sibi uult sacrosanctũ nomen Christianum quempiam profiteri & se Christianum ecclesiæ membrũ dicere, barbaras nationes, Turchos, Saracenos & cæteros infideles uerbo aspernari, insectari, & eo amẽtiæ progredi, ut cum Christiani exercitus castra signa & munitiones per ignauiã deserat & prodat, fructu imprimis speratę salutis æternæ careat, & quod Græcis hactenus cõtigit, sensim ueniat in hostiũ potestatem.

Pontificũ Romanorum origo & series

Cardinales Romani

FINIS

c

INDEX LIBRI III

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS IN ROMAM INSTAVRATAM Præfatio, ad Eugenium IIII pontificem maximum.

VRBIS Romæ rerum dominæ ruinarũ potius q̃ ædificiorum, quæ nũc cernuntur noticiam pro uiribus innouare Eugeni pont. sanctiss. multa suadent mihi. Sed illud maxime impellit, quod tanta fuit præteritorum diu seculorum hominibus studiorum humanitatis ignoratio, ut quum pauca singulis in urbis ipsius ædificiorũ partibus, quæ olim fuerint, non ab imperita solum multitudine, sed ab his etiã qui doctrina cultiores sunt sciantur: tum multa ac penè omnia falsis & barbaris appellationibus inquinata, uel potius infamata cernamus. Vnde breui futurum apparet ut Roma ingeniorum parẽs, uirtutum alumna, celebritatis specimen, laudis & gloriæ columen, ac omniũ quæ uniuersus orbis ubiq; habet bonarum rerum seminarium in suis obscurata structuris maiorem celebritatis & famæ iacturam faciat, quàm in rebus pridem factam ac potentia uideamus. Cõfirmauit etiam nostrum describendi propositum tuus in ipsam pontificatus tui sedem reditus, adeo illius conseruationi utilis atq; necessarius, ut cõstet eam senio calamitatibusq; cõfectam, si altero abfuisses decennio penè funditus perituram. Neq; enim sola comitantis curiæ præsentia, quod semper ciuitatis opulentiæ plurimum profuit, Romanos foues: sed collapsa deformataq; ædificia, multis in locis maximo instauras reficisq; impẽdio. Decorum certe & magnanimo principe dignissimum facinus: & quod omnes florente olim Roma iactas moles, factasq; ædificiorum structuras laude & gloria tanto superet, quanto nostra huius seculi tenuitas immani illorum affluentiæ opum cedit. Quando itaque ego omnia quæ mihi adsunt tuæ sanctitati debeo, cur & non ipse contendam, ut sic tu Romam per ingenioli mei literarum monumenta, sicuti cementariorum, fabrorumq; lignariorum opera pergas instaurare. Accedit enim nostræ huic urbis instaurationi, quæ dignitatis tuæ sanctimoniam imprimis deceat, & tuam gloriam maxime cumulet, põtificum Romanorum, qui te præcesserint innouata operum cõmemoratio, dum urbis partes ad ueterem nouamq; nominationem describens, basilicas quoq; templa & sacra quas uocamus ecclesias loca, per quos pontifices & alios Christianos uel fundatæ primo uel auctæ uel fuerint instauratæ ostendam. Et quando in describenda urbis operum magnificentia multos Romanos præstãtes certe uiros, sed idololatras gentilesq; merita laude nõ fraudabo, est animus nostrorũ quoque martyrum gloriam, ubi quidam scilicet patiendo uicerint, & libidini insaniæq; tyrannorum succumbẽdo triumphauerint indicare. Aggrediar itaq; assumptum mihi tuam in gloriam munus, futurum confisus ut posteri aliquando dijudicent, utrùm ne resarcita & magna ex parte innouata basilicę principis apostolorũ & lateranẽsis palatij tecta, uel additas ex ære ædi celeberrimæ sancti Petri maiores ualuas, aut palatij mœniũq; uaticani suburbiorũ restitutionẽ, & stratas urbis uias: utrum'ne inq; tanto facta impendio opera uel rudi stilo potuerim imitari, & calce, latericio, materia, lapide aut ære, an literis facta solidior diuturnior'ue maneat instauratio. Sed iam immẽso operi manum apponamus.

BLONDI FLAVII FOR
LIVIENSIS ROMAE INSTAVRATAE, LIBER PRIMVS.

ROMAM in Latio ad Tyberim amnem sitam: & quintodecimo I
ab infero mari passuum miliario maiores scripsere. Nomen eius *Vrbis situs*
à Romulo conditore M. Varro & Titus Liuius Patauinus Sa- ij
lustiusq; affirmāt: & Romulum à ficulnea arbore: sub qua eum *Nominis causa*
& fratrem Remum alluuio Tyberis destituerit: scribit in fastis
Ouidius his carminibus: Arbor erat, remanent uestigia, quæq;
uocatur Rumula nūc ficus, Romula ficus erat. Ambitum eius iij
urbis quum Arcadij & Honorij imperatorū temporibus à Vi- *Ambitus mensura*
sigothis anno tunc MCLXIIII fuit capta, maiorem fuisse
eo qui nunc cernitur, multi uolunt. Et nos quidem scimus mœ
nia urbis sæpe à barbaris alicubi aperta, sæpeq; à maioribus instaurata. Sed orbem ipsum
inter instaurandum strictiorem factum, nec legimus, nec hoc tempore ab aliquo ruina-
rum signo, nisi parua parte post longam inuestigationem potuimus intelligere. Quanquā
enim muri partim collapsi & corrosi sint, partim ruinam multis in locis minentur, in ipso
tamen permanent prisco uestigio ueteris fundamenti. fuitq; ambitus Plinij temporibus,
sicut ipse ex Augusti traditionibus scribit, milia passuū uiginti. Et Flauiū Vopiscum scri-
bere uidemus, Aurelianum imperatorem qui prope annos ducentos ante Visigothorum
irruptionem fuit, ambitum Romæ ad quinquaginta milia passuū ampliasse. Huius autem
ingentis differentiæ, quam Plinij Veronensis Flauijq; Vopisci in urbis amplitudine asser-
tiones uidemus habere, causam nostro iudicio certam, & quæ omnes tollat ambiguitates,
quin nullatenus hi duo scriptores discordent, in iuris ciuilis digestorum libris reperimus.
Marcellus namq; de uerborum significatione: Vrbs inquit est Roma quæ muro cingere
tur, ut Alphenus ait. Roma est etiam quantum continentia ædificia essent. nam Romam
non murotenus existimari ex consuetudine quotidiana posse intelligi: quum diceremus
Romam nos ire: & si habitaremus extra urbem. Et Paulus eodem titulo, urbis appellatio
muris Romæ, aut continentibus ædificijs finitur. quod latius patet: ædificia Romæ fieri
etiam ea uidentur, quæ in continentibus Romæ ædificijs fiant. Et Terentius clemens. Vr-
bis in continentibus qui nati sunt, Romæ nati intelliguntur. Pliniū itaq; dum uiginti milia
passus scribit urbis murorū ambitum, & Vopiscum dum quinquaginta, Romæ & ædium
continentium amplitudinem iuxta legum diffinitiones considerasse crediderim. & quidē
Plinij uerba sunt de urbe: quum Vopiscus de Roma dicat. Nostri autem temporis circui-
tus urbis, cui illarum respondeat amplitudini, nec scimus, nec ea ratione iudicamus scire
posse, φ nostra ætatis nostræ metiendi ratio à priscorū dimensione multū uariat. Quando
quidē Marcus Antoninus in itinerario infinitorū penè locorū ab urbe Roma distantiam
multis passuū milibus designat pluribus φ nunc homines nostri faciant. quæ quidē men-
surationis disparitas non ex Antonij magis φ ex aliorū scriptis facile intelligitur. Sed si ad
nostræ ætatis consuetudinem metiri uolemus, uix passuum milia quatuordecim omnis
Romæ & Ianiculi siue transtyberinæ regionis & Vaticani ambitus implebit.

PORTAS urbis Plinius triginta apertas, & septem clausas tunc fuisse scribit. Earū omni- iiij
um nomina nec ipse ponit: nec nos satis inuenire potuimus. quanquam omnia inue- *Portarū uocabula*
stigare nominis uetusti portarum loca hinc superfluum esse scimus, quod apud Liuiū &
alios scriptores aliqua inueniuntur nomina portarū, quæ olim dum aucta fuit urbs Roma
in medio ciuitatis remanentes, & formā portæ & usum simul amisere. & quidem nomina
quæ apud priscos fuerūt hæc inuenimus. Flumentana, Collatina, Collina, Quirinalis, Ex-
quilina, Viminalis, Neuia, Querculana siue Querqueculana, Gabiusa, Lauernalis, Ru-
dusculana, Rutumena, Saginalis, Latina, Appia, Capena, Trigemina, Aurelia, Fontinalis,
Carmentalis quæ Scelerata, Pandana uel Libera, Mugonia quæ & Trigillia, Catularia,
Triumphalisq;. Quarū plærarūq; etymologiam uocabulorū hanc Festus Pompeius fu- v *Portarū Romæ etymologia*
isse scribit. Flumentana appellata φ Tyberim eam quandoq; influxisse affirmant. Colla-
tina à Collatia oppido prope Romam, in quod aliarum ciuitatum opes fuerunt collatæ.

Collina ægonensis appellabatur:erat in monte quirinali qui ægonos appellabatur,quę pri
us Quirinalis dicta fuit:ꝓ ea in collem Quirinalem itur : siue ꝙ proxime eam Quirini sa/
cellum. Querqueculana ꝙ quercum intra muros iuxta se habeat. Lauerniones fures anti/
qui dicebant:ꝙ sub tutela Deæ Lauernæ essent in quouis loco obscuro abditoꝗ; . hinc &
lauernalis porta. Rudusculana appellata quasi rudis & impolita sit relicta. Rutumena a no
mine cuiusdam aurigæ sic appellata. Fontinalia fontium sacra: unde & Romæ fontinalis
porta. Catularia porta Romæ dicta, quia haud longe ab ea ad placandum Caniculæ sidus
inimicum frugibus ruffæ canes immolabantur : ut fruges maturescentes ad maturitatem
perducerentur. Viminalis porta & collis appellatur, quia ibi uiminum sylua fuisse dicitur.
quanquam Marcus Varro de lingua latina collem ipsum à templo dei Vimini in illo siti
appellatum scribit. Quantum uero attinet ad portam Capenam, Solinus dicit Italum re/
gem de insula Siciliæ cum Syracusanis ad Ianum peruenisse, ac eius consilio auxilioꝗ; ci/
vi uitatem iuxta Albulam condidisse Capenam nomine, à qua postmodum portæ Capenæ
Tres portæ urbis nomen fuit. Iam uero tres quas ultimo posuimus loco, Carmentalem, Pandanam, quæ &
libera, Mugoniam, quæ & Trigillia, primam habuit urbs à Romulo ædificatam: quanꝗ;
Pandana Varro Pandanam ostendit Saturniæ urbis & non Romæ fuisse. aliæ autem duæ Roma
postmodum aucta sine forma & usu portæ nomen aliquandiu retinuerunt. Dicitꝗ; Festus
Scelerata porta Carmentalis Carmentalem portam uocatam Sceleratam, ꝙ per eam sex & trecenti Fabij cum clienti/
bus quinꝗ; milibus egressi aduersus Hetruscos, ad amnem Cremeram omnes interfecti
sunt. Et Ouidius in fastis: Carmentis portæ dextro est uia proxima Iano: Ire per hanc noli
quisquis es, omen habet. Illa fama refert Fabios exisse trecentos; Porta uacat culpa, sed ta/
men omen habet. Et Virgilius in VIII. Et Carmentalem Romano nomine portam. At/
tulimus à uetustissimis petita trium & uiginti portarum nomina. & nostra ætate Roma
omnis tresdecim tantummodo habet, nisi forte suburbij Vaticani: quam ciuitatem Leoni/
nam fuisse ostẽdemus, portas quoꝗ; uelimus addere: quas omniũ nouissimas, noua quoꝗ;
habere nomina suo docebimus loco. Satis ergo atꝗ; operosissimum fuerit Romanę urbis
& Ianiculi portas, quæ ætate nostra cernũtur, uetustæ appellationis nominibꝰ applicare.

vij Incipiendum est autem à Flaminiæ uiæ porta, quæ sinistræ tyberis ripæ apposita ali/
De porta populi quæ Flumentana quando Flaminea, & nouissime porta populi est dicta. Eam uero esse quam prisci Flumen
tanam dixere, & Festus Pompeius diffinit : ipsa indicat positio, ꝙ nulla inter omnes urbis
portas ita tyberi est apposita: ut eam aliquando is fluuius potuerit influere: cuius meminit
Titus Liuius in sexto ab urbe condita in hæc uerba : Ita prædicta die in Petilinum lucum
extra portam Flumentanam, unde conspectus in Capitolium non est, concilium populi
indictum. & in bello Macedonico: Circa portam Flumentanam collapsa quædam. In eo/
viij dem bello Liuius eam de cœlo tactam fuisse narrat.

De porta Pinciana, quæ Collatina Secunda illi & proximo in colle posita multos ante annos Pinciana est dicta à palatio
sibi propinquo, cuius demolita marmora rex Ostrogothorum primus Theodoricus, sicut
Cassiodori epistola ostendit, Rauennã portari curauit. Ea priscis temporibus dicta est col/
latina. Oppidũ enim à quo est dicta, fuisse è regione illius ostendit Liuius in primo ab ur/
be condita. Collatia & quicquid circa illam agri erat Sabinis ademptum. Seruat quoque
ætas nostra morem appellandi in Collatia, quicquid è regione eius portæ habet ager Ro/
ix manus. Tertiam quæ nunc Salaria, fuisse Quirinalem postea Collinam dicimus: &
De porta Salaria, quæ Collina quidem quantum attinet ad Quirinalem Festus Pompeius dicit : Quirinalis dicta ꝙ ea in
collem Quirinalem itur : siue ꝙ proxime eam Quirini sacellum. Et Ouidius in fastis de
Quirino: Hunc igitur ueteres donarunt æde Sabini: Inꝗ; Quirinali constituere iugo. Qui/
rinalis autem uiæ porta dicta est Salaria, quam Festus sic appellatam affirmat, quòd Sa/
bini sal à mari deferebant. Quod autem postea à Quirinali mutatum sit nomen in Col/
linam indicat Marcus Varro cum dicit, Quirinalem collem aliquos existimare dictum
à Quirino, alios à Quiritibus, qui cum T. Tatio Curibus uenerunt, quod ibi habuere ca/
stra. & plura sunt in eo nomina collium. Nam collis tricepscis, ubi Quirini ædes, collis
salutaris qui quinticepscis, collis pollinaris qui est ad ædem salutis: & collis mutialis ad
ædem dei Dijfidij. ab qua collium uarietate quam Quirinalis habuerit collis dicta est por/
ta Collina, & Liuius id manifestum facit in libro ab urbe condita quadragesimo, qui &
de bello Macedonico ultimus appellatur. Aquarum quoꝗ; inundatio in religionẽ uersa.

Nam

Nam ita undauit tyberis, ut ludi Apollinares circo inundato extra portam Collinam ad ædem Ericinæ Veneris portati sint. Cæterum ludorũ ipso die subita serenitate orta pompa duci cœpta ad portam Collinam reuocata, ductaq; in circum est cum decessisse inde aquam nunciatum est, lætitiam quoq; populo & ludis celebritatem addidit sedes sua solenni spectaculo reddita. Circum autem Flamminium, in quo celebrantur ludi Apollinares constat nobis, & infra in spectaculorum ædificijs ostendemus fuisse locum cui nunc Agoni tritum est uocabulum. Et templum Veneris Ericinæ extra portã Collinam fuisse ex fastis Ouidij his uersibus ostenditur: Templa frequẽtari Collinæ proxima portæ Nunc decet, a siculo nomina rege tenet. Et infra: Vtq; syracusias aretusas abstulit armis Claudius: & bello te quoq; cepit Erix. Sicq; ex loci propinquitate cõijcimus ludos, qui tunc circo Flamminio nunc agone ob aquarũ tyberis inundationẽ nõ poterant celebrari, cũ ad Collinam nunc salariam portã parati essent, postea aquis decedentibus ad circũ fuisse reductos.

Quartam portam nunc sanctæ Agnetis aut Numentanam aut Dominæ, Est enim ætate nostra trinomina, prisco more Viminalem. & quintam nunc sancti Laurentij, olim exquilinam. Sextam quæ maior dicitur Neuiam. Septimam quæ pridem asinaria, nunc sancti Ioannis priscis fuisse Celimontanam. Et octaua quæ abdito in angulo clausa cernitur, & Methodij porta dicitur: Gabiusam fuisse à maioribus appellatam cum cæteris in locis tum magna ex parte unico in Liuij loco ostendere confidimus: quo in loco Collina etiam quæ fuerit certius ostendetur. Nam secundo ab urbe condita Liuius Porsennæ obsidionem, qua Romam pressit describens ita dicit: Porsenna primo conatu repulsus consilijs ab oppugnanda urbe ad obsidendam uersis præsidio in Ianiculo locato ipse in plano ripisq; tyberis castra posuit nauibus undiq; accitis & ad custodiam, ne quid frumenti Romam subuehi fineret, & ut prædatũ milites trans flumẽ per occasiones alijs atq; alijs locis traijcerent: breuiq; adeo infestum omnem agrum Romanum reddidit, ut non cætera solum ex agris, sed pecus quoq; omne in urbem compelleretur, nec quisquam extra portas propellere auderet. Hoc tantum licentiæ Hetruscis non metu magis quàm consilio concessum. Namq; Valerius consul intentus in occasionem multos simul & effusos improuiso adoriendi, in paruis rebus negligens ultor grauem se ad maiora uindicem seruabat. Itaque ut eliceret prædatores edicit suis: postero die frequentes porta Exquilina, quæ auersissima ab hoste erat expellerẽt pecus: sciturós id hostes ratus, q; in obsidione & fame seruitia infida transfugerent. & sciuere perfugæ indicio, multoq; plures ut in spem uniuersæ prædæ flumen traijciunt. Publius Valerius Marcum Herminium cum modicis copijs ad secundum lapidem uia Gabina occultum considere iubet: Spurium Largium cum expedita iuuentute ad portam Collinam stare donec hostis prætereat: deinde se obijcere ne sit ad flumen reditus. Consul alter T. Lucretius porta Neuia cum aliquot manipulis militum egressus: ipse Valerius Celimontana cohortes delectas educit, hiq; primi apparuere hosti. Herminius ubi tumultum sensit, concurrit ex insidijs, uersisq; in Lucretium Hetruscis terga cædit: dextra leua que hinc à porta Collina, illinc ab Neuia redditus clamor: ita cæsi in medio prædatores, neque ad pugnam uiribus pares, & ad fugam septis omnibus uijs: finisq; illo tam effuse uagandi Hetruscis fuit. Ostensuri quo applicemus modo supra dictis priscis nouas portarum nominationes: primum illis quos scimus contentiose dicturos non Salariam sed Flaminiam fuisse illam ad quam Spurius Largius ne hosti ad flumen pateret reditus se opposuerit, respondemus: Pontem Miluium per id temporis non fuisse. Quod & si Liuius satis indicat, nos alia ratione certum habemus q; Amm mianus Marcellinus in rerum gestarum libro XXVI. illum dicit ab Aemylio Scauro fuisse ædificatum: & Scaurum multa post sæcula fuisse constat: qui Cn. Pompeio adolescen te senex erat. Cum itaq; ad portam ab hoste auersissimam, quæ fuit Exquilina nunc sancti Laurentij, aut Tyburtina, essent exposita in prædam pecora, non credimus traiecisse Hetruscos ea rectitudine Tyberis, quæ à porta nunc populi usque ad locum Miluij pontis intercedit. cum sint omnes ascensus in montem & topho scabri & altitudine armatis insuperabiles. Sed ut propinquiore à nauibus cursu ferrentur in pecora ad eum penè Tyberis locum, quo Anio ipsum influit fuisse delatos. Et sic extra portam tunc Collinam nunc Salariam opportune locati sunt, qui Hetruscos à reditu ad naues fluuiumq; arcerẽt. Alia autem ratione libet ostendere, Collinã portam esse non posse illam quæ aut Flaminia pridem

x De porta sanctæ Agnetis quæ uiminalis

xi Quãdo & à quo pons miluius

pridem aut nunc Populi est dicta. Liuius in libro III, ubi plæbis secessionē narrat, in qua
Tribuni primum in Auentino creati sunt hæc habet uerba. Neq; in Sabinis quieuit exer-
citus. Ibi quoq; auctore Icilio Numitorioq; secessio facta ab decemuiris. Et infra: Et ipse
priusq; iretur ad urbem pari potestate eundē numerū ab suis creandum curat. porta Col-
lina urbē intrauere, qui itaq; à Sabinis uenit exercitus frustra ad portā Flaminiā flexisset,
cum rectior expeditiorq; esset in urbem, qua rediit Salaria tunc Collatina. Similiter Cor-
nelius Tacitus ingressum Vitelij imperatoris militū in urbē describens dicit. Tertiū agmē
per Salariā Collinæ portæ appropinquabat. Indicat etiā Liuius aduentum Hannibalis ad
Anienem describens sexto punici belli secundi libro: Collinam Exquilinamq; satis proxi-
mas fuisse. In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta capena cum exercitu Romam ingressus
media urbe per carinas exquiliasq; contendit. Inde egressus inter Exquilinam collinamq;
portam posuit castra. Et paulo infra: Inter hæc Hannibal ad Anienem fluuium tria milia
passuum ab urbe castra admouit. Itaq; Romanorū castra Hannibali ad Anienem sedenti
opposita: si ad Collinam Exquilinamq; portas posita erant, nullo alio loco quàm ad Sala-
xij riam nunc & ad sanctu Laurentij portas esse potuerunt. Ex prædictis igitur constare cre-
De porta san- ditur cum tertia esset Collina, quartam fuisse Viminalem, & quintam Exquilinam nunc
cti Laurentij sancti Laurentij, quam aliquando Taurinam à capite tauri, quod illi insculptum est legi-
que exquili- mus appellatam fuisse. Eius uero quā priscis temporibus Viminalem fuisse affirmamus,
na cur Liuius superiori in Hetruscorum inuasione non fecerit mentionem, nihil est aliud q
respondeamus, quàm ita à casu & consulum Romanorum consilio factū esse, ut aliis por-
tis fuerit satis, aut struere insidias, aut pecora in prædam exponere, aut turmas præsidiaq;
immittere. Sed cum Viminalem describemus collem illum fuisse, qui hanc eiusdem no-
xiij minis portam habuerit ostendemus. Neuiam uero fuisse sextam quæ nunc maior dicitur.
De porta ma- Et pariter septimam quæ nunc Asinatia, seu sancti Ioannis Celimontana, qui supra di-
iore cta Liuij uerba attente considerabit certum intelliget. quanquam locus ipse edocet Cæli-
xiiij um montem à quo Celimontana est dicta, nullam quæ riuo non dirimatur aliam babuisse.
De porta san- Octaua quæ Gabiusa fuit quam abdito in angulo ad nouum eugenianum Lateranense
cti Ioannis monasterium clausam diximus, nihil est rationis aut coniecturæ quod afferamus aliud
xv quàm q recta duceret in Gabios oppidum, cui ætate nostra demolito Gallicano multis sæ-
De porta Me- culis fuerat appellatio. Liuius in bello Macedonico Gabiusam portam fuisse tactam de
thodij cœlo commemorat. Latina & immutatum retinet uocabulum: quod tamen apud pri-
xvi scos non inuenimus, aut aliud habuit ex supra dictorum uigintitrium nominibus quod
De porta La- nondum potuimus intelligere. eam autem Latinam ab annis mille uocatam fuisse multo-
tina rum testimonio probare possemus. Portam autem quæ dicitur Appia nunc olim fuisse
xvij Capenam Iulius Frontinus de aquæductibus ostendit his uerbis. Anio nouus Marco Va
De porta Ap- lerio, Publio Decio Mure anno uigesimo post initium Samnitici belli inducta est Appio
pia Claudio censore: qui etiam uiā Appiam à porta Capena usq; ad urbē Capuam muniendā
curauit. Iuuenalis aquinas Satyricus uale dicturus amico Cumas proficiscenti: illū scribit
xviij cum rheda quæ cōpositam domū totā proferebat substitisse ad ueteres arcus madidamq;
Arcus uete- Capenam. Arcus uero ueteres quos Romulus latericios posuit, & florentes postea opi-
res bus Romani nunq; passi sunt in marmoreos mutari: ne conditoris urbis suæ memoria de-
periret: ætate nostra collapsos fuisse, ubi nunc sunt ecclesiæ sanctæ Mariæ de gratia: & san-
ctæ Mariæ de inferno, & eam uiam ituro cum rheda ad portam Appiam esse expeditissi-
mam uidemus. Nec immerito appellat eam portam humidam Iuuenalis: q inter cæteras
depresso sit in loco aquis in tyberim labentibus abundante. Liuius in bello Macedonico.
Censores uiam sternendā à porta Capena ad Martis ædem locauerunt. Item idem Liuius
in secundo bello punico. Visebantur ab omnibus externis ad portam Capenam dedicata
à Marcello templa: legationes omnium Siciliæ ciuitatum ad eum ueniebant. Et infra li-
bro nono. Aedem uirtutis eo anno ad portam Capenam Marcellus dedicauit. Ea uero
omnia templa eas ædes uidemus in uetusta urbis Romæ descriptione: cuius auctorem
librariorum incuria suppressum nos in Cassinensis monasterij Bibliotheca legimus fuisse
Sextum Ruffum consularem uirum, positas esse in prima regione porta Capena. Et So-
linum supra diximus uelle eam portā sic dictam à ciuitate Capena, quæ ab Italo fuit ædi-
ficata. Vltima restat intra tyberim Trigemina, quā aliquando hostiensem q hostiā uersus:

aliquando

aliquando sancti Pauli quod ad celeberrimā eius basilicā ducat uidemus appellatā. Trigemi- xix
na autē cur sit prius dicta nondū reperi. Liuius in bello Macedonico: Aediles eo anno por *De Trigemi-*
ticum unam extra portā Trigeminā emporio ad tyberim addito fecerunt. Et infra de mul- *na porta*
cta damnatorū aliam porticū extra portam Trigeminā inter lignarios fecerunt. Lignarios
autē qui ad tyberim essent cōmode apud eam quæ nūc est sancti Pauli, uel hostiensis dicit
portā fuisse locatos uerisimile iudicamus. Et Liuius libro IIII. Trigeminā extra portā bo
ue aurato Minutius donatus. Nec stare potest quod uolūt aliqui, eam portam à Trigemi-
nis fratribus Horatijs, qui Curiatios ante Albā ceciderint dictā: quod hi fratres qua exiuerint
porta mentio nulla fit à Liuio, qui eos forte in castris fuisse dicit: & tertiū qui fuerit super-
stes porta Capena rediisse, idem Liuius est auctor. Trigeminā item portā fuisse eā quæ nūc
sancti Pauli dicit, ostendit Iulius Frontinus, dū aquæ Appiæ finē describit his uerbis. Du-
ctus eius habet longitudinē usque ad Salinas, qui locus est ad portā Trigeminā. Salinas au-
tem sub Auentino ad tyberim fuisse ostendemus. Est alia intra tyberim porta, cuius apud
priscos frequens est memoria Carmentalis dicta: quā ne dū nostra, sed nec Titi Liuij ætate xx
ullum portæ usum habuisse ostendemus. Fuit uero ad cliuum qui ducebat per sublicium *De porta Car*
pontem in Ianiculū. Is locus uidetur esse ultra ecclesiā sanctæ Mariæ de schola græca, siue *mentali*
ut appellant in Cosmedim ad primas Auentini radices, qua is mons uergit ad pontes. ubi
nunc uetustissimos arcus marmoreos, ut in calcem decoquerentur dolentes uidimus à
fundamentis excidi. Quos arcus famā fuit & quibusdam indicantibus literis apparebat,
Horatij Coclitis honori fuisse à maioribus excitatos. indicat eam portā Liuius in secundi xxi
punici belli libro IIII. Fœdum incendiū inter Salinas & portā Carmentalē cū equimelio *Arcus Hora-*
iugarioque uico in templo Fortunæ ac matris Matutæ extra portā late uagatū. Salinas uero *tij Coclitis*
in tyberis ripa quæ in ponte nūc sanctæ Mariæ ad Auentinū pertinet, & equimelium sub
ipsa rupe Tarpeia, Iugariumque uicū sub Capitolio supra forū Boariū fuisse etiā alio osten-
demus in loco. Quare ignis qui sub Capitolio & rupe Tarpeia per ripā tyberis debacha-
tus fuisset, cū extra portā uagatus à Liuio dicitur: nō extra urbis Romæ mœnia, quæ mul-
tum inde distabāt, sed extra Carmentalem portam ad Auentinum usque medium, ubi Ma-
tutæ matris ædes erat apposita tyberi ædificia conflagrauit. Pandanam portā infra ubi de
Capitolio dicitur ostendit Varro fuisse sub Tarpeia rupe.

SEd iam Tyberim transeamus. Eam urbis Romæ partem uulgus pridem transtyberi- xxij
nam appellat regionem, quam ab ipso initio & longo post tempore maiores Ianicu- *Transtyberi-*
lum dixere. Fallit uero plærosque etiam ætatis nostræ doctissimos editioris ea in regio- *na regio quæ*
ne loci prima appellatio, quòd ipso in collis cacumine, ubi nunc sacræ inhabitant uirgi- *Ianiculum*
nes Iani templum fuerit: de quo Virgilius in VIII. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus con-
didit urbem: Ianiculū huic, illi fuerat Saturnia nomen. Et Ouidius in fastis: Arx mea collis
erat, quem cultrix nomine nostri Nuncupat hæc ætas, Ianiculumque uocat. Liuius autem
primo ab urbe condita in Anci Marcij rebus gestis sic habet. Ianiculum quoque adiectum xxiij
non inopia loci: sed ne quando ea arx hostium esset: id non muro solum, sed etiam ob com *Pōs sublicius*
moditatem itineris ponte sublicio tum primum in Tyberi facto iungi urbi placuit. Si igi-
tur mœnia ad pontem pertinuerunt, non solus collis multum ab ipso distans fluuio quod
aliqui uolunt ab Anco, sed tota Ianiculi nunc transtyberina regio est munita. Liuius in
secundo libro: Cum captum repentino impetu Ianiculum atque inde citatos decurrere
hostes. Et paulo infra: Iam plus hostium in palatio Capitolioque quàm in Ianiculo fore.

Ea regio tres habet portas, quarum quæ ad occidentem solem Tyberi est propinqua, xxiiij
nunc dicta Portuensis olim quæ fuerit ignoramus. Alia quæ edito in loco nūc sancti Pan- *Tres portæ*
cratij, prius Aurelia. Tertia in Vaticanum dimittens, & nunc subtus Ianum dicta, à priscis *Ianiculi*
Fontinalis appellata. Et primam quidem postquam Claudius imperator Romanum fecit por
tum, quod in illum dimittat fuisse ab eo Portuensem appellatam cōstat. Aurelia porta utrum xxv
à uia an ab ea uia nomen habeat incertū habemus. Præsens uero nomē à proxima sancti *De porta por*
Pangratij ecclesia habet. Fontinalem ex Festo Pompeio ostendimus quod deabus fontium *tuensi*
fuerit sacrata dictam: extant autem magnę molis muri scatentiū adhuc fontium recepta- xxvi
cula, sub monte qui aureus dicitur, ipsi portæ proximo, & haud longe ad Vaticani mœnia *De porta Pan*
pertinente. Liuius in bello Macedonico. Aediles alteram porticum ad portam fontina- *cratij*
lem ad Martis aram qua in campos iter esset perduxere. Dici autem subtus Ianum eam

portam

xxvij portam q; Ianiculo, uel monti uel regioni subiaceat minus quàm cæteræ nostræ ætatis cor-
De porta sub ruptela toleret, est absurdum. Quod uero hæc sola possit esse fontinalis inde certum habe-
tus Ianum mus, quia nulla est porta alia qua in campos Vaticani iter esse posset, præsertim cum nul-
xxviij lum tunc temporis alium ad Tyberim pontem quàm sublicium Roma haberet. Esset mi-
De ædificijs hi nunc ad Vaticani suburbia transeundum: sed postquam Ianiculi siue transtyberinæ re-
Ianiculi gionis is est situs ut à cæteris partibus urbis flumine muroq; dirimatur, opera illius siue à
principibus siue à pontificibus aut populo facta quæ olim habuerit, & quæ nunc cernun-
xxix tur aut indicari possint explicabo. Et primo de ponte sublicio habet Plinius ipsum q; esset
Pons sublicius ligneus sine ferreo clauo ita dispositus contignatione ut trabes eximerentur sine fulturis
ac reponerentur: quod quidem sic facere religiosum fuerit, postquam Coclite Horatio de-
fendente ægre reuulsus fuit. Eum uero pontē prius ab Anco Marcio sicut ex Liuio osten-
dimus factum, Antoninus Pius imperator marmoreum fecit, cuius uestigia esse tenemus,
quæ hinc ad primas Auentini radices, inde ad nostra ætatis nostræ naualia cernũtur. Scri-
bit Helius Spartianus Seuerum imperatorem ex Aphrica oriundum fecisse Transtyberi-
xxx na in regione sui nominis Thermas: fecit & alias imperator Aurelianus quæ essent hyema-
De Thermis les. Sed cum late pateat transtyberinæ regionis appellatio, sub qua campus suburbiumq;
Seuerianis & Vaticani, & ipsius Ianiculi munitio comprehenditur, utrum ne ipsarum thermarum ue-
Aurelianis stigia sint quæ intra Ianiculum ad diui Francisci ædem: an illa quæ medio in Vaticani cam-
po, ubi nunc prata dicimus, cernuntur, ignoramus. Sed ea perquirere quorum omnis pe-
xxxi rijt noticia superfluum fuerit, ad notiora ueniamus. Eam urbis Romæ Ianiculi siue regio-
Ianiculum nis transtyberinæ partem à nostris qui martyrum gesta scripserunt, aliquando Rauennati-
um urbē appellari sæpe offendimus, Estq; eius rei ratio altius repetenda. Octauianus Au-
gustus imperio post Marcum Antonium Cleopatramq; interfectos quiete potitus, inter
multa quæ prudentissime prouidit, binam instituit classem: Vnam apud Missenum Lu-
caniæ portum, qua Italiæ insulas oramq; Galliarũ maritimam, Hispanias, Aphricam, Mau-
xxxij ritaniasq;, & septentrionalis oceani plagam tutaretur: alteram apud Rauennā in loco nũc
De classibus Cardiano in quo fuit postea Classense oppidũ, cuius classis partes essent Adriatici sinus,
apud misenũ Illyrici, Dalmatiæ, Epiri, Græciæ, Thraciæ, Ponti, Meotidæ, & Asiæ in nostrum mare uer-
& rauennas gentis, atq; Aegypti oræ necessitatibus subuenire. Tantas uero classes, quantas esse opor-
tuit, quibus maxima Romani imperij tutelæ cura esset commissa, magno indiguisse exer-
citu, nullus qui Romanas lectitauerit historias ambiget. Cum itaq; Romano senatui Ro-
manis ue principibus ea in primis fuerit cura: ut quod multis ostendimus in locis, nulla
posset Romam frequentare multitudo, cui non esset habitandi locus publice assignatus,
attributa est Rauennatis classis militiæ regio transtyberina: quæ postea exinde urbs Ra-
xxxiij uennatium dicta fuit. Hinc ubi papa Calixtus primus ecclesiam sanctæ Mariæ transtybe-
Calixtus in rinæ, quam nunc insignem cernimus ædificauit, Templum Rauennanium & tabernam fu-
uia aurelia isse legimus Rauennatium meritoriam: eiusdemq; in regionis uia celeberrima aurelia mi-
xxxiiij liario tertio Calixtus postea moriens est sepultus. nec longe ab eo miliario uidelicet secun-
Felix primus do ab urbe, Felix primus eius nominis pontifex Romanus cum basilicam extruxisset, in
ecclesiam sui illa cui nomen suum fuit indicium, sepultus fuit. Et papa Honorius primus basilicam san-
nominis cti Pancratij, à qua portæ diximus esse nomen, muro urbis ad stadium propinquam à solo
ædificauit, quam structura ornamentisq; insignem breui nisi succurratur apparet ruiturã.
xxxv Ecclesia sancti Petri quæ uia portuensi ad pontem meruli dirupta cernitur Adeodati pri-
Adeodati ec- mi pontificis opus fuit, nec fuit illo in operum magnificentia felicior Hadrianus primus
clesia pontifex Romanus, qui inter multa suis locis narranda formas aquarum Sabbatinam lo-
xxxvi uiamq; magno impendio maioreq; populi Romani labore restituit. Quarum una fornici-
Hadrianus bus centum ad principis apostolorum basilicam ipsumq; Vaticani suburbium, altera per
primus aureliæ portæ & uiæ cliuum: partim ad pontem aurelium cui demolito nunc rupto est no-
xxxvij men, ut in urbem laberetur: partim ut molis deseruiret, sunt perductæ. Mirumq; in paulo
Duæ turres plus minus ue sexcentis annis qui abinde effluxerũt, nulla tanti operis aut in Ianiculo, aut
ad naualia in Vaticano uestigia apparere. Leonem IIII pontificē manet in Vaticani suburbio glo-
ria, eius tamen in Ianiculo cernuntur opera, Turres duæ nunc in naualium faucibus desti-
tutæ, quas post commissum à Sarracenis ecclesiæ principis apostolorum & ipsius Ianicu-
li incendiũ eo excitauit in loco, ne barbaris ultra per tyberim, sicut tunc acciderat pateret

accessus

accessus.Restat uaticanus de quo Festus Pompeius sic scribit. Vaticanus collis appella/ xxxviij
tus est,ꝙ eo potitus sit populus Romanus uatum responso pulsis Hetruscis. Sed Aulus *Quid uatica/*
Gellius in noctibus atticis lib. x v i i i de eodem sic dicit.Et agrum Vaticanum,& eiusdē *nus*
agri deum præsidem appellatum accepimus à Vaticinijs, quæ ui atq; instinctu dei eius in
eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam M. Varro in libris diuinarum aliā esse
tradidit istius nominis rationem. Nam sicut Aius inquit deus appellatus, araq; ei statuta
quæ est infima Noua uia,ꝙ eo in loco diuinitus uox edita erat:ita Vaticanus deus nomi/
natus,penes quē essent uocis humanæ initia.quoniā pueri simul atq; parti sunt eam primā
uocem edunt,quæ prima in Vaticano syllaba est. Idcircoq; uagire dicuntur, exprimente xxxix
uerbo sonum uocis recentis.Hanc nunc urbis Romæ partem primum Leo papa eius no/ *Vaticani re/*
minis quartus muro cinxit,& ciuitatem Leoninā de suo nomine appellauit. Eius uero mu *gio*
niendæ causa quā superiore diximus loco,ne sicut paulo ante contigerat principis aposto xl
lorum basilicā ultra possent capere,inquinare,diripere sarraceni. Habuitq; ea munitio sex *Portæ ciuita/*
portas etiā nūc extantes,quarū prima ianiculum dimittens ab ecclesia cui subiacet, sancti *tis Leoninæ*
spiritus nomē retinet:alia edito in colle sita,dicitur Pertusa.tertiæ cui palatio pōtificis sub
iectæ à uiridario cōtiguo nunc est nomen,Leo pontifex sancti Peregrini, ad cuius ecclesiā
itur ea uia,appellationē dedit.quartā nunc clausam quæ duceret ad scholā Longobardorū
saxonumq; posterulā appellauit, quamq; eodē nomine quintā quoq;, sepulchro Hadriani
imperatoris nunc arci sancti Angeli,qua in campos itur subiectā,uocauit.Sexta dicit̄ por/
ta ænea,quæ in Hadriani pontē urbemq; perducit.Libet autē postq; portas urbis,quæ æta xli
te nostra extant pro posse descripserimus,locū indicare unius quā omniū celeberrimā Ro *Porta trium/*
ma habuit.ea est Triumphalis,per quā & nullam aliā triumphi agebātur.& ut rem, quasi *phalis*
hominū opera quicquid solidi haberent oportuerit ęterna claritate fulgere,tenebris in qui *Pons trium/*
bus omnino perierat,certiore abstrahamus modo,quid & ubi fuerit primo dicemus.De/ *phalis*
inde testimonia quibus assertio nostra cōstet afferemus.Pons cuius pilarū fundamēta nūc
ad sancti Spiritus hospitale in Tyberi cernūtur,& porta ad intimam Tyberis ripam,cuius
fundamentorū moles extat,& uia ab eo ponte ad Cæsaris Obeliscum ad areamq; basilicæ
sancti Petri subiectam secundū radices montis Vaticani protensa, triumphali nomine ap/
pellabantur:nec ulterius q; ad beati Petri basilicā ea uia ꝙ cōijcere potuerim prætendeba/
tur.quin mihi cōstat,uiā ipsam nullatenus fuisse largiorē,ꝙ quicquid soli prædictam basi/
licam aut obeliscum,& Apollinis templum adiacebat,triumphale appellabatur.De porta
autē quod diximus clare & copiose probat Iosephus in libro v i i de captiuitate iudaica,
ubi Vespasiani & Titi imperatorū describit triumphū. Dicit enim ipsos imperatores qui
non in palatio maiori, sed in Isidis templo nocte quieuerant,ad Octauianas ambulationes
trāsiuisse, ubi eos senatus & honorati equites præstolabātur. Et cū fauor militaris eosdem
meritis ornasset laudibus,uotis rite celebratis ad portā recessisse, quæ ab eo ꝙ per illā sem/
per triumphorum pompa duceretur,nomen accepit.finisq; pompæ fuit Capitolini Iouis
templū.territorij etiā triumphalis non leue testimoniū habet uita beati Petri apostolorum
principis à beato Hieronymo presbytero,ut titulus præfert,siue ut aliqui uolūt à Damaso
papa scripta, ubi dicitur beatum Petrū fuisse sepultū in ecclesia sui nominis, quæ ad tem/
plum Apollinis iuxta territoriū triumphale fuerit ædificata.& constantem retinet famam
ætas nostra pontem,de quo diximus,nobiliū fuisse,nec illo unquā ruricolas transiuisse,ha
bent etiam incidenter monumēta cōmutationis factæ Calendis mensis Augusti siue sex/
tilis à memoria uictoriæ Octauiani Cæsaris Augusti de Antonio & Cleopatra ad libera/
tionem beati Petri à carcere & cathenis Herodis:unde festum ipsius beati Petri ad uincu/
la celebramus:cineres C.Cæsaris Obelisco insigni positos, qui cernitur in territorio tri/
umphali.Isidis uero templū in Sexti Ruffi descriptione urbis Romæ cōijcimus fuisse Mi/
neruam inter cuius adhuc durat uocabulum,tunc cognomine Chalcidicam, & uiā latam.
& ambulationes Octauianas docet Suetonius Tranquillus in hæc uerba. Reliquias suas
Mausoleo condiderūt: id opus inter Flaminiā uiā ripamq; Tyberis sexto cōsulatu suo ex/
truxerat.circūiectasq; syluas & ambulationes in usum populi iam publicarat. pauloq; su/
pra eum locū Suetonius portæ triumphalis meminit,ubi quosdam Senatores censuisse di
cit Augusti funus porta triumphali ducendū. Vespasianus itaq; & Titus cū ad Isidem uia
lata quieuissent,ad Augusti ambulationes,ubi nunc augusta dicitur descenderunt:& inde

u traiecto

Hospitale sancti Spiritus in Saxia

xlij traiecto tyberi per proximũ pontem,cuius cernũtur cossarũ fundamenta, ad uiã portamq;
triumphalem,ubi nunc est sancti Spiritus in Saxia hospitale recesserunt, Sed iam hospita/
lis in Saxia cognominationis causam reddituri,multas loco factas mutatiões ostendamus.
Bello Longobardorũ, quod ducentis & quatuor annis Italiã afflixisse in Romanorũ impe
rij inclinationis historia ostendimus,per Carolũ magnum Francorũ regem finito:Hadria/
nus primus Pontifex Romanus Saxones primo & breui post Longobardos multitudinẽ
haud quaquã contemnendã ciuitate à Romanis donari curauit : quibus gentibus Roma/
nis cum nõ esset uisum satis tutũ intra urbis mœnia dare sedem,assignauerũt in Vaticano
tunc immunito:ut cum pons triumphalis tunc etiã dirutus esset,uiæ illius ædificia à tybe/
ri ad territoriũ triumphale cõtinuata habitarent.Innuunt hæc & nõ parua ex parte narrãt
Hadriani ipsius,& postea Leonis III pontificis Romani gesta:quorũ Hadrianus Longo
bardos & Saxones fœderatos subditosq; recipi curasse dicitur. Leonis autẽ gestorũ narra
tio habet,Illum appellasse portã mediam murorũ à mole Hadriani ad palatiũ perductorũ:
quæ duceret ad uiam Longobardorũ & Saxonũ,nomine Posterulã:hinc factum est ut ce/
leberrimũ illud hospitale ab Innocentio III ædificatũ,à uico Saxonũ,in quo ædificatũ fu/

Quid fuit mons qui in Vaticano

xliij it,in Saxia appelletur.Implicat uero erroribus multos etiam nõ indoctos fama per multos
annos multorumq; scriptis cõtinuata,fuisse in monte qui arduus supra dictũ hospitale Va
ticani suburbio includitur,palatiũ Neronis:quod quidem falsissimum esse nõ dubitamus:
ostendemusq; ubi Neronis palatiũ fuerit,cũ ad priuata urbis ædificia uentũ erit . Corne/
lius Tacitus,apud quẽ Neronis gesta particulari narratione habentur,dicit illũ clausisse in
ualle Vaticani spaciũ in quo equos regeret,haud promiscuo spectaculo:& paulo infra ad/

Naumachia ubi fuerit

xliiij dit eundẽ apud nemus quod nauali stagno circũposuit extruxisse conuenticula & caupo/
nas : Fuit ergo in mõte illo Vaticani dei templũ:quod supra ab A.Gellio descriptũ osten/
dimus.Nauale autẽ stagnũ siue ut græco uocabulo appellãt Naumachia fuit secus ipsum
montẽ sub aurei montis radicibus,quà ad portã Pertusam itur,& ubi nuper hortos exica/
to limo uidimus inchoatos. unde in multis quę legimus apocriphis magna Vaticani pars
Naumachia appellatẽ:& in uita beati Petri,de qua diximus,etiã habetur ecclesiã sancti Pe/
tri extructã fuisse apud naumachiam . pariterq; hospitale quod Leo papa III ædificauit è

Locus martyrij beati Petri

xlv regione ecclesiæ sancti Andreæ à Symmacho I papa dedicatæ : & sanctæ Petronellæ quà
templũ Apollinis in obeliscũ uergit,ad naumachiã appellatũ est.Sed iam cum sit uentũ ad
sanctorũ opera,de beati Petri apostolorũ principis loco martyrij & passionis,quæ nos opi
nemur in mediũ proferamus.Nam cum ad terebinthum inter duas metas illum fuisse pas/
sum cõstans sit fama:quis sit is locus omnino ignoratur,nec desunt qui Ianiculum falso ea
gloria ornare quæritãt.afferemus autẽ ad tantã rẽ nostro iudicio demonstrandã testimoni
um, quod eo maiorẽ habere debebit auctoritatẽ,quo ab hostibus fidei sumptũ omni adula
tionis suspitione carebit.Cornelius Tacitus post narratũ incendiũ illud mirabile,quo Ne/
ronis temporibus septem diebus Roma arsit:de causis illius incendij multa disputans hæc
uerba habet.Sed nõ ope humana,nõ largitionibus principis aut Deũ placamentis decede
bat infamia,quin iussum incendiũ crederetur.Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos:
& exquisitissimis pœnis affecit:quos per flagitia inuisos uulgus christianos appellabat:au
ctor eius nominis Christus,Tiberio imperante per procuratorẽ Pontiũ Pilatum supplicio
affectus erat,repressaq; in paucis exitialis superstitio rursum erumpebat,nõ modo per Iu/
dæam originem eius mali,sed per urbem etiã,quò cuncta undiq; atrocia aut pudenda con
fluunt celebranturq;.Igitur primũ correpti qui fatebantur,deinde indicio eorũ multitudo
ingens haud proinde crimine incendij ꝙ odio humani generis cõiuncti sunt: & pereunti/
bus addita ludibria ut ferarũ tergis contecti laniatu canũ interirent,aut crucibus affixi,aut
flammæ ui.aut ubi defecisset dies in usu luminis nocturni urerẽtur. Hortos suos ei specta/
culo Nero obtulerat, & Circense ludicrum ædebat habitu aurigæ permixtus plebi uel cir
culo insistens. Vnde quamq; aduersus sontes & nouissima exempla meritos animaduer/
teretur,miseratio oriebatur tanquã nõ utilitate publica, sed in sæuitiam unius absumeren/
tur.Ostendimus autẽ supra Corneliũ scripsisse, Neronẽ clausisse in ualle Vaticana spaci/
um,in quo equos regeret haud promiscuo spacio.&hoc in loco dicit hortos illũ suos spe/
ctaculo supplicij christianorum obtulisse,ac Circense ludicrum ædidisse.Clausum itaq; in
ualle Vaticana spaciũ illud nõ dubitamus esse,cuius nunc multis in partibus demoliti mu
ros,&

ros,& sedilium dimidiatos fornices per uineas quæ moli Hadriani subiacent cernimus. xlvi
Quanq; Plinius semper ubi de obelisco,qui est in Vaticano, mentionē facit, illū designat *Circus Nero-*
in Cai & Neronis circo positū fuisse. Et cū neq; ipsa Hadriani moles,neq; cōiunctus pons *nis*
tunc essent:quæ anno abinde centesimo Hadriani imperatoris opera fuerunt, nō immeri- xlvij
to,ut mihi uideor crediderim circū Cai & Neronis partē suburbij, qui nunc est Vaticani, *Quādo sepul*
occupasse:& hortos à Circi illius clausura ad tyberim pertinuisse. Quibus in hortis eoq; *chrum Hadri*
in loco,ubi nūc est ecclesia sanctæ Mariæ in transtyberina,cum multi fuissent torti,occisi, *ani*
laniatiq; christiani:Petrus fuit cruci affixus. Terebinthū uero arborem quæ sicut gummi xlviij
sui nominis exudat,sic est humoris appetentissima fuisse ad eam tyberis ripā, cui dicta est *De hortis Ne*
ecclesia propinqua uerisimile crediderim: Quæ autē habent aut picturæ aut scripturæ de *ronis*
duabus metis inter quas martyriū Petri dicit̄ fuisse cōmissum,nostrā cōfirmant opinionē. xlix
Nam licet Hadriani moles metarū una temporibus Petri & Neronis,sicut ostendimus,nō *Ecclesia san-*
fuerit, tamē tenemus illos qui lōgo post Petri mortē tempore id factū literis mandare aut *cti Petri*
pictura idiotis ostendere uoluerūt, signū id metarū quo nullū erat certius accepisse. altera L
autē moles quā marmoribus spoliatā cernimus,utrū Neronis tempore fuerit ignoramus. *Symmachus*
Sed iam ad alias Vaticani partes redeamus.beati Petri basilicam Flauij Constantini impe- *fecit palatiū*
ratoris,cui magno cognomentū fuit opus esse multi scripserunt. Symmachus autē à quo *sancti Petri*
diximus ecclesiā sancti Andreæ dedicatā fuisse,palatia episcopalia per annos fermè sex- li
centos ante Leonis IIII tempora ad dexterā leuamq; ipsius ecclesiæ primus extruxit. Et *Honorius ec-*
Honorius primus omnē ipsam basilicam tegulis æneis,cuius magna pars etiā extat coope *clesiam sancti*
ruit:quas tegulas ex Romuli templo in quod partim mutata,partim ædificata est sanctorū *Petri æneis*
Cosmæ & Damiani ecclesia imperatoris Phocæ cōsensu accepit. Et Donus primus pon- *cooperuit*
tifex Romanus areā dictæ basilicæ,cui paradiso est appellatio: marmoribus etiā extanti- lij
bus strauit.quæ marmora famæ inhærentes crustas fuisse credimus metæ illius:quā spoli- *Donus paradi*
atam cuius monumentū fuerit diximus ignorare. Post Leonē quartū Nicolaus quartus *sum marmo-*
ex gente Vrsina pontifex Romanus palatiū episcopale beati Petri auxit: quod ad annum *re strauit*
abinde circiter centesimū Bonifacius IX nō leui impensa ornauit. Sed ad Leonē quartū liij
iterato reuertamur.Is pontifex magnanimus cinctā,ut diximus,muro eam à se Leoninam *Nicolaus Vr*
appellatā ciuitatē Corsis repleuit,qui Sarracenorū persecutionē fugiētes populariter emi *sinus palatiū*
grauerūt:magnamq; suscipiens ipsius & basilicæ beati Petri curā multa fecit, quæ in hoc *auxit*
annorū uix dum sexcentorū quot in hæc tempora intercesserūt spacio inueterata iā omni- liiij
no corruerāt,breui ad nihilū peruētura,nisi tua beatissime pater Eugeni opera factū esset, *Bonifacius ix*
ut illa nunc lætemur cernentes innouata. Vbi enim Leo donis ecclesiā ornauit, tu illam *ornauit* lv
supellectile sacrorū ministerio pariter donatā tecto insuper maiori ex parte innouato, no- *Leo ciuitatē*
uisq; sacristiæ cameris exædificatis reddidisti meliorē:sola una re uideris à Leone supera- *leoninā corsis*
tus, ꝙ ualuas ille argenteas, tu æneas basilicæ dedisti, nisi par uideatur magnificentia *repleuit*
pro argenteis nullo exquisitiori artificio factis æneas posuisse inauratas, tantisq; inscul- lvi
ptas historijs unionis Græcorū,Armeniorū,Aethiopū,Iacobinorū, & aliorū populorum *Eugenius ec-*
tua opera tuaq; impensa ecclesiæ conciliatorum,ut quadruplo æris auriq; impendiū mer- *clesiam sancti*
ces opificis superauerit. Quid ꝙ ubi Leo cāpanariā turrim,quæ omniū prima in orbe ter *Petri supelle-*
rarum fuit,tu ærarij officinā & proxime portam palatij speciosissimā extruxisti. Strata pa *ctile donauit*
latij area,& ipsa quæ in urbem ducit uia in multas partes postea urbis diuisa,tanti sunt de- lvij
coris,ut alia ab ea quæ multis retro sæculis fuit urbs Roma uideatur reddita. Gentilium *Idē sacristiā*
quæ extent alia Vaticanus ager nulla habet opera præterq; Cai obeliscum: de quo quia *tectūq; inno-*
unicus ex maioribus nunc stat plura dicere nequaq; absurdū iudicamus. eas lapideas mo- *uauit*
les nullius Romani opera aut cura fuisse excisas cōstat.nam ipsos qui Romæ integræ cor lviij
rupti aut fuerint,aut nunc cernūtur à Thebis,aut alijs Aegypti urbibus fuisse perductos, *Idem portas*
Plinius Veronensis Ammianusq; Marcellinus ostendūt. Hunc autē qui in Vaticano ui- *æneas* lix
situr Plinius in XXXVI. tertiū ex maioribus qui fuerint aduecti ponit libro XVI, ubi *Idem ærarij*
de magnitudine arborū tractat:hæc habet uerba, Abies admirationis præcipuæ uisa est in *officinam*
naui,quæ ex Aegypto Cai principis iussu obeliscū in Vaticano circo statutū, quatuorq; lx
trūcos lapidis eiusdē ad sustinendū eū adduxit: qua naue nihil admirabilius uisum in mari *Idē areā pa.*
certū est. Centū uiginti M. modiū lentis pro saburra ei fuere. Lōgitudo spaciū obtinuit ma lxi
gna ex parte hostiensis portus latere læuo. Ibi namq; demersa est à Claudio principe. Ar- *De obel. Vat.*

 boris

boris eius craſſitudo quatuor hominũ ulnas cõplectentiũ implebat. Ammianus uero Mar
cellinus rerũ geſtarũ libro X V I I iocũdiſſimã habet de Obeliſcis narrationẽ, quã libet eius
lxij uerbis inſerere. Adminiſtrante adhuc Orpheo præfecturã obeliſcus Romæ in circo ere/
De obeliſcis ctus eſt maximo, ſuper quo nũc quia tempeſtiuũ eſt pauca diſcurram. Vrbẽ priſcis ſæcu/
omnibus lis conditã ambitioſa mœniũ ſtructura, & portarũ centũ quondã aditibus celebrem heca/
tompylon thebas inſtituto ex facto cognominauerũt, cuius uocabulo prouincia nũc uſq;
thebais appellatur. Hanc inter exordia pandẽtis ſe late Carthaginis improuiſo excurſu du
ces oppreſſere pœnorũ. Poſteaq; reparatã Perſarũ rex ille Cambyſes, quoad uixerat alieni
cupidus & immanis ægypto perrupta aggreſſus eſt, ut opes exinde raperet inuidendas,
ne Deorũ quidẽ donarijs parcens, qui dum inter prædatores turbulenter cõcurrit, laxitate
præpeditus indumẽtorũ cõcidit pronus, ac ſuomet pugione quẽ aptatũ fœmori dextro ge
ſtabat: ſubito ui ruinæ nudato uulneratus penè letaliter interijt. Longe autẽ poſtea Cor/
Cornelius nelius Gallus Octauiano res tenente Romanas ægypti procurator exhauſit ciuitatẽ pluri
Gallus mis interceptis, reuerſusq; cum furtorũ accerſiretur, & populatæ prouinciæ: metu nobili/
tatis acriter indignatæ cui negociũ ſpectandũ dederat imperator ſtricto incubuit ferro. Is
ſi recte exiſtimo eſt Gallus poeta: quẽ flens quodammodo in poſtrema bucolicorũ parte,
Virgilius carmine leni decantat. In hac urbe inter labra ingentia, diuerſasq; moles figmen
ta ægyptiorũ numinũ exprimentes obeliſcos uidimus plures, aliosq; iacentes & cõminu/
tos, quos antiqui reges bello domitis gẽtibus, aut proſperitatibus ſummarũ rerũ elati mon
tium uenis, uel apud extremos orbis incolas perſcrutantes, exciſos, erectos dijs ſuperis in
Forma obeli/ religione dicarũt. Eſt autẽ Obeliſcus aſperrimus lapis in figurã metæ cuiuſdam ſenſim ad
ſci proceritatẽ cõſurgens excelſam, utq; radiũ immitetur gracileſcens paulatim ſpecie qua/
lxiij drata in uerticẽ productũ anguſtũ manu leuigatus artifici. Formarũ autẽ innumeras notas
De obeliſcorũ Hieroglyphices appellatas, quas ei undiq; uidemus inciſas initialis ſapientiæ uetus inſig/
figuris niuit auctoritas. Volucrũ enim ferarumq; etiã aliena mundi genera multa ſculpentes ad
æui quoq; ſequentes ætates imperatorũ uulgatius peruenire memoria promiſſa uel ſoluta
regũ uota monſtrabãt. Non enim ut nũc literarum numerus præſtitus & facilis exprimit
quicquid humana mens cõcipere poteſt, ita priſci quoq; ſcriptitarũt ægyptij: ſed ſingulæ
literæ ſingulis nominibus ſeruiebãt & uerbis, nõnunq; ſignificabãt integros ſenſus: cuius
Vultur pro rei ſcientia in his interim duobus habet exẽplũ. Per uulturẽ naturæ uocabulũ pandũt, quia
natura nullos mares poſſe inter has alites inueniri rationes memorãt phyſicæ: perq; ſpeciem apis
Apis pro re/ mella cõficientis indicant regẽ, moderationi cũ iocunditate aculeos quoq; innaſci debere
ge his ſignis oſtendentes, & ſimilia plura. Octauianus Auguſtus cũ obeliſcos duos ab Helio/
lxiiij politana ciuitate tranſtuliſſet ægyptia, quorũ unus in circo maximo alter in campo loca/
De obeliſco tus eſt Martio, hunc recens aduectũ difficultate magnitudinis territus, nec cõtractare au/
ſus eſt nec mouere. Diſcant qui ignorãt ueterẽ principem tranſlatis aliquibus hũc intactũ
ideo prætermiſiſſe, q Deo ſoli ſpeciali munere dedicatus fixusq; intra ambitioſi templi delu/
bra, quæ cõtingi nõ poterãt, tanq̃ apex omniũ eminebat. Verũ Conſtantinus id parui du/
cens auulſam hãc molẽ ſedibus ſuis nihilq; cõmittere in religionẽ recte exiſtimãs, ſi ablatũ
uno templo miraculũ, Romæ ſacraret idẽ in templo mũdi totius, iacere tam diu perpeſſus
eſt dum tranſlationi pararẽtur utenſilia: quo cõuecto per alueũ Nili, proiectoq; Alexan/
driæ nauis amplitudinis ante hac inuſitatæ ædificata eſt ſub trecentis remigibus agitãda:
quibus ita prouiſis digreſſoq; uita principe memorato urgẽs effectus intepuit, tandẽq; ſe/
ro impoſitus naui per maria fluentaq; tyberis uelut pauẽtis, ne quod penè ignotus miſerat
Nilus, ipſe parũ ſub meatus ſui diſcrimine mœnibus alumnis inferret: deferẽ in uicũ Ale/
xãdri tertio lapide ſeiunctũ: unde cuniculis impoſitus tractusq; lenius per hoſtiẽſem portã
piſcinãq; publicã circo illatus eſt maximo. Sola poſt hæc reſtabat erectio, quæ uix aut ne
uix quidẽ ſperabaẽ poſſe cõpleri. erectisq; ita paulũ altis trabibus, ut machinarũ cerneres
nemus, innectũtur uaſti funes, & longi ad ſpeciẽ multiplicium liciorũ denſitate nimia ſubte/
xentes: quibus colligatis mons ipſe effigiaẽ ſculptilibus elemẽtis, paulatimq; id per arduũ
mane protentus diu penſilis hominũ milibus tanq; molẽdinarias rogantibus metas cauea
locatur in media: cui ſpera ſuperponiẽ ænea aureis laminibus nitẽs, quæ cõfeſtim in ignis
diuũ cõtacta deoq; ſublata facis imitamentũ & figura æreũ itidem auro in bractearũ uelut
abundanti flamma candẽtis. Securæq; ætates alios tranſtulerũt, quorũ unus in Vaticano

alter in hortis Salustij: duo in Augusti monumẽto erecti sunt. De literis autẽ hierographi-
cis, præter ea quæ superius scripta sunt: Marcellinus itẽ libro XXII, ubi de pyramidibus
ægypti tractat, infra scripto dicit modo. Sunt & Syringes subterranei quidã & flexuosi se-
cessus, quos ut fertur periti rituũ uetustorũ aduẽtare diluuiũ pręscij, metuẽtesq; ne cerimo
niarũ obliteraretur memoria penitus operosis digestos fodinis per loca diuersa struxerũt,
& excisis parietibus uolucrũ ferarũq; genera multa sculpserunt, & animaliũ species innu-
meras quas hierographicas literas appellarũt. Et Cornelius Tacitus sic scribit. Primi per
figuras animaliũ ægyptij sensus mentis effingebãt, & antiquissima monumẽta memoriæ
humanæ impressa saxis cernuntur. Satis uero iam satis extra uetusta urbis Romæ mœnia
uagati sumus. Ad ipsa priscorũ monumenta cæterasq; urbis partes redeundum est.

MOnres in urbe septem numerantur, Capitolinus, qui & Tarpeius, Auentinus, Pa- lxv
latinus, Cælius, Exquilihus, Viminalis, & Quirinalis, octauoq; loco Ianiculensis De montibus
postea adnumeratus est. Capitolinus mons, sicut Varro de lingua latina scribit, dictus lxvi
est, ꝙ hic cum fundamenta ædis Iouis foderẽtur, caput humanũ inuentũ dicitur. Hic mons De Capitolio
postea Tarpeius dictus à uirgine uestali Tarpeia: quæ ibi à Sabinis necata armis & sepul-
ta: cuius nominis monumentũ relictũ, ꝙ etiã nũc eius rupes Tarpeiũ appellatur saxũ. Hũc
antea montẽ Saturninũ appellatũ prodiderunt, & ab eo late Saturniam terram: ut etiã En-
nius appellat: antiquũ oppidũ in hac fuisse Saturnia scribitur, & etiã uestigia nunc manent
tria, ꝙ Saturni phanũ in faucibus, ꝙ Saturnia porta quã Liuius scribit ibi, quã nunc Pan-
danam uocant. Virgilius in VIII. Hinc ad Tarpeiã sedem & capitolia ducit Aurea nũc,
olim siluestribus horrida dumis. Alia de Capitolio etiã nunc notissima afferre priscorum
testimonia superfluũ indicamus. De Auentino sic habet M. Varro: Auentinum aliquot lxvij
de causis dicunt. Neuius ab auibus ꝙ eo se à tyberi ferrenr aues. alij ab rege Auentino Al- De Auentino
bano, ꝙ ibi sit sepultus. alij Auentinum ab aduentu hominũ, ꝙ cõmune Latinorũ ibi Dia-
næ templum sit constitutũ. Ego maxime puto ꝙ ab aduentu. Nam olim paludibus mons
erat ab reliquis disclusus, ita ab urbe aduehebantur ratibus. Palatini montis causam uo- lxviij
cabuli hanc affert Marcus Varro. Quartæ regionis palatium, ꝙ Pallantes cum Euandro De Palatino
uenerunt: qui & Palatini aborigenes ex agro Reatino qui appellatur palatium, ibi conse-
derunt. Sed hoc alij ab Pallanta uxore Latini putauerunt. Eundem hunc locum à pecore
dictum putãt quidam. Itaq; Neuius Ballatiũ appellat: Virgilius in VIII. Arcades has oras
genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti Delegere lo-
cum, & posuere in montibus urbem: Pallantis proaui de nomine pallanteum. De Cælio lxix
monte sic habetur apud Varronem: Cælius mons à Cælio Vibienno Thusco duce nobili De Cælio
qui cum sua manu dicitur Romulo uenisse auxilium contra Latinum regem. Exquilini lxx
montis ꝙ omniũ sit maximus longã ponit M. Varro nominis expositionẽ: & quæ multas De Exquilijs
habeat partes nominũ etiã ipsius Varronis ætate obscuratorũ nequaq; intelligibiles: quæ
autẽ ad rem nostrã faciãt, sunt hæc. Secundæ regionis exquilię: alij eas scripserũt ab excu- lxxi
bijs regis dictas. alij ab eo ꝙ excultæ à rege Tullo essent. Et infra: exquiliæ duo mõtes ha- De quirinali
biti. Sequitur ratio simul de duobus, quos ob paruitatẽ colles non montes appellat in hæc & uiminali
uerba. Tertiæ regionis colles quinq; ab deorũ phanis appellati; è queis nobiles duo colles
uiminalis ab Ioue uimineo, cuius ibi aræ sunt. Collis quirinalis à Quirini phano. sunt qui
à quiritibus, qui cum Tatio Curibus uenerunt Romam, ꝙ ibi habuerunt castra.

MOntium nominibus explicatis urbem primã à Romulo conditã, ne multis post hæc lxxij
narrationibus officiat eius ignoratio indicemus. Eam Capitolinũ siue Tarpeiũ & De urbe à Ro
pallatinũ auentinumq; montes solũ, cum ijs quas intercedere uidemus conuallibus com- mulo edifica-
prehendisse hinc constat, ꝙ omnes alios quinq; montes & colles additos Titus Liuius ta
ostendit. Sunt enim illius de Tullij Hostilij rebus gestis hæc uerba libro primo. Roma inte
rim crescit Albæ ruinis, duplicatur ciuiũ numerus. Cælius additur urbi mons. & quo fre-
quentius habitaretur eã sedẽ Tullius regiæ capit, ibiq; habitauit. Secundus nouæ urbi ad-
ditus mons fuit Ianiculensis. Liuius in Anci Marcij gestis rebus. Ianiculum quoq; adiectũ
nõ inopia loci, sed ne quando ea arx hostiũ esset. Alij tres postea simul à Seruio rege addi-
ti. Liuius item primo. Vrbs quoq; amplificanda uisa est. Addidit duos colles Quirinalem
Viminalemq;: inde deinceps auget exquilias, inibiq; ipse, ut loci dignitas fieret habitat.
aggere & fossis & muro circumdat urbem. Sed Cornelius Tacitus aliter de urbis primæ

ambitu sentire uidetur:cuius sunt hæc uerba. A foro Boario,ubi æreū taurum aspicimus, quia id genus animaliū aratro subditur,sulcus designandi oppidi cœptus , ut magnā Herculis aram amplecteretur,inde certis spacijs interiecti lapides per ima montis Pallatini ad aram Consucij. mox ad curias ueteres tamē, ad sacellum,larem forumq́ Romanū,& Capitolium non à Romulo,sed à Tito Tacio additum progressuri ad eam inquam tendimus ædificiorum locorumq́ urbis descriptionem,qui nūc sunt octo montes , quidq́ integrum habeant uel demolitum, aut uetustū , aut nouū ostendere pergamus . Sic enim fiet ut postea in cliuis & conuallibus,ac cæteris urbis partibus,quæ reliqua sunt facile ostendamus.

lxxiij *Capitolium*

Pudet uero pigetq́ à Capitolio incipientem eius deformitatem referre . Is etenim mons quem Deorum domicilium Marcus Cicero cum sæpe alias tum maxime in oratione ad Quirites habita pridie quàm iret in exilium appellat , & Virgilius Aureū dicit qualis etiam anno post functos uita Ciceronem,& Virgilium trecentesimo fuerit Ammianus Marcellinus in Constantis filij Flauij Constantini magni gestis rebus ostendit. Constans enim ex Constantinopoli , in qua natus & educatus erat , tunc primum Romam ueniens , ipsa urbe inspecta obstupuit. Suntq́ de illo hæc Ammiani uerba libro X V I . Deinde intra septem montiū culmina per accliuitates planiciemq́ posita urbis membra collustrans & suburbana,quicquid erat primum eminere inter alia cuncta spectabat . Iouis Tarpei delubra quantū terrenis diuina præcellūt. Et infra idem Ammianus libro X X I I describens ægypti mirabilia sic habet : His accedunt altis suffulta fastigijs templa, inter quæ eminet Serapeum:quod licet minuatur exilitate uerborum,atrijs tamen columnaribus amplissimis,& spirātibus signorū figmētis,& reliqua operū multitudine ita est exornatū:ut post Capitolium,quo se uenerabilis Roma in æternū attollit:nihil orbis terrarū ambitiosius cernat. Eandem imitatus sententiā doctissimus optimusq́ uir Cassiodorus in edicto Theodorici primi Ostrogotorū regis per quod formas aquarū urbis Romę iussit reparari:hæc habet uerba. Traiani forū uel sub assiduitate uidere miraculū est : capitolia cella cōscendere, hoc est humana ingenia superata uidere . Nūc uero præter latericiā domū à Bonifacio I X ruinis superædificatā qualē mediocris olim fastidisset Romanus ciues usibus Senatoris & causidicorū deputatā,præter aræ cœli fratrū beati Francisci ecclesiā in Feretrij Iouis templi fundamentis extructā,nihil habet is Capitolinus tarpeius'ue mons tātis olim ædificijs exornatus. Quæ autē Capitoliū habuerit loca superfluū scribere iudicamus. Nā cū fuerit rei diuinæ in primis deputatus aras,sacella,delubra,ædes,& tēpla habuit supra L X . quorū nomina,si operi nostro expedire existimaremus, ex maiorū scriptis facile fuerit recensere. Et ne uulgi imperitorūq́ cōtendentiū eā fuisse nobiliū imperatorūq́ & senatus habitationē opinioni sine testimonio aduersemur , Valerij maximi lib. V I sumpta afferamus. M. Manlius unde Gallos depulerat , inde ipse præcipitatus est,quia fortiter defensam libertatē nefarie opprimere conatus est,cuius iustæ ultiōis nimirū hæc præfatio fuit. Manlius eras cū mihi præcipites agebas Senones. Postq̄ imitari cœpisti,unus factus es ex senonibus. Huius supplicio æternæ memoriæ nota inserta est. Propter enim illud lege sancitū est,ne quis patricius in arce aut capitolio habitaret,quia domū eo loci habuerat,ubi nūc ædē Monetæ uidemus.

lxxiiij *De sacris locis capitolij* *Iouis templū* *Iani templum* *Iunonis monetæ ædes*

Sed de sacris locis quæ is habuerit mons uel pauca dixisse nūc magis appaētia satis erit. Celeberrimū ea in arce Iouis optimi maximiq́ templū ad eā sitū fuit partē,ubi nūc dicitur Saluator in maximis. Et templū Iani custodis capitolinæ arcis fuit:ubi nūc est facinorosorū custodiæ,& carceris locus,quā cancellariā appellāt. Fuit etiā celebris famæ in capitolio,& ipsi tarpeiæ rupi proxima Iunonis monetæ ædes:de qua Liuius lib. V I I sic habet. Dictator ædē Iunoni Monetæ uouit,cuius dānatus uoti,cū uictor Romā reuertisset dictatura se abdicauit. Senatus duūuiros ad eam ædē pro amplitudine rei pub . faciendā creari iussit:locus in arce destinatus,quę area ædiū M. Manlij Capitolini fuerat. Aedes aūt Manlij fuisse ad saxū rupis tarpeiæ supra ostēdimus:& Virgilius indicat. In summo custos tarpeiæ Manlius arcis. Magna est etiā cliui capitolini,per quē publicus esset in arcē ascensus nostrorū hominū inquisitio. Is uero ubi fuerit docet Liuius in V I belli Macedonici. Cōsules transfugas Numidarū,qui tum in Auentino ad mille & ducēti erāt media urbe trāsire exquilias iusserūt:nullos aptiores intra cōualles tectaq́ hortorū,& sepulchra & cauas undiq́ uias ad pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce Capitolij cliuo publico in equis decurrentes quidā uidissent;captū auentinum inclamauerūt : Itaq́ hinc constare dicimus

cliuum capitolinũ publicũ fuiſſe ad eam arcis partẽ, quæ uerſa in Auentinum nunc eccle-
ſiam ſancti Georgij ad uelũ aureũ è regione reſpicit. De Auẽtino pauciora & incertiora lxxv
dicere poſſumus, multa is mons habuit ædificia, quorũ notiora fuerũt, quæ Liuius in lib. De Auentino
primo dicit: aram primã in Auẽtino herculi ab Euãdro poſitã. Et Iunonis templũ quod Iunonis
iuxta Liuium libro ſecundo belli punici ſecundi, Camillus Deæ illius ſimulachro quia in- templum
terrogata uellet ne Romam ire uelle reſpõdit, à Verjs Romã perducto dedicauit. Aedes q̃ Matuta ma
ab eodẽ Camillo poſt actũ triumphũ Matutæ matri dedicatæ fuerunt. eodẽ in monte tem ter
pla Dianæ & Mineruæ. Itẽ Lucinæ de quo Oui. in Faſtis, Luna regit mẽſes, huius quoq; Dianæ tem
tẽpora menſis Sciuit Auẽtino luna colenda iugo. Fuit & fons de quo bibebãt Faunus & plum
Picus ſatyri: & Numa Põpilius uinũ poſuit ſatyrosq; inebriauit. Vnde Oui. Lucus Auen Fons Fauni
tino ſuberat niger ilicis umbra, Quo poſſes uiſo dicere numẽ ineſt. In medio gramen mu & Pici
ſcoq; adoperta uirẽti Manabat ſaxo uena perennis aquæ. Fuit & maioris famæ ſpelunca Caci ſpelunca
Caci quæ nũc uiſitur ſupra eccleſiã ſanctæ Mariæ in ſchola Græca quà Auentinus ſpectat
in montem Pallatinũ. De qua re ſic habet Virg. in VIII Hic ſpelunca fuit uaſto ſummota
receſſu Semihominis Caci. & infra: Alcides aderat taurosq; hac uictor agebat Ingentes
uallemq; boues amnẽq; tenebant. At furijs Caci mens effera. & infra: Reddidit una boum
uocem uaſtoq; ſub antro Mugijt, & Caci ſpem cuſtodita feſellit. & infra: At ſpecus & Ca
ci detecta apparuit ingens regia. Ouidius in Faſtis, Cacus Auẽtinæ timor atq; infamia ſyl Aedes liber
uæ. Fuit etiã in Auentino ſicut Plinius in naturalis hiſtoriæ XVI ſcribit, Laurentium ſyl tatis
ua Ioui ſacrata, in qua Valentinianus II Cõſtantini comitis & Gallæ Placidiæ filius fuit
interfectus. Fuit quoq; ædes libertatis quã Gracchus ſicut habet Liuius de ſecundo bello
punico, ex mulctaticia pecunia faciẽdam curauit: horũ omniũ multorumq; ædificiorũ &
locorũ à maioribus ſcripto celebratorum quæ facillimũ fuit cõmemorare, nullum penitus
extat ueſtigiũ. ſed quod maiori nobis eſt miraculo Aquarum Claudiæ & Martiæ ductus,
qui ſtupendo opere in illum montẽ fuerãt perducti parua ac nulla penè in parte cernũtur.
Iulius Frontinus lib. II de aquæductibus hæc habet uerba, Et ſedula deinde partitione di-
ſtributa regionibus, quibus ſingulæ ſeruiebãt aquæ plures darẽtur, tanq; Celio & Auenti
no in quos ſola Claudia per arcus neronianos ducebatur. quo fiebat, ut quotiens defectio
aliqua interueniſſet, celeberrimi colles ſiurẽt, quibus nunc plures aquæ & imprimis mar-
tia reddita ampliore opere uſq; in Auentinũ perducit. De eadẽ aquæ claudiæ forma Caſ-
ſiodorus ubi Theodoricus iubet collabẽtes aquæductus inſtaurari ſcribit, Quis poſſet ſer
monibus idoneis talia explicare: Claudiã aquam per tantã faſtigij molem ſic in Auentini
caput eſſe perductã, ut cũ ibi ex alto lapſa ceciderit, cacumen illud excelſum quaſi unam
uallem rigare uideatur. Habet uero nũc is mons monaſterium ſanctæ Sabinæ. quod Sixti Monaſterium
tertij papæ tẽporibus quidã Petrus epiſcopus ab Illyrico ueniẽs propria impẽſa ædificari S. Sabinæ
curauit. habet & aliud ſancti Bonifacij monaſteriũ, quę duo monaſteria ſunt ædificiorum Monaſterium
ſumptuoſitate ornamẽtisq; etiam noſtra ætate cõſpicua. Reliquus mons aut ruinis aut ui S. Bonifacij
neis præter & ſancti Alexij cœnobium, quod inibi uetuſtiſſimũ cõſpicitur, cõtectus eſt. S. Alexij cœ-

Multo autem pauciora habet integra Pallatinus mons, q̃ Capitolinus aut Auentinus. nobium.
Nam præter S. Nicolai eccleſiã à Calixto papa ædificatã, quæ etiã male integra cernitur, lxxvi
nullũ is celeberrimus mons habet ædificiũ. Qualis autẽ & quanta olim fuerit ea ædificio Quid Pallati
rum moles indicant ruinæ inter cæteras urbis cõſpiciendæ. Hunc montẽ incoluiſſe & po nus habuit
ſtea cõmunijſſe Euandrum teſtis eſt Liuius in primo, Sed cum reges primo deinde conſu S. Ni. eccleſia
les & poſtea imperatores maiori ex parte eam habuerint certã ſedem, quis tanta ædificia
auxerit nullus ſcribit. Quod quidẽ nulla alia ratiõe factũ crediderim, quàm q̃ unuſquiſq; Aedes Vacci
nulla inſigni cõſtructione facta particulas addidit, quas ſcriptores ut parũ dignas mãdare ducis
literis omiſerunt, Habet autẽ Liuius lib. III Aedes Vacci ducis quondam in palatio fuiſ- Aedes ma-
ſe, quæ Vacci prata dirupto ædificio publicatoq; appellata fuerint. Et in bello Macedo- gnæ matris
nico Marcus Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in Pallatino dedicauit. Et ludos Megaleſia
ob eam dedicationem factos megaleſia appellatos. Suetonius autem Cæſarem templum ludi
Apollinis in pallatio extruxiſſe. Et Liuius in VIII de bello ſecundo punico, Matrem ma Apollinis tem
gnam deum à Græcia auectam in ædem uictoriæ quæ eſt in Pallatino perduxere. Et He- plum
lius Lampridius ſcribit Varium imperatorẽ Heliogabalum cõſecraſſe in Pallatino mon- Aedes uicto
te ibique templum feciſſe. Ipſum uero montem, qui ſicut ſupra ex Varrone oſtendimus ria

triplicem habuit nominis causam, Ballatiũ nunc posse appellari uidemus, ꝙ ubicunq; non
impediũt magnæ molis ruinæ, aut ubi uineta excelsis in fornicibus pẽsilia nõ occuparint,
totus ager pascuus nõ ouibus magis ꝙ̃ caballis, bubalis & capris est factus. Qua ex re ali-
quando in uarias cogitationes uenimus, quid de cætera liceat Roma suspicari cum tres il-
los montes qui primi & soli in prima urbe ab Romulo comprehensi fuerint, nũc si absint
ruinæ uidemus penè ad eam deductos ædificiorũ nuditatẽ, quã Roma nondũ condita ha-
buerunt. Fuit autẽ in ea parte palatij quã septentriones uersus in triumphalem Flauij Con
Locus Palla. stantini imperatoris arcũ uergentẽ uidemus locus Palladij, cuius insignes extant ruinæ bi
nas habẽtes penè integras ex marmore portas, facile superãtes ædificij pulchritudine cæte
ras omnes, quas uetusti ac noui operis Roma nunc habet. Eoq; in murorũ ambitu quem
Ecclesia sancti Andreæ de Pallara nunc uulgo pallatũ correpte pro Palladiũ appellãt, ecclesia concluditur sancti Andreæ de
pallara: in qua quidẽ parua, sed ornata sepulchrũ est Ioãnis papæ eius nominis octaui. Cæ
teras Palladij partes alto circũdatas muro uinea implet prædiũ summi uiri Dominici Ca-
pranicensis tituli sanctæ Crucis sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteri cardinalis, quẽ literis
ornatissimũ, prudentia & consilij altitudo haudquaquã minus ꝙ̃ cardinalatus dignitas ce
Palladium quid sit lebrem reddunt. Id Palladij uerbũ quid sibi uelit exponendũ uidetur. Palladem poetæ di-
cunt Iouis fuisse filiam sine matre, ita ut cum uideret Iuppiter uxorẽ Iunonẽ esse sterilem,
percusso sibi capite Palladẽ armatã emiserit. Vnde Lucanus lib. IX Hanc & Pallas amat
patrio quæ uertice nata est. Et Oui. Fastorũ III An quia de capitis fertur sine matre pater
ni Vertice cum clypeo prosiluisse suo. Hanc eandẽ Cicero de natura deorũ libro inuentri
cem ac principẽ belli fuisse dixit, ob quod à nõnullis Bellona uocata est soror scilicet & au
Bellona riga Martis dicẽte Statio, Regit atra iugalis Sanguinea Bellona manu longaq; fatigat cu-
spide. Nanq; torua oculis & armis insignis: ferre longã hastam cũ cristallino clypeo, & pi-
ctum habere peplum à poetis dicitur. quin & uirgo fingitur & innupta, ut Virg. æneidos
secundo, Pars stupet innuptæ donũ exitiale Mineruæ. Sed cum uirgini palladi pallas gi-
gas Titani filius deorũ immitissimus, & sicut Cicero uult eius pater uim inferre attẽtaret
Pallas eum illa peremit, à quo ut quidam asserũt Pallas & ipsa uocata est. Nam eadẽ primo Tri-
Tritonia tonia uocabatur, quia primitus circa Tritonis paludem cõspecta fuit. Alij aũt uolunt Pal-
ladis uerbũ à Græco quod uibro latine interpretetur: hinc dictum ꝙ hasta uibrare consue-
Minerua uerit atq; docuerit. Fuit etiã cognominata Minerua quasi uim minetur, sicut apud Cice.
libro II de natura deorũ interpretatus est Balbus: uel ut quidã uolunt quia sit minuẽs ner-
uos, eo quod qui optimis artibus uerũ laborem impendũt uires corporis minuere uiden-
tur. Nam ipsa eadem Sapientiæ dea & omniũ artium inuentrix dicitur, eo ꝙ teste Seruio
super secundã Virg. Aeglogã de capite Iouis nata est. Et Oui. Fastorũ III uult lanifices,
fullones, textores & alios artifices illi sacrificiũ facere his uersibus, Hanc cole qui læsis ma
culas de uestibus aufers, Hanc cole uelleribus quisquis ahena paras. Idem libro de fine ti-
tulo, Artifices in te uerte minerua manus. Virg. in II Aegloga, Pallas quas cõdidit arces
Templũ Palladis ipsa colat. Eius templũ apud Milesios teste Herodoto libro historiarũ I admirandum fuit
quod ab Aliate igne consumptũ est. & apud illos Pallas assisia dicebaẽ. à pallade palladiũ
Palla Assisia est dictũ, quod fuit in urbe Troiana antiquissimũ palladis signum è ligno, mouens oculos
& hastam, sicut dixit Seruius super æneidos secundum, Nam cum apud Troiam in hono
rem Palladis arx & in eius summo templum illi ædificaretur è cœlo cecidit, & locũ sibi in
eo tẽplo statuit nondũ cooperta æde: moxq; ab Apolline datũ fuit oraculum, eius ciuita-
tis futurũ exitiũ si id simulacrum extra mœnia portaretur, quod Oui. lib. VI Fastorũ elo-
quẽtissime persecutus est: unde cum tẽpore belli Troiani Vlixes & Diomedes cuniculis
in arcẽ penetrassent, occisis custodibus simulachrũ abstulerũt. hoc cũ postea teste Seruio.
Diomedes haberet oraculo monitus Troianis restituere uoluit. Et trãseunti ad Italiã Ae-
neæ offerre conatus est. Quẽ cũ sacrificantẽ uelato capite cõperisset, ne sacrificij ordinem
peruerteret, accepit Palladiu Nautes quidã: unde Mineruæ sacra nõ Iulia gens habuit, sed
Nautiorũ. Hinc Virg. lib. V ait, Vnũ Tritonia Pallas quẽ docuit. Seruius aũt grãmaticus
dicit quosdã scripsisse Palladiũ à Troianis tẽpore belli Mitridatici cõpertum. Et à C. Fim
bria Romã delatum, ꝙ ab unica tantũ sacerdote custodiri cõsuetum fuit. Vnde Lucanus.
Troianam soli cui fas uidisse Mineruã. Palladiũ autẽ Romæ in æde Vestæ fuisse ostendit
Plinius lib. VII naturalis historiæ, Qui cum laudes summas L. Metelli suam indicantes
felicitatem

felicitatem enarrasset, quæ nulli alij post Romã conditam cõtigerunt: subdit. Hæc omnia
abunde uno casu cõfutari possunt: quoniã is Metellus orbam luminibus exegit senectam
amissis incendio cũ palladiũ raperet ex æde Vestæ: memorabili casu, sed euentu misero.
Quo fit ut infelix quidẽ dici nõ debeat, felix tamẽ esse nõ possit: & infra, Tribuit ei Roma
nus po. quod nulli alij ab cõdito æuo, ut quoties in senatũ iret curru ueheretur ad curiã: ma-
gnum & sublime, sed pro oculis datum. De eodem Metello intellexit Iuue. in Satyra, Da
testem Romæ tam sanctum, ꝗ̃ fuit hospes Numinis Idæi: procedat uel Numa uel qui Ser
uauit trepidam flagranti ex æde Mineruã. Nam hospes numinis Idæi Scipio Nasica fuit,
quem Plinius VII naturalis historiæ, & nepos eius de uiris illustribus, cũ adolescens esset
omnium Romanorũ uirum optimũ, senatus & populi iudicio laudatũ fuisse scribit. qua-
re Idæam matrẽ Pessimunte uenientẽ, non modo in urbem uerũ à mari in pallatiũ detulit.
Numã uero quẽ Liuius lib. primo. ab urbe condita, secundũ fuisse Romanorũ regem è cu
ribus Sabinis natũ Pompilij filiũ suo seculo iusticia & religione clarissimum ostẽdit Oui.
Metamor. II Destinat imperio clarũ prænũcia ueri Fama Numã. Tertius itaq; quem Iu-
uenalis dicit seruasse palladiũ ex igne fuit Metellus. de quo Iuuena. in Satyra, Credo pudi
citiam. Dicite uos neptes Lepidi cæci'ue Metelli. scilicet cæcati cum ex flagrãti æde serua
ret palladiũ. Quod in celeberrimo postea in palatij magni loco positũ fuit, cuius ruinas, ut
diximus, cõspicuas familia Capranicẽsis ætate nostra possidet. Sed ut unde supra digressi
sumus reuertamur, quanq; magna sit admirabilisq; mutatio, quã Pallatino, Auentino, Ca
pitolinoq; montibus Romã fecisse diximus: multas tamẽ maioresq; tum circa hominum
uirtutẽ ac mores, tum circa publicã priuatamq; gubernationẽ mutationes fecit, quas nec
huius tẽporis nec propositi omittemus. Similiũ autem montiũ nuditati est singulis in par
tibus Romæ quã nũc habemus nimia operantiũ solicitudo, cuius oppositũ perpulchre Iu
uenalis in Roma sui tẽporis ostendit his uersibus, Occurrit qui marmora donat Conferat
impensis hic nuda & cãdida signa. Hic aliquid præclarũ euphranoris & polycleti Fecasia
norum uetera ornamenta maiorũ: & infra, Inde caput morbi, rhedarũ trãsitus arcto Viarũ
inflexu & stantis cõuitia mandræ, Eripiunt somnũ Druso uitulisq; marinis. Itẽ infra, Scin
duntur tunicæ sartæ modo, lõga coruscat Sarraco ueniente abies atq; altera pinũ Plaustra
uehunt, nutant alte populoq; minantur. Nam si procubuit qui saxa ligustica portat, Axis &
euersum fudit super agmina montem, Quid superest de corporibus, quis mẽbra, quis ossa
Inuenit. obtritũ uulgi perit omne cadauer. De mõte Cælio scribit Liui. lib. I Cælius addit lxxvij
urbi mons, & quo frequẽtior habitaretur eam sedẽ Tullius Hostilius regiæ capit, ibiq; ba *Mons Cælius*
bitat. & infra, curiã fecit quæ hostilia usq; ad patrũ nostrorũ ætatẽ appellata est. & adhuc *Curia hostilia*
infra: Albanos eum incoluisse montẽ. Suetonius uero scribit Vespaianũ imperatorẽ tem
plum diui Claudij in monte cælio ædificasse. & Iulius Capitolinus in rebus gestis Tetrici
tyranni, Tetricorũ domus fuit in monte cælio cõtra Lisiũ Metellinũ: habẽt etiã Marci Ci- *Tetricorum*
officia lib. III ubi uitia in uẽdendis prædijs indicanda ne sint disputat. Cũ in arce augutiũ *domus*
augures acturi essent, iussissentq; T. Claudiũ Centimanũ, qui ædes in cælio mõte habebat
demoliri eas, quarũ altitudo officeret auspicijs, emit Calphurnius Lanarius. Fuerũt quoq;
eo in monte Fauni Veneris & Turpitudinis aliorũq; deorũ ædes aræ & templa. Et urbis *Fauni Vene*
descriptio, quã Sexti Ruffi fuisse diximus credere, multa ponit publica in eo monte ædi- *ris ædes*
ficia, Macellũ magnũ, Lupanaria, Antrũ Cyclopis, Cohortes quinq; uigilum, Castra pe-
regrina, Spoliariũ & armamentariũ. De quibus quid habeamus cõpertum in posteriori-
bus dicemus. Nunc uero nostris Christiani ritus ecclesijs mons ipse imprimis est orna- lxxviij
tus. Nam ea in parte ad quã in pallatinũ montẽ uergens cliuũ Scauri habet, hinc monaste- *De ecclesijs*
rium est beati Gregorij in paternis ædibus ab eodẽ ædificatũ. Inde est sanctorũ Ioannis & *quas habet*
Pauli ecclesia, cuius superbi olim ædificij palatio, quod ex Romanis ponti. inhabitauerint *mons Cælius*
nõnulli, & nũc penè funditus diruto cõtinentur curiæ hostiliæ fundamẽta. Medio aũt in lxxix
eius mõtis dorso binæ aquæductus formæ superbissimi sumptuosissimiq; operis etiã nũc *De forma*
extant, quarũ unã cubitales literæ Caracalæ Antonini, quã in Capitoliũ perduxit: alterã à *Antoniana*
Claudio in auentinũ perductã, tituli eius imperatoris marmorea incisi tabula, quæ iuxta lxxx
Lateranẽse xenodochiũ cernitur, fuisse ostendũt. Quanq; ueteres illas fuisse credimus for *Hadrianus*
mas à Claudio Antoninoq; instauratas. Claudiam uero cum maiore ex parte corruisset, *Claudiã for-*
Hadrianus papa eius nominis primus, anno nũc sexcẽtesimo uigesimo instaurauit. Sũt *mam*

ad ipsas

lxxxi ad ipsas formas extructa, hospitale quod dicitur Saluatoris, & ecclesia sanctę Mariæ in do
Hospitale saluatoris minica, breui ut apparet ruitura. Alteraq; ecclesia sancti Stephani rotunda de ipso monte
Cælio cognomen habens, quā tecto nunc carētem marmoreis columnis & crustatis uarij
Ecclesia sanctæ Mariæ coloris marmore parietibus musiuoq; opere inter primas urbis ecclesias ornatissimā fuis-
se iudicamus, eaq; in Fauni æde prius fundata fuit. Simplicius primus papa aut extruxit,
Ecclesia sancti Stephani aut quod magis credimus exornauit. Cernitur nunc integra ad eius montis sinistrā san
ctorum quatuor coronatorum ecclesia, quam Honorius primus papa Romanus in castris
lxxxij peregrinis à fundamentis extruxit. Sed cum postea ad annū Christi octuagesimumquin-
Ecclesia sancto. IIII coronatorum tum supra millesimū ab Henrico secundo imperatore Theotonico destructa fuisset, Pasca
lis secundus papa eam instauratā pallatio, quod nunc cernitur insigni decorauit. Et sancti
Erasmi monasteriū quod in forma Antoniana cernitur Adeodati primi papæ opus fuit.
lxxxiij Proximum noui operis in monte Cælio est xenodochium Lateranēse, quod Romano-
Hospitale magnum Lateranense rum ciuium cura impensaq; ædificatū hospitalitatem seruat. Ventum est ad uenerabi-
lem ecclesiam Lateranensem capitum apostolorū, quæ seruat cæteraq; sanctimonia & ba
silicæ ædiumq; superbissimarū structura toto orbe celeberrimā. Ipsa ædes quod à Flauio
lxxxiiij Constantino data fuit beato Siluestro pontifici, Cōstantiniana basilica est appellata: ideo
De ecclesia Lateranēsi Lateranensis quoq; dicta, quod Lateranensiū nobilissimæ gētis illa fuerint palatia. Iulius
nanq; Capitolinus de Marco Anto. Aurelio dicit, Educatus est in eo loco in quo natus in
domo aui sui iuxta ædes Laterani. & beatus Hieronymus ad Marcellā, Quis credat mu-
lierem nobilem & potentem in domibus Laterani, qui Neroniano trūcatus est gladio pu
blice pœnitentiā egisse. Credimusq; illum fuisse, de quo Cornelius Tacitus in hæc uerba
lxxxv scribit, Suelio Cæsonio & Plautio Laterano mors remittitur: & paulo infra, Proximā ne-
Eugenius palatium Lateranense instaurauit cem Plautij Laterani cōsulis designati Nero adiungit, adeo propere ut non amplecti libe-
ros nō illud breue moræ arbitrium permitteret. Ea sicut Romanorū pontificum primaria
est sedes: sic ab eorum plurimis olim habitata fuit. Nuper uero pallatia tāto principatu di-
gnissima, q̄bus circūdata fuit basilica, maiori ex parte corruerāt, breui nullū alicubi passu-
lxxxvi ra habitatorē. Sed tu Eugeni beatissime pater aulæ uestigia primū, deinde alias circa par
Idem mo. ædificauit sūptuosissimum ticulas magno instauratas impendio perficere pergis. Monasteriūq; magni ac ut in æta
te nostra insani operis addidisti. cuius fundamēta cum in uineis altius effoderētur, quan-
ta ibi olim fuerit operū magnificētia ostenderunt, quādoquidem octonos denosq; pedes
sub uinea & horto defossa tellus aperuit fornices cameras pauimēta, & iacētes diuersi co-
loris columnas, exsectasq; marmore tabulas ingeniosiq; operis statuas, & alia quæ nō mo
do ætate nostra, sed multis ante seculis excitata cæteris in Italiæ urbibus superāt ædificia.
lxxxvij Visitur quoq; in Cælio monte portā inter nunc dictā maiorem, quā diximus olim fuis-
Amphitheatrum Statilij Tauri se Næuiam & amphitheatrū semidirutū, quod Statilij Tauri maiores appellauerunt san-
ctæ Crucis in Hierusalem ecclesia, Helenę Cōstantini Flauij genitricis opus. Coniunctūq;
est monasteriū quod Carthusiensibus nūc incolitē. Nam ecclesiā in pallatio Sosoriano ædi
lxxxviij ficatam scribit, in Romanorū pontificū rebus gestis Petrus Lateranēsis ecclesiæ bibliothe
Ecclesia sanctæ Crucis carius, & alios scriptores affirmare uidemus Veneris & Cupidinis templa simul eo in lo-
co fuisse coniuncta. Exquiliarū deinceps ædificia inuestigemus. Exquilias esse montes
lxxxix duos ex Marco Varrone ostēdimus: celebrior tamen pars fuit, quæ à foro Traiani & tur-
Carthusienses ribus quas nunc comitum & militiæ appellamus, incipiens per montem cui caballo nūc
est appellatio ad thermas Diocletiani protenditur, desinit ad portā olim exquilinam nunc
lxxxx sancti Laurentij aut taurinam. Ab Diocletiani uero thermis cōtinuat altera exquiliarum
Quid in exquilijs pars per montem, qui nunc habet celeberrimā sanctæ Mariæ maioris basilicam: protendi
tur per sancti Antonij, sanctæ Praxedis, sancti Viti, in macello sancti Eusebij ecclesiarum
fines ad ipsa C. Marij trophæa: quousque Lauicanam offendit uiam, quæ ab amphithea-
tro, siue ut nunc dicitur colosseo incipiens, & ad sanctorum quadraginta martyrum, Cle
mentisq; ac Petri & Marcellini ecclesias continuans, priusquam Næuiam olim nunc ma-
iorem attingat portam, Cælium montem dirimit ab ipsis exquilijs. Nec tamen mons qui
secundum eam uiam hinc ad sanctorum quadraginta martyrum & Clemētis, inde ad uin
cula Petri & Martini in montibus perducitur, ad C. Marij trophæa in exquiliarum par-
te admiratus est: sed primum habuit Carinarum nomen. Esset nobis nunc institutum su-
pra morem secuturis quid exquiliæ uel uetusti uel noui operis ædificiorum habeās expli-
candum

candum. Sed quod nonnullos fore non ambigimus qui aliam exquiliarum designationis,
quàm nostrã autoritatẽ exquirant, duos qui sunt ex uniuersa urbe reliqui colles ostendi/
mus, certa quorum descriptio certissimas ostendet exquilias. Vidimus à Marco Varrone
& Tito Liuio Capitoliũ, Auentinum, Pallatinum, Cælium & Ianiculum montes, partim
in primam urbem cõclusos, partim à regibus additos. Scribit uero Liuius libro primo, Ser
uium regem cum amplificãdæ urbi animum adiecisset, addidisse duos colles Quirinalem
Viminalẽq;. Inde deinceps auxisse exquilias, ibiq; ipsum ut loco dignitas fieret habitasse,
aggere fossis & muro circũdedisse urbem. Cum ergo Quirinalem collẽ satis supra osten xci
derimus illum esse qui à porta Flumẽtana, nũc populi ad Collinã usq; nũc Salariam perti/ *Quirinalis*
net, cõstare est necesse Viminalem qui simul cũ illo urbi additus fuit cõiunctum fuisse. Et *& Vimina/*
sic collis qui post sanctam Susannã secundũ hortos Salustij protẽditur, & Viminalis fuit, *lis*
& portæ in quam desinebat, nũc partim dominæ partim sanctæ Agnetis partim Numen/
tanæ Viminalem dedit appellationem: cõsequensq; & necessarium fiet ut postq; Seruius
Quirinali & Viminali addito deinceps auxit exquilias, ceperit bifurcatũ qui ad Cælium
interiacebat montem: nec illi alij quàm duo exquiliarũ montes esse ullatenus potuerunt.
Interiacẽs uero bifurcatas sicut diximus exquilias mõticulus, in cuius parte sancti Lau xcij
rentij in panis perna monasterium uisitur Suburræ uocabulo comprehensus fuit. Nec *Quid Subur/*
uero nos fugit descriptos supra montes adeo inter se alicubi continuatos, ut nec ab inten/ *ra mo. sancti*
tius inspiciente nunc eorũ diuisio secerni nec satis intelligi possit. Quamobrem uelim me *Laurentij*
cum peritiores cõsiderent, tales eiusmodi cõtinuationis montiũ causas fuisse, à quibus ur/ xciij
bem Romã supra illorũ qui ipsas ignorant causas fidem obstupendã admirabilemq; fuis/ *Montes qua/*
se. Primũ quia Quirinalem collem ad portam usq; olim Flumentanã uel Flaminiam quæ *re secerni nõ*
nunc populi dicitur protendi diximus, nos ita corrigimus ut collis quẽ Quirites appella/ *possunt*
ri Quirinalem fecerũt, tumulum fateamur à Tarquinio Prisco additum, de quo Plinius li
bro tertio describẽs inquit, Clauditur Roma ab oriẽte aggere Tarquinij Superbi inter xciiij
prima opera mirabilia. Nanq; eum muris æquauit qua maxime patebat aditu plano: estq; *Quid agger*
is tumulus quem monasterio nunc sanctæ Mariæ in populo supereminentem ad Pincia/ *Tarquinij*
ni usq; pallatij fundamenta protendi uidemus. Quemadmodum uero Quirinali iugo qui
omnium urbis montium parte una caput erat, agger ille mirabili ac insano opere est addi
tus, ita conualles riuiq; quibus alibi dirimebantur montes iactis fornicibus sunt æquati: &
nedum riuis ipsis & depressis locis superimpositi sunt amplissimi fornices amplioribus
postea ædificijs onerati: sed ipsis etiam montiũ uisceribus excauatis perfossisq; tota pene
urbs pensilis est facta. Sunt enim Liuij I I ab urbe cõdita libro hæc uerba: Tarquinius xcv
foros in circo faciẽdos & cloacam quæ maxima receptaculum purgamentorũ omniũ ur *Vrbs pensilis*
bis sub terram agendam, quibus operibus uix noua hæc magnificẽtia quicquam adæqua
re potuit. Et Plinius libro tricesimosexto, Præterea cloacas operum omnium dictu maxi
mum, suffossis montibus atque ut pauloante retulimus, urbe pensili subtusq; nauigata. Id
Marcus Agrippa fecit in ædilitate post cõsulatum corriuatis septem amnibus cursu præ/
cipi torrentum modo radere atq; auferre omnia coactis.

SED iam montis exquiliarũ quirinalis & uiminalis colliũ ac carinarũ & suburræ mon xcvi
ticulorũ uetusta ac noua describemus ædificia, futurũ confisi ut pridem nobis sicut & *Quid in ex/*
multis esse uidemus obscuram clarissimorum olim locorum noticiam non parua ex parte *quilijs*
ante oculos ponamus. Eam exquiliarum partem quam ad turres comitum militiarumq;
diximus inchoare, nunc omittemus: & ad fori Traiani, cuius pars fuerunt, descriptionem xcvij
ipsam reseruabimus. Prima eius montis ædificia, quorum ad dextram maximæ cernun *Corneliorũ*
tur ruinæ, Corneliorum gẽtis domus fuerunt: nec facile tota in urbe cuiuspiam priuati ui *domus*
ri, aut alterius familiæ domus tam certa cognoscitur: retinet priscum nomen uicus Cor/ *Vicus Corne/*
neliorum dictus: retinent etiam ruinæ quas uulgo Corneliorum thermas appellant. & in/ *liorum*
gentia quæq; ædificia thermas nunc ab imperitis appellari fecit magnitudo thermarum *Thermæ Cor*
Antonini & Diocletiani imperatorum, de quibus suo loco diffuse dicemus. Visuntur *neliorum*
ea in Corneliorum uia ad sinistram statuæ ingentes duæ colosseæ senum seminudorum, xcviij
qui cum reliquo iaceant corpore, pectus à strato caputq; brachiorum altero sustentant, al *Statuæ iacen/*
tero cornu copiæ muniuntur. Eas Saturni Bachiq; statuas fuisse Apollodorus quidã qui *tes in mõtibus*
Romam annum ante centesimum descripsit, affirmat, additq; proximis in ruinis, quarum
fronti/

xcix frontiſpitiũ non omnino corruit eorũ deorũ templa fuiſſe. Proximo ac penè cõtiguo lo
Caballi Praxitelis & Phidiæ co ſunt lapidei Caballi, Praxitelis unus, alter Phidiæ, ut tituli indicãt, opera ſanè tantis opi
ficibus digna: ꝙ nullus ante actis ſeculis inuentus eſt, qui nedum ea magnitudine omnem
uiuentiũ formam ſuperãte, ſed uel minima aut mediocri ſtatura equum ſimilem uel ſaxo
excidere uel æramẽto fundere aut cudere nouerit. Tiridatis eos regis Armeniorũ fuiſſe,
Sex Ruffi deſcriptio innuit. Fuitq; is Tiridates rex, quem ut Romã uenturũ Nero, laute
exciperet theatrũ Pompei unius diei opera totum inauraſſe, Cornelius Tacitus & Plinius
ſunt auctores. & quidem Praxitelis & Phidiæ opera multas ſtatuas multa ſigna Romam
à multis & ab ipſo Tiridate ex Aſia, Græciaq; fuiſſe aduecta Plinius ſæpe ac diffuſe ſcri
bit. Eadem in exquiliarũ parte quà eo ex monte proſpectus eſt in depreſſam urbis par
c tem, hortorum Mœcenatis uiſuntur reliquiæ, adeo etiã nũc ſuperbæ, ut cætera quæ ubiq;
Horti Mecœnatiani habet Italia noui operis ſuperent ædificia: ut non immerito Horatius Mecœnatẽ in Odis
redarguerit, quod nimis ſumptuoſus eſſet in ædificando, maxime cum eſſet ſenex. Suntq;
bi uerſus, Nõ ebur neq; aureum mea renidet domo lacunar, nõ trabes hymetiæ premunt
columnas ultima reciſas Aphrica. & in eadem Oda, Tu ſecãda marmore locas ſub ipſum
funus, & ſepulchri immemor ſtruis domos. In alia autem Oda, Molem propinquam nu
Turris ex qua incendiũ ſpectauit Nero bibus arduis omitte mirari beate. Extat penè integra turris, ex qua Suetonius Trãquillus
Neronem ſcribit ſpectaſſe urbis incendium, & in ſcænico habitu decãtaſſe. Quam turrim
uulgo nunc uerbo ut fermè in omnibus multarum ſyllabarũ nominibus aſſolet ſyncopa
to Meſam pro Mecœnatianam appellant. Sicut pontem miluium pari corruptela molem
dicũt. Nec eſt in ea regione fœmella, quæ quid fuerint illæ ingẽtes ruinæ interrogata, non
dicat eam fuiſſe turrim, ex qua Nero crudelis urbem incẽdio flagrantẽ ridens gaudensq;
ſpectauit, cernere nec eſt alius in Roma locus è quo tota urbs ſub aſpectu ueniat. Incolit
ea hortorum Mecœnatis ædificia, & quantum opes ſuppetunt, inſtaurat alter noſtri ſe
culi Mecœnas, ſummæ humanitatis liberalitatiſque uir & ſtudiorum humanitatis appri
me doctus, cultorũq; amantiſſimus, Proſper Columnenſis ſanctæ Romanæ eccleſiæ car
dinalis: adeoq; purgando & inſtaurando illis in ædibus profecit, ut ſubiectæ montis exqui
liarum radicibus areæ & incipientis ab ea in ſummam ædium partem aſcenſus pauimen
ta marmoreis uarij coloris teſſellis cõpacta uiſantur, & ab omnibus quoquot Romanam
curiam aut inhabitãt aut aduẽtant uiris ingenio doctrina & uirtute præditis ſumma cum
delectatione calcentur. Nec moueat quenquam cui Romanorum rerum monumenta mi
nus ſint familiaria, quod diximus hortos tam ſuperbis ædificijs eſſe ornatos. Quod enim
Plinius quaſi indignãter libro XIX ſcribit, Cum prius horti agri pauperis eſſe cõſueuiſ
ſent, Romani hortorũ nomine, tunc in ipſa urbe delicias agros uillaſq; poſſidebãt. idq; nõ
ſolũ in Mecœnatianis, ſed in Saluſtianis Seruilianiſq; hortis apparet, quibus pauca in ur
ci be Roma paris magnitudinis ædificia fuiſſe uidemus. Habuit tertiũ iſta exquiliarũ pars
Habitauit Virgilius in exquilijs. maximũq; ornamentũ, quod inter Corneliorũ & Mecœnatis domos Virgilium poetam
Mantuanum habitaſſe conſtat. Scribit enim Donatus grãmaticus in illius uita, habuit do
mum Romæ in exquilijs iuxta hortos Mecœnatis. Quanquam ſeceſſu Campaniæ & Si
ciliæ plurimum delectaretur. contraq; ad eum qui ſequitur ut conijcio locum infamia duo
cij monumenta exquiliæ habuerunt. Malæ fortunæ fanum de quo Plinius libro II ſcri
Malæ fortunæ fanum bit, & ſceleratum uicum: quem qui Liuium primo libro accurate perleget, ſub eadem ex
quiliarum parte, & ubi nunc Inturnæ corrupte dicta Triuij regio incipit, intelliget fuiſſe.
Vicus ſceleratus. Prius uero quàm urbs Roma luxũ haberet, quem imperatores urbem triumphãtes in
uexerunt, ornatæ fuerunt exquiliæ ruſticis uiris terram egregie, ac ſumma cum illius tem
ciij poris laude colentibus. Nam Plinius cum libro XIX dixiſſet, Agrum male colere, cenſo
Qui ex Romanis boni coloni rium probrum iudicabatur: atq; ut refert Cato cum uirum bonũ colonumq; dixiſſent, am
pliſſime laudaſſe exiſtimabãt: inferius addit: Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eorũ qui rura ha
bitabant. Itaq; quatuor ſolæ erant à partibus urbis quas habitabant dictæ: ſuburrana, palla
tina, collina, exquilina. Sed quamprimũ cœpere uiri triumphales aut ipſi imperatores in
ſanæ molis extruere ædificia, quorum nunc ruinas tantopere admiramur: ceſſerunt colo
ni & in agros ſuburbanaq; delati, alterã penè Romam quæ eſſet extra mœnia in circuitu
conſtruxere: quod enim in hortorũ Mecœnatis deſcriptione ſupra dicere omiſimus, cum
Horatius in Odis multis uerbis diſſuadere conatus eſſet Mecœnati ne tam inſanas domo

rum

rum extructiones faceret. addit hos uersus. Quid quod usq; proximos reuellis agri termi/nos, & ultra limitem clientiũ salis auarus. pellitur paternos in sinu ferens deos, & uxor & uir, sordidosq; natos. Quãmultos etiã in agros suburbana'q; compulisse credimus siue ho nesto natos loco siue plæbeios & rusticos, Diocletianum imperatorem ut thermas in ex/quilijs ędificaret: quas nec barbari uictores irati, nec uetustas, nec improba manus eorum qui lapides ac marmora in alias sordidissimas extructiões asportarunt, ita per annos mille & supra centum triginta post Romani imperij inclinationem demoliri potuerunt: ut non admirabile etiam nunc extet ædificiũ, & tale cui quatuor simul maiora quæ nunc habeat alibi Italia principum uirorum palatia magnitudine & operis sumptuositate nullatenus æquiparanda sint. Nec satis tamen scimus si Trebellius Pollio recte opinatus erat, qui in triginta tyrannorũ gestis rebus de Pisone scribit: quadrigas eius cum statuis ex marmore fuisse ubi postea Diocletiani thermę sunt ædificatę tam æterni quàm sacrati nominis. Ipsis in Diocletiani thermis ecclesia nunc est penè destructa sancti Cyriaci, quę cardinalatus est titulus. fuitq; à principio in ipsarum thermarũ ædificatione cum Maximinus a Diocletia/no Cęsar dictus festum christianos diem celebrare uidens, quæstionibus subiectos & ido/la spernentes occidit. Sed dicenda de thermis quæ multa sunt in hunc librum congerere ni mis fuerit. Igitur ea in alium uolumen ducimus reseruanda.

ciliï — De thermis Diocletiani — Ecclesia sancti Cyriaci

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS INSTAVRATAE ROMAE LIBER SECVNDVS

THERMAS in urbe duodecim fuisse compertum habemus, Agrip/pinas, Neronianas, Titi Vespasiani, Domitianas, Antonianas, Ale/xandrinas, Gordianas, Seuerianas, Diocletianas, Aurelianas, Cõstan tinianas, & Nouatianas. Quarum loca pro posse indicabimus, quom aliqua prius de earum institutionis ratiõe fuerint explicata. Primum thermæ uerbum à Græco quod calidum significat tractũ habet. Vn/de thermas proprie à latinis appellatas uidemus loca quæ calentibus aquis, aut ipso sine aquis fornice igne calefacto lauandi sudandiq; usibus deputata sunt. Romanis aũt siue adhuc sancta in morum seueritate illa quam rei P. tempora habuerunt, siue sub principum fastu frequentem ac propè quotidianum fuisse la uandi usum omnibus qui illorum gesta perlegerunt est notissimum. hinc & si unusquisq; uel mediocriter diues ciuis priuatum habuerit, multa tamen balnea publice sunt instituta, in quibus plebs ad libitum lauaret. Extat M. C. epistola per quam Terentiam uxorem monet ut curet labrum in balneo esse. Extant etiam aliæ eiusdem ad Q. fratrem Asiæ pro/consulem, quibus illum facit certiorẽ de balneis quas in arpinate extrui curabat. Primus uero omnium stante re pu. Sergius Orata sicut Valerius Maximus lib. VI scribit, balnea pensilia facere instituit. Re postmodum ad principũ luxuriam perducta, nihil magis po/pulare factitarunt illi quàm quom promiscue cum uulgo lauabant. Hinc est illud Helij Spartiani de Hadriano: publice & frequenter & cum omnibus lauit, ex quo ille iocus bal/nearis innotuit. Nam quom quodam tempore ueteranum quendã notum sibi in militia dorsum & cæteras partes corporis uidisset atterere, percontatus cur se marmoribus di/stringendum daret, ubi audiuit hoc iccirco fieri quod seruum non haberet, seruis eum do/nauit & sumptibus. Verum quom alio die complures senes ad prouocandã liberalitatem principis parieti se attererent, euocari eos iussit, & alium ab alio inuicẽ defricari. & Iulius Capitolinus scribit, M. Aurelium Antoninum philosophũ modestiæ cõsulentem tria prin cipaliter correxisse, quod matronarum mores defluentes composuit, in ciuitatibus sederi in equis aut uehiculis prohibuit, & lauacra mixta submouit. Cõmodum autem imp. scri/bit ipse Capitolinus septies in die lauasse, & ibi comedisse, eiusq; successorem in imperio Pertinacem, quom in multis esset modestissimus, tamen in balneis publice die natalis ur/bis cõmodianis ministris lauisse. Idemq; Capitolinus Gordianum iuniorem lauisse in die septies æstate, hieme bis uel tertio. additq; infra. Quom iret ad hortos sui nominis omnia officia sequebantur, Ibant prefecti & magistri officiorum, omnes adhibebantur conuiuijs & natationibus lauabant simul cum principe. admittebantur etiam sępe mulieres pulchrę & puellæ & cum his anus deformes, idq; quom faceret, se iocari dicebat. Principum ergo

Thermæ quot — Diffinitio thermarum

ea luxuria perducta ut nulla in re modestiam sobrietatemq́ seruarent, thermarum illi &
balneorum sicut prius hortorum multi ciues fecerant modum mensuramq́ excesserunt.
Itaq́ thermarũ nomine insana sunt extructa à multis ædificia. de quibus dicit Ammianus
ij Marcellinus libro XVI: Lauacra in modum prouinciarum extructa. Erant uero ipsis in
Erant in ther- thermis ad lauandi usus balnea. & ne dum plano in solo undiq́ exposita, sed etiam pensi-
mis balnea lia, quod facile adhuc poterit intelligere, qui fuliginosos fornicum cannales quibus emissa
defluebat aqua in Diocltianis thermis inspexerit: principibus ut credo indignum existi-
mantibus luxu imperatorio, si quod ausus est Sergius Orata ciuis, ipsi ad luxuriam omi-
sissent. Erant etiam in thermis areæ amplissimæ porticibus circundatæ spaciosissimis, ca-
merataq́ superbissimis fornicibus ędificia in circuitu habentes, in quis columnarũ diuersi
coloris marmorearũ ordines immensarum fuisse hinc constat: quod etiam nunc nonnullæ
stant. nonnullæ iacentes columnæ partim integræ partim comminutæ loco cernuntur,
iii nonnullas alias in basilicarum ædificia scimus fuisse translatas. Erant etiam nemora,
Erant Nata- erant natatoria populi ludis delicijsq́ exposita. Licet uero eam extructionum insaniam à
toria luxu sicut diximus profectã sciamus, ipsa tamen nonnullos principes bene & utiliter usos
iiii esse uidemus. Quod dum popu. Ro. in eas cõueniens ædes lauat & ludit, colludentes spe-
Thermis ali- ctat, & interim hyeme frigora, æstate caumata mitigat, quietiorem ubiq́ ciuitatis statum
qui bene usi reddit. Qua ratiõe circos, theatra, amphitheatra à principio instituta, suo ostẽdemus loco.
fuerunt Quantum autẽ attinet ad thermas Helius Spartianus in Alexandri Seueri principis præ-
v stantissimi uita multa dicit. Ex quibus quanta thermarum amplitudo, & quem in usum à
Thermarum principio fuerint institutæ, melius est quàm alibi intelligere. & quędã Spartiani uerba plu-
amplitudo ribus dispersa locis libet inserere: Alexãder balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit. quod
quidem prohibitum iam ante Heliogabalus fieri permiserat. Bractea riorũ, uitriariorum,
pellionum, claustrariorum, argentariorum, aurificum, cæterarumq́ artium uectigal pul-
cherrimum instituit, ex eoq́ iussit thermas quas ipse fundauerat & superiores populi
vi usibus exhiberi. Siluas in thermis publicas deputauit: addidit & oleum luminibus therma-
Thermæ quã- rum, quom antea non ante auroram paterent & clauderentur ante solis occasum. Et infra:
do populi usi- opera ueterum principum instaurauit, ipse noua construxit. In his thermas sui nominis iu-
bus permissæ. xta eas quæ neronianæ fuerant: nemus thermis suis de priuatis ædibus quas emerat diru-
tis ędificijs fecit. Antonini Caracali thermas additis natatorijs perfecit & ornauit. Alexan-
drinum opus de duobus marmoribus hoc est porphiriticio & Lacedæmonico primus in-
stituit etiã pallatio exornato. & alibi: thermis & suis & ueterum frequenter cum populo
vii usus est. æstate maxime balneari ueste ad pallatium reuertens. præpostero itaq́ ordine si-
Alexandrinæ cut in Diocltiani thermis incepimus in istis continuantes, Alexandrinas eas fuisse ther-
thermæ mas quarum ingentes ruinæ ab ecclesia sancti Eustachij & ædibus Ioannis Baroncelli iu-
risconsulti, & à campo sanctę Marię rotundæ, hinc ad Aenobarborũ siue ut uulgus appel-
lat longobardorum plateam & circum Flamineum nunc agonem, inde ad binas penè tur-
res Ioannis Moroni protonotarij reatini uarijs in locis uidemus attolli. Quod autem Ale-
xandrinæ fuerint hæ & non aliæ colligimus ex descriptione Sex. Ruffi nonæ regionis cir-
ci Flaminij in qua Pantheonem & binas thermas Agrippinianas & Alexandrinas ponit.
Itaq́ coacti binarum huiusmodi thermarum ratione præpostero item ordine utrasq́ indi-
viii cabimus. Marcum Agrippam ædificasse Pantheon, quæ nunc est sancta Maria rotunda:
Agrippinæ & si propè uulgo notoriũ est, tamen suo ostendemus loco. Quando itaq́ ad Pantheon &
thermæ Circum Flãminium binas fuisse thermas agrippinianas & Alexandrinas Sex. Ruffi descri-
ptio urbis habet: uerisimile est agrippinas fuisse quas nunc Pantheon contiguas è regione
mineruæ conspicuas ædes portiorũ & Cincij rustici collegę nostri, & Baptistæ lænis atq́
etiam Georgij Cæsarini protonotarij uidemus esse complexas. Quibus quidẽ in agrippi-
nianis thermis scribit Pli. XXXVI Marcum Agrippam conditorẽ arcus, & pauimenta
ex uitro posuisse. Itaq́ relinquitur eas quę pantheon & Circum Flaminiũ intercedant: su-
periores apud sanctũ Eustachium ostensas huiusmodi ingentiũ thermarum ruinas fuisse
ix sicut diximus Alexandrinas. Antonianæ thermæ Bassiani Antonini Caracalæ opus, qua-
Antonianæ rum superiori loco ex Helio Spartiano facta est mentio, nunc etiam sunt notissimæ. suntq́
thermæ in regione olim piscina publica & ad uiam ardeatinam. ubi hinc ad septentrionalẽ plagam
ecclesia est sanctæ Priscæ: inde ad orientem solem sanctorũ Nerei & Achilei ecclesia atq́

sancti

sancti Syxti monasteriū ipsas thermas è regione respiciunt. de his Spartianus in ipsius An
tonini Caracalæ uita scribit. Opera Romæ reliquit thermas nominis sui eximias quarum
cællam Soleurem architecti negant posse ulla ratione fieri nisi qua facta est. Nam ex ære
uel cupro cancelli suppositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita est: & tantum x
est spacij, ut ad ipsum potuisse fieri negēt docti mechanicis. Thermis iam quatuor ordine *Neroniane*
quod incidentia exegerūt peruerso indicatis alias ostendere aggrediamur. Et primum de *thermæ*
Neronianis id solum habemus quod supra Helius Spartianus dixit: Alexandrū ubi Nero
nianę fuerant suas ædificasse. De Titi Vespasiani thermis quando describemus amphi xi
teatrum nunc Colosseū, apud quod eas Suetonius fuisse scribit, quod habemus cōpertum *Titi Vespasia*
aperiemus. Certam uero & amplam Domitiani siue thermarum siue operum noticiam *ni thermæ*
habemus. Namq; Petrus bibliothecarius Siluestrū papam dicit ecclesiam ædificasse, quæ xij
postea fuit in thermis sui nominis Domitianis. & Suetoni⁹ scribit Domitianū edidisse na *Thermæ Do-*
uales pugnas penè iustarum classium, effosso & circunstructo iuxta Tyberim lacu. Et infe *mitiani & a-*
rius: Flauiæ templū gentis & methodium & naumachiam ab eodem fuisse extructa. nos *lia opera*
uero quadratos lateres amplissimos ex ruinis quæ ecclesiam sancti Siluestri eiusdem mo-
nialiū nunc celebre monasteriū sepiūt, extractos uidimus, quorū pars literas habet à figulo
priusq; cementū exsiccaretur impressas in hæc uerba. Domitiana maior pars: Domitiana
minor. unde cōiecimus quicqd siue thermæ siue methodiū siue Naumachia fuerit Domi
tiani opera teneri debere omnia, quę ad sanctū Siluestrum undiq; nunc cernūtur: quamq; xiij
effossi circa uel propè tyberim lacus in quo præliū nauale & naumachiā ediderit, uestigia *Naumachia*
extant certissima uineis tecta inter flamineā uiam & collem nunc Pincianū ad ipsum san- *Domitiani.*
cti Siluestri monasteriū pertinentia. Nec dubitamus quin triumphalis ex marmore arcus xiiij
ille qui nunc penè integer cernitur triphali dictus: ecclesias inter sanctorū Siluestri & Lau *Arcus Domi-*
rentij in lucina, uiā amplexus flaminiā, domitiani fuerit honori positus: in quo ipsum cer- *tiani trium-*
nere est, qualis à Suetonio describitur, statura procerū, sed tunc sedentē dormientemq;, & *phalis*
Mineruā quam superstitiose colebat, somniantē excedere sacrario, negantēq; se ultra eum
tueri posse ꝙ exarmata esset a Ioue. Vt cōsequens etiā sit magnos fornices & amplissima
fundamenta super quibus ædificatū est nobile pallatiū, quod Ioannes ex Gallijs Picardus xv
cardinalis morinensis nunc habitat, Domitiani operū partem esse: id pallatiū ad annū salu *Palatium san-*
tis trecentesimū supra millesimū à cardinale anglico in prædictis Domitiani operū ruinis *cti Laurentij*
ædificatū, Ioānes cardinalis Rotomagensis anno nunc x x multa impensa adauxit: quod *in lucina*
nuperrime Ioānes cardinalis morinēsis supradictus tanto ampliauit ornauitq; impendio,
ut nullā præter pontificale palatiū sancti Petri domū urbs Roma nunc habeat pulchriorē. xvi
De thermis seuerianis nihil aliud certi habemus: q; Seuerum Afrum imp. illas in transty *Thermæ seue*
berina regione sicut Helius Spartianus scribit ædificasse. De Gordianis uero thermis Iu *rianæ*
lius Capitolinus pauca scribit, sed ualde admiranda. Nam quom dixisset domū gordiano xvij
rum tunc extasse prænestina uia ducentas colūnas uno stilo habentē: addidit & thermas *Thermæ gor-*
ibi fuisse quales præter urbē tunc nusq; haberet orbis terrarum. Cum itaq; prænestina uia *dianæ*
fuerit quę ad portā exquilinā nunc sancti Laurentij ducit, & domum speciosissimā & ther
mas gordianorū fuisse oportebit, ubi nunc post sanctū Eusebium multæ & maximæ cer- xviij
nuntur ruinæ. Scribit Flauius Vopiscus syracusanus Aurelianum principē thermas fe- *Aurelianæ*
cisse in regione transtyberina hiemales, ꝙ aquę frigidi aeris illic deessent. Cōstantinianas *thermæ*
thermas ad Apollodoro traditum legimus fuisse in exquilijs ubi nunc equi marmorei Pra
xitelis & Phidię opera cernunt. Extant uero in porticu equis illis cōtigua statuę quatuor xix
marmoreæ pedestres, quarū basibus Constantini nomen inscriptum est. sed apud nullum *Cōstantinia*
ueterum scriptorē inuenimus Constantini thermarū mentionē esse factam: præterq; apud *næ thermæ*
Ammianum Marcellinū lib. x x v i i: quō multa dixisset de Lāpadio urbis pręfecto hæc
ponit uerba: Hic pręfectus est motibus crebris urbis agitatus: uno omniū maximo, quom
collecta plebs infima domum eius ꝓpe Constantinianum lauacrum iniectis facibus incen
derat. Thermarum quas ultimo loco Nouatianas appellari diximus: meminit Petrus La xx
terañ. ecclesiæ bibliothecarius, siue ille scriptor beatus Hierony. siue beatus Damasus pa *Nouatianæ*
pa fuit in uita Pij papæ, qui patria Aquileieñ. fuit, à beato Petro x i. pō. Ro. Ipsum enim *thermæ*
Pium pontificē scriptum est rogatu sanctę Praxedis dedicasse ecclesiā thermas Nouati in
uico patricij in honorē sanctæ Pudētianæ sororis suæ. Sed in gestis martyrij beati Laurētij
legimus monasterium monialium sancti Laurentij in pane & perna ædificatū esse in ther

x 2 mis

xxi mis Olympiadis. Videmus unas atq; easdē ruinas, quæ certe sunt maximæ & insignes, dictum monasteriū sancti Laurentij & simul sanctæ Pudentianæ ecclesiā pallatiumq; fuisse
Ecclesia S. Pudentianæ complexas, ut unæ potius q̄ duæ fuerint thermæ. Quamq; in tanta tamq; mirabili ruinarum confusione quā nunc habet urbs Romana, ubi duo aut plura aut multa fuerint ædificia discerni non potest. Sicq; aliarum ruinarū multitudo, quę in monte suburræ a monasterio sancti Laurentij prædicto, hinc in uiā olim patricij uicū dictā, qua itur ad sanctā Mariā maiorem, inde uergit in plana Suburræ: si Decij imperatoris sicut Apollodorus tradit pallatium fuerunt, binas Nouati & olympij thermas paruas fuisse relinquit. Sed de thermis
xxij Thermæ olympiadis

xxiij Trophæa C. Marij satis supraq; multa sunt dicta, ad exquilinarū montē unde discessimus redeundū est. Trophęa C. Marij de Iugurta, deq; Cymbris atq; theutonis quę nunc ecclesias inter sancti Eusebij & sancti Viti in macello cernunt, & Cymbra dicuntur, C. Cæsarē instaurasse, quum a Sylla fuissent disiecta, autor est Suetonius. quorū uocabuli exposita ratio faciet, ut multi ignorantes quid ea fuerint intelligant. Quosdā enim ex his qui peritiores esse creduntur,
Trophæum unde tenere & affirmare uidimus illa marmora duo in qbus scuta, thoraces, galeę, & alia cernuntur arma, Marij esse armati statuas, uetustate cōminutas. Sed Nonius Marcellus hæc habet uerba. Trophæi significationē primam Varro in humarco ostendit. Fuga hostiū Græce uocatur strophe, hinc spolia capta fixa stipitibus appellant Trophæa. Alias habēt exquiliæ uetustas spectādasq; insignis olim ædificij ruinas, in quibus tamen cameratus fornix est penè integer. quo post Pantheon nullus nūc in urbe uisit excelsior. Eas uulgo Gal
xxiiij Basilica Caij & Lucij lutij thermas appellari uidemus. fuitq; ea insignis basilica: quam Suetonius scribit C. Cæsarem Caio & Lucio nepotibus extruxisse. Macellum item qd' lidiæ dictum est: in exquilijs fuisse hinc constat: q ecclesia sancti Viti & arcus illi cōtiguus uiam cōplexus prænesti
xxv Macellum ubi & quid nam in macello cognominatur. affert autem M. Varro eius uerbi hanc expositionē. Hæc omnia post cōtracta in unū locum quæ ad uictū pertinebant: & ædificatus locus macellū appellatus, ut quidā scribūt, q ibi fuerit hortus. alij q ibi dom9 fuerat ciuis, cui cognomen fuerat macellus: quę ibi publice sit diruta. ex qua ædificatū hoc quod uocetur ab eo macellum. hinc Helius Spartianus dicit heliogobalū imperatorē luxu insanientē quom per macellū transiret, miseratū populi conditionē: q .s. eo inauditis incredibilibusq; debacchante conuiuijs, quæ integrū continuabātur diem, pars Romani populi emendis uendendisq; parui precij olusculis, aut alijs minutis rebus adulando blandiendóue, aut garriendo fallaciasq; struendo in macello detineretur. Fuit uero arcus ille ut extantes adhuc indicant li-
xxvi Arcus S. Viti terae, positus honori Galieni imperatoris. Post exquilias reliquū est ut Viminalis collis
xxvii Quid fuerit in uiminali colle. ædificia quæ habuerit dicamus: nihilq; aliud certū est quàm tres illū collem omniū totius urbis speciosissimas domos, sicut Pli. lib. xvij. scribit. habuisse: M. Crassi oratoris unam, aliamq; pręstantiorē Q. Catuli illius qui cum C. Mario cymbros fudit, ac postea tegulas ca pitolij inaurauit ipsumq; Capitoliū spolijs Cymbricis adornauit. Tertiā multo pulcher-
Lex Aquilia rimam C. Aquilij equitis Romani: quē clarissimū fecit iuris ciuilis scientia. Isq; fuit quem Marcus Cice. in Officijs dicit legem de dolo malo tulisse, cuiusq; ad legem aquiliā extantium adhuc legum particula est notissima. Earum uero insigniū domorū quædam fundamenta subterranea uinetis cōtectau nunc ad sanctam Susannam cernuntur. Sed nec ipsa-
xxviij Horti Salustiani rum nec aliorum ædificiorū multæ ipsis in uinetis eminētes supersunt reliquiæ. Salustiani autem horti, quorum ingentium ut in tota ruinarū urbe uulgo nomen est notum, in uiminali ne an in quirinali colle, an in utroq; fuerint, non satis indicare possumus. Magnæ autem & obstupendæ sunt ipsorum hortorum quas adhuc extare uidemus murorum fornicumq; reliquias: quæ a uiminali olim, nunc sanctæ agnetis porta, in collinam nunc Sa-
xxix lariam ad sanctam Susannā propemodum extenduntur. In Quirinali colle quid olim
Quid fuerit in quirinali colle fuerit sitq; ad præsens satis diximus, quom portæ Collinæ certitudinē loci ostendere conati fuimus. & præterea Liuius in bello macedonico dicit Aedem fortunæ primogeniæ fuisse in colle Quirinali, quam bello punico uotam Cn. Domitius prætor urbanus dedicauit. Vrbis Romæ montibus thermisq; simul, quoad potuimus indicatis: carinas suburramq; ac tabernolam sacramq; uiam simul ostendere cogemur, quod quatuor ea celeberri
xxx De carinis suburra tabernola sacra uia ma urbis loca M. Varro etiam simul describit. Nam quom libro IIII de lingua latina de partibus urbis multa diceret, quæ non minus tūc uetustate obsoluerint, quàm nobis nunc penè perierint ea quæ ipsius Varronis ætate noua & integra erant: aliqua scribit ex quibus elicitur ea loca quæ sunt plana exquilias inter & montem cælium, ubi nunc monaste-

rium

rium eſt monialium ſancti Andreæ, quà. ſ. Lauicanam uiam interſecat cliuus à Marij
trophæis ad Lateranenſe palatium ducens: fuiſſe tabernolam urbis regionem ſic appella-
tam: quę pars tota uineis cannetiſq; plena proximum ſatis priſco merulanę nomen habet,
à quo tabernolæ loco uult Varro incipere Carinas, quarum longitudinis pars poſtrema xxxi
ſit, ad quam uiæ ſacræ caput incipiebat: quam quidem uiam inde dicit ſacram fuiſſe ap- *Via ſacra un.*
pellatam, quod per eam ab arce ad augures ſacra quot menſibus ferebâtur. & addit ſacræ
uiæ partem ſolam tunc fuiſſe uulgo notam, quæ eſt à foro eunti primo cliuo. hinc proxi-
me uidemus poſuiſſe Petrum Lateranenſem bibliothecarium, quom in uita Felicis tertij
pontificis Romani ſcribit illum eccleſiam ſanctorum Coſmæ & Damiani feciſſe uia ſa-
cra in tēplo Romuli uel urbis Romæ. is em̄ primus eſt cliuus qui à foro Romano ad pro-
ximam Coſmæ & Damiani porticum, & inde ad ſanctam Mariam nouam per T. Veſpa-
ſiani arcum ducebat ad curiam ueterem in qua augures ſedem habentes inaugurari con-
ſueuerant. Ea namque in Carinarum parte ubi nunc apud eccleſiam ſancti Petri ad
uincula fornices maximos inter ruinarum uaſtitatem contra amphitheatrum nunc coloſ- xxxij
ſeum extare uidemus: Curia uetus fuit, atq; etiam hoc in tabellionum monumentis & ab *Curia uetus*
incolis appellatur. Vt ſacram uiam fuiſſe conſtet quæ à curia ueteri proficiſcentes ſecus xxxiij
amphitheatrum ad ſeptentrionalem plagam ſubtus prædictos T. Veſpaſiani arcus ad ſan *Via ſacra ubi*
ctum Hadrianum uſq; & ad arcem Capitolij proximam perducebat. In Carinis autem xxxiiij
præter curiæ ueteris ruinas eccleſiam ſancti Petri ad uincula nunc & celebrem & ſpaci- *In Carinis*
oſam ſunt ſancti Martini in montibus & ſanctæ Luciæ etiam inſignes eccleſiæ, quarum *quid*
quæ eſt ad uincula ſancti Petri exinde traxit originem ſicut Beda presbyter ſcribit: quod xxxv
Eudoxia quæ archadij ſuperioris uxor fuerat quom apud Hieroſolymam cathenas repe- *Eccleſia. ſ. Pe.*
riſſet, quibus Apoſtolorum princeps Petrus in carcere ab Herode uinctus ſeruatus fuerat
eas Romam detulit. & quom ægre ferret gentilitatis ritum celebrandæ diei calendarum
ſextilium in memoriā uictoriæ ab Auguſto de Antonio & Cleopatra habitæ, à Romano
pontifice & Romano ſenatu & populo obtinuit ut dies calendarum ſextilis menſis, qui ta
men Auguſtus per annos quadringētos fuerat appellatus, in memoriam liberationis beati
Petri celebraretur: & ubi dies ipſa ludis per theatra fora & compita cum dapium euiſce-
ratione exhibitis coronatum populū lætificabar, indulta à ſummo pon. per dominici cor-
poris & ſanguinis communicationem peccatorum omnium remiſſio pœnitentium & ci-
nere aſperſorū animas ea in eccleſia ad id ædificata ſpiritualibus epulis ſaginaret. Eccle-
ſiam uero ſanctæ Luciæ Honorius primus papa extruxit: & Leo IIII ruentem inſtaura- xxxvi
uit. Sergius aūt primus, quē ferunt quod porci os uocatus fuit, mutaſſe ea ratiōe nomen *Eccleſia ſan*
& cauſam fuiſſe quod omnes poſtea Ro. pontifices mutarent: Eccleſiam ſancti Marti *ctæ Luciæ*
ni ædificauit & multis martyrum reliquijs ibi conditis celebtem reddidit. Carinis quæ xxxvij
fuerint oſtenſis Suburram cognoſcere in promptu eſt, quod Varro Suburrā inde dictam *Eccleſia ſancti*
affirmat, quod ſub muro carinarum fuerit. hinc manifeſtum erit uiam nunc ſatis habitato *Martini in*
ribus frequentem: quæ à ſancta Lucia uſque ad ſanctum Hadrianum protenditur, cuius *montibus*
appendices fuerint quas exquiliarum montibus diximus interpoſitas. eſtq; certiſſimum xxxviij
eius noſtræ aſſertionis teſtimoniū in uita beati Gregorij papæ: in qua Petrus Bibliotheca *Suburra ubi*
rius lateranenſis dicit ipſum pontificem ordinaſſe eccleſiam Gothorum, quæ eſt in Sub- xxxix
urra in nomine uirginis Agathæ. eam namq; eccleſiam uidemus eſſe in tumulo qui à pri- *Eccleſia ſan-*
ma exquiliarum parte poſt Corneliorum domus in plana Suburræ uergit. Ipſius etiam *ctæ Agathæ*
dedicationis eccleſiæ meminit idem ſanctus Gregorius in dialogo ſuo dicens, quod quom
eam, quę à regibus oſtrogothorum arriana labe diu fuerat inquinata, cōciliaturus miſſam
celebraret, exiuit altari in porci forma dæmonium frequenti inſpectante populo: qui ad
diuina conuenerat, profugumq; nuſquam comparuit. Partibus urbis quæ facilius prom
ptiuſq; certis terminis & finibus deſignari undique potuerunt deſcriptis, aliam oſtenden
di reliqua cogimur inire ratiōem. Nam in tanta rerum uetuſtate, & infinitarū tantæ urbis
partium, innumerabiliumq; ædificiorum, à nullo dum etiam integra fuerunt (quod qui-
dem legerimus) deſcriptorum multitudine: certum ordinem ſeruare nec poſſe ſperamus,
neq; etiam ducimus id tentandū. Itaq; ut ſingula ſparſim quodam tamen ordine cōprenſa
poſſimus explicare, quadripartita diſtributione quicquid eſt reliquum complectemur.
Vt primo loco ſint quæ ad religionem cerimoniaſq;: Secundo quæ ad rei publicę admini

 ſtrationem

xxxx ſtrationem, Tertio quæ ad ſpectacula & ludos pertinuerunt: Quarto minutiora quædam
D his quæ partim ſuperiorũ declarationi, partim implendæ intentioni noſtræ plurimum facientia.
ſpectauerunt Quibus de partibus non tamen aliter dicere eſt animus, quàm ut ſingulos actus tantiſper
ad religionem deſcribamus, quoad loci in quo gereretur id munus, indicium fuerit neceſſarium.
in genere ET quidem quantum attinet ad religionem primã aram in Auentino ab Euandro po
xli ſitam & ab Hercule dicatam Liuius in principio eſt autor. Aræ autem uocabuli
Ara quid uim ita exponit M. Varro: ubi frumenta ſecta teruntur, area, propter horum ſimili-
tudinem in urbe loca pura areæ, à quo poſt etiam ara deûm, quod pura: niſi potius ab ar-
dore, ad quem ſic fit. Primũ item templũ fuiſſe dicimus à Romulo dedicatũ ubi aræ cæli
xlij fratrum minorũ eccleſiam nũc uidemus. M. Varro quom de uocabulo templi multa diſ-
Quid templũ ſeruiſſet, concludit templũ à contemplando dictum. Alterius templi Ioui ſtatori à Ro-
xliij mulo uoti bello Sabinorũ in quo opima ferebantur ſpolia, deſcriptio loci multa habet co-
Iouis ſtatoris gnitu digna. Primo loco non dubitamus eſſe in collis Pallatini radicibus ad occidẽtalem
templum plagam & propè modum è regione Capitolij nunc habiti, ubi ſpondas murorũ ſtare uide-
mus altiſſimas: cui loco ſubiectas proximasq; eſſe diximus arcuũ ueterũ à Romulo poſito
xliiij rum ruinas. fuiſſe aũt illi templo propinquã portã pallatij ex qua in forum Romanũ etiam
Porta Pallatij propinquũ iretur, Liuius item in primo dicit. In quo Liuij loco oſtenditur Lacũ Curtium
xlv ubi primũ ex profunda emerſus palude equus Curtiũ in uado ſtatuit, ad auerſam fori por
Lacus curtius tam fuiſſe, ubi nunc Tyberis eſt: quæ uulgo Pallara appellatᷣ. & quidẽ locus depreſſus qui
lacum ipſum & Fauſtinę templum in quo ſancti Laurentij inmiranda eſt eccleſia, atq; im-
peratoris Neruæ monumenta ubi nunc dicitᷣ Noe arca, interiacet: Pallus nunc appellatur.
Sed de lacu Curtio plura ꝗ̃ Liuius M. Varro habet, cuius hæc ſunt uerba. In foro lacum
Curtium à curtio dictum: extat & de eo triceps hiſtoria. Nam Procilius nõ idem prodidit
quod Piſo, nec qđ is Cornelius. à Procilio relatũ, in eo loco dehiſſe terrã, & id ex ſenatus
Peſtilio conſulto ad aruſpices relatum, eſſe reſpõſum: Deum Manio peſtilionẽ poſtulare id eſt ci-
uem fortiſſimũ eodem mitti, tum quendã uirum fortẽ armatum aſcendiſſe in equum, & à
concordia uerſum cum equo in eo præcipitatũ, eo facto locum cohiſſe, atq; eius diuinitus
humanaſſe, & reliquiſſe genti ſuæ monumentum. Piſo in annalibus ſcribit. Sabino bello
quod fuit Romulo & Tacio, uirum fortiſſimum Metium Curtium Sabinum quom Ro-
mulus cum ſuis ex ſuperiori parte impreſſionem feciſſet: in locum paluſtrem qui tum fuit
in foro anteꝗ̃ cloacæ ſunt factæ ſeceſſiſſe, atq; ad ſuos in Capitoliũ recepiſſe: ab eo locum
inueniſſe nomen. huicq; opinioni Liuius in vij. lib. aſſentiri uidetᷣ. Cornelius & Luctatius
ſcribunt eum locum eſſe fulguritũ, & ex ſenatuſconſulto ſeptum eſſe, id quia factum eſt
xlvi A. Curtio conſule cui M. Genutius fuit collega, Curtiũ appellatũ. Numam Pompilium
De Iani tem- regno potitum dicit Liuius in primo, quom urbẽ Romam ui & armis conditã iure legi-
plo bus ac moribus condere parasset, Ianum ad infimũ argiletũ indicẽ pacis belliq; feciſſe: ut
apertus in armis eſſe ciuitatẽ clauſus pacatos circa omnes populos ſignificaret. Id eſt nũc
templum quod candido marmore extructũ patentibus quadrifariã portis ad ſanctum Ge-
orgium in uelo aureo extat penè integrum, cuius alio loco diximus Liuium meminiſſe
quom Fabios dextro Iano profectos dicit. ut autẽ id templum certiori teſtimonio indice-
mus, libet ponere uerſus Oui. de faſtis, in quibus tẽpli locus & cauſa ædificandi demõſtra
xlvij tur: eruntq; ſimul rationes redditæ Latiæ & Saturniæ uocabulorũ, atq; etiam nũmiſmatis
Nummiſma Iani cuſi: cuius ſculpturæ unũ proximis diebus in urbe nacti ſumus. Ouidius itaq; Ianum
Iani loqui faciens ſic incipit: Noſcere me duplici poſſes imagine dixit: Ni uetuſ ipſa dies exte-
nuaſſet opus. Erat autẽ pictus bifrons, qua ratiõe dicit Satyricus: Iane pater primũ quem
nulla ciconia pinſit. ad alterã nummi partẽ cuſa erat forma nauis, quæ Saturnũ in Italiam
xlviij perduxit: unde hęc regio de qua nunc agimus primo & ſpecifice Latium appellata eſt. O-
Latium ubi uidij uerſus: Cauſa ratis ſupereſt: thuſcũ rate uenit ad amnẽ Ante perrato falcifer orbe de-
primo fuit us. Hac ego Saturnum memini tellure receptũ: Cælitibus regnis à Ioue pulſus erat. Inde
diu genti manſit ſaturnia nomen: Dicta quoq; eſt Latium terra latente deo. Quo bona po
ſteritas puppim ſeruauit in ære, Hoſpitis aduentũ teſtificata dei. Ipſe ſolũ coluit cuius pla
cidiſſima læuũ Radit harenoſi tybridis unda latus. Hic ubi nunc Roma eſt, incædua ſylua
uirebat: Tantaq; res paucis paſcua bobus erat. Et quom Ouidius ianiculi rationem reddi-
diſſet, quam ſuperiori poſuimus loco, uenit ad noſtrum de quo agimus Ianum: Quom tot
ſint

sint Iani, cur stas sacratus in uno, Hic ubi iuncta foris templa duobus habes. Duo aūt fu xlix
isse fora Boarium uidelicet & Piscarium, inter quæ templū fuit ædificatū, docet Varro in *Boariū forū*
hæc uerba Secundum tyberim ad Ianum forū piscariū uocant : de Boario dicemus infra. l
Eius uero ædificandi templi causa fuit, quia T. Tatius ob raptum Sabinarū Romanis bel *Piscariū forū*
lum inferens, Tarpeia uirgine uiciata potitus arce, postea cū Romanis ibi cōflixit. & Iani
auxilio qui aquas terris euomuit superatus est: unde Ouidius eodē lib. Vtq; leuis custos
armillis capta Sabinis Ad summæ tacitos duxerit arcis iter. Inde uelut nunc est per quem
descenditis inquit, Arduus in ualles & fora cliu⁹ erat. & infra: Oraq; qua pollēs ope sum,
fontana reclusi, Sumq; repentinas eiaculatus aquas. Cuius ut utilitas pulsis percepta sabi
nis, Quæ fuerat tuto reddita forma loco est. Claudebatur autē Iani templum pacis tempo
re: & aperiebatur fatiscente bello, Vt populo reditus pateāt ad bella profecto. Tota patet
dempta ianua nostra sera. Pace fores obdo ne qs discedere possit. Cæsareoq; diu nomine li
clausus ero. Quando autē supra sancti Georgij, q̄ ecclesia cardinalis columnæ Mœcena *De u. libri no-*
tis nostri titulus extitit, suborta est mentio, ostendam corruptā esse eius nominis appella- *minis ratione*
tionem. Nō enim in uelo aureo, sed in uelabro dici debet. Nam M. Varro montis auenti- *Auentin⁹ un.*
ni reddēs causam uocabuli, dicit se maxime existimare q auentinus à uehiculo sit ductus.
quod quum mons ipse à cæteris partibus urbis paludibus esset exclusus, uehebantur ad il
lum nauibus omnes homines: cuius uestigia, quod ea pars quæ dicit̄ uelabrū & ab eo ue- lij
hendi actu uelatura à uehendo, sicut merces à merendo & ære. Vidimus supra ex Oui *De cliuo Capi-*
dio cliuū per quē à Capitolio in fora descendebatur fuisse apud Ianū qd' uersus illi dicūt, *tolino*
Inde uelut nunc est per quē descenditis inquit Arduus in ualles & fora cliuus erat: cui cli-
uo etiam respondet, quasi è regione Capitolij porta ingens ruinis supra medietatē obruta
ad ecclesiā Saluatoris in maximinis, qui cliuus erat estq; nunc ornamentis spoliatus Ianū
inter & uelabrū siue ecclesiā sancti Georgij, quā in uelabri ruinis ædificatam affirmamus.
Innuit huius uerbi locum Sueto. Tranquil. in uita Cæsaris in hæc uerba. Gallici triumphi
die uelabrum præteruehens pene curru excussus est axe diffracto: ascenditq; Capitolium liij
ad lumina XL elephantis dextra & sinistra lycnos gestantibus. Iani templo, ut mihi ui- *Argiletum*
deor, ample ostenso Argiletum ad quē locum Liuius illud fuisse ædificatū dicit, quid fue- *quid*
rit dicamus. Varro Argiletum sunt qui scripserunt ab Argo, quod is huc uenerit, ibiq; sit liiij
sepultus: alij ab argilla quod ibi id genus terræ sit. Ad superius dicta sancti Georgij eccle *Ecclesia san-*
siam cōtinent insignis ædificij quod uelabrum fuisse diximus reliquiæ. Extantq; in portæ *cti Georgij*
cuiuspiam marmoreæ frontispicio litteræ huiusmodi, Imperatotibus Lucio Seuero septi- lv
mio & M. Aurelio Antonino, & Iuliæ Augustæ matri negociantes Boarij eorū numini. *De foro boa.*
Vnde uidetur forū Boariū quod ibi proximū ac subiectū fuit à bobus quos illi uenderent
emerentq; negociatores fuisse dictū. Idq; M. Vatro affirmat per hæc uerba: Quo quid ge-
nera cōferrent, forū appellatū: additumq; ab eo cognomē, ut forum Boarium. Sed quum
satis uerisimile nō uideatur in tantæ celebritatis loco, quem hinc Iani templū inde capito-
lij cliuum publicum & alia parte palatij Augustorum radices circumsepitēt, boues fuisse
uenundatos: aliam afferemus eius fori nominis rationem. Cornel. Tacitus primarium co
lendæ urbis initiū referens, illud in foro Boario fuisse dicit, quo in loco tauri ad sulcum si-
gnandi ambitus faciendū adhibiti æneū simulachrum fuisse ostendit: ut nō absurde innu-
at ab eo boue Boarium forum fuisse appellatum. cuius ænei bouis memoria nos opina-
ri facit capita boum, quæ omnibus in ædificijs multa uidemus insculpta ab optimo bouis
augurio, quod in designanda urbe habuerit, tantę uenerationi habita fuisse. Sunt hęc Cor
nelij uerba, sed ut plæraq; eo in libro mutilata. Igitur à foro Boario ubi æneum tauri si-
mulachrum aspicimus, quia id genus animalium ei aratro subditur, sulcus designandi op-
pidi cœpit, ut magnam Herculis aram cōplecteretur. De eodē tauro & fori cognominis
ratione Ouidius certiota habet multis in uersibus: in quibus uult taurū ibi fuisse immola-
tum atq; consecratū ob memoriam uictoriæ, quam Hercules de Caco ibidem habuit post
taurorū recuperationē quos Cacus abegerat. Cacus auentinæ timor atq; infamia syluæ:
& inferi⁹: Immolat hic ille taurū tibi Iuppiter unū Victor, & Euandrū ruricolasq; uocat:
Constituitq; sibi q̄ maxima dicit̄ aram, Hic ubi pars urbis de boue nomē habet. Hac eadē
in urbis parte apud quā Latij originem fuisse & uetustū extare Iani templū ostendimus,
duo item extant uetustiorem Iano originem habentia, & non minus quàm Ianum maio-

lvi ri ex parte integra,sed quorum pręsentia famam minuat.unum est Vestę,aliud Asyli tem
Vestæ templū plum. Et quidem Vestæ templum fuisse ante conditam Romam in quo Aneas deos
imposuit ab incensa Troia adductos Oui.in II fastorum ostendit:Iam pater Aeneas sacra
& sacra altera patrem Afferet, iliacos excipe uesta deos.In libro autem III conceptū Ro
muli de Marte & Syluia uestali ostendere uolens:Vestæ templum tyberi propinquū fuis
se ostendit his uersibus: Syluia uestalis,quid.n.uetat inde moueri?Sacra lauaturas amne
petebat aquas. Ventū erat ad molli decliuem tramite ripam: Ponitur è summa fictilis ur
na coma.Fessa resedit humi, uentosq; accepit aperto Pectore,turbatas restituitq; comas.
Dum sedet umbrosæ salices uolucresq; canorę Fecerunt somnos & leue murmur aquæ.
quod autem Tyberi & monumentis Nummæ propinquum fuerit templū Vestæ osten
dit etiam Horatius in Odis his carminibus. Vidimus flauū tyberim retortis Littore hetru
sco uiolenter undis Ire deiectum monumenta regis,Templaq; uestæ.Iliæ dum se nimium
querenti Iactat ultorem uagus, & sinistra Labitur ripa Ioue non probante Vxorius am
nis. Liuius etiam in primo dicit Nummam Pompilium posuisse sacerdotium uestæ alba
aduectum,& uirgines instituisse,sed locum nō indicat.Sed quando supra ex Varrone ui
dimus forum piscarium fuisse inter Iani templū & Tyberim, intelligere possumus ex Li
uio in VI de bello punico secundo, Templū uestæ apud tyberim & ad dictū forum fuis
se. Nam quū Liuius incendium describeret quo tabernæ argentariæ arserunt subiunxit:
Cōprehensa postea priuata ædificia (neq;.n.tunc basilicæ erant) comprehensæ latumiæ
forumq; piscarium ac atrium regium.ædes uix uestæ defensa est. Quando itaq; in num
mis æneis argenteisq; Mammeæ genetricis Alex.imp.& Liuię genitricis aurelij Antoni
ni ædem uestæ sculptam uidemus rotundam, columnis in circuitu altare munientibus,
lvij non dubitamus eam fuisse quæ nunc ad tyberim contra Iani templum propemodum inte
Asylum ubi gra extat. Asylum autem quid fuerit ostendit Liuius in primo per hæc uerba: locū qui
nunc septus densis sentibus inter duos lucos est, asylum appellat. eò ex finitimis popu
lis turba omnis sine discrimine liber an seruus esset auida nouarum rerum perfugit.Id'que
primum ad cœptam multitudinem roboris fuit. Ouidius autem in secundo fastorū osten
dit illud fuisse extra tyberim capitolium inter & Nummæ penetralia, quæ carmentis tem
plum fuerunt ad auentini radices ubi carmentalem portam fuisse docuimus. Tum quoq;
uicini lucus celebratur asyli. Qua petit æquoreas aduena tybris aquas. Ad penetrale Nu
mæ capitolinumq; tonantem. aduenam autē dici tyberim & sacris exclusum patrijs quan
do extra pomœrium labitur, Macrobius ex Masurio innuit: & partem urbis Ianiculum
appellatum,qua tybris ad eum conclusus est locum,contra primas Auentini radices fini
lviij ri uidemus. Ouidius item in III clare ostendit asylum fuisse sub saxo rupis tarpiæ, cuius
Pars rupis pars maxima domus amplæ magnitudini æquiparanda proximis diebus collapsa est, &
tarpeiæ cor- quinq; mortales in hospitatoria taberna oppressit: sicut Liuius in bello macedonico alias
ruit nuper simile saxum & proximo eidem loco uico iugario fecisse scribit. Ouidius enim quum de
ancylibus multa dixisset, hos ponit uersus:Romulus ut saxo lucū circundedit alto, Qui
libet huc inquit cōfuge, tutus eris. Asylū igitur dicimus omnia occupasse loca, quę nunc
à collapso Tarpeiæ saxo ad sanctæ Mariæ pontē,& hinc uestæ, inde Iani templo in auen
lix tini radices à prostitutis mulieribus nunc maiori parte habitata uidemus:ut mulieribus
Templū asyli impudicis à parentibus uirisq; profugis, alterum nunc asylum uideatur institutum. Nec
quid absurde uidemur opinari:uetustum illud templū, quod saxo ingenti quadrato extructum
sanctæ Mariæ Aegyptiacæ dedicatum ad aream pontis sanctæ Mariæ est, asyli templum
lx fuisse.Sed templa describere omnia fuerit operosissimum:nec nunc quidem expedit quū
Curia uetus alijs in singulorum locorum descriptionibus sæpenumero sit occasio affutura. Aliud in
ad quid urbe celeberrimum religio habuit ędificium Curias ueteres,quarum supra locum in Cari
nis contra amphitheatrum ostendimus. Varro sic de eis habet. Curiæ duorum generum
ubi curarent sacerdotes res diuinas,ut curiæ ueteres:& ubi senatus humanas:ut curia ho
lxi stilia. Et alio loco idē Varro: Curare à cura dictum: & cura quod cor urat. Curię,ubi sena
De his quæ tus rempublicam curat, & illa ubi cura sacrorum publica. De his quæ ad rempubli
spectauerunt cam spectauerunt dicturi illud præfamur, Nos politica scribere non instituisse: sed loco
ad rempub. rum descriptionem,in quibus rei publicę cura uel aliqua ex parte à maioribus gerebatur.
Centum Se. Primus autē locus fuisse uidetur asylum, in quo Liuius in I Romulū dicit creasse centum
Senatores

Senatores:siue quia is numerus satis erat: siue quia soli centũ erant qui creare patres pos- *Patricij unde*
sent. Patres certe ab honore patricijq́ progenies eorum appellati. Locum autem primum
qui dictis centum patribus cõsultandi prius fuerit assignatus, Varro ostendit multis alijs
implicitum locis quæ omnia simul duximus indicanda. Varro nanq́ quum dixisset Tul-
lum hostiliũ regem curiam hostiliam ædificasse:sic sequitur. Ante hanc rostra:sub dextra lxij
huius Comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati qui ad Senatum essent *De rostris co-*
missi. hinc Græcostasis à parte, ut multa. senaculũ supra Græcostasim, ubi ædes cõcordiæ *mitio Græco-*
& basilica opimia. Senaculũ uocatum ubi senatus aut ubi seniores consisterent. Quatuor *stasi & sena-*
hic, rostra, Comitium, Græcostasim, & Senaculum, quæ in reip. administratione maximo *culo*
semper usui fuerunt indicaturi ordinem Varronis sequimur. Rostra quid fuerint Liui- lxiij
us in lib. VIII ostendit. Naues antiatum partim in naualia perductæ, partim incensæ: ro- *Rostra quid*
strisq́ earum suggestum in foro extructum adornari placuit, rostraq́ id templum appella *& ubi*
tum. Qui ergo descriptum supra à nobis forum Romanum cognoscit, & Varronis uerba
cõsiderat: facile intelliget, rostra templum ad radices pallatij fuisse, quà is mons è regione
opponitur ætatis nostræ capitolio, & ubi nũc est parua sanctæ Mariæ de inferno ecclesia.
quod autẽ dicit rostra fuisse ante curiam hostiliam, sic accepimus: ut partim curia hostilia
à cœlio monte in quo eam fuisse certissimũ est, pro sui magnitudine rostra uersus, partim lxiiij
rostra à palatino monte in illam protendantur. Græcostasis autẽ subductus ad dextera *Græcostasis*
rostrorum à Comitio, proculdubio fuit in montis pallatini angulo: qui cõtra Antonini & *ubi*
Faustinæ uxoris extante titulo notissima in quibus sancti Laurentij immiranda ecclesia lxv
est ædificata insurgit, uineis quantum ruinæ nõ impediunt contectus. Senaculi autem *Senaculũ ubi*
locus supra Græcostasim extructus ubi fuerit ultra dicere non expedit quum utriusq́ ędi lxvi
ficij ruinas in uineis coniunctas confusasq́ cernamus. ædem Concordiæ ex prædictis *Concordiæ*
fuisse apparebit eodẽ in pallatino colle, contra templum Romuli siue sanctorũ Cosmæ & *templum*
Damiani in illo extructã ecclesiam: sicq́ melius intelligitur quod ex Varrone de lacu cur-
tio diximus: ubi armatum equo insedentem Curtium, ut rapidiore cursu in hiatum se prę
cipitaret, à concordia uenisse dicit: s. à loco ubi postea fuit Concordiæ templum, quod Li
uia Germanici mater ædificauit. Id Ouidius in fastorum libro ostendit primo. Hanc rua
cõstituit genitrix & rebus & ara: Templaq́ fecisti quæ colis ipsa deæ. Eamq́ ædem à Ti- lxvij
berio imp. dedicatam fuisse Suetonius ostendit. Comitium fuisse in foro Romano inter *Comitiũ ubi*
turrim quæ pallara appellatur. & lacus Curtij locum collisq́ pallatini quem foro immine-
re uidemus radices, & Faustinæ monumenta siue sancti Laurentij immirandã ecclesiam,
facile intelligi poterit ex superius dictis. De quo quid fuerit priusquam dicamus, doloris
impetu nos trahente nostris & futurorum seculorum hominibus notũ fore uolumus, por
cos nũc ex publico ætatis nostræ instituto ibi & nullo alio in loco quod sæpe uidimus ue
nundari. Is locus quum multis seculis nullum habuisset tectũ eo anno primũ ex quo Han
nibal in Italiam uenisset, sicut Liuius in VII de secundo bello punico scribit, tectus fuit: lxviij
eum deniq́ à Caio Cæsare instauratũ fuisse Suetonius est auctor. Comitij uocabulum *Ad quid comi-*
sicut A. Gellius in noctibus atticis ostendit, & loco & actui cõmune fuit. De loco quidem *tiũ institutum*
quando satis dictum est, de actu plura dicamus. Duobus in locis supra dicto s. & Campo
martio, omnes deligebanť siue dictatores siue consules & prætores siue alij magistratus.
Fuitq́ triplex deligendi modus, de quibus in A. Gellij libro XVI sic habetur. In Iulij Feli-
cis libro scriptum est: quũ ex generibus hominum suffragium feratur curiata comitia es-
se, quum ex censu & ætate centuriata: quum ex regionibus & locis tributa: hinc uidemus
in Liuij ab V C secundo: ea in cõtentione quam patres cum plebe per annum habuerunt,
nec effugere potuerunt quin Volero ex plebe tribunus reficeretur, rogationẽ illũ tulisse
ad populũ ut plebei magistratus tributis comitijs fierent. Per illum enim comitiorũ tribu-
torum modũ conuenientibus ex regionibus & locis ad suffragia omnibus cuiuscunq́ ęta-
tis & conditionis plebis multitudo suffragijs præualebat: ubi in comitijs centuriatis quæ
ad eam diem fuerãt patres per clientes etiam plebeios quẽ uellent creari faciliter impetra
bant. Itaq́ præter senatus consulendi grauitatem nihil à Romanis factitatũ uidemus, qđ
comitiorum habendorũ institutioni æquiperandũ ducamus. Comitiaq́ uerus solidissimę
reip. & libertatis neruus eam uim habuerũt, ut tantũ libertas detrimenti fecerit, quantum
sensim comitijs est detractũ. C. Cæsar ærario expilato & dictatura per factiosos in perpe-
tuũ assumpta, comitia in totũ auferre non ausus est: ea cũ populo sicut Suetonius scribit

fortitus

ſortitus eſt,ut exceptis conſulatus competitoribus de cætero numero candidatorum pro
parte media quos populus uellet pronunciarent, pro parte altera quos ipſe dixiſſet. Hinc
dicimus quod pridem à nobis multi deſiderauerunt:cõſueuiſſe qui magiſtratus petere in/
ſtituiſſent,poteſtatem petendi à ſenatu & populo ſibi fieri impetrare: & quum Comitio/
lxix rum dies aduenißet,eos ut cõſpicui eſſent candidatos prodire,ſingulos prehenſando ora/
Comitia etiã re ut ſuæ dignitatis haberent rationem. Quod autem in campo martio etiam haberen/
in cãpo mar/ tur comitia,& qualiter tribus ad ſuffragia citarentur,innuit in uita Cæſaris Suetonius ubi
tio ſolita ha/ de coniuratorum,à quibus Cæſar interfectus, cõſilijs diſſerens dicit. Qui primum cuncta
beri ti,utrũ ne in campo martio per comitia tribus ad ſuffragia uocantẽ, partibus diuiſis pon/
te deijcerent. Pons uero quis & ubi fuerit quo Cæſarem coniurati deijcere cogitauerant,
tantum abeſt,ut extet aut ſciatur:quod campi martij, de quo infra diffu e dicemus,comi/
tiorũ locus ignoratur. Sed quando res poſtulat,eo in loco dicemus ubi nunc columna Co
lxx clis extat, quam Antoninũ Pium Aurelium poſuiſſe conſtat, Campi martij proprium
Locus campi fuiſſe locum:in quo ſuffragia deligendis magiſtratibus ferebantur : & tumulum qui poſt
martij pro co eam columnam eſt occidentalem plagam uerſus,corrupte nunc acceptorũ dici, quũ fue/
mitijs rit mons citatorũ: eorũ ſcilicet,q̃ poſtquam citati tulerant ſuffragia,ne laturis ſe immiſce/
lxxi rent,& cui fauiſſent dicere poſſent,per dictum tranſeuntes pontem ſeparabantur. De Au
De monte ci/ guſto autem ſcribit Suetonius in hęc uerba,Comitiorum quoq; ius priſtinum reduxit,ac
tatorum multiplici pœna coërcito ambitu Fabianis & Scaptenſibus tribubus ſuis die comitiorũ
ne quid à quoq; candidato deſiderarẽt,ſingula milia nummũ aſſe diuidebat:& infra:Quo
lxxij tiens magiſtratuũ comitijs interfuiſſet tribus cum candidatis ſuis circuibat, ſupplicabatq;
Campus mar/ more ſolenni:ferebat & ipſe ſuffragium in tribubus,ut unus è populo. Campus martius
tius quid ne ultra promiſſum moremur, ſic à Liuio deſcribitur in ſecundo: Ager Tarquiniorũ qui
inter urbem & tyberim fuit conſecratus Marti,Martius deinde campus fuit:ea Liuij uer/
ba cõſiderantes uidemus quicquid capitoliũ & tyberim interfuit,fuiſſę campũ martium.
Nam urbs prima ad capitolium finiebatur:hoc idem oſtendit Ouidius,Iuturnæ ædem de
lxxxiij ſcribẽs,quam uult fuiſſe ea in parte qua campus martius uirginea ambitur aqua, his uerſi
Vbi aqua uir/ bus:Te quoq; lux eadem Turni ſoror æde recepit. Hic ubi uirginea campus obitur aqua.
gines Iuturnam. n. fuiſſe Turni ſororem,quæ lacui in quo ſubmerſa obijt id dedit nomen, ſatis
conſtat : Fuitque is lacus ubi prope aquam uirgineam nunc pro Iuturna corrupte dici/
tur Lotreglio. Virgineam autem aquam per quirinalis cauernas campum olim martiũ di
citur illabi. Certum quod nulla alia aqua urbem Romam nunc illabitur,in cuius forma ti/
tulus ex marmore exciſus hęc retinet uerba. Tyberius Claudius Druſi filiꝰ Cæſar Augu.
ductus aquæ uirginis deſtinatos per Cæſarem à fundamentis nouos refecit ac reſtituit:
quanquam Suetonius aquæ uirginis in urbem perductæ M. Agrippæ laudem artribuit:
quem ſecutus eſt Iulius Frontinus de aqueductibus tractans his uerbis : Id aggrippa quũ
iam tertio conſul fuiſſet G. Sentio P. Lucretio conſulibus poſt annum tertiumdecimũ q̃
Iuliam deduxerat,aquam uirginẽ in agro lucullano collectam·Romã perduxit. Dies quo
Virginea primum in urbe reſponderit v Idus Iunias. Inuenitur uirgo appellata,quod quærentibus
aqua aquam militibus puella uirguncula uenas quaſdam monſtrauit, quas ſecuti qui foderunt
ingentem aquæ modum inuenerunt : habuit uero campus martius multa quorum mini/
mas nunc ac propè nullas extare reliquias miraculum eſt. Nam ea in parte quam quia de
preſſior erat,uallem martiam appellarunt,ubi naumachiam illam Cæſarem edidiſſe infra
dicemus : poſtea Octauius Auguſtus Mauſoleum extruxit, quod eſſet non ſuum modo
lxxiiij ſed omnium imperatorum ſepulchrum. de quo Suetonij ſunt hæc uerba. Reliquias Mau/
De mauſoleo ſoleo condiderunt. id opus inter flamineam uiam ripamq; tyberis ſexto conſulatu ſuo ex/
Auguſti truxerat . Eius Mauſolei opera pulchritudinemq; Suetonius qui inſpexit, quia id æternũ
putauit futurum deſcribere neglexit. Caſiodorus uero omnium ultimus qui de rebus Ro
manis ſcripſerunt,dum adhuc ſtarent, talia de Mauſoleo ſcripſit, quæ nullo modo uel ea
ratione omittenda duximus:quia nunc ſolus fornix fundamenta in depreſſa ualle ſuſten/
tans, ubi Auguſta uulgo dicitur extat,ita herbidus ut nunquã deſtitutis in paſcua anima
libus careat. Suntq; hæc Caſſiodori uerba: Sed mundi dominus ad potentiam ſuam opus
extollens, mirandam Romanis etiam erigens fabricam in uallem martiam tetendit Au/
guſtus. immenſa moles firmiter præcincta montibus cõtinetur,ubi magnarũ rerũ indicia
clauderentur. Biſſena quippe hoſtia ad x 11 ſigna poſuerunt. Addit quoq; alia Caſſiodo/
rus

tus quæ in spectaculorum describendis locis dicemus: & tamen infra dicit duos ibi fuisse obeliscos, quorũ unus minor & loco altior qui pinciano nunc in colle prostratus cernitur Lunæ, alter Soli dicatus fuit de quo Pli. sic scribit: Is obeliscus q est in campo Martio centum decem pedum est à Merosodide inscriptus: ambo rerũ interpraetationẽ Aegyptiorũ philosophiæ continent. Ei dem qui est in campo martio diuus Augustus addidit mirabilẽ usum ad deprehendendas solis umbras dierumq; ac noctiũ horas. strato lapide ad magnitudinem obelisci cui par fieret umbrarũ effectus, dies & horas paulatim per regulas quæ sunt ex ære inclusæ singulis diebus decrescere & augescere: digna cognitu res & ingenio foecundo. Manilius mathematicus apicis auratam pilam addidit, cuius uertice umbra colligeretur in seipsa: aliam solem imitari iaculante apice, ratione ut ferunt à capite hominis intellecta. Hæc triginta ferè annis non congruit, siue solis ipsius dissono cursu & cœlo aliqua ratione mutato, siue uniuersa tellure à centro suo dimota ut deprehendi & in alijs accipio, siue urbis tremoribus ibi terra gnomone intorto, siue inundationibus tyberis est immersa fundo molis in terram quoq; dicantur iacta fundamenta. Et Iulius capitolinus in trium Gordianorum gestis rebus & eorum ultimi uita scribit: Eum instituisse porticũ in campo martio sub colle pedum mille, ita ut ab altera parte mille pedum porticus fieret, atq; inter eas spacium pariter pedum quingentorum, cuius spacij hinc atq; inde uiridaria essent lauro myrto & buxo frequentata: medium uero lithostratum breuibus columnis altrinsecus positis & singulis per pedes mille, quod esset deambulatorium, ita ut in capite esset basilicum pedum quingentorum. Cogitauerat præterea cum Misitheo ut post basilicum thermas æstiuas sui nominis faceret, ita ut hiemales & in principio porticus poneret, suo usu essent uel porticus uel uiridaria. Sed hæc omnia nunc & priuatis possessionibus & hortis occupata sunt atq; ædificijs. Multa adduximus rerum campi martij testimonia, quod tamẽ supra affirmauimus, locum ubi proprie campus martius appellabatur, in deligendis magistratibus suffragia ferebantur, fuisse ubi nunc est Coclis Antonini columna, ex superioribus Iulij capitolini uerbis cõiectura assecuti sumus. Nam quum Martia Augusti operib⁹ mausoleo adiectis plena essent, & alia superiora loca partim domitiani thermis supra sanctum Siluestrum, partim Iuturnæ templo & aquæ uirgineæ ductibus absq; campi martij memoria notissima essent: nullus relinquitur in campo martio collis secundum quem porticus illa mille pedum construi posset præter illum quem Coclidi columnæ ad occidentem solem proximum in media sui parte citatorum diximus appellatum. Columnam autem Coclidem Antonini Pij fuisse honori positam constat quod facies sua nobis multisq; ætatis nostræ ab nummismatũ imaginibus notissima illis in rebus gestis, quibus centũ septuagintaquinq; pedes alta insignitur columna insculpta cernitur. Sexti etiam Ruffi urbis descriptio quum duas tantummodo in urbe Roma fuisse coclides columnas dicit, hanc in ara flaminij regione sitam Antonini Pij appellat. Nec potuit minor quàm mille pedum porticus fieri quæ parte una clauderet campum, quem ea ratione amplissimũ esse oportuit quod multa milia hominũ in illum deligendis designandisq; magistratibus concederent. Non. n. solæ tribus quinq; & triginta omnem populum qui Romæ esset siue intra mœnia siue in suburbanis & agro complexæ, sed par prope numerus ex Italia ad ferenda suffragia comitiorum temporibus cõsluebat. Hæc autem quia paucis nota sunt, libet testimonijs cõfirmare. Suetonius in Octauij uita sic habet: Vrbe urbanisq; rebus administratis Italiam duo de uiginti coloniarũ numero deductarum frequentauit, operibusq; ac uectigalibus publicis plurifariã instruxit: etiam iure ac dignitate urbi quodammodo pro parte aliqua adæquauit, excogitato genere suffragiorum quæ de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisq; colonia ferrent, & sub die comitiorum obsignata Romam mitterent. Asconius aũt pedianus Ciceronis orationes exponens ostendit multis Italiæ ciuitatibus præter illas uigintiocto colonias ferendi in campo martio suffragij ius fuisse. Video. n. inquit in annalibus eorum qui punicum secundum bellum scripserunt, tradi Placentiam coloniam deductam pridie calendas Ianuarias primo anno eius belli, Cornelio Scipione patre Aphricani prioris T. Sempronio longo consulibus: neque illud dici potest, sic eam coloniã deductam esse, quemadmodũ per plures annos Cn. Pompeius Strabo pater Cn. Pompei magni transpadanas colonias deduxerat. Pompeius enim non nouis colonis eas instituit, sed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latij, ut possent

lxxv De obeliscis campi martij

lxxvi De columna Coclide Antonini

lxxvij Italos ad comitia Romã uenisse plurimos

possent habere ius quod cæteræ Latinæ Coloniæ,id est,ut petendi magistratus iure ciui/tatem Romanam adipiscerentur. Placentiam autẽ sex milia hominũ noui coloni deducti sunt,in quibus equites deducendi fuit causa ut opponerentur gallis,qui etiam partem Italiæ tenebant. Deduxerunt triumuiri P. Cornelius Asina,P. Cornelius Muso, Cornelius Scipio. Eamq́; coloniam quinquagesimam tertiam deductam esse inuenimus. Nec uero Italicis solum ciuitatibus, sed externis quoq; & remotissimis à populo principibus ue Romanis ius Latij datum fuit: quod quidem & si multis testimonijs docere possimus, unico nunc ostendisse contenti erimus. Vlpianus nanq; iurisconsultus ille egregius in digesto/rum libris titulo de Censibus sic habet:Phœnice splendidissima Tyriorum colonia est in Syria:unde mihi origo est nobilis regionibus Syriæ siculorum antiquissimæ, armipotens fœderis quod cum Romanis percussit tenacissima.Huic diuus Seuerus & imperator no/ster ob gratiam in R.P.Imperiumq́; Romanum ob insignem fidem ius Italicum dedit.

lxxviij Campi martij descriptio ad alia duo Equriam f. & Iouis insulam describenda nos trahit. *De insula quã in urbe facit Tyberis* Sed equriam spectaculorum loco relinquimus. Insulæ Iouis originem Liuius post cam/pi Martij descriptionem ostendit his uerbis,Martius deinde campus fuit:forte ibi tunc se/ges farris dicitur fuisse matura messi: quem campi fructum quia religiosum erat consu/mere,desectam cum stramento segetem, magna uis hominum simul immissa corbibus fu/dere in tyberim tenui fluentẽ aqua, ut medijs caloribus solet: ita in uadis hæsitantis frumẽti aceruos sedisse illitos limo:inde insulam paulatim & alijs quæ fert temere flumẽ eodem uectis factam. Postea credo additas moles manuq́; adiutum ut tam eminens area firmaq́; *Templa Iouis et Aesculapij* templis ac porticibus sustinendis esset.Ea autem in insula duo fuerunt templa Iouis f. & Aesculapij nepotis sui ex Phœbo,de quibus sic est in primo fastorũ Ouidij:Quod tamen ex illis licuit mihi dicere fastis: Sacrauere patres hac duo tẽpla die.Accepit Phœbo nym/phaq́; Coronide natum Insula diuidua quam premit amnis aqua. Iuppiter in parte est:cepit locus unus utrunq;: Iunctaq́; sunt magno templa nepotis auo. Legimus autem ipsam

lxxix insulam aliquando Licaoniam appellatam esse, in qua Gelasius ij. pon. ecclesiam sancti *Gelasius eccle siam f.Bartholomei* Bartholomei uel extruxit, uel quod magis credimus instaurauit. Pontem qui ipsam insulam iungit urbi indicat titulus marmore excisus Quintum lepidum & M. Curium ædiles:alium uero qui ipsam insulam Ianiculo iungit, Valentinianum superiorem & Va/

lxxx lentem,qui Romanũ imperium primus ad ruinam perduci adiuuit, extruxisse.Quos nu/ *Pons insulæ* per tua ponnfex Eugeni opera instauratos,& tiburtino lapide stratos uidemus. Postq́; de

lxxxi Senatus & cominorũ locis quæ duo reipub.& libertatis maxima fuerunt fundamenta sa/ *Eugenius pontem Valentiniani instaurauit* tis est dictum, De ærario quod caste & integre custoditum fuit libertatis neruus,est di/cendum.Eius locus est in Tarpeia rupe,cuius non paruam partem,& quam ærarij fundamenta sustinuisse tenemus, per hos dies collapsam uidimus. superiori loco docuimus Varronem uoluisse Tarpeium montem Saturniam à priscis appellatam, & in eo Saturni

lxxxij ædem fuisse. Et Macrobius in Saturnalibus sic scribit: Romani ædem Saturni ærarium *De ærario ubi* esse uoluerunt, quod tempore quo Italiam incoluit, fertur in eius finibus nullum furtum

lxxxiij esse commissum. Varro etiam ad libri quarti de lingua latina finem super uerbo Trutina: *Aerarium ad quid* Vestigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod etiam nunc propter pensuram truti/nam habet positam,ærarium ab eo appellatum.Ex quibus omnibus colligitur ærariũ fuis/se ubi nunc saxum uidemus ædificijs denudatum contra Tyberim & ecclesiam sancti Nicolai in Tulliano carcere supereminens.Sed multa de illo libet scribere loci dignitatẽ cunctis admirabilem redditura,quę ex trigesimotertio Plinij libro ordine excerpsimus:Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum usus est.Libra/lis,unde etiam nũc libella dicitur,& dipondius appendebatur assis.Quare æris grauis pœna dicta,& adhuc expensa in rationibus dicuntur: quin etiam militum stipendiorum hoc *Libripendes* est,stipis ponderandæ pensatores libripendes dicuntur. Seruius primus signauit æs:ante *Pecunia* rudi usos Romæ Timeus tradit.signatum est nota pecudum,unde & pecunia appellatur: *Denarius* argentum signatum est anno urbis quingentesimo octogesimoquinto Q. Fabio consule *Sestertium* quinque annis ante bellum primum punicum. Et placuit denarius pro decem libris æris. Quinarius pro quinque. Sestertium pro dipondio ac semisse. Libræ autem pondus æris

lxxxiiij imminutum bello punico primo quum impensis res publica non sufficeret. Nota *Nota æris* æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis. In triente uero &

quadrante

quadrante beſquadrãs antea triuncis uocabatur à tribus uncijs. Poſtea Hannibale urgen-
te, Q. Fabio maximo dictatore, aſſes unciales facti, placuitꝗ denariũ ſexdecim aſſibus per
mutari, Quinariũ octonis, Seſtertium quaternis, ita reſpub. dimidium lucrata eſt. In mili-
tari tamen ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus datus. Nota argẽti fuere bigæ lxxxv
atꝗ quadrigæ, & inde bigati quadrigatiꝗ, mox lege Papiniana ſemiũciales facti aſſes. Li- *Primi argẽti*
uius Druſus in tribunatu plebis octauam partem æris argẽto miſcuit. Aureus nummus *ſignati nota*
poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt. Sed præter alia miror populum Ro- lxxxvi
manum uictis gentibus ſemper in tributo argentum non aurum imperaſſe, ſicut Carthagi *Argentũ Ro-*
ni Hãnibale uicto argẽti pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri. & infra: Auri in *mani in tribu*
populi Romani ærario fuere Sexto Iulio Lucio Aurelio cõſulibus ſeptem annis ante bel- *tis imperaue-*
lum punicum tertiũ pondo ſeptingenta uiginti ſex, argenti nonagintaduo millia & extra *runt*
numerũ trecẽta & ſeptuagintaquinꝗ millia. Item Sex. Iulio, Lucio Aurelio conſulibus,
hoc eſt, belli ſocialis initio, octingẽta quadragintaſeptẽ auri pondo. Cæſar in primo introi
tu in ciuili bello ex ærario protulit laterũ aureorũ triginta ſex millia, & in nummis pondo
trecẽta. Nec fuit alijs tẽporibus reſpub. locupletior. His quæ ad ærariũ ſpectauere per- lxxxvij
ſcriptis iudicia magnam in reipub. adminiſtratione uim habentia, ubi habita fuerint ſcri- *Iudiciorum*
bendũ nobis fuit, niſi ſatis ſupra de illis fuiſſet dictum. In curijs enim ueteri & hoſtilia pon *loca*
tificij & ciuilis iurium cauſæ agitabãtur: quãquam pro roſtris & in comitio & diuerſis in
ædibus templiſꝗ multas aliquando actas fuiſſe cauſas legerimus. Sed quum ea abũde do
cuerimus loca paſſim minora quæque indicare pergamus. Res militaris cuius diſciplina
rem auxit, & tutata eſt Romanam, nullum ante uiolatam à principibus libertatem locum
in urbe habuit. Nam etſi Capitolium arcem uidemus ubiꝗ appellari: illa tamen Roma-
ni nullo unquam præter inuaſionis gallorum ſenonum tempore pro munitione & tutela
ſunt uſi. Etſi ueto Octauius Auguſtus locũ caſtris in urbe primus omnium principũ con-
ſtituit: nulla tamẽ alia ratione id fecit, quàm ne milites uagi & per urbem diſperſi rapinis
tumultu cõtentionibuſꝗ ciuitatem redderent inquietam. Hinc Rauennatium de qui- lxxxviij
bus diximus in Ianiculo & Miſſenatium peregrinorumꝗ militum in cælio monte caſtra *Caſtra Ra*
ſunt ab illo cõſtituta. Tyberius aũt pernicioſiſſimã libertati etiamꝗ imperio rem exorſus *uennatium*
caſtra ſicut Suetonius Romæ conſtituit, quibus prætorianæ cohortes uagæ ante id tem-
pus, & per hoſpitia diſperſæ tõcinerent: fuitꝗ eius arcis & tyrannidũ ſomitis locus quem
apud ſanctum Sebaſtianũ uia appia uel caput bouis appellant. Primus autẽ qui horum lxxxix
caſtrorũ & corruptæ præmio eius militiæ præſidio, cõſulibus ſenatuꝗ renitẽtibus impe- *Caſtra præ-*
rium aſſumpſerit fuit Claudius, ꝙ Suetonij uerbis oſtendere libet. Claudiũ latentem forte *toria*
diſcurrens gregarius miles animaduerſis pedibus ex ſtudio ſciſcitandi quiſnam eſſet agno
uit: extractumꝗ & præ metu ad genua ſibi accidentẽ imperatorẽ ſalutauit. hinc ad alios
cõmilitones fluctuantes, nec quicquã adhuc ꝙ frementes perduxit. ab his lecticæ impoſi-
tus, & quia ſui diffugerãt uiciſſim ſuccolãtibus in caſtra delatus eſt triſtis ac trepidus, mi-
ſerãte obuia turba quaſi ad pœnã raperetur inſons. Receptus intra uallum inter excubias
militũ pernoctauit aliquanto minore ſpe quàm fiducia. Nam cõſules cum ſenatu cohorti-
bus urbanis forũ capitoliumꝗ occupauerãt aſſerturi Romã in libertatẽ: accituſꝗ & ipſe
per tribunos plebis in curiã ad ſuadẽda quæ uiderentur, ui & neceſſitate teneri reſpondit.
Verũ poſtero die & ſenatu ſegniore in exequẽdis conatibus per tædium ac diſſenſionem
diuerſa cenſentiũ, & multitudine quæ circũſtabat unum rectotẽ iam & nominatũ expo-
ſcente, armatos pro cõcione in nomẽ ſuum iurare paſſus eſt: promiſitꝗ ſingulis quindena
ſeſtertia, primus Cæſarũ fidẽ militis etiã præmio pigneratus. Si quis autẽ caſtra prætoria
na utrũ in urbe ſicut aliqui cõtendunt, an extra urbem ſicut diximus fuerint, certius noſſe
cupit: Cornelium Tacitum legat, ubi de Galbæ morte & nouo Ottonis imperio tractans
præliũ narrat, quod acerrimũ eſt cõmiſſum in circo maximo, in capitolio, & pallatio: ubi
apertiſſime apparet prætorianos milites munimento caſtrorũ innixos, conſulibus ſenatu
& populo Ro. aliter ſentientibus, quos uoluerũt tyrannos effeciſſe, & multorũ bonorum
cædem in urbe cõmiſiſſe. Helius Spartianus ingreſſum Seueri imperatoris in urbem Ro-
mam talem deſcribit, Quum Romam ueniſſet Seuerus prætorianos cum ſubarmalibus
inermes iuſſit ſibi occurrere: eoſdem ſic ad tribunal uocauit armatis undiꝗ circũdatis. Eo
autem proceſſit prætorianorũ militum, ſiue auctoritas ſiue audacia, ut quem uellent impe

ratorem facerent, factumq́ imperio deturbarent. Helius Lampridius narratis Heliogabali
flagitijs talia scribit, per quæ ostendit imperij ac uitæ & necis illius arbitrium in prætoria-
nis fuisse constitutũ. Suntq́ hæc Lampridij uerba, In castris uero milites precanti præfe-
cto dixerunt se parsuros esse Heliogabalo, si impuros homines & aurigas ab se dimoue-
lxxxx ret, atq; ad bonã frugem rediret. Et Iulius Capitolinus in Maximinorum uita ostendit
Aedes castrorum quid ædem fuisse in prætorianis castris, in quam senatus aliquãdo uocari consueuerit: præser-
tim quũ de abrogando alicui imperio agendum esset. Sicq́ abrogato imperio Maximinis
patri & filio, Gordiani duo pater item & filius in æde castrorũ declarati sunt Augusti, cu-
ius senatusconsulti hanc formã Lampridius ponit. Quũ uentum esset in ædem castrorum
sexto calendarũ Iuliarum & cætera. Iulius Capitolinus Pupieni & Balbini imperatorũ ge
sta describens, quantũ castra prætoria Romæ obfuerint, ostẽdit his uerbis, Et Maximino
quidem ad bellum profecto Romæ prætoriani remanserũt, inter quos & populum tanta
seditio fuit, ut ad bellum ueniretur intestinum, Romæ pars maxima incenderetur, templa
fœdarentur, omnes plateæ cruore polluerentur. & infra: Interea Romæ iterum seditiones
inter populum & milites ortæ, ut nec quum edicta proponeret, Balbinus audiretur. Ve-
terani se in castra prætoria contulerunt cum ipsis prætorianis, quos cœpit populus obsi-
dere: nec unquam ad amicitiam essent reducti, nisi fistulas aquarias populus incidisset. Et
idem Capitolinus prædictorum imperatorum uitæ exitum narrãs, hæc habet uerba: quæ
castra prætoria extra urbem fuisse demonstrant. In hac cõtradictione illis contendentibus
milites superuenerunt, atq; eos nudatos ambos uestibus regalibus de palatio cum iniurijs
produxerunt, & per mediam ciuitatem ad castra raptare uoluerũt, magna ex parte lania-
tos. Sed ubi compertum est Germanos ad defensionem illorũ superuenire, ambos occide-
runt, & in itinere medio reliquerunt. Inter hæc Gordianus Cæsar sublatus à militibus im-
perator est appellatus Augustus, quia nõ erat alius in præsenti insultantibus militibus Se-
natui & populo Ro. qui se statim in castra receperunt. Idem quoq; Capitolinus scribit se-
natusconsultum de imperio Valeriani principis optimi in prætorianis castris factũ fuisse.
lxxxxi Portum Romanum in reipub. ædificiorum partibus poni debere non ambigo: de quo
De portu Romano sic ait in Claudij uita Suetonius, Portum hostiæ extruxit circundato dextra sinistraq́ bra-
chio, & ad introitum profundo iam solo mole obiecta: quã quo facilius fundaret, nauem
ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat auectus, cõgestisq́ pilis superpo
suit altissimam turrim in exemplũ Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum naui
gia dirigerent. Eam autem nauim de qua dicit hic Suetonius supra ostẽdimus fuisse illam,
qua obeliscus qui nunc est in uaticano fuit aduectus. & turris illius Phareæ partem nõ mi
lxxxxij nimam, marmoribus tamen quibus olim crustata fuerat spoliatã, extare uidemus. Pon-
De pontibus tes item ponere possemus in hac reipu. ædificiorum parte. Sed quum octo illos fuisse in-
uenerimus in urbe: non satis est nobis certa noticia plurium, quàm quos supra ex inciden
ti necessitate descripsimus, triumphali, aurelio, sublicio, & eo qui Iouis insulam urbi iũgit.
lxxxxiij Pariter dicimus de arcubus triumphalibus, quorum perpauci nunc integri uel non ma-
De arcubus iori ex parte cõminuti cernuntur: nec dignum satis censuimus loca ubi magna illorũ pars
fuerit inuestigare. Quatuor uero ex ipsis nũc extantium quos constat fuisse triumphales,
unum Domitiani ad sanctum Siluestrum descripsimus, reliquos tres Cõstantini, L. Septi
lxxxxiiij mij Seueri, & T. Vespasiani accommodatiori describemus tempore. Hac etiam in par-
De aquæductibus te aquæductus ostendere expediens uidetur. Iulius Frontinus curandis aquis præfectus à
Nerua imperatore institutus elegans de aquæductibus scripsit opus, ex quo nonnulla ad
rem nostram facientia hic excerpsimus. Ab urbe cõdita per annos quadraginta, & unum
supra quadringentos, contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut ex Tyberi, aut ex
puteis, aut ex fontibus hauriebãt: nunc in urbem influunt, Appia, anio uetus, Martia, Te-
pula, Iulia, Virgo, Alsietina, quæ eadem uocatur augusta, Claudia, anio nouus. Quæ au-
tem fuerint istæ aquæ & unde, quotq́ passuum milibus, uel sub terrã uel arcubus duceren
tur, & si Frontinus copiose scribit, parum nobis intelligibile est: quod & ipsæ formæ ma-
iori ex parte corruerũt, & nomina locorum per quæ illorum fines decursumq́ descripsit
interierunt. Formarum autem magnificentiam totius orbis & ipsius urbis miracula supe
rasse, infra scripta ostendunt, Frontino excerpta. Quoniam auctores cuiusq; aquæ, ætates
præterea ordines & longitudines riuorum & ordinem libræ persecutus sum, nõ alienum
mihi

mihi uidetur etiam singula subijcere, & ostendere quãta sit copia quæ publicis priuatisq; non solum usibus & auxilijs, uerumetiam uoluptatibus sufficit. Et per quot castella, quibusque regionibus deducatur, tam extra, quàm intra urbem: & ex eo quantum lacubus, quantum muneribus, quantum operibus publicis, quantum nunc Cæsaris, quantum priuatis usibus erogetur: eorum Frontini uerborum duo tantummodo duximus exponẽda. Quid castellum lacusq; fuerint ea in iuris ciuilis parte, quam digestos appellant libros Vlpianus titulo de aqua quotidiana & æstiua, Castellũ inquit est receptaculũ, quod aquam publicam suscipit. Et Iabolenus etiam iureconsultus, Castellum ex quo fistulis aqua ducetur. Quum itaq; ductus aquarum ad uiarũ diuortia, uel regionum urbis fines perducti erant, castella in formarum summitate erant, ex quibus aqua per digitos uncias & modulos ædificijs operibusq; & muneribus publicis ac priuatorum usibus diuidebantur. In solo autem lacus erant alia aquarũ receptacula: ex quibus cum Romanę plebis & fullonum coriariorum aliorumq; opificum necessitatibus satisfieret, tum horti irrigabãtur: & quod planè ostendit Frontinus, inter plurima aquarum cõmoda illud nõ extremum erat, quod aeris salubritati maxime conferebant. Suntq; hæc Frontini lib. II uerba, Sentit hanc curam imperatoris pijssimi Neruę principis sui Roma regina orbis & terrarum domina, cui par nihil, nihil secundum: & magis sentit salubritas eiusdẽ æternæ urbis, aucto castellorũ operum munerũ & lacuum numero: nec minus ad priuatos cõmodum ex incremento beneficiorũ eius diffinitur. Illi quoq; qui timidi illicitam aquam ducebant, securi nunc ex beneficijs feruntur, nec pereuntes quidem aquæ ociosæ sunt, alia mũdiciarum facies, purior spiritus: & causæ grauioris cœli, quibus apud ueteres aer urbis infamis erat, remotæ sunt. Licet uero Iulius Frontinus aquas urbis tantummodo nouem suis temporibus fuisse scribat, Sex. Ruffus uir cõsularis, qui Frontino posterior Diocletiani temporibus urbem Romam descripsit, aquas ipsas ad XIX enumerat, Traianam, anianam, athicam, martiam, claudiam, ceruleam, iuliam, augustam, appiam, algentiam, cuminiam, sabbatinam, aureliam, damnatam, uirgineam, tepulam, seuerianam, antonianam, alexandrinam, quarũ unica nũc, ut diximus supra, uirgo urbem influit. De earum aliquibus sic habet in XXXVI Plinius, Sed dicantur uera æstimatione inuisa alibi miracula: Q. Martius iussus à senatu aquarum Aniensis ductus reficere, nouam à nomine suo appellatã, cuniculis per montes actis intra prætarę suæ tempus adduxit. Agrippa in ædilitate sua adiecta uirginea aqua, cæterisq; corriuatis atq; emendatis lacus septingentos fecit. Idq; fuit quod Octauium augustum Po. Ro. uinum petenti subiratum respondisse scribit Suetonius, Tot aquas introduxit Agrippa gener meus & uinũ quæritis? Plinius item infra: Vicit antecedẽres aquarum ductus nouissimũ impendiũ operis inchoati à C. Cæsare & peracti à Claudio. quippe lapideam excelsitatem omnes urbes & montes æquãtem, ut lauacra impleret, curtios atq; ceruleos fontes adductos, erogata in id opus talentum quingenta sexaginta milia. Is est nunc aquæductus quem à porta Neuia, cui maiori est appellatio ad Lateranensem basilicam, & inde per Cælij montis dorsum ad auentinũ montem fuisse perductũ ex Cassiodoro supra ostẽdimus. Sequitur item Plinius, Quod si quis diligẽtius existimauerit aquarum abundantiam in publico balneis, piscinis, euripis, domibus, hortis, suburbanis, uillis, spaciaq; uenientium, extructos arcus, montes perfossos, conualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Eam nos uerborum Plinij magnitudinẽ reliquijs formarum quæ nunc cernuntur, comparantes, illum nullatenus excellisse, nec rem magnam uerbis fecisse maiorem iudicamus. Faciunt etiam ad hoc Frontini uerba quæ subijciemus, Hi sunt arcus altissimi subleuati sub quibusdam locis pedescentum nouem. tot aquarum tam multis necessarijs molibus, pyramides uidelicet ociosas cõpares, aut cætera inertia, sed fama celebrata Græcorum. Quod uero causas tantæ iacturæ, quantam fecit urbs Roma in aquarum eiusmodi per formarum demolitionem auersione duas uulgo afferri uidemus, uetustatem scilicet & Gothorum crudelitatem, hos ab iniusta immerito & per calumniam nota quum purgauero, uetustas etiam quo ad formarũ demolitionem sua inuidia liberabitur. Et quidem quantum ad Gothos attiner, Theodericum qui fuit primus gentis ostrogothæ rex, & Romam duo de quadraginta annis dominio subactam tenuit, & alias diximus & identidem affirmamus, urbem Romam summis beneficijs prosecutum fuisse: mœnia illius, theatra, amphitheatra, palatia, thermas, cloacas, & imprimis

Castellum receptaculum aquarum

Aqua confert aeris salubritati

Romæ aer infamis

XCV *Aqua martia*

XCVI *Aqua uirginea*

XCVII *Aqua Claudia*

XCVIII *De causis ruinæ aquæductorum*

XCIX *Gothos nõ diruisse aquæductus*

aquarum formas instaurari arboribus sentibus purgari, & aliqua ex parte refici curauisse, ut per annos septuaginta quibus ostrogothi regno Romæ & Italiæ sunt potiti, Octauij Augusti, Traiani, Hadriani, Antonini Pij, aut Alexandri Seueri amorem in Romanā rem desiderari nequaquam oportuerit. Quod quidem quia multis ignorantibus incredibile futurum non ignoramus, libet uno testimonio confirmare ad aquarum, de qua nūc agimus materiam faciente, afferteq́; id testimonium, non doctissimus modo, sed Christianus & uitæ laudatissimæ senator primo Romanus & postea monachus, Cassiodorus. Venerat Romam ex Aphrica uir quispiam deducendarum aquarum lancumq́; inueniendarum peritissimus: de cuius aduentu quum certior ab urbe factus esset Theodoricus rex, has ex Rauenna ad Romanos cæterosq́; prouinciales epistolas dedit.

c — *De aquilegio aquis deputato* — Magnitudinis uestræ relatione comperimus aquilegium Romam uenisse de partibus Aphricanis, ubi ars ipsa pro locorum siccitate magno studio semper excolitur: qui aridis locis aquas possit dare uenatiles, ut beneficio suo humida habitata faciat loca nimia sterilitate siccata. hoc nobis gratum fuisse noscite, quo industria illa maiorū libris exposita nostris tēporibus ueniat comprobanda: signis quippe uirētium herbarum & proceritate arborum uicinitatem colligit diligenter aquarum. Terris enim quibus dulcis humor longe non est, ubertas quorūdam germinū semper arridet: ut est iūcus aquatilis, uimen lætum, ualidus rubus, salix lenta, populus uirens, & reliqua arborum genera, quæ per terrenam humiditatem felici prosperitate luxuriant. Sunt & alia huius artis indicia, quum nocte ueniente lana sicca in terram ponitur: hinc si aquæ proximitas arriserit, mane humida reperitur. Sole etiam declarato intuentur magistri loca soliciti, & ubi super terram uolitare spissitudinem minutissimarū aspexerint omnino muscarū, tunc promittitur quod quæritur facile inueniri. addūt etiam in columnæ specie conspici quendam tenuissimum fumum, qui quanta fuerit altitudine porrectus ad summum, tantum in imum latices latere cognoscunt. Vt hoc sit mirabile q́ per hæc aliaq́; signa mēsura diuersa diffinita prædicitur, quāta profunditate quæsita monstrentur. prædicunt etiam sapores aquarum ut nec aspera dispēdioso labore debeat quæri, nec dulcis necessariaq́; in honore contemni. hanc scientiam sequentibus pulchre tradiderunt Græci. & apud Latinos Marcellus qui non solū de subterraneis fluentis, se de ipso ore quoque fontium sollicite tractauit.

Aquæ ad orientem saluberrimæ — Dicunt enim aquas quæ ad orientem austrumq́; prorumpunt, dulces atque perspicuas esse, & pro sua leuitate saluberrimas inueniri. In septentrionem uero atque occidentem quæcunq́; manant, probari quidem nimis frigidas, *Aquæ ad septentrionē incommodæ* — & crassitudine suæ grauitatis incommodas. Atq́; ideo si memorato illi uideritis sapiētia uestra, & lectione codicum & usu rerum, quæ sunt prædicta constare, competentibus annonis de publico deputatis peregrinationem eius inopiamq́; releuabitis, accepturi mercedem, à quibus artis suæ dona præstiterit. Nam quamuis Romana ciuitas aquis abundet irriguis, sitq́; fontibus gaudens, & formarū inundatione lætissima: reperiuntur tamen plurima suburbana, quæ hanc uideātur desiderare peritiam, & merito charus tenetur, qui uel pro parte necessarius esse cognoscitur. Hic tamen mechanicis iungendus est, ut undas quas iste reperit, illi leuent, & arte subire faciant, quod ascendere per naturam non ualet. habeatur igitur & iste inter reliquarum artium magistros, ut desiderabile putetur nō fuisse, quod sub nobis non potuit Romana ciuitas obtinere. Satis iam satis ostendisse uidemur Gothos nedum aquæductus destruxisse, sed illorum instaurationis & nouæ inuentionis curam diligentissimam suscepisse.

ci — *Vetustatem non fuisse causam ruinæ aquæductorum* — Vetustatem uero tanti mali causam non fuisse hinc iudicamus, quod in annorum paulo plus mille qui à Gothorum excidio effluxerunt, adeo corruisse, ac penitus euanuisse nō potuissent tam solidæ extructiones, quarum partes quæ in agris à multitudinis commodo quàm longe abfuerint, integræ nunc uisuntur. Solæ igitur incusandæ & detestandæ sunt manus improbæ illorum, qui ut priuata & quidē sordidissima erigerent ædificia, lapides aut in calcem decoquendos, aut cæsarū muris adhibendos ab illa mœnium maiestate non sunt ueriti asportare: ut tamē nos etiam aliqua ex parte uetustati deferamus, eam dicemus nulla ratione magis formas aquarum demolitam fuisse, quàm quod urbe Roma cæteris in gubernationis suæ partibus senescente seruādarum quoq́; formarū cura cessauit. Frontinus enim de custodia aquis adhibita hæc habet uerba. Tutelam autem singularū aquarum locari solitā inuenio, positamq́; redemptoribus necessitatem certum numerum circa ductus extra urbem centum ab urbe seruorum

rum opificum habendi. Et quidem ita ut nomina quoque eorum, quos habituri sunt in mi
nisterio per quasq; regiones in tabulas publicas deferrent: eorumq; operũ probandorum
curam fuisse per censores aliquando & ædiles, interdũ etiam consulibus eam prouinciam
obuenisse, ut apparet ex eo quod factum est C. Luctatio & Cesone consulibus. Quãtope
re autem curæ fuerit, ne quis uiolare ductus aquarum nec non concessam deriuare aude-
ret, quũ ex multis apparere potest: tum ex hoc quod Circus maximus ne diebus quidem
ludorum Circensiũ, nisi ædilium aut censorum permissu irrigabatur: quod durasse etiam
postquam res ad imperatores transijt, sub Augusto apud Ateium Capitonem legimus.
Agri uero qui aqua publica contra legem essent irrigati publicabantur. & infra: cuius rei
causa ædiles curules iubebantur per uicos singulos ex his qui in unoquoq; uico haberẽt,
prædia'ue haberent binos præficere, quorum arbitratu aqua in publicum saliret. Primus *Agrippa per*
M. Agrippa post ædilitatẽ, quã gessit cõsularis, operũ suorũ & munerũ uelut perpetuus *petuus cura-*
curator fuit, qui iam copia permittẽte scripsit, quid aquarum publicis operibus quid lacu *tor aquarum*
bus, quid priuatis daretur. Habuit & familiam propriam, aquarum quæ tueretur ductus
atque castella & lacus: hanc Augustus hæreditatem ab eo sibi relictam publicauit. & infra
Frontinus Senatusconsultum ponit his uerbis. Placere huic ordini eos qui aquis publicis
præessent, quũ eius rei causa extra urbem essent, lictores binos, & seruos publicos ternos,
architectos singulos, & scribas & librarios accensos, precones'q; totidem habere, quot ha-
bent hi per quos frumẽtum plebi datur. Duabus distributionis superius factæ partibus cij
pro posse impletis, tertiam loca ludis spectaculisq; ædificata habituram aggrediamur. In *De locis spe*
hac theatra scænam, orchestram, amphitheatra, harenam, & circos describere oportebit. *ctaculorum*

Theatri originem Cassiodorus hãc describit, Quum agricultores feriatis diebus sacra ciij
diuersis numinibus per lucos uicosq; celebrarent, Athenienses primũ agreste principium *Theatri ori*
in urbanum spectaculum collegerunt, theatrum Græco uocabulo uisorium appellantes, *go*
quod eminus astans turba conueniens sine aliquo impedimento uideatur. & infra: hos ri
tus Romani sicut cætera externa, ad suam rempublicã non inutiliter trahentes, ædificium
alta cogitatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt. Vnde non immerito
Pompeius Magnus creditur fuisse uocitatus. Plinius autẽ M. Scauro non Pompeio hanc
theatri in urbem Romam primum aduecti gloriam attribuit, quãquam de Pompei cogno
mine Cassiodorum errasse à Liuio didicimus, cum magni cognomen illi domestica appel
landi consuetudine à pueritia obuenisse dicat. Sed ad theatrum quod Romæ primum ædi
ficatum fuit ueniamus. ea machina ad hemicycli formã facta, frontẽ qua inter cornua pa-
tebat, scænam appellatam binis pluribus'ue cotignationibus constratam habebat. Semi- ciiij
rotundum autem id ædificium nullo obtectum fornice sedilia habebat, quorum pars inte *Scena quid*
rior Orchestra appellata. Dumq; spectacula æderentur fieriq; intelligebant. Primũ itaq; cv
quod Romæ ad dictam formam uisum est theatrum, Marcus Scaurus in sua ædilitate nõ *Orchestra*
quidem perpetuo, sed triginta tantummodo ludorum scænicorum diebus duraturum ex- *quid*
truxit: de quo quia si plura sine testimonio dixerimus fidẽ nobis paruam adhibitũ iri du- cvij
bitamus, Plinij uerba hic apponere libet, Hic fecit in ædilitate sua opus maximũ omniũ *Theatrũ tem*
quæ unquam fuere humana facta manu, non temporaria mora, uerum etiam æternitatis *porarium*
destinatione. Theatrum hoc fuit scænæ triplicis trecẽtarum sexaginta columnarum: pars
inferior scenæ de marmore fuit, media è uitro inaudito etiam postea genere luxuriæ, sum
mæ columnæ tabulis inauratis. Et columnæ, ut diximus, fuerunt uigintiquatuor nume-
ro. Cauea ipsa cepit hominum octingenta millia. Quod autem Plinium supra dixisse hic
scripsi, fuit in libro XXXIIII ubi sunt hæc uerba, In Marci Scauri ædilitate tria millia
signorum in scæna tãtum fuere temporario theatro. Et libri trigesimi sexti capitulo secun
do trecẽtas sexaginta columnas, M. Scauri ædilitate ad scænam theatri temporarij, & uix
uno mense futuri in usu uiderũt portari. & infra: maximas earũ duo de quadraginta pedũ
Luculei marmoris. Ponit autẽ Plinius de temporarijs theatris maiora supradictis. C. nan-
que Curionem qui bello ciuili in partibus Cæsarianis fuit, in funebri patris munere thea-
tra duo tẽporaria ædidisse dicit in hæc uerba: Theatra duo iuxta fecit amplissima è ligno cvij
arcelino singulorum uersatili & pensili libramento, in quibus utrisq; antemeridiano ludo *Theatra duo*
rum spectaculo munerum fiebat editio inter se auersis ne inuicem obstreperẽt: & repente *uersatilia*
circũactis ut constet postremo etiam die sedentibus aliquibus & cornibus inter se coeunti

 bus

bus amphitheatrum gladiatorum spectacula ædebat ipsum magistratum & populum circunferens Romanum. Quid enim miraretur quisquam in hoc? primum inuentorē, an inuentum? artificē an auctorē? ausum aliquē excogitare hoc, an suscipere, an uidere. Super omnia damnādus erit populi furor sedere ausi tam infida instabiliq; sede: en hic est ille terrarum uictor & totius dominator orbis, qui gētes & regna diriberet, iura exteris mitteret, & quædam munere: deorū immortalium generis humani uictrix portio in machina pendens, & ad periculū suum plaudens: quod tātum nefas animarū istarum, aut quæ querela, quantū mali uidetur hauriri urbes terræ hiatibus, publicus mortaliū dolor est. Ecce populus Ro. uniuersus uelut duobus nauigijs impositus binis cardinibus sustinetur, & seipsum

cviij *Theatrum Pompei* depugnantē spectat, periturus momento aliquo laxans machinis. Primū autē theatrum lapide quadrato mansurū à Cn. Pompeio positū fuisse concordant scriptores: de quo Cornelius Tacitus. Nerone quartū Cornelio Cosso cōsulibus quinquēnale ludicrum Romæ institutum est more Græci certaminis, uaria fama ut cuncta ferme noua. Quin Cn. quoq; Pompeiū incusatū à senioribus ferūt, q mansurā theatri sedem posuisset. Nam antea subitarijs gradibus & scæna in tempus structa, & infra: Sed cōsultum parsimoniæ q perpetua theatro sedes locata sit, potius q immēso sumptu singulos per annos consurgeret ac strueretur, nec perinde magistratus rem familiarē exhausturos. eius theatri magnitudinē nulla ratione, nullo alio testimonio melius ostendere possumus, q quod Nero nobilibus germanis populi magnitudinē ostēsurus, sicut Cornelius Tacitus refert, eos in Pompei theatrū populo plenū introduxit. Illudq; idem theatrū postea unius diei opera Nero, sicut Plinius lib. XXXIII capitulo IIII scribit, insano sumptu inaurauit, ut Tiridatē Armeniorū regem exciperet. Hoc theatrū licet à Cn. Pompeio inchoatū & magna ex parte extructū fuerit, Caligulam imperatorē absoluisse Suetonius scribit. quod quidē annis uix quadringentis integrum durasse hinc scimus, quia Theodoricus ostrogothorū rex illud non parua ex parte dirutum instaurari iussit. Suntq; hæc Cassiodori ad Senatum uerba, molis etiam magnitudinem ostendentia. Et ideo theatri fabricā se mole soluente consilio uestro credimus esse roborandam, ut quod ab auctoribus nostris in ornatū patriæ constat esse concessum, non uideatur sub melioribus posteris imminutū. quid nō soluas senectus, quæ tam robusta quassasti? montes facilius cadere putarentur, q soliditas illa quateretur, quando moles ipsa sic tecta cautibus fuit, ut præter artem additam & ipsa quoq; naturalis esse credatur. hoc potuissemus forte negligere, si nos cōtigisset talia nō uidere. Cauea illa saxis pendentibus absidatis, ita iuncturis absconditis in formas pulcherrimas cōuenisse uidetur, ut cryptas magis excelsi montis crederes, quàm aliquid fabricatum esse iudicares. fecerunt antiqui locum tantis sumptibus ut haberent singulare spectaculum, qui mundi uidebātur ha-

cix *Atrium Pompei* *Porticus Pompei* bere dominatum. Apud id theatrū Pompeius atrium sui nominis quæ multis postea in locis curia est appellata, extruxit. Fuitq; is locus in quo C. Cæsarem occisum fuisse scribit Suetonius. ante quod atrium fuit porticus Pompeiana, de qua Ouidius de arte amandi, Tu modo Pompeia lentus spaciare sub umbra, Quum sol Herculei terga leonis adit. Ea ædificiorum moles quam ex supradictis maximam amplissimamq; fuisse nō suspicari modo, sed intelligere licet, uulgo sed magna in conclusione cognita. Nam ea in ruinarum & quidem ingentium parte ad quam monasterium nunc est Rosæ dictum exterior muri pinna in gyrum arcuata quandā theatri speciem exhibet. Sed remotissimo ab inde loco quā certiores ex fama theatri ipsius ruinæ ad sancti Laurentij in Damaso aream ecclesiæ uergunt, Angelus Pontanus iure consultus quum proximis diebus cellæ uinariæ locum altius effoderet, fundamenta reperit saxo quadrato ingenti structa: in quorum uno quod cementarij extraxerant literæ essent cubitales Genium theatri Pompeiani dicentes: ut conijcere liceat Genium ibi pro iacti primo fundamenti theatralis initio, in cæteris si educe-

cx *Theatri & scæne locus* rentur literis ostendi. Sed nostra fert opinio quicquid prædicta à sancti Laurentij area ad Rosæ monasterium campo floræ, qui olim fuit & est nunc in urbe celeberrimus, & ad Iudæorum plateam continent, tria de quibus diximus ædificia Pompei complesse, estq; iudi-

cxi *Ecclesia sancti Laurētij in Damaso* cio nostro theatri & scænæ locus in sanctum Laurentium procliuior. Nam in Damasi papæ uita, siue illam idem ipse pontifex, siue beatus Hieronymus, siue Petrus bibliothecarius scripsit: hæc uerba habentur, Is Basilicam iuxta Pompei theatrum construxit sancto Laurentio, quæ ex conditoris sui nomine uocatur. eius basilicæ ædes inhabitat nunc

qui

qui magno exornauit sumptu Lodouicus cardinalis tuus pontifex Eugeni camerarius, du
plici gloria tuis auspicijs tuisq; opibus parta, fusi ac deleti apud Anglarium Nicolai Pi- cxij
cinini, & pulsi piceno Francisci Sfortiæ clarus. Atrium uero Pompei credere debemus *Atrium Pom*
fuisse ubi nunc corrupte Satrum uulgo appellant. & porticus etiam nunc semi integra cer *peij*
nitur: ubi altissimæ extant marmoreæ ad duodecim columnæ à capitolij siue potius rupis
tarpeiæ radicibus haud remotæ. pompeiana domus quã Marcus Antonius illo defuncto
inhabitauit, ubi fuerit nulla possumus assequi coniectura. Implicamur hoc loco multarum
simul occurrentium rerum inuolucris. Nam si theatrum copiose uolumus exponere, par cxiij
tes quoq; illius oportet & simul ludos spectaculaq;, quibus ædendis illæ institutæ sunt ma *Theatri usus*
chinæ describamus. Et quidem quantũ attinet ad Scænam, uidemus eam fuisse simul cum *quis fuerit*
temporarijs theatris, aut pariter cum Pompeiano institutã. Quandoquidẽ ætate Cicero- cxiiij
nis, & ante eum in usu habebatur. Diximus superiori loco Cassiodorũ secuti, theatrum & *De spectacu-*
scænam à græcis habuisse originẽ. Cornelius autem Tacitus & si non negat exemplum à *lorũ origine*
græcis sumptũ: tamen industriam Hetruscis attribuit: cuius sunt hæc uerba: Maiores non
abhorruisse spectaculorũ oblectamenta pro fortuna, quæ tunc populo Romano erat. eoq;
ab Hetruscis histriões accitos: & à Tirijs equorum certamina: & possessos à Grais Asiaq;
ludos accuratius editos. quo in loco uult Tacitus ipse ducentis ante ætatem suã annis in
L. Mummij triumpho primum spectacula fuisse populo Romano præbita. Histriones cxv
laudatissimo primum usui habitos fuisse hinc maxime patet ꝙ Ciceronem scimus Roscio *De histrioni-*
Amerino Aesopoq; familiarissime usum: adeo ut res rationesq; eorum magnis conati- *bus*
bus tueretur. Perijt illa Ciceronis oratio, in qua populum Romanum obiurgasse dicitur,
ꝙ Roscio gestum agente tumultuauit. Contendebatq; sæpius cũ histrione Cicero, utrum
ille sępius eandem sententiam uarijs gestibus efficeret: an ipse qui eloquentiæ copiam ua-
rio sermone diuerse pronunciaret. Roscius autem non ut posteriorum ætatum, & nostrę cxvi
in primis histriones moribus & uita sordidus: sed egregie doctus fuit, qui librum scripsit, *De Roscio*
quo eloquentiam cum histrionia comparauit. Melior uero quãm nostra sit ætas histrio-
num tunc ingenia fouit: ꝙ Roscio mille denarij præter gregalem stipem, quę recitantibus
obueniebat, sunt de publico cõstituti. Et Aesopus ex histrioniæ quæstu ducenties sester- cxvij
tium filijs reliquit. Sed ad rem nostram. diximus Scænam locum fuisse, qui hemicycli *De Aesopo*
theatralis cornua per diametrũ coniungebat. Prima eius institutionis causa fuit, ut exin- cxviij
de Comici tragiciq; poetæ recitarent. postea Pantomimi sunt adhibiti: à quibus per actus *Scænæ usus*
tragicorum & poetarum inuenta per singulorum actuum simulationem ostenderẽtur. de *quis fuerit*
hac re Cassiodorus omnium qui uiderint simul & scripserint ultimus, Symmacho Boetij cxix
Torquati socero illustri ac doctissimo uiro scribens, sic habet. Frons theatri dicitur scæna *Pantomimi*
ab umbra luci densissima, ubi à pastoribus inchoante uerno tempore diuersis sonis car- *ad quid*
mina cantabantur: ibi actus musicus & prudentissimi sæculi dicta floruerunt. Sed paula-
tim factum est, ut honestissimæ disciplinæ improborum consortia fugientes uerecunda se
exinde consideratione subtraherent. Tragœdia ex uocis uastitate nominatur, quæ con- cxx
cauis repercussionibus roborata talem sonum uidetur efficere, ut penè ab homine non ui- *Tragœdiæ*
deatur exire. Erigitur autem in hircinos pedes, quia si quis inter pastores tali uoce placu- *recitatio*
isset, tali munere donabatur. Comœdia à pagis dicta est. come enim pagus uocatur, ubi cxxi
rustici gestientes humanos actus lætissimis carminibus irridebant: his sunt additæ orga- *Comœdiæ re-*
nistarum loquacissimæ manus, litigiosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quæ *citatio*
musa Polymnia reperisse narratur: ostendens homines posse etiam sine oris affatu suum
uelle declarare. Musæ uero ab aqua dicuntur. quæ inuicem sicut uirtutes necessariæ si- *Musæ unde*
bi esse uideantur. his leuium pennarum acumina ideo in fronte pinguntur, quoniam ea- cxxij
rum sensus celeri cogitatione subuectus res altissimas intuetur. Pantomimo igitur cui à *Pantomimi*
multifaria imitatione nomen est: quum primum in Scænam plausibus inuitatus adue- *in scæna actus*
nerit, assistunt consoni chori diuersis organis eruditi. tunc illa sensuum manus cano-
rum carmen exponit: & per signa composita quasi quibusdam literis edocet intuentis
aspectum. in illa que leguntur apices rerum, & non scribendo facit, quod scriptura de-
clarauit. Idem corpus Herculem designat & Venerem, fœminam præsentat & marem,
regem facit & militem, senem reddit & iuuenem: ut in uno credas esse multos tam ua- cxxiij
ria imitatione discretos. Mimus etiam qui nunc tantummodo risui habetur, tanta *Mimi quid*

Philistionis cautela repertus est:ut eius actus ponerentur in literis,qui mundum curis eda cibus æstuantem lætissimis sententijs temperaret. Quid apti tabularum tinnitus: quid dulcissimi soni referam uaria percussione modulamen,quod tanta iocunditatis gratia accipitur,ut inter reliquos sensus auditum sibi ad summum munus tunc homines extiment fuisse collatum. Sed ætas subsequens ludicra priscorum inuenta traxit ad uitia, & quod honestæ causa delectationis inuentum est, ad uoluptates corporeas præcipitatis mentibus impulerunt. Satis iam ex superioribus quid Scæna, & ad quem usum à principio instituta fuerit cõstare ex Cassiodoro potest. Quæ autẽ fuerit mutatio,quã Cassiodorus dolet in Scæna factam esse paucis perstringemus, nihil scilicet spectacula & ludos Scænicos aliud quàm incestus,adulteria,crudelitates, & quæq; flagitia repræsentando edocuisse: ut non immerito Boetius in consolatione refecta lasciuis carminibus poemata Scænicas appellauerit meretriculas. Anneus uero Seneca Cordubensis in epistola septima: Nihil inquit tam damnosum bonis moribus esse potest,quàm in aliquo spectaculo residere. tunc enim per uoluptatem facilius uitia subrepunt. Quid me existimas dicere? auarior redeo,ambitiosior,luxuriosior,nunc uero crudelior & immanior,quia inter homines fui.casu inter meridianum spectaculum incidi,lusus expetens,& sales & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant: contra est, quicquid ante pugnatum est minus materia fuit:nunc omissis ludis,uaria homicidia fiunt.nil habent quo tegantur ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt. hoc plærisq; ordinatis paribus & postulaticijs præferunt. Quid ni præferant:non galea,non scuto repellitur ferrum. Valerius etiam maximus instituta referens antiqua,ponit multa,ex quibus uel pauca retulisse sufficiet. proximus à militaribus institutis ad urbana castra, id est theatra gradus faciendus est. quoniam hæc quoque sæpenumero animosas acies instruxerunt, excogitataq; à principio cultus deorum & hominum delectationis causa, non sine aliquo pacis rubore

cxxiiij macularunt. Sed non solum in muneribus quæ edi consueuerunt in scæna, uerũ etiam in

Scenæ edificij magna mutatio illius ædificio ornatuq; ingens facta est mutatio. Primo enim ab agresti tuguriolo arboribus camerato scæna,ut diximus,in Latericiam lapideam'ue ac marmoream molem erecta est. Posteriorum autem luxuria eò postmodum processit:ut omnis illius ludorum apparatus uel aureus,uel argenteus,uel eburneus fieret. Plinius libro XXXIII. Et nos fecimus quæ posteri fabulosa arbitrabuntur: Cæsar qui postea dictator fuit in ædilitate sua munere patris funebri omni apparatu scænæ argenteo usus est. ferasq; etiam argenteis uasis incessere,tunc primum uisum: est.mox quod etiam in municipijs æmulantur. C. Antonius ludos scæna argentea fecit. Item L. Murena. Et idem Plinius libro XIX. Primus omniũ Catulus Capitolium dedicaturus linteis in theatro umbram fecit. & pariter bissina uela primus in theatra duxit Lentulus Spinter Apollinaribus ludis. supra item dictum est Neronem exceptum Tiridatem Armeniorum regem theatrum Pompeij auro in unum diem operuisse. Quo autem modo Pantomimus,quod supra est dictum, tam uarias hominum formas posset effingere: Horatius Flaccus ad Numatiũ scribens indicat. Dum enim Pantomini ludos scænicos paraturi Lucullum uestes poposcissent,quibus se in uarias hominum ætates conditionesq; personarent, quid secutum sit ostendit Horatius his carminibus. Chlamydes Lucullus,ut aiunt, Si posset centũ scænæ præbere rogatus: Qui possum tot ait, tamẽ & quæram & quot habebo Mittam. post paulo scribit sibi milia quinq; Esse domi chlamydũ, partem ut aut tolleret omnes. Mutationem etiam in musicorum modulatione pariter cum ædificio & muneribus scænam habuisse ostẽdit in arte poetica his carminibus. Tibia non ut nunc Orichalco iuncta tubæq; Aemula, sed tenuis simplex foramine paruo, Aspirare & adesse choris erat utilis, atq; Nondũ spissa nimis cõplere sedilia flatu. Quò sane populus numerabilis utpote paruus, Et frugi castusq; uere auidus que coibat. Postquam cœpit agros extendere uictor, & urbem Latior amplecti murus, uinoq; diurno Placari genius festis impune diebus, Accessit numerisq; modisq; licentia maior. Sed de theatro satis, cuius solæ cernuntur ruinæ.

Ad exponenda alia transeamus, quorum fabricæ pars nunc extet.

BLONDI

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS ROMAE INSTAVRATAE
LIBER TERTIVS.

AMPHITHEATRVM quid à græco in latinitatem interpretatum I
sit: Cassiodorus qui molem ipsam uidit penè integrã: & græcas æque *Quid sit am-*
ac latinas literas sciuit, ubi de ludis spectaculisq; iussu Theodorici re- *phitheatrum*
gis populo ædendis tractat sic dicit: Hoc Titi potentia principis diui-
tiarum profuso flumine excogitauit ædificium fieri: & quũ theatrum
hemisperium græce dicatur, amphitheatrum quasi in unum iuncta
duo uisoria recte constat esse nominatum; quod speciem eius harena
concludat, ut & currentibus aptum daretur spacium, & spectantes
omnia facilius uiderent, dum quædam prolixa rotunditas uniuersa collegerat. quod tamẽ
Titus princeps non fuerit primus, qui sicut uult Cassiodorus amphitheatrũ excogitauit,
ostendit Cornelius Tacitus: qui in gestis à Nerone ipso & Pisone cõsulibus scribit, C. Cæ
sarem in campo Martio amphitheatri molem posuisse, quam Suetonius ab illo destinatã,
& postea ab Augusto Mausoleũ ædificaturo destructã dicit. Suetonius etiã in uita Cæsa-
ris de operibus scribit Statilium Taurum ædificasse amphitheatrum. & pariter de Vespa-
siano primum, postea de Tito eius filio scribens, Amphitheatri opus utriq; attribuit. Sed
ubicunq; alia fuerint amphitheatra illud quod nunc Colosseum appellant, T. Vespasianũ ij
uel incboasse uel perfecisse, uel quũ genitor incœpisset absoluisse nõ dubitamus. Nã quod *Amphithea-*
supra de multis, & nuperrime de Pompeio ostendimus: Consueuerunt Romani principes *trum quod*
omnia eorum monumenta uno in loco ædificare. Et pacis templum nunc diruptum Ve- *Colosseum di-*
spasiani opus uia olim sacra: deinde notissimũ T. filij arcũ, in quo candelabra & alia gen- *citur*
tis spolia in triumphum ducta cernuntur: amphitheatro nunc Colossco propinqua esse ui-
demus: ut nullatenus sit dubitandũ, quin omnia uel sanctæ Mariæ nouæ monasterij & ec-
clesiæ ædificia: uel maximæ apud illam extantes ruinæ in Colosseum uergẽtes dicti pacis
templi, & aliorũ Vespasiani ac Titi ædificiorũ partes fuerint. quanq; Suetonius quando
scribit Titũ ædificasse amphitheatrũ, addit ꝙ pariter thermas illi propinquas extruxerit: iij
quas credimus fuisse ubi nunc sunt ruinæ à sanctæ Mariæ nouæ monasterio in Colosseũ, *Thermæ Titi*
ut diximus, uergentes. Nullũ autẽ in tota urbe ædificiũ facile reperietur, quod maiori sum *Vespasiani*
ptu maiori q; rerũ præciosissimarũ apparatu, q; templũ pacis fuerit extructũ: de quo bea- iiij
tus Hieronymus in Iobelis prophetæ expositionibus sic dicit: Vespasianus & Titus Ro- *Tẽplũ pacis*
mæ templo pacis ædificato, uasa templi Hierosolymitani, & uniuersa donaria in delubro
illius cõstituerũt: quæ græca & Romana narrat historia. Id etiã amphitheatrũ, nũc Colosse
um à Vespasiano & Tito, & nullo alio fuisse ædificatũ ostendit Martialis in epigrammati
bus his carminibus. Hic ubi cõspicui uenerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Ne
ronis erãt. Martialẽ uero Statiũq; poetas per Vespasiani & Titi tempora floruisse Eusebi-
us scribit. Et stagna Neronis fuisse, ubi nunc Colosseũ & Constantini arcum uidemus tri-
umphalem in aureæ domus Neronis descriptione ostendemus. Videtur autẽ nobis ex v
duobus uisorijs, quæ in amphitheatro simul iuncta fuisse uult Cassiodorus, eam partẽ quæ *Colosseũ fu-*
nũc extat Colosseus dicta, fuisse harenã. Similes enim illi moles, quæ nunc Veronæ una, *isse harenam*
Polæ Illiriorũ altera, integræ extant: dicũtur harenæ. Altera autẽ pars & maior & certiore
uocabulo amphitheatrũ appellata, simul cũ optimis rei pub. temporibus uetustate, & ipso
pondere subsedit. Idq; certo ostẽdere testimonio uolumus. Theodorico Ostrogotho rem
Romanã tenente, & prout sæpe diximus paterno fouente affectu, Senatus populusq; Ro.
mœnia cupiens instaurare: quæ partim Visigothi aperuerant, partim uetustate collapsa
erãt, saxa amphitheatri in dictã instaurationẽ petijt: quibus sic rex ipse respõdit. Optabilis vi
nobis est, & grata deuotio, quæ bonã præcessit uisionẽ: & merito acceptũ uidet, si id quod *Epistola per*
possumus imperare poscitur. Fœlicitas igitur regnantis est famulantes amare. quod expe- *quã saxa am-*
dit quando labor cogitationis nobis aufertur, dum subiecti sibi profutura disponunt. atq; *phitheatri cõ*
ideo suggestionis uestræ tenore cõperto, quanta charitate curã in cõmuniendis mœnibus *ceduntur Ro-*
suscepistis, absolutam huius rei uobis censemus esse licentiam. Nec quicquã de hac re ue- *manis*
reamini, unde gratiæ expectare præmia mox debetis. uestra enim munitio, nostra est nihi-
lominus fortitudo: & quicquid uos ab incerto eripit, famam nostræ defensionis extendit.

Saxa

Saxa ergo quæ suggeritis de amphitheatro longa uetustate collapsa, nec aliquid ornato publico iam prodesse nisi solas turpes ruinas ostendere, licentiam uobis eorū in usus dun/taxat publicos damus: ut in murorū faciē surgat, quod nō potest prodesse si iaceat. Quo/circa proficite confidenter, quicquid cautio ad munimen, quicquid ornatus expedit ad de corem, tantū sciturí gratū fore quod facitis, quantū exinde gratia se nostræ ciuitatis extu/lerit.

vij *Amphitheatrum Titi* Fuisse autem tenemus & affirmamus ipsam amphitheatri oblongam partē, & nūc demolitam inter harenæ, quæ nunc extat, partem dirutam & arcū Constantini atq; ingen/tes ruinas, quæ ad primas Cælij montis radices proxime insurgunt, quas quidē ruinas fun damenta curiæ Hostiliæ fuisse tenemus. Nec moueat quempiā nulla nūc fundamēta, nul/las ruinas uideri illius amphitheatri, cuius rotunditatē prolixam appellat Cassiodorus, q; populus Ro. à Theodorico permissus in murorum illa instauratione funditus asportauit. Cuius rei tanta per singulos dies uidemus exempla, ut ea solūmodo causa nos aliquando Romæ fastidiat habitatio. Multis enim in locis uineas uidemus, ubi superbissima uidimus ædificia: quorū quadrati lapides Tiburtini in calcem sunt cōcocti.

viij *Quæ munera ederentur in amphitheatro* In ea amphitheatri ro/tunditate prolixa nō modo adulterij incestus, & cæteræ luxuriæ incitamenta, aut effœmi/nantes ludi edebātur: sed maximæ crudelitatis exempla certaturi cū feris mali auari homi/nes morti obijciebātur. Idq; itē ex Cassiodoro libet ostēdere. Theodoricus nāq; rex Rauen næ agēs, quū omnia senatui & populo Ro. permitteret, quæ & stante re pub. & à principi bus instituta fuerāt: pugnā item in amphitheatro more solito cū bestijs cōcessit: cuius epi/stolam, quia & ipsum spectaculū, & ea omnia quæ supra sunt posita continet, inseruimus.

ix *Epistola ostendens amphitheatri crudelitates* SI consularem magnificentiā prouocant, qui pro incerta corporū flexibilitate luctātur: si organo canentibus redditur uicissitudo præmiorum: si uenit ad precium delectabilis cantulena: quo munere uenator explendus est, qui ut spectantibus placeat suis mortibus elaborat, uoluptatem præstat sanguine suo, & infœlici sorte constrictus festinat populo placere, qui cum nō optat euadere. actus detestabilis, certamē infœlix, cum feris uelle con/tendere, quas fortiores se non dubitat inuenire. Sola est igitur in fallendo præsumptio, uni cum in deceptione solatiū. qui si feram non mereatur effugere, interdū nec sepulturā pote/rit inuenire: adhuc superstite homine perit corpus. & anteq; cadauer efficiatur: truculen/ter absumitur. captus fit esca hosti suo. & illū prohdolor satiat, quem se perimere posse fe/stinat. Spectaculū autē fabricis clarū, sed actione deterrimum in honorē Scythicę Dianæ repertum, quæ sanguinis effusione gaudebat. O miseræ deceptionis errorē: illā desiderasse colere, quę morte hominis placabatur. Primū sibi per lucos & syluas agrestū populorū uo ta uenationibus deditā hanc triplicē deā falsa imaginatione finxerūt. Ipsam in cœlo Lunā, ipsam in syluis Dianā, ipsam apud inferos Proserpinā esse firmantes. Sed solum herebi po/tentē nō improbe existimarūt: q; tali falsitate decepti, in profundas herebi tenebras cū suis erroribus intrauerunt. Hunc ludū crudelē, sanguinariam uoluptatē, impiam religi/onem, humanam, ut ita dixerim, feritatē Athenienses primū ad ciuitatis suæ induxere cul/turam, iusticia permittēte diuina: ut ad derisionem spectaculi perueniret, q; pro falso religi onis ambitu inuenisset. Hoc Titi potentia principis diuitiarum profuso flumine cogitauit ædificiū fieri, unde caput urbium patuisset. & quum theatrum, quod est hemisperiū, græ/ce dicatur amphitheatrum, quasi in unum iuncta duo uisoria, rectè cōstat nominatū: q; spe cies eius harenā concluderet, ut & currentibus aptū daretur spaciū, & spectantes omnia fa cilius uiderent, dum quādā prolixa rotunditas uniuersa collegerat. Itur ergo ad talia quæ refugere deberet humanitas. Primus ergo fragili ligno confisus currit ad ora belluarum, & illud quod cupit euadere magno impetu uidetur appetere. Pari in se cursu festinant & prædator & præda. nec aliter tutus esse potest, nisi huic quē uitare cupit occurrerit. Tunc in aerem saltu corpore eleuato, quasi uestes leuissime supinata membra iaciuntur: & qui/dam arcus corporeus super belluā libratus, dum moras discedendi facit, sub ipso uelocitas ferina discedit. Sic accidit ut ille possit mitior uideri, qui probatur illudi. Alter angulis in quadrifaria mundi distributione compositis, rotabili facilitate præsumens nō disceden/do fugit, nō se longius faciendo discedit. sequitur insequentem, parietibus se reddens pro/ximum, ut ora uiret ursorum. Ille in tenuem angulum suspensus inuitat exitialem feram, & nisi periclitatus fuerit: nil unde uiuere possit acquirit. Alter se gestabili muro canna/rum contra sæuissimū animal Ericij exemplo receptatus includit, qui subito in tergū suum refugiens

refugiens intra se collectus absconditur, & cum nusquā discesserit eius corpusculum non uidetur. Nam sicut ille ueniente cōtrario reuolutus in speram naturalibus defensatur aculeis: sic iste consutili crate præcinctus munitior redditur fragilitate cannarum. Alij tribus ut ita dixerim dispositis hostiolis paratam in se rabiem prouocare præsumunt, in patenti area cancellosis se postibus occullentes, modo facies, modo terga monstrantes, ut mirum sit euadere, quos ita respicitis per leonum ungues dentesq; uolitare. Alter labenti rota feris offertur: eadem alter erigitur, ut à periculis auferatur. Sic hæc machina ad instidi mundi formata qualitatē, istos sæpe refouet, illos timore discruciat, omnibus tamē uicissim ut decipere possit arridet. Longū est per tot periculorū casus sermonibus euagari. Sed apte iungendum est quod ait de inferis Mantuanus. Quis scelerum comprendere formas. Quis omnia pœnarū pcurrere nomina possit. Sed uos quibus necesse est talia populis exhibere largata manu fundite præmia, ut hæc miseris faciatis esse uotiua. Ne dum autē male auari homines in amphitheatro cū bestijs pugnaturi pręcio publice accipiebantur: sed multi capite damnati, & plurimi in bellis capti illic cū feris pugnando mortē appetere cogebantur. Et de damnatis quidē duobus, q dum ad id certamen portarētur, mortē sibi prius consciuerint, Seneca est testis. Claudius autē imperator pacatis ægyptijs, quum militū nō parua manus ob effluentiā opum rebellasset, partem illorū superatorū occidit, partē Romam misit cum bestijs pugnaturos. Iulius Capitolinus hanc Romani populi crudelitatē honestare uolens in Pupieni Balbini gestis rebus sic scribit. Vnde autem tractum sit ut proficiscentes ad bellū imperatores munus gladiatorum, & uenatus darent breui dicendum est. Multi apud ueteres dicunt hanc deuotionem factam contra hostes, ut sanguine litato speciе pugnarum seuerioris uim quandam fortunæ satiarent. Ituros autem ad bellum Romanos debuisse pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, & nudas inter se cohortes, ne in bello armatos hostes timerent, aut uulnera & sanguinem horrerent. Eius autem sæuissimi instituti causa cōsueuerant ituri ad bella exhibere in spectaculis multa gladiatorum paria, & quo quisq; ditior erat, eo plura exhibebat. Sed Cæsar lege sanciuit, quot paria à quocūq; pro prouinciæ sibi cōmissæ magnitudine deberēt exhiberi. Habuisse etiā aliquando amphitheatrum mitiora spectacula hinc constat q Domitianum imperatorem scribit Suetonius ædidisse ludos, & spectacula ratibus in amphitheatro aquis quantum oportuit inundato. De his quæ ad amphitheatrum spectant uel totum, uel eius partem quam tenemus demolitam esse, satis: nunc autem aliqua dicemus de harena illius parte: nunc ut tenemus sub nomine Colossei: Harena quare is locus sit dictus nullo in loco inuenimus, tamē conijcimus ex actu uocabulum habuisse. Eo namq; in caueæ loco honestissima palestræ certamina edebantur. Eratq; sparsum solo sabulum, in quod certantes sine læsione caderent. Et nudati perunctiq; membra pugiles, ut solidiorem uicissim præberent amplexū, eo puluere perfundebantur. indicat id Plinius libro XXXV de puluerum uarietatibus tractans, cuius sunt hæc uerba. Non multum à puluere puteolano distat à mari harena tenuissima sui parte: nec ad substinenda maria fluctusq; frangendos, sed ad debellanda corpora palestræ studijs. inde certe Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexandri magni ducibus sabulum hoc portari cum reliquis militaribus commercijs reperio. Harenæ munerū impensam ab utroq; ordine, senatorio scilicet, & equestri collatis in capita nummis fieri solitam innuit Suetonius in uita Tyberij imperatoris: cuius hæc sunt uerba. Ex iuuentute utriusque ordinis profligatissimus quisque quo minus in opera scænæ harenæq; edenda Senatusconsulto tenerentur famosi iudicij notam sponte subibant. Meminit harenæ Helius Lampridius in uita Commodi Antonini his uerbis. Amazonius autem uocatus est ex amore concubinæ suæ Martiæ, quā pictam in amazone diligebat: quapropter & ipse in amazonico habitu in harenam Romanam procedere uoluit. Deinceps circos describere aggrediamur: eos in urbe tres fuisse maximum, flaminium, & Neronis, nec plures constat. De eo qui Neronis est dictus pauca scribit Plinius, ubi de tertio Obelisco tractat: qui erat estq; nunc in Vaticano. Illum enim dicit fuisse in Neronis circo, sicut supra de Obeliscis tractantes diximus. Circum qui postea maximus est appellatus à Tarquinio rege ædificatum fuisse scribit Liuius in primo his uerbis: Tum primum circo, nunc maximus dicitur, designatus est locus: diuisa loca patribus equitibus que urbis, ut spectacula sibi suis que facerent, fori appellati.

Marginalia:
x — *Mittebantur captiui ad pugnandū cum feris amphitheatri*
xi — *Ludi gladiatorij origo*
xij — *C. Cæsar minuit numerū gladiatorum*
xiij — *Naumachia in theatro edita*
xiiij — *Harena ad quid*
xv — *Expensæ harenæ fiebant à patricijs collatis in capita nummis*
xvi — *De Circis*
xvij — *De Circo Neronis*
xviij — *De circo maximo*

Eosdē

xix Eosdem autem foros opus maximum, de quo Romanus populus spectaret, quæ in circo
Quid fori munera edebantur, Tarquinium, cui Superbo fuit cognomẽ, extruxisse, Liuius in primo
erant item sic scribit: Foros in circo faciendos, cloacamq́ maximam receptaculum omniũ pur-
gamentorum urbis sub terram agendam, quibus duobus operibus uix noua hæc magni-
xx ficentia quicquam adæquare potuit. Sed ad quid is Circus fuit à principio instauratus
Ad quid cir- ostendit superiori loco Liuius, postq̃ diuisa loca patribus equitibusq́ urbis, ut spectacula
cus fuit insti- sibi quisq́ facerent: continuat enim, Spectauere foros furcis duodenos ab terra spectacu-
tutus la alta sustinentibus pedes. ludicrum fuit, equi pugilesq́ ex Hetruria maxime acciti. so-
xxi lennes deinde annui mansere ludi, Romani, magniq́, uarie appellati. De Circo aliqua
Vnde dictus habet Cassiodorus quæ duximus inserenda. Circus à circuitu dicitur. circenses quasi cir-
est circus cuenses. propterea quod apud antiquitatẽ rudem, quę nec dum spectacula in ornatũ redu-
xerat fabricarum, inter enses & flumina locis uirentibus agebantur. Nec illud putetur irri-
tum, q̃ metarum circuitus, ouorum ereptionibus erigitur: quãdo actus ipse multis super-
stitionibus grauidis oui exemplo geniturũ se aliqua profitetur. Et ideo datur intelligi, uo-
lutantes atq; incõstantissimos inde mores nasci, quos ciuiũ moribus aptarẽt. Cætera Cir-
ci Romani longum est sermone decurrere: dum omnia uideantur ad causas singulas per-
tinere. Hoc tantum dicimus omnimode stupendum, q̃ illic supra cætera spectabilia feruor
animorũ inconsulta grauitate rapiat: transit Prassinus, pars populi mœret: procedit uene-
tus & potior turba ciuitatis affligitur. nihil profitentes feruenter insultant. nihil patientes
grauiter uulnerantur. & ad inanes cogitationes sic descenditur, tanquã de statu conditio-
xxij nis patriæ laboretur. Eo in Circo carceres locum in quo equi & bigæ & quadrigæ cursu
De carcere lo- decertaturæ continerentur, fuisse ædificatos quo anno Priuernum a Romanis obsideba-
co & parte tur, scribit Liuius in VIII. Obseruatum autem fuisse longissimis postea temporibus, ut
circi bi ludi in circo maximo fierent, multis legimus in locis. Suetonius in uita Cæsaris. Circen
xxiij sibus spacio Circi ab utraq; parte producto, & in gyrum euripo addito, quadrigas bigasq́
De ludis circi & equos desultores agitauerunt nobilissimi iuuenes. Troiam lusit turma duplex & maio-
xxiiij rum & minorum puerorum. Huius ludi originem Virgilius in quinto sic describit. Hunc
De ludo Tro- morem sacrorum atq; hæc certamina primus Ascanius longã muris cum cingeret Albam
iano Retulit: & priscos docuit celebrare latinos. Quo puer ipse modo secum quo Troia pubes
Albani docuere suos: hinc maxima porro Accepit Roma, & patrium seruauit honorem.
Troiaq́ nunc pueri, troianum dicitur agmen. Et tamen aliter asserere uidetur Cornelius
Tacitus, cuius sunt hæc uerba. Eaq́ offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patauij,
unde ortus erat, ludis cetastis à Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat. Sue
tonius uero in uita Octauij Augusti: In circo aurigas cursoresq́ & cõfectores belluarum,
& unũquẽq; ex nobilissima iuuentute produxit. Sed & Troiæ ludum edidit frequentissi-
mum maiorum minorumq́ puerorum, prisci decoriq́ moris existimans claræ stirpis in-
dolem sic notescere. Et in Caligula Suetonius: Edidit q́; Circenses plurimos à mane usq;
ad uesperam interiecta modo Aphricanarũ uenatione, modo Troiæ decursione: & quos-
dam præcipuos minio & chrysocolla cõstrato circo, nec ullis nisi ex senatorio ordine au-
xxv rigantibus. Claudij etiam imperatoris gesta describens Tranquillus, Circenses frequenter
In circo car- etiam in Vaticano commisit, nõnunquam interiecta etiam per quinos missus uenatione.
ceres aureati Circo Nero maximo marmoreis carceribus aureatisq́ metis, quæ utraq; & tofina & lig-
xxvi nea ante fuerant exculto, propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis, ac
Quid sit nũc super quadrigarũ certamina Troiæ lusum exhibuit. Circi maximi locus, & si omni ædi-
circus maxi. ficiorum ornatu modo denudatus est, & in hortos mutatus optimis abundantes oleri-
xxvij bus: tamen retinet nomẽ sub ruinis palatij maioris. & si forte aliquis addubitauerit, edocet
Quid fuit p- locum Cornelius Tacitus, ubi incendium illud describens, quo Neronis temporibus urbs
pe circũ ma- Roma penè tota conflagrauit, sic scribit. Initiũ in ea parte circi ortum quæ pallatino cæ-
ximum lioq́ montibus contigua est. Habuit autem circus maximus circa se præclarissima quæ-
Aedes Vene. dam ædificia. In primis ædem Veneris, quam Liuius libro X dicit Fabium Gurgitem con
Aedes Cere. sulis filium aliquot matronis stupri damnatis ex eo mulctatitio ære extruxisse, Et sicut Pli
Aedes Iuuen. nius libro XXXV scribit, ædes Cereris apud Circum maximum fuit. Liuius ipse in bello
Templũ Mer- Macedonico scribit, ædem Iuuentutis in circo maximo Licinium duumuirum dedicasse,
curij Ouidius uero scribit, templum Mercurij spectasse Circum maximum: suntq́ uersus ea in
parte

parte fastorum,cuius est initium Clare nepos athlantis.ubi ita sequitur: Templa posuere xxviij
patres spectantia circū:Idibus ex illo est tibi festa dies.Habet etiā Ouidius in v i fastorum. *De colūna in*
Columnā breuē marmoreā fuisse apud circū,ad quā Romani ad bella profecturi hastā pro *quā ituri ad*
ijciebant eam partē uersus, in quā ituri erāt: suntq; hæc carmina. Prospicit à tergo summū *bella mitte-*
breuis area circū:Est ibi nō paruæ parua columna notæ. Hinc solet hasta manu belli præ- *bant tela*
nūncia mitti:In regem & gentē quum placet arma capi. Erat etiā altera in parte circi tem xxix
plum Herculis,in quod nec canes,nec muscæ intrabant.Quod templū Sylla iussu Sybillæ *Templū Her*
fecit.Ouidij carmina:Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est. Quod deus euboico *culis in qd'nec*
carmine munus habet.Si titulos quæris:Sylla probauit opus.Plinius autē scrio reddit cau *canes nec mu*
sam quare canes Herculis templū nō ingrediebantur:quā quia iocunda est omittere nolu- *scæ intrabant*
imus.Dicit enim clauā Herculis, cū qua eo in tēpli loco Cacū occiderat, post primas eius
templi ualuas fuisse locatā,cuius odore & non immerito absterrerentur canes,nescio autē
an & muscæ ipsum horruerint clauæ odorē. Circi Flaminij M. Varro hāc ponit originē. xxx
Circus Flaminius dicitur qui circū ædificatus est flaminiū campum, & q ibi quoq; ludis *De Circo Fla*
Taurijs equi circum metas currūt.Liuius lib.i i i quū legē latā scribit, Ne cui fraudi esset *minio*
secessio ab decemuiris facta,subiungit sic.Ea omnia in pratis flaminijs cōcilio plæbis acta:
quē nunc circum flaminiū appellāt.Plinius autē lib. x x x v sic scribit.Inuenio à consula
tu Octauij,qui de Perseo rege naualem triumphū egit, factam porticū duplicē ad circum
flaminiū,quæ Corinthia sit appellata à capitulis æreis columnarū. Estq; is circus flamini-
us,de quo superiori loco portā indicantes Collinā diximus Liuiū scribere libro ultimo de
bello Macedonico,quū dicit ita abundasse Tyberim, ut ludi Apollinares circo inundato
extra portā Collinā parati fuerint. De pratis autē Flaminijs sic habet item Liuius in i i i. xxxi
Itaq; inde consules ne criminationi locus esset,in prata flaminia, ubi nunc ædes Apollinis *De pratis Fla*
est,iam tum Apollinarē apellabāt, aduocauere Senatū. De cursu autē equorū,quos Var- *minijs*
ro dicit in circo flaminio ludis Taureis circū metas currere, sic habet Ouidius ad fastorū xxxij
secundi libri finē.Iamq; duæ restāt noctes de mense secūdo:Marsq; citos iunctis curribus *De æde Apol*
urget equos.Ex uero positū permansit equuria nomē. Quæ Deus in campo præstitit ipse *linis*
suo.& M. Varro de equuria sic habet:Equuria ab equorū cursu.eo enim die ludis currunt xxxiij
in Martio campo.De hoc Cassiodorus in epistola,cuius partē ultimā superiore de Circen *De Equuria*
sibus loco posuimus. postq; id ludicrū quo equis iunctis currebant curribus multū lauda-
uit:sic subiunxit: Primū hoc apud Elidē Græciæ ciuitatē Oenomaus fertur edidisse,quod
postea Romulus in raptu Sabinarū,nec dum fundatis ædificijs ruraliter ostentauit Italiæ.
Sed mundi dominus ad potentiā suā opus extollens,mirandā etiam Romanis fabricam in xxxiiij
uallem Martiam tetendit Augustus,ut immensa moles firmiter præcincta montibus con- *Ab Augusti*
tineretur. Eadem uero in epistola satis innuit Cassiodorus solitos ab Augusti Mausoleo *mausoleo cur*
sex portis dimitti iunctos currus,qui per equuriā in flaminium circum currerēt:ut cōstare *rebant in nūc*
credamus locum,cui nunc Agoni est nomen circum fuisse flaminiū. Nam si aliquis quod *Agonem*
nos aliquando fecimus postremā montis citatorum partē cōscenderit, & oculo metietur,
profecto intelliget ab Augusti sepulchro rectā fuisse uiam ædificijs nunc contectam,quæ xxxv
duceret ad ecclesiā sanctæ Mariæ in equuria appellatā.ab ipsa autē ecclesia in circum fla- *Ecclesia san-*
miniū nunc agonem recta breuis & usu expeditissima nūc est uia. Nec dubitamus quin *ctæ Mariæ in*
ea campi primo & postea circi flaminij causa factū sit,ut uia quæ ab illis ad Augusti monu *equuria*
menta, & ad proximā olim Flumentanā nunc appellatā populi portam ducit, dicta sit fla- xxxvi
minia. Vtrum uero eadē ratione & regio Italiæ nunc Romandiola à foro Cornelij,nunc *Origo uoca-*
Imola ad Pisaurum,& uia omnis ab ipso foro Cornelij usq; in urbem Romā flaminiū ha- *buli uiæ Fla-*
buerit cognomē incertū est. hinc magis angimur animo q omniū flaminiæ urbiū specio- *miniæ*
sissima forum Liuij nos genuit,aluitq;:& forte nunc ab eadē in urbe Roma sub citatorum xxxvij
monte flaminiā incolimus uiam. De mutatione nominis Circi flaminij in agonem parū *Flaminiæ pro*
admirari debebunt,qui nouerint agonis uerbumq cōmune esse cuilibet actioni quocunq; *uinciæ origo*
in loco publice instituatur. & in tāta tamq; absurda omniū appellationū mutatione, quan *uocabuli*
tam fecerūt Romæ urbis ædificia, hæc satis uidetur toleranda, quando locus ipse ne dum xxxviij
florente Roma multorum ludorū spectaculorumq; agones habuit, sed nostris quoq; tem *De mutatione*
poribus, si quis attente cōsiderauerit ludorū quoq; Apollinariū similitudinē repræsentet. *nomini; Fla-*
Quæ enim carnis priuij extremo Iouis die ipso in circo edūtur spectacula originē habuisse *minij in ago.*

xxxix uidentur ab Apollinaribus ludis: de quibus Macrobius in saturnalibus sic scribit: Bello pu
Agonis ludi nico hi ludi ex Sibyllinis libris primũ sunt instituti, suadente Cornelio Ruffo decemuiro.
ab apollinari & infra: Censuerunt patres Apollini ludos uouendos faciendosq;. Inq; eam rem duode
bus traducti cim milia æris prætori, & duas hostias maiores dari decemuiris præceptum, ut græco ritu
hisce hostijs sacrũ facerẽt Apollini boue aurato, & capris duabus albis auratis. Latonæ bo
ue fœmina aurata. ludos in circo populus coronatus spectare iussus. Qua autẽ ratione uel
coniectura ducti affirmauerimus esse ludorũ Apollinarium similitudinẽ, quæ nunc etiam
prædicto tempore seruatur libet ostendere. uidimus ex T. Liuij tertio senatũ fuisse aduoca
tum in prata flaminia, ubi postea fuit ædes Apollinis. & iam tum Apollinarẽ appellabãt.
xl Pandulphus autem lateranensis ecclesiæ hostiarius quod Petrus omiserat bibliothecarius
Ecclesia sancti Apollinaris habet: Hadrianũ primũ pontificẽ Romanũ ædificasse sancti Apollinaris ecclesiã, ubi prius
Apollinis ædes fuit. quod quidẽ nulla alia ratiõe factũ uidetur, q̃ ut celebri tunc in urbe loco
Apollinaris & loci & ædis appellatio à ritu gentiliũ celebris tractu tẽporis in sancti Apol
linaris præsulis Rauennatis memoriã uerteretur. Sic in pantheone proximo illi loco haud
diu antea omniũ idolorũ, quibus id templũ erat dedicatũ, cultus in omniũ christi domini
xli martyrũ memoriã fuerat mutatus. Iam tandẽ quartæ distributionis nostræ parti manum
De minutioribus & dispersis in genere apponentes minutiora & uarijs dispersa locis ostendere aggrediamur. Prima tamen erit
Neronis domus: de qua Suetonius sic scribit: Domũ à palatio exquilias fecit, quã primo
transitoriã, mox incendio absumptã restitutamq; auream nominauit. de cuius spacio atq;
xlij cultu suffecerit hæc retulisse: Vestibulũ eius fuit in quo Colossea centũ uiginti pedum sta
De Neronis domo ret ipsius effigies: tanta laxitas, ut porticus triplices miliarias haberet. Item stagnum maris
instar circumseptũ ædificijs ad urbiũ speciem. Rura insuper aruis atq; uinetis & pascuis
syluisq; uaria cũ multitudine omnis generis pecudũ ac ferarũ. in cæteris partibus cuncta
auro lita, distincta gemmis, unionumq; conchis: erant cœnationes laqueatæ tabulis ebur
neis uersatilibus, ut flores fistulis, ut unguenta desuper spargerẽtur. præcipua cœnationũ
rotunda, quæ perpetua diebus ac noctibus uice mundi circumageretur. balineæ marinis
& albulis fluentes aquis. Eandẽ domũ quum absolutã dedicaret, hactenus cõprobauit ut
se diceret quasi hominẽ tandẽ habitare cœpisse. De ipsa itẽ domo Cornelius Tacitus ubi
incendium Romæ describit, sic habet: Eo tempore Nero Antij agens, non ante in urbem
regressus est q̃ domui, qua palatiũ & Mecœnatis hortos continuauerat ignis propinqua
ret. neq; tamen sisti potuit, quin & palatium & domus, & cuncta circũ haurirentur. & in
fra: Cæterũ Nero nixus est patriæ ruinis extruere domũ: in qua haud proinde gẽmæ & au
rum miraculo essent, solita pridẽ & luxu uulgata, q̃ arua & stagna, & in modũ solitudinũ
xliij hinc syluæ inde aperta spacia & prospectus. Eam in domum Neronem inclusisse ædem
Aedes fortunæ ex lapide translucente Fortunæ, quæ ex lapide phengite translucens ædificata, foribus clausis claritatem diei
intus haberet, scribit Plinius in XXXVI. idemq; in XXXIIII dicit in aureæ domus
Neronis solarijs aues ex argento mirabili opere sculptas fuisse. ubi autem fuerint porticus
xliiij triplices miliariæ, ubi stagna syluæ & arua tenui possumus assequi cõiectura, q̃ illis in ei
Domus Neronis locus quis fuit dem locis excelsa, amplissima postmodũ ædificata fuerũt ædificia. Namq; id totũ domus
aureæ spaciũ fuit ab ea parte palatij, quæ nunc monasteriũ sancti Gregorij è regione respi
cit, recte ueniendo per Constantini arcũ triumphalem Colosseũ & Traiani forũ, quousq;
nũc domũ cardinalis Columnæ sub mecœnatiana turre pertingimus. Sicq; Septizonium
xlv arcum Constantini, amphitheatrũ, & Titi Vespasiani thermas Traianiq; forum diuersis
Titus in stagnis Neronis amphitheatrum postea temporibus diruptæ domus aureæ solũ arua syluasq; stagna occupasse oportebit.
Primũ qui tantæ mutationi manum apposuerit fuisse uidetur Titũ Vespasianũ: de cuius
occupatione Neronis stagnorũ fidele supra posuimus Martialis testimoniũ. Hic ubi con
xlvi spicui uenerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant. Vrum autẽ Titus
De Colosso à quo nũc Colosseus Colossum, qui in domus aureæ porticu erat intra amphitheatrũ ædificando cõcluserit, an
postea illuc transtulerit: aut prope illud stare permiserit, incertũ habemus. Et tamen cõstat
nobis eũ Colossum multis temporibus ad amphitheatrũ fuisse, à quo uulgus totã eam mo
xlvij lem postea Colosseum appellauit. Helius Lampridius in Antonini Commodi uita scribit.
Caput aeneum quod nunc est ad lateranum Colossi autẽ caput dempsit, quod erat Neronis, ac suum imposuit, & titulum more solito
subscripsit. Nosq; caput Cõmodi in nummismatibus noscentes uidemus id æneũ & certe
maximum caput, quod nunc ad Lateranensem basilicam cernitur fuisse illud, quod spur

cissimus ipse commodus flagitiosissimi Neronis capiti subrogauit. Secundus autẽ Tra- xlviij
ianus forum extruxit: de quo Ammianus Marcellinus libro XVI sic habet. Verũ quum *De foro Tra*
ad Traiani forũ uenisset, singularẽ sub omni cœlo structuram, ut opinamur æterna mœni *iani*
um ascensione mirabilẽ, hærebat attonitus per giganteos contextus circumferens mentẽ, xlix
nec relatu effabiles, nec rursus mortalibus appetẽdos. Omnia itaq; spe huiusmodi quicq; *De equo Tra*
conandi depulsa traiani equũ solum locatũ in atrij medio, qui ipsum principẽ uehit imita- *iani æneo*
ri se uelle dicebat & posse: cui prope astans regalis Ormisda, cuius ex Perside discessum su l
pra monstrauimus, respondit, ante stabulum tale condas. Ex omnibus uero quæ insignis *De Coclide*
tot tantorumq; ædificiorũ structura habuit partibus unica extat integra, Coclis columna *columna tra-*
boni præstantissimiq; principis res gestas mirabili opere insculpta. ad cuius Basim incisæ *iana*
literæ ostendunt, terreũ collem qui eius turris altitudinẽ æquaret, ut area fieret plana, inde
operibus effossum asportatumq; fuisse. In eius fori excelsis mirabilibusq; ruinis Symma- li
chus primus papa Ecclesias sancti Basilij, & item sancti Siluestri & Martini extruxit. Boni *Ecclesia san-*
facius autẽ octauus tres turres quæ nũc integræ extãt, ad easdem ruinas ædificauit, quarũ *cti Basilij*
quæ media inde militiarum est dicta turris, ꝙ cellis superædificata est, in quibus Traiani lij
principis milites cõtinebantur. Quod autẽ Traianus ipse imperatoris Neruæ, à quo fuit *Tres turres*
adoptatus, memoriã cuperet cõseruari prædictã fori sui molem Neruæ ipsius foro atrioq; *militiarum*
coniunxit in cælsis: quorũ pinnæ ad eam partẽ quæ in sancti Hadriani ecclesiã uergit, & liij
ubi nũc uulgi corruptela dicitur arca Noe, literæ etiã extant cubitales neruæ titulos præ- *De foro Ner-*
ferentes. Id uero neruæ forum fuisse transitoriũ appellatũ Helius Spartianus in Alexandri *uæ quod tran*
Seueri uita indicat his uerbis: Statuas lacosas uel pedestres nudas uel equestres diuis impe *sitorium fuit*
ratoribus in foro diui Neruæ quod transitoriũ dicitur: locabat omnibus cũ titulis & colu- *dictum*
mnis æreis, quæ gestorũ ordinẽ continerent. Sed quare transitoriũ sit dictum id forũ, con-
ijcimus, ꝙ ex eo ad alia propinqua atq; contigua fora transiretur, ad magnũ uidelicet Ro-
manum & Traiani forũ: unde ecclesia quæ est sancti Hadriani ab Honorio primo pontifi- liiij
ce Romano tẽporibus Focæ imperatoris ædificata, in tribus foris à bibliothecario appel- *Ecclesia san-*
latur, ꝙ ipsius ecclesiæ locũ ad dicta tria fora pertinuisse uideamus. Est enim ipsius sancti *cti Hadriani*
Hadriani ecclesiæ propinqua alia ecclesia sanctæ Martinellæ nunc appellata, quam uulgo *in tribus foris*
fertur in Martis templo fuisse ædificatã. Sed ꝙ templũ ibi Mars habuerit ignoramus. & ta lv
men uidemus ipsa in ecclesia cohortẽ Romanã militũ more ad instar hominis figurã inci- *Ecclesia san-*
sorum, cuius uexilifer labarũ pro insigni habet, quæ ornamẽta nullũ aliud magis q; Mar- *ctæ Martinel*
tis templũ decebãt. Est item eidem propinqua loco statua ingens marmorea iacens Mars *le*
fori nunc uulgo appellata: quam peritiores Romani perhibent Ioui Panario fuisse dicatã: lvi
argumentaq; afferunt ꝙ marmoreum statuæ stratum tanq; panibus marmoreis uideatur *Status Mars*
obtectum. dicuntq; eam statuam ideo positam esse, ut memoriam referret panis, quẽ ma- *fori appella-*
iores à Senonibus gallis in capitolio obsessi, quũ famæ perirent in hostem, ut mentitam co *ta quid*
piam rerum prætenderent, proiecerũt. cuius rei ueritatẽ aliorũ qui melius q; nos sciant iu- lvij
dicio relinquimus. De Septizonio autẽ quod in domus aureæ solo diximus fuisse ædifi- *De Septizo-*
catum, uarie scribi inuenimus. Id autem est ædificium ante beati Gregorij monasteriũ, cu- *nio*
ius magna ex parte demoliti tres columnarũ ordines inuicem suppositi nunc uisuntur. Fu
it uero Seueri Afri imperatoris sepulchrũ: de quo Helius Spartianus dicit. Opera eius pu-
blica Romæ præcipua extant: Septizonium & thermæ Seuerianæ. Et paulo infra idem
Spartianus: Quum Septizonium faceret, nihil aliud cogitauit q; ut ex Aphrica uenientes,
suum opus cernerent. & medium simulacrum eius locatum additum Pallantis ædibus. Is
regium arcum ab ea parte facere uoluisse perhibetur. quod etiam post Alexander quum
uellet facere ab aruspicibus dicitur esse prohibitus: quum hoc sciscitans non litasset. Iuli-
us uero Capitolinus in Antonini Getę, qui fuit dicti Seueri filius uita dicit. Illatus est ma-
iorum sepulchro hoc est Seueri, quod est in Appia uia euntibus ad partem dextrã specie
Septodij extructũ, quod ille sibi uiuens ornauerat. Et Septodium sicut Iulius Capitolinus lviij
appellat, nouimus græcos dixisse locum, ad quem ciuibus frequentatum multæ perdu- *Septodium*
cantur uiæ, cui nunc Lodiæ est appellatio: ut uideatur innuere Capitolinus, Seuerum sibi
parauisse sepulchrum, ad quod ciues sæpenumero conuenirent. Quare autem à Spartiano
Septizonium appelletur, intelligere nequiuimus. Estq; nostra opinio eo in uerbo librari-
os errauisse, & Septizonium pro Septodium posuisse. Sed uidemus eos qui à mille annis

citra Romanorum pontificum gesta scripserunt appellare paruam nunc & integrā eccle-
lviij siam illi Septizonio subiectam atq; propinquā, quæ est cardinalatus titulus, sanctam Luci-
Sancta Lucia am in septa solis, cuius appellationis rationē haud quaq; nostro iudicio absurdam reddere
in septa solis possumus, ꝙ inuenimus fuisse in eius columnaris ædificij summitate idolum solis exími-
lix um radios oblongos auratosq; ad caput habens. & quod aspiceret Colossum Neronis, à
Arcus trium- quo Colosseū diximus appellari. Idem Seuerus arcū triumphalem habuit sibi & Marco
phalis Seueri Aurelio cōmunem à Senatu populoq; Romano positū: qui nunc integer ad sanctū Hadri-
lx anum sub capitolio cernit. estq; titulus, imperatori Cæsari L. Septimio. M. F. Seuero. Cæ-
De Arcu Cō- tera sunt nota. De arcu Constantini, quē in Neronis stagnis ædificatū fuisse diximus pau-
stantini ca dicere expedit, ꝙ in eo nūc integro talis titulus habetur. Imperatori Cæsari Flauio Con-
stantino maximo Publij filio Augusto. S. P. Q. R. ꝙ instinctu mentis diuinitatis magnitu-
lxi dine cum exercitu suo tam de tyranno ꝗ de omni factione uno tempore iustis rem pub.
De domo C. ultus est armis arcū triumphis insignem dicauit. Postq; de Neronis domo, & maximis
Cæsaris quæ in eius demolitæ loco constructa fuerunt ædificijs dictū satis est, & uulgi errorem ha-
bere uidemus, id quod Traiani forū esse docuimus Iulij Cæsaris domū fuisse. Sed ubi fue-
rit ipsa Cæsaris domus ostendemus. Primū Suetonius in illius uita scribit. Habitauit pri-
mo in modicis ædibus, pontificatum maximum in sacra uia domo publica. Et Plinius lib.
XIX. Cæsar dictator totum forum Romanū uiamq; sacram ab domo sua in cliuum usq;
capitolinum in munere gladiatorio linteis contexit. Fuitq; ipsa domus quā Octauius Au-
gustus à Iulia nepte nimis sumptuose ornatam, sicut Suetonius scribit, ad solum dirui fe-
Liuia porti. cit. in cuiusq; area postea porticus Liuia fuit: de qua Ouidius VI fastorū. Disce tamen ue-
lxij niens ætas, ubi Liuia nunc est Porticus immensæ tecta fuisse domus. Ad eamq; porticum
De Pantheo scribit Plinius Vespasianum pacem suam ædificasse. Pantheon quod templū describere
supra polliciti fuimus à Marco Agrippa ædificatum fuisse titulus in frontispicio adhuc
ostendit. Plinius libro XXXIIII scribit. Syracusana sunt in Pantheo capita columnarū
à Marco Agrippa posita. Id templum Spartianus dicit ab Hadriano instauratum fuisse, &
minores in frontispicio literæ edocent eandem instaurationem à Septimio & M. Aurelio
Antonino fuisse factam. Macrobius in saturnalibus magnitudinē describens unionis, quē
Cleopatra in auribus gestabat, sic scribit. Ipse autē cuius fuit magnitudinis inde colligi po-
tuerat ꝙ qui superfuit postmodū uicta regina & capta ægypto Romā delatus dissectusq;
lxiij est. & factæ ex una margarita duæ, impositæq; simulacro Veneris ut monstruosæ magni-
Panthei muta- tudinis in templo quod Pantheon dicitur. Bonifacius autem quartus pontifex Ro. à Fo-
tio in sancta ca imperatore obtinuit id templū in honorem beatæ Mariæ uirginis, & omnium Christi
Mariæ eccle- martyrum consecrari: inde apud eos qui de christianorum gestis in urbe Roma septingen-
siam tis annis citra scripserunt, ea ecclesia aliquando ad martyres appellabatur. Eius stupen-
lxiiij dum fornicem uetustate ipsa & terræmotibus scissum ruinamq; minantem tua pontifex
Eug. IIII Pā- Eugeni opera impensaq; instauratū, & chartis plumbeis alicubi deficientibus coopertum
theon instau- læta inspicit curia. Et quū ipsa insignis ecclesia cæteras facile superans multis ante sæcu-
rauit lis cælsas quibus attollitur columnas habuisset, sordidissimis diuersorū tabernis quæstuū
lxv à quibus obsidebātur occultatas, emundatæ nūc in circuitu bases & capita denudatæ mi-
Idem Colum- rabilis ædificij pulchritudinem ostendunt, acceduntq; decori strata tiburtino lapide sub-
nas Panthei iecta templo area, & quæ ad ætatis nostræ campum Martium ducit uia.
detexit QVando autē nos ære alieno liberare cœpimus, promissa item uici Iugarij, Equime-
lxvi lij & Salinarū loca indicemus. Et quidem de uico iugario quod dicere possimus, ni-
Idē areā Pan- hil aliud est ꝗ quod Liuius in bello Macedonico dicit: Saxum ingens à Capitolio in uicū
thei lapide iugarium procidit, & multos oppressit. Nunc autem seruat ætas nostra, ut uicino in loco
strauit sub capitolio ad eam partem, quæ uersa est in Lucij Septimij Seueri arcum triumphalem
lxvij & currus & iuga boum fiant. De equimelio Liuius in quarto ab urbe condita, quū Spu-
Vicus iugari- rij Melij ex equestri ordine ad concupitum regnū factā cædem scripsisset addidit: Nec sa-
us ubi fuit tis esse eius sanguinē expetitū, nisi tecta parietesq; intra quæ tantū amentiæ cōceptū esset
lxviij dissiparentur, bonaq; contacta pretijs regni mercandi publicarētur. Iubētur itaq; quæsto-
Equimelium res uendere ea bona, atq; in publicū redigere. Domum deinde ut memoriæ area esset op-
quid & ubi pressę nefarię spei, dirui extemplo iussit. id equimelium appellatum est. Liuius item in bel-
fuerit lo Macedonico. Censores super equimelium in Capitolio, & uiam sternendam à porta

Capena

Capena. Et Marcus Varro in quarto de lingua latina. Equimeliũ ꝙ æquata Melij domus
publice, ꝙ regnum occupare uoluit. Is locus ad busta gallica ꝙ Roma recuperata Gallo-
rum ossa qui possederant urbem, ibi coaceruata & confecta. Salinas in locum quo sal po- lxix
pulo uendendum conseruaretur fuisse ea in Tyberis ripa, quæ à ponte nunc sanctæ Ma- *Salinæ ubi fu-*
riæ in Auentinum pertinet, Liuius libro quarto, de secũdo bello punico ostendit. Marcus *erunt*
Varro carceris uerbi uim declarans sic scribit. Carcer à coercendo ꝙ exire prohibentur: lxx
in hoc pars quæ sub terra Tullianũ, ideo ꝙ addita est à Tullo rege: quæ Syracusis ubi sa- *De Carceris*
xa excisa conseruantur, uocantur latomiæ: & de latomia translatum, ꝙ hic quoq; in eo lo- *ui uerbi*
co lapidicinæ fuerunt. Liuius autem in bello Macedonico scribit M. superiorem Catonẽ *Tullianum*
qui dictus est Censorinus in censura fecisse atria duo Martium & Titium in latumijs. Li- *Latomiæ*
uius item in sexto belli punici incendium describens sic habet. Comprehensa postea pri-
uata ædificia (neq; enim tunc basilicæ erant) compræhensæ latumiæ, forumq; piscarium,
& atrium regium: ædes uix Vestæ defensa. Ex quibus Varronis Liuijq; uerbis dicere uo- lxxi
luimus latumias fuisse, ubi nunc est ecclesia sancti Nicolai in carcere Tulliano. Et atrium *Latumia ubi*
regium ibi propinquum, ubi scilicet ædes sunt, quas Sabellorum gens uetusta & clarissi- lxxij *Atriũ regiũ*
ma nunc habitant. Sicq; superiore loco proprie uidemur forum piscarium & ædem Ve- lxxiij
stæ descripsisse. Vrgebat nos per hos dies inrerrogatione Iustinus Planta iureconsultus *Vbi fuit sum-*
& cõsistorialis aduocatus, ubi fuerit summa uelia, in qua quum habitaret Valerius Publi- *ma uelia*
cola primus consul ædes demolitus ad humiliora fori loca inhabitanda se cõtulit. Cui re-
spondemus M. Varronem quũ palatium describens dixisset, ꝙ à balatu ouium fuerit ap-
pellatum: addere: Huic Germalium & uelias coniunxerũt. & infra. Veliæ unde essent plu-
res accepi causas: in quibus ꝙ ibi pastores palatini ex ouibus ante tonsuram inuentã uel-
lere lanam sint soliti. Hinc ergo diximus ueliam fuisse ea in palatij parte in forum Roma-
num uersa, quæ iuxta palladium contra ecclesiam sanctæ Mariæ nouæ celsior insurgit.
Alia item multorum interrogatione sæpenumero agitati fuimus quid mons ille fuerit, cui lxxiiij
portam inter Tergeminam nunc sancti Pauli, & tyberim testarum laterumq; fragmentis *Testaceus*
aggerato nunc monti testatio est appellatio. Fama enim multis ante sæculis continuata *mons*
habet, eam montis molem quæ proculdubio magna est in id celsitudinis creuisse ex urnis
alijsq; testaceis, in quibus imperio subditi Romano populi tributa Romam pertulissent.
Et quidem nos eam famam esse falsissimam certius probare possumus, quàm quo aucto-
re, qua institutione id factum sit edocere. Quantum uero attinet ad famæ falsitatem norũt
mecum qui Romanorum gestas res legerunt, consueuisse quæstores in prouincias mitti,
quibus curæ esset tributa exigere, & siue legionibus in stipendia distribuere, siue in ærari-
um Romam deferre. M. Cato Vticensis quæstor in Asiam, in Cyprumq; missus, habita à
prouincialibus tributa, non fictilibus urnis gessit, quas homo legum obseruantissimus in
testacei montis exaggeratione confringeret: sed tenacissimo consutos corio sacculos in
summa nauis puppi gestauit: subere ea ratione longissimis alligatos restibus, ut si naufra-
gio ipse cum nautis perisset, supernatans suber ostenderet in fundo depositum, & amisso
præstanti ciue, populo nihilominus Romano tributorum pecunia esset salua. Nec solum
in externis prouincijs, sed in Italia etiam tributa per quæstores exigebantur. Idq; Macro-
bius in saturnalibus de fide seruorũ erga dominos tractans indicat. Asinio Pollione Pata-
uinos cogente, ut tributa conferrent, & propterea dominis latitantibus seruorum nullus
inuentus est, qui libertate proposita dominum proderet. Sed omissa inani, & nostro iudi-
cio superflua uanæ opinionis confutatione, quas ad rei ueritatem habemus coniecturas,
in medium proferamus. Plinius in libro trigesimo quinto multa dicit de figulis & plasticis lxxv
quorum opificum uis uerbo à græco significat interpretata, eos uel ex terra, uel ex gypso, *De figulis &*
uel argilla aliqua similitudines, uel formas effigiare. Sed quod ad nostram facit intentionẽ *plasticis*
maximum dicit usum fictilium maioribus, qui Romanorum fundauerũt imperium: adeo
ut deorum simulacra templorumq; ornamenta, & ipsa parietum crustamenta ex fictili-
bus conficerentur. Suntq; hæc pauca Plinij de ea re uerba: Turianum accitum à Fregellis
cui locarat Tarquinus Priscus Iouis effigiem in Capitolio dedicandã: fictilem fuisse eam.
& ideo non mirari solere fictiles in fastigio templi eius quadrigas: de quibus sæpe dixi-
mus: ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieq; materiæ nomen in urbe retinet. Hæc
enim tum deorũ erãt effigies laudatissimæ: nec pœnitet nos eorum qui deos tales coluere.

Aurum enim & argentum ne in dijs quidem conficiebatur: durant etiam nunc pluribus
in locis talia simulacra. Fastigia quidem templorum etiam in urbe crebra & munita mira
cælatura, & arte firmitateq; sanctiore auro certe innocentiore. Et infra: Quaeq; adhuc di-
ximus, uel alliduitate satiant figulinarum opera & fictilibus dolijs ad uina excogitatis ad
aquas tyberis ad balneas, ad tecta coctilibus laterculis. Atqui Numma rex septem colle-
gia figulorum instituit, quin & defuncti sese multi fictilibus solijs condi maluere. maior
pars hominum terrenis utitur uasis. Marcus etiam Varro figulos uno in loco fuisse indi-
cat, quum dicit Venerem Myrteam fuisse inter figulos. & Myrteam ideo appellari, quia
locus ille primus myrtis esset feracissimus. Et Sexti Ruffi urbis Romæ descriptio habet in
Vicus uitrariorum regione prima porta Capena fuisse uicum uitrariorum. quum itaq; figulorũ eam esse offi-
cij conditionem uideamus, ut longe ab aquis haberi non possit: quum item eius artis pur-
gamenta, si nimis multa in aruis dispergantur, ea reddant cæteris usibus inutilia. Si uero in
flumen abijciantur, aut illud in breui compleant, aut difficillime eruantur, prudenti consi-
lio factum tenemus, ut tam multa figulorum collegia à Numma rege instituta myrteis &
secus fluuium apud uitrariorum uicum, ibi fuerint locata, ubi nunc testaceum inter mon-
tem & tyberim uineas uidemus. q; si Nummæ regis temporibus, quando urbis Romanæ
imperium intra uigesimum lapidem coarctabatur, figulorũ collegia fuerunt septem: quan
to plura credimus esse addita Romani populi multitudine non minus aucta quam fuit im
perium dilatatum. Hæc omnia attente considerantes mirari solemus, cur testaceus mons
lxxvi supra fidem eorum qui non uiderunt arduus, non in alpem potius insurrexerit. Quæsiuit
De ludis Taurijs uero nuper Lælius noster Vallensis iureconsultus: nunquid ludi Taurij, quos postremo
carnis priuij dominico die ad eum montem fieri spectabamus, illi essent quorum meminit
Marcus Varro: cui nũc sicut polliciti fuimus respondemus. Ludos quidem taurios ad po-
strema februarij mensis tempora Romanos edere consueuisse: sed quod ex parte superi-
ore loco in Equuria & Circi flaminij descriptione diximus, licet ludi appellarentur taurij:
lxxvij non tauri sed equi curribus iuncti à campo Martio per equuriam currentes, quum ad se-
De locis quorum certa nõ habentur testimonia ptem metas circumacti essent in circum flaminium ferebantur. Amplum & uastum nũc
ingressi sumus campum, dispersa per urbem loca describendi, cui parti tantũ abest, ut ple-
ne satis posse facere cõfidamus: q; licet ea quæ hactenus sunt scripta, multo maiora ijs quæ
forent reliqua existimamus futura, tamen paucissima in posterum certa ostendere spera-
mus. Si quis enim urbis Romæ ætatis nostræ partes singulas uel mente, uel oculis lustran
do peruagabitur, ea quæ populo nunc & domibus frequentata sunt, à nobis penè intacta
intelliget: quod quidem nulla à nobis negligentia aut inaduertentia magis factũ est, quam
ne ignota imprudẽter asserere, aut impossibilia uane & leuiter conari compelleremur. Li-
lxxviij bet tamen aliqua ex parte ipsam scribendi sine antiquis & dignis fide testibus audaciam,
De ecclesia sancti Marci, Pallaturæ qualis futura fuerit ostendere. Ea in regione omnium præsentis urbis populo frequentis-
sima, quam capitolio exquilijs campo martio & pantheone uidemus clausam, Ecclesia est
sancti Marci, quam tuus Eugeni nepos Petrus gente Barba patritius Venetus, & sanctæ
Mariæ nouæ cardinalis inhabitat: eam scribit Petrus bibliothecarius à Marco pontifice
Romano eius nominis primo iuxta pallaturas fuisse ædificatam. Et licet multorum ut ap-
paret ingentium olim ædificiorum ruinæ multa nunc cernantur fundamenta, quid tamen
lxxix illę fuerint pallaturæ ignoramus. Proximam illi ecclesiam basilicæ XII apostolorum nũc
De basilica XII. apostolorum inhabitat & cardinalatus titulo tenet Bisarion ex Constantinopoli urbe græcus, cui Nice-
no uulgaris est appellatio. Quis uero ipsam ædificauerit ecclesiam: aut quæ fuerint ædifi-
cia, quorũ ingentia apud eam cernũtur uestigia, mihi penitus ignotũ est: & tamẽ extantia
ipsius ecclesiæ monumẽta ante annũ tricentesimũ scripta, fuisse dicũt intra ipsius ecclesiæ
parrochiã, & prope capitoliũ Veneris ortũ cognomine mirabilẽ, & multa haud quaq; ig-
lxxx nobilia, quorũ loci & situs nullã scire possumus certitudinẽ. Ecclesiam uero sancti Mar-
De Ecclesia sancti Marcelli celli, quam Nicolaus patria Surrentinus, & eiusdem ecclesiæ tituli cardinalis appellatione
Capuanus inhabitat: scribit bibliothecarius à Lucina nobili muliere uia salaria fuisse ædi-
ficatam in catulabio, quod lanij seu carnifices pro animaliũ stabulo habere cõsueuissent,
quo in sordidissimo loco tentus & passus fuerit beatus pontifex Marcellus. Sed eius pala-
tij quod idem cardinalis elegantissimum apud sanctæ Mariæ in uia lata ecclesiã ædificat:
ruinæ inter cæteras urbis conspicuæ quid olim fuerint nullo in loco inuenimus scriptum.

& tamen

& tamen quantũ ex Sexti Ruffi descriptione urbis possumus assequi cõiectura Isidis tem- *Isidis tem-*
plum ibi fuisse tenemus, apud quod in portæ triumphalis descriptione Vespasianũ & Ti- *plum*
tum triumphatores nocte illa quæ triumphũ præcessit, quieuisse ostẽdimus. Scribit enim
Ruffus Isidem prope Mineruam Chalcidicam fuisse, seruatq; ipsa nunc nomen suum Mi lxxxi
nerua à fratribus sancti Dominici prædicatoribus sub gloriosæ uirginis dei genitricis titu *Tit. Cn. Pom-*
lo habitata, de quibus ingentibus quæ nunc cernũtur ruinis, quod dicamus nihil aliud est *pei in delubro*
quàm in eius delubro titulos fuisse gestorum Pompei, quos Plinius sic ponit. Pompeius *Mineruæ*
magnus imperator bello triginta annorum confecto fusis fugatis occisis in deditionem ac lxxxij
ceptis hominum cẽties uicies semel octuaginta milibus, depressis aut captis nauibus octin *Præfatio triũ*
gentis quadraginta sex, oppidis castellis mille quingẽtis uigintiocto in fidem receptis ter- *phi Cn. Pom.*
ris à meotide ad rubrũ subactis uotum merito mineruæ. Triumphi autem præfatio hæc lxxxiij
fuit, Cum oram maritimã prædonibus liberasset, & imperium maris populo Romano re *Querela ig-*
stituisset, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Capadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iu- *norationis mul*
dæis, Albanis, Iberia, Insula Creta, Bastarnis, & super hoc de regibus Mithridate atq; Ti- *torum locorũ*
grane triũphat. Sunt etiam alia per urbem tunc speciosa, sed simili uetustatis suæ igno- *sacrorum*
ratione obscura, quæ illis relinquimus describenda, quibus fortassis curæ erit hanc descri- lxxxiiij
bere, quam nostrum habet seculum Romã, & si primæ illi potẽtissimæ multo dissimilem, *Comparatio*
non parum tamen Europæ & aliquot Asiæ partibus uenerandã. Et quidem licet Roma- *qualis uetusta*
no nomini ita affecti sumus, ut nihil post religionem maiori colamus ueneratione: non ta *& præsentis*
men passione ita abduci à uero iudicio nos patimur, quin discernamus quantũ longe ab- *Romæ*
sit urbis Romæ nostri tẽporis rerũ statusq; conditio ab illa, quæ olim illi affuit potentatus
& imperij maiestate. Sed contrà nõ sumus ex illis quos uidemus præsentẽ Romanæ rei lxxxv
statũ haud secus spernere & pro nihilo ducere, ac si omnis eius memoria simul cũ legioni- *Habet præ-*
bus cõsulibus senatu capitolij palatijq; ornamẽtis penitus interijsset. Viget certe uiget ad- *sens Roma ali*
huc, & quanq; minori diffusa orbis terrarũ spacio solidiori certe innixa fundamento urbis *quod in gẽtes*
Romæ gloria maiestatis. Habetq; Roma aliquod in regna & gentes imperiũ, cui tutan *imperium*
do augendoq; non legionibus cohortibus turmis & manipulis, non equitatu peditatuq; lxxxvi
opus, nullo nunc delectu militũ, qui aut sponte dent nomina, aut militare cogãtur eductæ *Non armis et*
Roma & Italia copiæ in hostem ducuntur, aut imperij limites custodiũtur. Nõ sanguis ad *sanguine, sed*
præsentem seruandam patriam effunditur, non mortaliũ cædes cõmittuntur. Sed per dei *religiõe subij*
nostri & domini nostri Iesu Christi imperatoris uere summi, uere æterni religionis sedem, *ciũtur populi*
arcem, atq; domiciliũ in Roma constitutum, ductosq; in illa ab annis mille & quadringen lxxxvij
tis martyrũ triumphos, per dispersas in omnibus æternę & gloriosissimæ Romæ templis, *Dictator ppe*
ædibus, sacellisq; sanctorũ reliquias magna nunc orbis terrarũ pars Romanũ nomen dul- *tuus est pont.*
ci magis subiectione colit, quàm olim fuit solita cõtremiscere. Dictatorem nunc perpe- lxxxviij
tuum nõ Cæsaris, sed piscatoris Petri successorẽ, & imperatoris prædicti uicarium pontifi *Senato. sunt*
cem summũ principes orbis adorãt & colunt. Senatũ præsentis Romæ Cardinales eccle *card.* lxxxix
siæ post pontificẽ orbis ueneratur. Nec quisquam memor tanta à deo nostro sanctorum *Totũ orbem*
meritis esse tributa, addubitabit, si ab huiusmodi nostræ reipublicę curam gerẽtibus & ad *Ro. eu. habe*
Petri piscatoris nauiculæ clauum sedẽtibus in solam religionem & sanctimoniam cursus *bit subiectũ si*
dirigetur, futurum ut non aliter Asiam Aphricamq; Romano Christianorũ imperio subi *sancte uiuet*
gant, quàm Europæ regna populosq; subiectos habẽt. Quid quod maiora uel certe pa- xc
ria priscorum temporum uectigalibus Europa penè omnis tributa Romam mittit, dum *Tributa pen-*
singulæ ciuitates à Romano pontifice beneficia accipiunt. Verum hanc summo ponti- *det pene ois*
fici & cardinalibus exhibitam ab orbe reuerentiam eas à populis missas ingentes pecu- *Europa.* xci
nias posse etiam alteri ciuitati, quàm Romæ dignitatem emolumentumque afferre quis- *Quæ sunt soli*
piam contendet, & Auinionem, Bononiam, Florentiam, Ferrariam ea aliquando fuisse *da præsentis*
gloria decoratas allegabit. Et nos quin id quoque fateamur recusare non possumus. *status funda-*
Sed propria quædam habet urbs Romana adeo præclara, excelsa, admiranda, ut ne dum *mẽta.* xcij
alibi in orbe inueniantur, sed nec etiam ea transferri liceat optari, imprimis qui Romam *Qui Ro. non*
ipsam rerum caput & dominam nõ uiderit, temere quicquam alicubi admirabitur. Ha- *uiderit nihil*
bet enim urbs ipsa apostolorum limina, & terram sacro martyrum cruore purpuream. *uidit.* xciij *Limina apost.*

Habet seruatam linteo Veronicę mulieris, in cũctarum orbis ecclesiarũ primariæ atq; xciiij
matris beati Petri basilica extantem, proprijsq; apparentem liniamentis dominici uultus *De Veronica*

xcv effigiẽ. Extat insuper notus celebratusq́ locus in uia Appia, Domine quo uadis appella
Domine quo tus, ubi perfugo Petro Christus occurrit, & super durã silicẽ uestigia reliquit populo cele
uadis. xcvi branda. Quumq́ paulo fueris eadem uia progressus inuenis specum cimiteriumq́ Ca-
Cimite. Cali. lixti beatis sanctorum ossibus refertissimum, cui additam ecclesiam sancti Sebastiani mar
xcvij tyris, quum præteritorum præsentisq́ seculorum incuria prælatorum ruere permisisset,
Sãcta sancto. tu Eugeni pontifex magna cum laude nuper instaurasti. Visitur apud Lateranẽsem ec
xcviij clesiam Sancta sanctorum locellus cœlesti gratia plenus. Et in eadem uisuntur ecclesia
Capita apost. apostolorũ Petri & Pauli capita, Venerando simul timore applausuq́ inspicienda. sub
xcix quorum sublimi & sicut par fuit ornato loco incunabula & circũcisio Saluatoris & ipsius
Incũabula & genitricis uirginei lactis uasculum miro candore cernatur, Eo in altari quod primum re
circun. saluat. ligio Christiana legitur habuisse. Sunt in Carinis cathenæ quibus beatum Petrũ in car-
c cere ligatum Herodes tenuit in ecclesia, quæ ex inde beati Petri ad uincula appellatur.
Lac uir. ci Estq́ apud sacras uirgines sancti Siluestri monasterium incolentes attente uenerãterq́
Primũ altare contemplandum beati Ioannis baptistæ caput. Agnetis uero uirgunculæ annulus dei
cij sponsi sui dono de cœlo missus apud celebrem pulcherrimam'que illius in uia Numenta-
Cat. b. P. ciij na ecclesiã seruatur. Habet quoque insignis & speciosissima in uia Tiburtina Lauren-
Io. b. ca. ciiij tij martyris beati ecclesia craticulam, super qua fortissimus athleta exustus de gentilium
An. b. ag. cv rabie triumphauit. Seruatq́ eadem basilica eundem Laurentium & alium sibi similem
Craticula aliunde aduectum Stephanum protomartyrem ut uirtute meritisq́ pares unico hospitio
cvi clauderentur. Visuntur item ab urbe secundo miliario, & hostiensem inter ardeatinãq́
Steph. et Lau. uiam dulcis aquæ fontes, qui fuso Pauli apostoli sanguine eruperunt. Et magno exqui-
sepul. cvij liarum monte speciosissima est sanctæ Mariæ maioris basilica, cuius fundamenta æstiuæ
Fontes s. Pau. niuis indicio fuerunt iacta. Qua in ecclesia gloriosissimi Hieronymi corpus ad præse-
cviij pe in quo primum uagijt Christus Iesus conseruatur. Non minorisq́ miraculi ecclesia
S. Mariæ ma- est in Transtyberina Ianiculi regione uirginis Mariæ ubi nato domino fons olei descẽdit
io. ecclia cix in Tyberim. Sũt uero multa ac prope innumerabilia, quorum & superiori loco dictorum
S. Hieron. cor inspiciendi, tangendi, uenerandiq́ deuotione adducti, Pãnones, Mœsi, Macedones, Acar
pus. cx nanæ, Epyrotæ, Dalmatæ, Histri, Liburni, & ipsi imprimis plurimas in regiones prouin-
S. Maria trãs ciasq́ diuisi Germani, & Galli, Hispani quoq́ ac toto diuisi orbe Britanni, nunc Anglici
tyberina singulos fermè per annos Romam adeunt, Romam uenerantur, Romam ducunt eorum
dominam & magistram. Nec Europæ solum populi Romam & eius sanctimoniã uene
rantur: sed tua etiam pater Eugeni opera factum est, tum cura, tum etiam impensa, ut ex
Asia quoq́ & finitimis illi Europę & Asiæ partibus post iunctos occidẽtali ecclesiæ Græ
cos, Armeniosq́, Bosnenses ex Europa, Nestorianos quoq́ & Georgianos ex Asia mino
cxi ri, Ponto, Paphlagonia, Cilicia & Assyria, Scythis, Albanis & Iberia, & demum Aethio-
Cõciliati Asia pes ex Aphrica catholicæ fidei, & Romanæ ecclesiæ conciliatos uiderimus. Quo fit ut à
ni Ro. pluribus orbis terrarum populis, nationibusq́ aduenis Roma, quàm alia orbis ciuitas fre-
cxij quentetur. Nec paruus est cõtemnendus'ue is Romam confluentium numerus morta-
Ro. frequẽtia lium, quãdoquidem Quadragesimalis ieiunij temporibus quadraginta & quinquaginta,
cxiij & quandoq́ plura millia ex multis earũ quas supra enumerauimus prouinciarũ Romam
Quot mil. sin adeunt, Romæ, basilicas, templa, sacella, & singulas ædes circuunt, quorum nullus tam he
gulis an. Ro- beti stupido'ue ingenio, qui superba Romanorum olim principum palatia, superbissimas
mam adeunt spectaculis ædendis institutas extructiones, Thermarum celsos fornices & insana aquæ-
cxiiij ductorum opera perlustrans, quid fuerint, quid'ue sibi uoluerint singulos sciscitãs obuios,
Viget adhuc uidisse, sciuisseq́ non lætetur. Itaq́ uiget adhuc solido innixa fundamento Romanæ glo-
Ro. maiestatis ria maiestatis. Et non parua terrarum pars sponte & absque armorum strepitu dulci reue-
gloria rẽtia Romano nomini colla submittit. Sed quando à proposito digressi sumus, qui ab ædi
ficiorum locorumq́ urbis innouanda memoria differendis cultus & urgentis
adhuc reuerentiæ rationibus diu immorati sumus, ad ipsas urbis
ædificiorum redeundum esset, si plurĩ quàm hucusq́
descripsimus, indicauimusq́ per omnia urbis lo
ca à nobis dimissorum certiorem dare
noticiam possemus.

FINIS

Blondi

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS DE ORIGINE ET GE-stis Venetorū ad Franciſcum Foſcari ducem, inclytumq; ſena-tum, cæterosq; reipublicæ Venetæ Patricios.

MAGNVM Franciſce Foſcari princeps ſereniſſime, uosq; ampliſſi-
mi Senatores, ac uiri Patricij negocium ac omnium maius quæ ex-
cogitari poſſint, Venetæ reipub. nunc incumbit: utrum ne geſtum
diu in Turcos bellū continuare, an potius præſidij ab uniuerſo orbe
Chriſtiano afferendi deſperatione pacē cum illis conſtituere debeat
cōſultatio anxiū animisq; ſuſpenſum tenet. Quid uero ſupremi or-
bis Chriſtiani principes ad cōmunem ſibi uobisq; hanc cauſam cōſi-
lij quid opis afferāt, nec ſatis ſcio, qui os in cœlum nō ponere, nec ſi
cōiectura aſſequar dicere auſim. Sed eſt alia ratio ut ex pluribus iſta ſit non improbabilis,
quæ me impulit ad ſcribendū. Ego enim nomine & profeſſione, & utinā ne ſola Chriſtia-
nus, ego Italicus orbi Chriſtiano & ipſi Italiæ ſi quid ſum, & imprimis ſi quid eſt in me in-
genij debeo: ut nō improbe uidear facere, ſi ea quæ mihi ſunt calami & rerū geſtarū peri-
tiæ, arma ad rei Chriſtianæ & Italiæ defenſionē cōfero. Ego ueſter ciuis Venetus eam ab
optimo quocunq; ueſtrū in me beneuolentiā recognoſco, ut ſi rebus nequeo, cogitatione
tantū & ſcripto difficillimis horū temporū rebus poſſibilem reipub. opem & operam te-
near impartiri. Geſta itaq; à Venetis, tum aliter à ueſtra urbe condita, tum maxime in bar
baros adeo breuibus cōmentarijs coarctabo, ut memineritis ac attente cōſideretis uos ma
iorum ueſtrorū propoſita oſtenſaq; incedentes uia, nuſq; dei & hominū fauoribus, nuſq;
ſecuritate, nuſq; parti imperij conſeruatione ac amplitudine carituros. Nullā mihi quiſpiā
hiſtoriæ ac rerū geſtarū peritia celeberrimus urbē dabit, quæ admirabilem obſtupendāq;
ſicut urbs Veneta habuit originē. Qui enim urbē Romā condidit Romulus, paſtores con *Venetia*
uenas ex uicina regione perfugas nactus eſt, quibus in tutum cōfugientibus Aſylum cœ *Roma*
ptum nō uoluntarie magis, q; auide urbs & pro uiribus aucta, & ab impetētibus eſt uirili *Theba*
ter defenſa. Thebas Cadmus dum cōderet bonitate loci, & ſua illectos ſuaui eloquētia po *Mediolanum*
pulos faciliter cōgregauit. Brenus Indutiomarꝰ Gallicq; Mediolanū, Veronā, Vincentiā, *Verona*
Tridentumq; cōdentes populis repleuerūt, quos uini auidos ſitientes, cupiētiſſimosq; ea *Vincentia*
ratione ſola traxerūt in Italiā. Venetā uero urbem nō uoluntas, ſed timor: nō propoſitum, *Tridentum*
ſed occaſio: nō conſiliū, ſed neceſſitas his cōdidit in locis, quæ nulla mētis ſanè hominum
prudētia elegiſſet. Fuit tamē cauſa loco tātæ urbis cōditæ ineptiſſimo lōge horridior con-
dendæ admirabiliorq;. Athila nanq; Hunnorū rege potentiſſimo, quē ſexcentorū armato *Athila*
rum millia ſequebant Aquilegiā urbē premente, Altinū, Cōcordia, Patauiū, Montiſſilicis *Aquilegia*
urbes ſolo æquatæ ſunt, pariterq; capta & funditus diruta, Aquilegia. Vincentinis, Vero
nenſibus, Mantuanis, Brixianis, Mediolanēſibusq; & Papienſibus contigiſſe cōſtat. qua-
rum tot urbiū populi ne ordinē nunc ſequamur in hiſtoria diffuſe ſeruatum, in hæc palu-
ſtria harena & calamis cœnoq; contecta cōfugerunt loca, in quibus conditā nunc urbem
Venetam orbis aſpiciens obſtupeſcit. Nec factus eſt à tantis populis ad has paludes urbis
ædificandæ animo & intentione concurſus, ſed barbaros efferatiſſimos homines uiri no-
biles & uiribus potentatuq; in ſingulis locis præſtantiores, natos ſecum & uxores miſera
bili colluuione trahētes, id quærebant, id ſolum in uotis habebāt, ut ſaluis in cœno paludi
bus & arena corporibus quæq; ſubirent ſubſtinerentq; incōmoda, dummodo eam barba
rorū ſæuitiē, & à filijs uxoribusq; peiorē morte abigerēt ſeruitutē. Fato aūt & dei nutu ac *Barbari*
prouidētia conditio illa urbi Venetæ debebaſ, ut ea loca à barbaris cōplerentur diuerſarū
Italiæ urbiū uiris, quibus perpetua foret cura barbaras gentes populosq; feroces & imma
nes à Chriſtianorū ceruicibus repellendi. Si quis enim inuidia & odio carens ea uiderit &
attēte legerit, quæ in Romani imperij inclinationis hiſtorijs triginta iam & duobus libris
ſcripta ſunt à nobis, faciliter intelliget Venetis ſolis æque ac ceteris omnibꝰ Chriſtianis ſi
mul acceptū deberi, Sarracenos hactenus Italia & ægei Ionij ſuperiq; mariū inſulis pulſos
eſſe, quanq; ſcriptæ à nobis hiſtoriæ leuē & mutilatā habeāt geſtorū à Venetis mentionē,
cum in tanta quā cōplexi ſumus hiſtoriā Romani olim totius imperij non licuerit ſerioſe
ac diffuſe à Venetis geſta attingere, quibus ordine & copioſe explicandis ſeparatā & qui
dem amplam cōficere poſſemus hiſtoriam, quod quidē facile indicabunt ea quæ ad huius

temporis propoſitum, & mutilata ut diximus in noſtris hiſtorijs mentione, in hoc breue
opuſculum identidem reſtringemus. At iam ſenſim manum apponere incipiamus.

Venetiarũ initium VENETAM urbem ad annum ſalutis ſextũ quinquageſimũ & quadringẽteſimum
condi cœpiſſe, ita certe docuimus in hiſtorijs, ut labi à uero ac errare cõſtet eos qui
cunq; aliter auſi fuerint affirmare: nemo enim eorũ qui Venetæ urbis cõditæ materiã atti
Obſidio gerunt, negat cõtinuatæ urbis Aquilegiæ obſidione, quam tribus annis duraſſe cõſtat, pri
Aquileiæ mum cœpiſſe in paludes & ſtagna confluere populos: à quibus diruta Aquileia, & breui
Athilæ poſt mortuo Athila, huius nouę urbis fundamẽta fuerũt inchoata. & Athilam docet Euſe
mors bij Cæſarienſis temporũ ſupputatio ad anni finẽ excidij Aquilegiæ, poſt urbes de quibus
eſt dictũ uſq; ad Papiam exciſas cũ Italia excederet, fluxu ſanguinis interijſſe. erantq; tunc
Martianus Conſtantinopoli imperator, Genſericus Vandalorum in Aphrica, Meroueus
Francorũ in Gallijs reges. Leo primus Romæ pontifex, & Valentinianus iunior, undetri
geſimũ in Romano occidentali imperio agebat annũ, quẽ qui perquiret, ſextũ ut diximus
quinquageſimũ, & quadringenteſimũ ſalutis eſſe cõperiet. Vnde ſi me ueſtra exaudierit
ſapiẽtia, quos milleſimo cõditę urbis Romę anno, Philippus Romanorũ principũ primus
Chriſtiano inſignitus charactere aliarũ pridem conditarũ urbiũ exemplo fecerit ludos ſe-
culares, uos quoq; III ab hinc anno facere diſponetis ſolenni pompa, quã proceſſionẽ ap
pellamus primo, poſt alijs læticiæ & iubilationis apparatibus ita oſtenſis, ut actis deo no-
ſtro gratijs tantã urbem ad milleſimũ annum tanta cum rerũ geſtarũ gloria, tãta cum opu
lentia perductã eſſe lætari, & ut decet exultari ſignificetis. Sed ad rem: Venetæ urbis cõdi
Narſes tæ primũ omnis Italia maximũ cepit fructũ in fauoribus Narſeti Cartulario Iuſtiniani im
Totila peratoris cubiculario & copiarũ ductori præſtitis, quãdo aduerſus Totilã oſtrogothorum
regẽ urbis Romæ euerſorem cum exercitu ueniebat. erat is annus cõditæ urbis Venetæ
L X ad quẽ iam mirabile acceperat incrementũ, utpote quam uiri nobiles atq; ditiſſimi nõ
Narſes in Italiam paſtores & latrunculi inchoaſſent. Cum itaq; Narſes permenſo mari Rauennã à Cõſtan-
tinopoli peditatu, ipſe cũ equitatu Italiã ingreſſus eſſet, Totila hoſtis eius apud Taruiſiũ
patriã urbemq; ſuam, apudq; alia Italiæ trãſpadanæ loca ſibi ſubdita ne ulterius progrede
retur armis reſiſtere cõtendebat: feciſſetq; niſi imperatorium Veneti equitatũ, & eius du-
cem Narſetẽ nauibus tranſportatos in Rauennatẽ agrum, ubi nunc eſt Ferraria expoſuiſ-
ſent. cuius beneficij memor Narſes quamprimũ Rauennæ fuit opifices Venetias miſit, à
quibus ſancti Theodori ſacellum ubi eccleſia nunc eſt ſancti Marci, & ſanctorum Menæ
& Geminiani eccleſia in capite Brolij ædificata eſt. Sicq; Venetorum auxilio non qui-
Cleſis rex dem leui oſtrogothi Italia deturbati ſunt. Ad annum inde circiter quadrageſimum Cleſis
ſecundus Longobardorum rex omnium crudeliſſimus, quos ad eam diem pertuliſſet Ita-
Lõbardia lia, populos eius regionis, quam nũc dicimus Lombardiam inauditis cædiũ rapinarumq;
cladibus afflixit: multiq; tunc ac penè omnes qui prolabi potuerunt, Venetias confuge-
runt, ut à multis eam tunc alteram Venetæ urbis ædificationem fuiſſe tradatur. Quinim-
mo ex eo tunc facto inoleuit prouerbium: alias urbes pueros lactantesq; alere, Venetam
uero adoleſcentes ac planè uiros ſibi in populum procreare. Per hæc ipſa autem Longo
bardorum tempora Italiæ infeliciſſima Romanum orientale imperiũ aliam habuit infeli-
citatem, quæ pariter in Italiam redundauit. Ad quadrageſimũ enim annum Longobardo
rum in Italiam ingreſſus, Sarraceni Aſiam penè omnẽ ac breui poſt Aphricã occuparunt,
quam hiſtoriam noſtro propoſito minime neceſſariã hic omittimus. Sed quod ad rem no
Sarraceni ſtram facit: cum Sarraceni multa ac maxima alibi facinora perpetraſſent, quinquageſimo
tandem regni eorum anno, qui fuit conditæ urbis Venetæ ſextus & ducẽteſimus, ab Ale
Coloſſus xandria ſoluentes Rhodum inſulam Romani imperij peruenerunt: eaq; capta Coloſſum
Rhodi fama celeberrimum, à quo ciuitas inſulæ primaria nomen habuit, demoliti ſunt: ex cuius
Coloſſi ære noningentos camelos fuiſſe oneratos inuenimus. Rhodo uaſtata Sarrace-
Cyclades ni in ægeum delati pelagus multas ex cycladibus afflixerunt. Inde in Siciliam nauiga-
Sicilia runt, quam maritimis in locis ſpoliatam incendijs, etiam per mediterranea editis uaſtaue
runt. Anno item conditæ urbis Venetæ quinto uigeſimo & trecenteſimo Iuſtiniani ſe-
cundi imperatoris Conſtantinopolitani temporibus Gregorio tertio pontifice Romano,
Turci & Pipino primo Francorum rege: Turci primum Aſiam inuaſerunt, alanoſque primo,
poſt colchos & armenios: inde minoris Aſiæ populos, & ad extremum Perſas Sarraceni

agrorum

agrorum direptionibus & mortalium in agris repertorum ac congredi ausorum cædibus *Turcorum*
infestarunt. Fueruntq́ ipsi Turci scythæ ex his quos Alexandrum Macedonem inter hy *origo*
perboreos montes ferreis clausisse repagulis cum alij tradunt scriptores, tum beatus Hie- *Alexander*
ronymus affirmat. has uero Sarracenorum Turcorumq́ originis digressiones hoc loco fa *Macedo*
cere placuit, quia cum his maxime barbaris Veneto populo & magna sæpe fuit, & maior
gloriosiorq́ uidetur futura cõtentio. Quandiu autem apud Cõstantinopolim Romaoum *Constantino-*
imperium fuit integrum, Veneti illud integre constanterq́ reueriti exercẽdę mari terraq́ *polis*
mercaturæ, & recipiẽdis in urbem suam uiris quibusq́ noo magis Italiæ quàm aliarũ pro-
uinciarum profugis, paciq́ ubi possent inter discordias missis propria impensa oratoribus
constituendæ intentissimi fuerunt. Qui quidem status nulla usq́ labefactatus iniuria per
aonos quinquaginta trecentosq́ Venetijs ab externis motibus quietissimus fuit: cum ta-
men ipsi inter se Veneti dissidia interim nõ parua habuerint, propriam ad declarationem
historiam exposcentia, & tamen per id temporis maiora sunt opinione omnium iacta rei
publicæ Venetæ fundamenta. Cum enim ad annum salutis sextum octingentesimum fa-
cta imperij Romani diuisione, Carolus magnus occidentale accepisset imperium, Veneti *Carolus*
ex uetusta consuetudine Constantinopolitano magis parẽtes in difficultates maximas in- *magnus*
ciderunt, quarum finem bonũ eorũ innocentia bonitasq́ tunc est nacta. Cõcedente enim
Carolo principe iusto & magnanimo permissi sunt Veneti legibus proprijs ita uiuere, ut *Veneti suis*
pariter utriq́ imperio obedirent. Cui fœderum conditioni Leo III pont. Ro. adstipula *legibus uiuũt*
tus est. Sed tertio abinde anno Fortunatus patriarcha Gradensis, quem coniuratio attige-
rat in Ioannem & Mauritium duces Venetos intentata, sibi timens in Frãciam se recepit, *Mauritius*
& Carolo imperatori Venetos detulit, quod illi à fœderibus ictis discedentes, Coostanti- *dux*
nopolitaoo magis quàm Romano imperio adhæsissent: adeo quod tantum apud impera-
torem eius patriarchæ uerba ualuerunt, ut Pipino filio Italiæ regi scribens Venetos bello *Pipinus rex*
agitari opprimiq́ iusserit. Ducens itaq́ in Venetos Pipinus Eracliam terrestrem unicã il- *Italiæ*
lorum ciuitatem, cuius locum nunc ciuitatem nouam appellatis, & Equilium eius ciuita- *Eraclia*
tis oppidum inuasit. Sed ciues qui ea loca frequentissime inhabitabant campestribus lo *Equilium*
cis suis munitioribus diffisi patriam deserentes cum liberis & uxoribus Venetias commi
grarunt: nec alia fuerunt loca unde maior numerus familiarum Venetorum, qui nũc ex-
tent originem traxerit: quandoquidem ad cẽtum familias, eorum præsertim qui nunc pa-
tricij sunt, Eracliam Equiliũq́ deseruisse Aquilegiensis ecclesiæ asserunt monumẽta. Bre-
ui tamen post Vbolerius & Beatus Venetorum duces, Ioanni & Mauritio suffecti Teo-
douium delati, Carolumq́ imperatorem allocuti cum eo fœdera amicitiamq́ iunxerunt.
Sed Niceta patricius à Niceforo imperatore Constantinopolitano cum ingenti classe in *Niceta pa-*
Adriaticũ missus, Dalmatas primo post Venetos abiectis cum Carolo imperatore fœderi *tricius*
bus recedere cõpulit: qui Venetias ueniens, paucos ibi menses moratus inducias cum Pi- *Dalmatæ*
pino in paucos menses constituit. quibus uix dum finitis Pipinus maiore q̃ antea appara
tu terra mariq́ mouit: gestumq́ est bellum illud memorabile, in quo illata regi clades Ca- *Canalis Or*
nali Orfano nomen dedit: sed maiori indigeret hæc historia uolumine. Capita itaq́ illius *fanus*
satis fuerit cõmemorare. Paulus gente Ciuranus obsessæ urbi cũ classe subuenit, paxq́ in-
ter Niceforũ imperatorẽ & Pipinum regem cõstituta est: in cuius fœdere Venetis cõces-
sit rex Italicus, ut immunitatẽ qua à Carolo genitore dooati fueraot retinentes, Nicefori
partium bello paceq́ censerẽtur. Eaq́ cõstituta pace Veneti publico omniũ insularũ con
silio sedem à methamauco translatã in riuoalto manere, & q̃ Riuusaltus esset ciuitatis no *Riuusaltus*
men constituerunt, palatiumq́ quod nostra ætate superbis est ædificijs auctũ, apud Theo *Palatium Ve-*
dori sacellum tunc primũ fundare cœperũt. pariterq́ eodẽ anno quia in Oliuolensi insula *netorum*
littori proxima castellũ fuerat, episcopi sedẽ ibi constitutã appellãt cũ tota diocesi Castel- *Oliuolensis*
lanã. Tria paulopost in orbe terrarũ maxima suot audita. Primũ dictu leue malos postea *insula*
successus habuit. Sarraceni enim primã omniũ Italiæ urbiũ centũcellas urbi Romæ proxi
mas spoliarũt. Carolus deinde imperator uir excellentissimus obijt. Tertio loco Sarraceni
quatuor tunc primũ tyrãnos admiratos nomine habere cœperũt, quorũ unus Ægyptum
& Aphricam occupauit, Duo Hispanias inter se partiti sunt, & quartus Palestinam ac Sy
riæ loca cepit. Isq́ per Gregorij IIII pootificis Romani edictum, qui fuerat tituli sancti *Grego. IIII*
Marci Cardinalis, sacrosancta palestinæ loca obscœne fœdata à nemine Christiano adiri *pontifex*
permisit

Mauri permiſit. Mauriq; in Siciliam claſſe delati late incendia commiſerunt. Nec ſciuit potuitq;
Michael imperator Conſtantinopolitanus tantis malis aliter prouidere, q̃ quod Venetis
ne mercimonia occidentis in Aſiam perferrent inhibuit.& aliquot onerariarum nauiũ tri
remiũq; pręſidia Siculis à Venetis afferri curauit:eratq; per id temporis Venetiarum dux
Iuſtinianus Iuſtinianus Particius,anno cuius ſecundo ducatus beati Marci euangeliſtæ corpus Vene
Particius tias eſt trãſlatum. & eo qui ſecutus eſt anno conditæ urbis Venetæ primo ſeptuageſimo
dux & quadringenteſimo,eccleſia quæ nunc extat ſancti Marci Venetijs ædificari cœpta.Iu-
ſtinianus enim dux ea auctus gloria ſancti euangeliſtæ ducatus ſui temporibus in urbem
adducti à populo Veneto impetrauit,Ioannem fratrem ſuum qui apud Cõſtantinopolim
Ioannes dux exulabat in patriam reuocari,& ſibi in conſortem ducatus dari. Michaelq; imperator au-
creatur diens Sarracenos Siciliam inuaſiſſe per Ioannem in patriam reducem, & ducem creatum
à Venetis petijt ut claſſe ſiculis opem ferrent. Dumq; claſſis à Venetis conceſſa armatur,
dum nauigat,dum ſiculis laborantibus ſe oſtentat,ſancti Marci eccleſia à Ioanne duce po
puli gratiam eo in negocio aucupante perfecta eſt, anno qui ſecutus eſt Sarracenis Sici-
liam iterum Tarentumq; duce Sabba regis Maurorum præfecto obſidione prementibus
Theodoſius Theodoſius imperatoris Conſtantinopolitani claſſis præfectus coprjs quas e Græcia ad-
imperator duxerat,diffiſus ad Venetos ſe contulit:& Petro Touerdenico ac Ioanne eius filio Vene
tiarum ducibus Spatarij dignitate, quæ tunc erat omnium illius imperij maxima ornatis
ab ea repub.impetrauit ſexaginta triremiũ claſſem à Venetis armari:auctusq; tanta claſſe
Theodoſius nõ prius inchoata in portu Venetiarum uelificatione deſtitit, quàm ſinum
Sabbas ſar attigit Tarentinum. Sabbas uero Sarracenus quamprimum eam omnem Chriſtianorum
racenus claſſem adriatico emenſo in ſinum Tarentinum flectere intellexit, ſiue quia timuerit,ſiue
quia timoris ſimulationem rebus ſuis conducere ſit arbitratus obſidionẽ ſoluit, & ad cri-
thonitarum littora repente nauigans,Chriſtianis quid facturus eſſet dubium fecit. Sed ea
in magnarum claſſium propinquitate cum leuia per occaſiones committerentur certami
na, ad prælium uel inuitis utriuſq; exercitus præfectis eſt uentum,quod quæ partium in-
choaſſet,utriuſq; claſſis duces ignorare uiſi ſunt:fractis eo in prælio & fugatis Chriſtiano
Calamitas rum coprjs,in Venetos pugnæ intẽtiores magna eius cladis calamitas ceſſit. Nam omnes
Venetorũ eorum naues uel merſæ uel captæ ſunt:militum uero paucis in barbarorum poteſtatẽ fa-
ctis, reliqui aut enecti,aut ad internicionem fuerunt occiſi. Theodoſius autem præfectus
parte nauium,quas è Conſtantinopoli duxerat amiſſa,ſaluti ſuæ fuga cõſuluit. Ea elati ui
ctoria Sarraceni in Dalmatiam ducentes Auſtrenſe oppidum ui captum ſpoliarũt. Forte
tunc Venetorum naues mercemonijs onuſtæ à Syria reduces uiſa Sarracenorum claſſe
Sinus ter- in ſinum ſeceſſerant tergeſtinum:quas caſu inuentas & fugam molientes barbari interce
geſtinus perunt, odioq; uſi quo Venetũ perſequebãtur nomen mortales in illis repertos ad unum
trucidarunt. Exinde ad oram Italiæ flectentes Anconam ui captam ſpoliatamq; incende-
Creta in- runt. Ad annos inde plus minus uiginti Sarraceni Alexandriam incolentes,Cretam inſu-
ſula lam aggreſſi,ea omni ditione potiti ſunt,quorum pars maxima in Italiam nauigãs,omnes
urbes in ſinum adriaticum ad Ancone hydruntum uergentes, uel occupatas tenuerunt,
uel fugientibus habitatoribus deſertas incenderunt. Nec fuit qui tantæ Italorum calami-
tati aliquã tulerit opem præter Venetos,qui duce Vrſo particiaco illos expoſita ſinui Ta
rentino uaſtantes claſſe adorſi fuderunt,& Italia expulerunt. Eo deniq; anno alij Creten-
ſes Sarraceni in Dalmatiam ſunt delati,& non ſolum expoſita mari loca,ſed facta pleriſq;
Gradus in locis excenſione mediterranea uexauerũt. Qui Gradũ uſq; delati oppugnauerunt diu,
Sarraceni fu- urbe ideo non ſunt potiti,quia Veneti uicinæ urbis periculo exterriti laborantibus præſi
gati dium attulerunt,& fugatos inde Sarracenos mari quoq; ſupero expulerũt:in cuius fortiſ-
Baſilius Impe ſimi facinoris gratificationẽ Baſilius imperator Cõſtantinopolitanus apochryſarius Dal
rator Cõſtan matiam adminiſtrans Vrſum particiacum ducem Venetum protoſpatarium declarauit.
tinopolitanus Isq; dux accepti muneris gratias relaturus cãpanas duodecim magni ponderis Baſilio im
Protoſpata- peratori dono miſit,eaſq; campanas conſtat primas fuiſſe,quas Græcia alicubi habuerit.
rius Sed & alia barbaries per tertij Sergij pont.Ro.tempora Italiam eſt aggreſſa. Nanq; unga
Primæ cãpa- ri per uiam Foriulij,quam malo noſtro ab initio mundi deus patefactam barbaris reliquit,
næ quas habu Italiam ingreſſi ſunt. Oppoſuit uero ſeſe illis Berengarius Imperator Romanus ad ipſum
it Græcia Foriulij limitem cum quindecim milibus armatorum, & manu cõſerta fractũ fugatumq;
amiſit

amisit exercitum: tum furentes Vngari cæde incendijs & rapinis cuncta uastantes Taruisium peruenere. eaq; expugnata urbe ultra progressi omniaq; uastantes per quæ facerent iter, Mediolanum inuadere constituerant. tum exciti opulentiæ urbis Venetiarum fama iam tunc ingenti signa conuertentes in eam duxerunt: & lembis tumultuarie fabricatis, quorum asseres pellibus conglutinarentur, ciuitas noua capta ad primũ impetum est incensa. Exinde Vngari per littorales insulas debacchati Equilium & ad alteram partem caput aggeris Clugiamq; populati sunt. Fuit uero animus Riuumaltũ & Methamaucũ primarias eius urbis insulas inuadere. Sed alia erat tunc eius urbis forma, alia munitio: nanq; Petrus cognomento tribunus dux quamprimum eam gentem pannonia mouisse audiuerat, urbem Venetiarum à riuo castelli ad ædem sanctę Mariæ in iubanico appellatam muro cinxerat: Canalem uero quem magnum dicunt ferrea clauserat cathena, cuius capita unum in sancti Georgij, alterum in sanctę Mariæ prædictę ædibus firmabantur. Cum itaque Vngari à Clugia mouentes littus quod contra methamaucum est cepissent, ut inde Methamauco riuoq; alto per Albiolam potirentur, Veneti Petro tribuno duce per arma illis resistere perrexerunt. pugnatumq; est uarijs in locis per quæ barbari multitudine freti irrumpere conabantur: & cum eo in certamine uano aliquot diebus laboratũ esset, tandem ipso natalis Petri & Pauli apostolorum die, Vngari uictoriam desperantes re infecta profecti sunt. Sensit per id temporis clades Italia inauditas. Dum. n. Vngari Venetos infestant, sarraceni montem occupauere Garganum, quem multis annis undiq; tenuerunt: & Vngari à Veneris in hetruscos delati, eam commissis regionem summa & alias inaudita impietate cedibus, incendijs, & rapinis prope destitutam desertamq; reddidere. Omnes. n. mortales fœminas æque ac mares qui cædibus superfuerant, aut fuga prolabi nequiuerant, in Vngariam adduxere. quin etiam anno qui secutus est conditæ urbis Venetæ L X X V, & quadringentesimo sarraceni Aphricam Genuamq; urbem ceperunt, in quã maxima usi sunt sæuitia. urbe. n. spoliata, & his qui arma ad defensionem induerant primo impetu cæsis, omnes pariter puberes latebris eductos trucidarunt: redituriq; in Aphricam mulieres omnis ætatis & impuberes masculos cum facta præda nauibus impositos asportarunt. Sed iam sensim ad aliena prolapsus sum, ad res Venetas redeamus. Per Agapiti pon. Rom. tempora Albertus Berengarij imperatoris filius apud Rauennam constitutus Venetos mercatores multis affecit incõmodis. Comaclensium. n. nauigio, quod illi haud quaq; tenue habebant, fretus mare uestrũ latrocinijs tenebat infestũ. Id cũ Veneti diutius pati nec possent nec uellent, in Comaclũ delati oppidũ primo impetu captum, & naues simul Comaclensium incenderunt. Forte paulo post Petrus cognomento Candianus Venetiarum dux Petro filio ut sui ducatus cõsors omnia secum administraret impetrauit. Isq; Petrus genitori ingratus cum in eum cõnspirasset in exiliũ est actus. qui adolescens acris ingenij ad Berengarium Albertumq; accessit: & cum forte X I I onerariæ naues ui tempestatis in primarium padi ostium actæ essent, eas Petrus Alberti consilio præsidioq; fretus intercepit. Et patre paulo post uita functo in patriã à Venetis reductus dux est factus. Omitto nunc multas Italiæ calamitates ut ea quæ uestra sunt propria enumerare possim potius quàm describere. Ad annum uestræ urbis conditæ secundum quinquagesimum & quingentesimum sarraceni bipartito exercitu Italiam ingressi, hinc Capuam ceperunt, inde Barrum terra mariq; obsederunt: cui Petrus Vrseolus uester dux annona importata subuenit, nec tamen soluerunt obsidionem sarraceni. Quare cum essent Constantinopoli nunciata ea quæ dux Venetiarum fecerat, Gregorius imperialis catipanus, id magistratus est nomen, cum classe in Adriaticum uenit: qua Venetæ cõiuncta itum est in sarracenos, de quib⁹ superatis cæsis & expulsis dux uester triumphauit. Eo qui secutus est anno, Adriæ ciuitatis à cuius uicinitate superũ mare nomen accepit, incolæ maior tũc populus quàm urbis uetustas tunc tolerasse uideatur, Venetorũ fines uastarunt: quibus Otto Vrseolus Venetiarum dux Petri defuncti filius apud Lauretum pado & athesi uicinum occurrens conflixit, & superati adrienses breui peruenerunt ad eam opum tenuitatem, in qua eos obsorduisse uidemus. Nono postea & X X ac sexcentesimo uestræ urbis anno Robertus uiscardus uir celeberrimus, ductu cuius regnum primo est cõstitutũ, quod appellamus Siciliæ citra Farum, Dyrachium urbem terra mariq; premebat. Nicephorusq; imperator Græcus, q; per se ipsum nequisset, Venetos ut pressæ urbi præsidiũ afferent

Ciuitas noua ab Vngaris capta

Clugia depopulata

Petrus tribunus dux

Cathena

Mons garganus à sarracenis occupatus

Genua capta à sarracenis

Agapitus pontifex

Albertus im.

Comaclum

Petrus candianus dux

Sarraceni Italiam ingressi

Adria ciui.

Otto Vrseolus dux

Robertus uiscardus

Nicephorus imperator

afferrent orauit: qui Dominico Syluio duci suo ut triremium onerariarumꝗ nauium clas-
se educta imperatori satisfaceret publico consilio permiserunt: Duxit'que in Guiscardum
Syluius classem quam finis ostendit ingentem paratissimamꝗ fuisse, nanq; normanæ cō-
gressa classi uictoriam sed cruentissimam obtinit, & mare Dyrachinis redditum est aper-
tum. Post aliquot inde annos Robertus Guiscardus imperium ambiens Constantinopo-
litanum, quod Alexius imperator pessimus inuaserat, classem superiore maiorem eduxit.
Alexius imp. Veneti non magis ut roganti Alexio satisfacerent, quàm quod Roberti potentiam, si au-
geretur, libertati suæ ducerent formidabilē, classem pararunt spe Alexij ampliorem, quæ
item Syluio duce alto mari Guiscardo congressa est: & fractis fugatis'que Venetis Ale-
xianis'que qui aduenerant, Guiscardus Dyrachium, Dominicus dux Venetias de fuga se
Vitalis falero contulit, quem inde patres in carcerem coniecerunt: Vitalisꝗ falero illi suffectus repara-
tam illico classem ad Alexium duxit. qui imperator Guiscardo ad Sasium congressus fra-
ctusꝗ & fugatus imperium amisisset nisi Robertus breui post febre & caumate per men-
Casiopa insul. sem Iulium correptus apud Casiopam insulam interisset. Inchoata est paulo post glorio-
sissima omnium expeditio, quam beatus pontifex Romanus Vrbanus secundus in Cla-
romontensi concilio decreuit, ad quam Veneti classem ducentarum omnis generis na-
uium præfecto Michaële Vitalis Michaëlis uestri ducis filio transmiserunt: eáque classis
Cruce signati non magis uestra militia quàm cruce signatorum ex omni orbe christiano ad uos conflu-
Dalmatæ entium plena fuit. Dalmatas'que constat eam nauibus militibusꝗ adauxisse. Pisani tunc
Pisanorum Venetis infensi cum triremibus quinquaginta mediterraneum infestabant, id in primis
perfidia quærentes ut naues Venetas casu obuias interciperent. Siue igitur classem Venetorum
dalmatarumꝗ sua maiorem esse ignorarūt, siue ea fuerunt audacia, ad portum Rhodien-
sem tanto nauigio concurrerunt, superati'que triremes duo de uiginti, & in his milites
Magnificen- quatuor milia amiserunt. Sed Veneti ob crucis quod deferebant signi reuerentiam tri-
tia Venetorū ginta Pisanis primoribus in obsides retentis cæteros incolumes cū redditis triremibus li-
Smirna ciui- berarunt. Subinde Lassimiram uel ut credo Smirnam Asiæ urbem, quæ sex à mari mili-
tas Asiæ bus distans tunc recēs à Turcis diruta fuerat, ea classis cepit: & magni Nicolai corpus ibi
Gothifredus repertū Venetias misit: Ea classis uestra cū Boglioni Gothifredi temporibus cæterę chri-
Boglioni stianorum expeditioni auxilio accessisset, illo ad primi anni captæ Hierosolymæ finem
Hierusalem mortuo eius fratri Balduino qui primus rex fuit primum usui esse cœpit. Cum.n. Ptolo-
Genuenses maidam quæ & Accon & corrupte Accia à nostris est dicta obsideret, uocata classis Ge-
nuensis primo post Veneta accesserunt, quas simul fuisse tunc rostratas naues & trire-
mes L X X X refertur: & pressa mari ac terra Accon uigesimo obsidionis die facta est in
regis Hierosolymæ potestatē, liberis'que duobus his de Italia populis priuilegia rex in ea
urbe cōcessit amplissima. De quibus quod ad Venetos spectat infra diffuse dicemus. Ad
annum nanque Venetæ urbis conditæ sexagesimum quartum sexcentesimum'que Bal-
Balduinus se- duinus eius nominis secundus Hierosolymæ rex, primo suffectus Balduino de quo pro-
cundus rex xime supra est dictum, sarracenis & turcis resistendi spe destitutus Venetorū auxilia po-
poscit, societatem eis in capiendis de terra barbara prouincijs urbibus'que pollicitus: exta
re'que uidimus, & uos scire non dubito fœderum huiusmodi formulam cum Dominico
Michaële uestro duce solenniter conceptam. Sed priusquam classem Veneti parare po-
tuerint Balduinus iste Balach parthorum regi Hierosolymam impetenti temere congres-
sus cum magna procerum militumꝗ christianorum parte captus Chairum in carcerem
Concilium la- est perductus. Id cum secundus Calixtus pontifex Romanus intellexisset, & forte tunc la
teranense teranense consilium celebrabat, Venetos orauit & sua impulit autoritate ut difficillimis
christianæ expeditionis rebus in Asia subuenirent. Erat per id temporis Hierosolymis pa
triarcha Varinundus uir non magis doctrina & religione quàm animis & prudentia con
spicuus, cui Balduino capto Hierosolymæ & regni administratio à christianis fuerat de-
mandata. qui & ipse sicut pontifex Romanus ad Venetos mittens fœdera cum Baldui
no icta illis confirmauit. Dominicus itaque Michaël classem adducens potentissimam ad
annum salutis secundum & uigesimum supra centesimum & millesimum in Asiam naui
gauit. Iacobus'que theologus Genuensis qui paulo post Hierosolymis diu uixit, & à quo
hæc sumpsimus, L X X onerarias naues eam classem habuisse scribit. in qua similius est
uero triremes inter & ceteas ac alias minores quàm uestra habent monumenta naues
fuisse

fuisse c c. Interea Varinundus patriarcha quo die certior est factus Dominicum Venetijs soluisse omnes copias quotquot Hierosolymis educere potuit ad Iopen duxerat: quam Hierosolymæ proximiorem cæteris maritimam urbem Babylonica septingentarum nauium classis arcta & periculosissima obsidione premebat. impetum quem Venetus dux in barbaram classem fecit improuisum fuisse crediderim, quod genuensis scriptor eque ac uenet* autores sunt, barbaros illico profligatos fugatosq; magna ex parte captos fuisse. Iope liberata iussit patriarcha omnibus christianorū copijs terra mariq; in tyrū iri, quam urbem omnium præter Hierosolymam & Antiochiam Asiæ potentissimam christiani ad id temporis expugnare nequiuerant. Ea tamen summis barbarorum conatibus aliquandiu defensata, tandem multo, ut genuensis uerba imitemur, Venetorum sanguine capta & Hierosolymæ regno addita est. Concessum uero Venetis à Varinundo patriarcha, & postea à Balduino rege pecunia redempto confirmatum, quod uidimus ipsi priuilegium, minora habuit quàm quæ concedentibus in tanti beneficij præmium fuerint onerosa. Nanque Balduinus hic secundus ea primo confirmat quæ primus alter Balduinus rex Venetis in acceptorum principio expeditionis beneficiorum præmium in hanc maxime formam in ecclesia sanctæ crucis apud achonem altero concesserat priuilegio: haberent Veneti omnibus in urbibus Hierosolymæ & primatus Antiochiæ propriam fori iurisdictionem: uicum & plateam particularem ubi furnum, stateram, cauponas, mensuras'que proprias & cætera mercimonia nullis grauati uectigalibus exercerent. Si quis Venetus naufragium fecisset, si decessisset intestatus, bona cederent Veneto magistratui. tum in beatorum apostolorum Petri & Pauli festo celebri regius minister ex Hierosolymæ ærario trecentos Bizantios sarracenos persolueret: his'que à primo secundus addidit Balduinus, ut Tyri Ascalonis'que urbium quandocunque in christianorum fierent potestatem, Venetus tertiam partem dominio possideret. Tyro capta & Balduino Hierosolymam reuerso periculum palam est factum, quod christianæ expeditioni maximum imminebat si ea à Venetis auxilia nō uenissent. Nanq; suffectus Caloiohanni Emanuel tunc Constantinopolis imperator qui tantam christianis latinis uictoriam sicut & sui prædecessores inuideret, Iope obsessa aperta in Venetos cœperat machinari, quos à ferenda christianis ope cupiebat auertere. Eius itaque imperatoris per eam ætatem potentissimi motibus qui continuabant territi Venetæ reipublicę magistratus Dominicum Michaëlem ducem suum reuocare coacti sunt. Is'que probus uir Rhodum primo post Chium Græci imperatoris insulas spoliauit, gloriosum nactus in Chio Theodori martyris corpus quod in sancti Marci basilicam delatum in capella insigni seruatur, quam Narsetem cartularium ædificasse docuimus. Ducis inde apud Chium hibernis Dominicus dux, Samum, Mytilenas, Andrum & alias de emanuelis imperio insulas spoliauit: occupato'que Mothonico & præda ibi facta inter suos diuisa urbem communiuit: eadem'que classis in patriam reditura, Spalatum & Tragurium regis Vngarorum urbes, quod & ipse Veneto inimicaretur nomini, ui cepit, quas urbes Veneti hucusque possident. Dominicus uero dux celeberrimus tantis rebus intra trigesimum quàm profectus erat mensem fœlicissime gestis in patriam est reuersus. Immorati diu sumus in recensendis ordine gestis à Dominico Michaële rebus quidem maximis: sed eo plurimi à uobis & uestra re publica faciendis, quod facta sunt tunc uestræ amplitudini fundamenta. Nam tunc primum extra portum & littora uestro ducatu comprehensa aliquid dominij urbs Veneta habere cœpit. Id'que ut docuimus maximo grauissimoq; pontificis Romanorū & Hierosolymæ regis consensu ac totius orbis christiani applausu factum esse gloriosissimum uobis, ac fœlicissimum ducere ac extimare debetis. Nec paruo postmodū reipublicæ decori fuit tertij Alexandri pontificis Romanorum ad uestram ciuitatem accessus. Eum. n. primo uigesimo & septingentesimo Venetæ urbis conditæ anno uenisse constat, ut pro missam ex fœdere pacem cum Federico primo barbarossa imperatore Romano uestris auspicijs, uestro concluderet interuentu. Sebastianus'que zianus dux uester cum binos orbis christiani principes ea pace solenniter constituta, Federicum primo Rauennam usque, & post Alexandrum pontificem longiore aliquantisper nauigatione prosecutus fuisset, eodem anno tanta auctus gloria est defunctus. Cum'que paucos post annos tertius Clæmens Papa Federicum antedictum imperatorem, Philippum regem Francorum,

Iope ciuitas · *Tyrus* · *Priuilegium Venetorum* · *Rhodus* · *Chium* · *Corpus sancti Theodori* · *Samus. Mitylenæ. Andrus* · *Spalatum* · *Tragurium* · *Alexander pontifex* · *Federicus barbarossa* · *Sebastianus zianus dux* · *Clemēs pon.* · *Philippus rex Franciæ*

Ricardus rex Ricardum regem Angliæ, Oddonem Burgundiæ ducem, ut laborantibus in Asia christia-
Angliæ norum rebus subuenirent impulit: admoniti ab eodē pontifice Veneti per Henrici Dan-
Henricus duli ducatus tempora classem, cui Rauennas archiepiscop⁹ pontificis legatus præfuit: pa-
Dandulo rauere. primos uero & omnium pro tempore utilissimos ea expeditio ex Italia Venetos
Oddo Burgū- habuit, & qui se eis addiderant pisanos. Nā Clæmentis Papę edicto palam facto, Bela Vn-
diæ dux gariæ rex Venetiq; ut terræ sanctæ opitulari possent, pacem utrinq; diu denegatā pari fa-
Classis Vene- cilitate inuicem concesserunt. & coniunctas in Adriatico Venetā pisanāq; classes magna
ta & pisana uis Italię nobilium militumq; est ingressa, quibus Tyrū delatis & in urbem expositis per-
territi prius ac pene desperantes in illa christiani respirare cœperunt. perseuerarūt hæ clas-
ses triennio rebus Asiaticis intentissimæ. Cumq; nauiū reparatione & militum regumq;
supplementis per maxime indigerent, sicut simul iuerāt eodem tempore, sed nequaquam
simul aut eadem cum qua iuerant amicitia littoribus Asiæ sunt profectæ: quin bellum
utrinq; mutuum in patriam est relatū, quod malo pisanorum successu prius terminatum
penè quàm gestū est. Pisana. n. classis Polam delata Lesinam urbem Venetis tributa pen-
dentē cepit, apudq; eam hiberna egit. & Henricus dux Venetus hanc classem in patriā re-
ducem exarmauit: inde nouam triremium dècem, nauium sex cetearum raptim armatam
emisit. Qua Polam ducta & urbs ui capta, & pisanorum pars classis reliqua incensa est:
partem. n. classis maximā pisani reuocarunt præsidio occursuram sex eorum nauibus one-
rarijs, quæ mercimonia à Tanai fluuio & mari pontico aduehebant. Venetiq; Polæ muro
ita aperto dirutoq; ut in eam ultra pisanis receptus esse nequiuerit, Mothonum urbem su-
am in Peloponneso se contulerant, apud quam pisanis aperto uenientibus pelago con-
gressa classis Veneta, & præsidium reppulit male habitum, & duas ex ipsis sex mercimo-
nijs plenas intercepit: pax'que breui maximo cum pisanorum damno composita est. Se-
quitur in primis gloriosa Venetis expeditio. Anno conditæ urbis quarto quadragesimo
septingentesimo Bonifacius marchio montiferati, Balduinus comes Flandriæ, Henricus
comes sancti Pauli, Ludouicus comes Sabaudiæ Venetias aduenerunt nulla alia ratione
quàm ut uia ad Constantinopolim per uarios pridem in Germania & nuper in Constan-
tinopoli exortos motus interclusa à Venetis opem peterent transmittendis in Asiam co-
pijs, quas christianorum subsidio ducturi erant: pactiq; erant cum Henrico Dandulo duce
quales quotq; naues habere, quantum pro naulo dissoluere deberent, quingentos & qua-
tuor milia equites & octo milia pedites & cōmeatus necessarios traducturi. militibus ue-
ro suis ad edictum tardiuscule conuenientibus protracta est diutius opinione sua Vene-
tijs mora, ut æstate iam in autumnum uergente pecunias hi proceres expectando con-
Iadra defecit sumptas à Venetis mutuas capere sint compulsi. forte per id tempus Iadera quintum à
à Venetis Venetis ad Vngaros defecit, cuius recipiendæ cura ducem Henricum & Venetos adeo
urebat, ut nauigium importuno tempore pœnituerit proceribus promisisse, quam ut re-
uocarēt promissionem nullo abduci incommodo patiebantur: cum melior in re ardua ac
difficili consultantibus occurrit sententia, dandas s. esse dono petitas maiores q; proceri-
Dalmatiæ bus pecunias, si inita societate illis in recipiendis Dalmatiæ urbibus oppidisq; rebellibus
urbes reipub. opem afferre animum induxissent. Ictaq; sunt in annum fœdera educendas esse à
Triremes Venetis in expeditionem triremes L X: & præter Dalmatiam quicquid urbium, oppi-
sexaginta dorum, insularumq;, & omnifariam prædæ caperetur æquis inter utrosq; portionibus di-
uidendum. Henricus itaq; Dandalus Venetorum dux cum expedita triremium classe pri-
mus omnium idibus octobris soluit, cæteri postridie sunt secuti. Quam classem præter ar-
matas iam ducibus dandas urseriosq; quibus equi deferuntur uiginti centū, ac onerarias
naues L X X habuisse cōstat: primumq; tergestini & mulgenses mare latrocinijs infestan-
Iadera capi- tes domiti, & Venetis tributarij sunt effecti. Iaderam uero delati diutius ad eam sua opi-
tur nione sederunt, quam sæpe oppugnatam multis laboribus & multo sanguine fuso recepe-
runt. Et qa eius q ter iam quaterq; rebellauerat respectu liberari uoluerunt, Veneti muros
urbis in mare uersos aperuerūt. Actumq; est inter socios ut hyemem plane inchoatam &
crebris iam sæuientem tempestatibus ibi agerent: quare Iaderenses quique ditiores & ur-
bis primores Venetorum clæmentiā desperantes sponte migrarunt. Interim Alexius pu-
Alexius filius er Isaac Constantinopolitani imperatoris filius Alexij patrui sui fratricidæ manibus elap-
imperatoris sus Iaderam se contulit consilio fretus nonnullorū procerum paternæ amicitiæ, à quibus
Veneti-

Venetias ducebatur: petentem uero afflictis rebus opem & multa pollicentem Alexium socij bello exaudiendum duxerunt: sunt'que in hac maxime forma fœdera constituta. Restitutus in patriam Alexius imperator'que aut solus aut cum patre si superstes in carcere inueniretur constitutus Græcanicam ecclesiam & religionem Romanæ ecclesiæ ac ritui catholico subijceret: pro damnis insuper quæ tam Venetis quàm francis ubiq; constitutis Emanuel imperator pridem intulerat, triginta milia auri marchas dissolueret: principibus uero expeditionis nauli impensæ satisfaceret qua erant Venetis obligati. Soluerunt'que à Iadera ad ueris initia bello socij perpetuo cursu Constantinopolim petituri. Et Iadérenses patria profugi piraticam ubique in liburnis patria sua histris'que finitimis infestissimam exercuerunt, in quos noua à Venetis educta classis, & præsidium Iaderæ imminenti insulæ impositum est: Cui Malconseglio indicta est appellatio: quod quidem præsidium Iaderenses patria extorres opibus Vngariæ regis freti triremibus decem apud Caletam armatis diruerunt. Quamobrem nouam atque ingentem Veneti classem parare cœperunt. Id cum Iaderenses rescissent pacem à Venetis suppliciter petitam impetrarunt, ut datis obsidibus primatum filijs in patriam reuerterentur. Classem interim bello sociam Bosphorum ingressam ad margaria locum galathis è regione oppositum haud longe à Constantinopoli distantem remorata est cathena quam Alexius fratricida densissimam præsidijs ad utrunq; latus tetenderat cõmunitam: ad quam dum tentus esset exercitus, Cretenses duabus uecti triremibus publico consilio insulam Alexio puero dediderunt, qua ille Bonifacium montisferati marchionem paterna sibi auitaque affinitate coniunctum donauit: cathenaq; interim non prius perrumpi potuit quàm aquilone nauis cetea uento impulsa ualidissimo est immissa: forfex'que simul immensus illam eodem iuuante impetu succidit. Ea superata peregrini: nam eo se nomine totus exercitus appellabat, urbi appropinquant, proceres'que terrestres copias ducentes primi excensione facta ad urbis mœnia portas'que ferri cœperant, cum Theodorus lascara adulterini imperatoris gener, & copiarum ductor eruptione facta impetum fecit: & prælium utrobique cruentum & atrox commissum est, tandem'que Grecus intra menia est repulsus. Eodemque tempore classis Veneta ad portum urbis circumacta est, quam & cathena item altera retardauit. Eam. n. inclusæ triremes uiginti pro uiribus defensabant. Continuato tamen perpetuo duorum dierum prælio, & scissa est forfice cathena, & in portu triremes uacuæ: nam Græci in terram profugerant: sunt inuentæ. portu capto peregrini partitis muneribus illi terra portas hi de nauibus mœnia perpetuis agitare oppugnationibus constituerunt. Veneti'que uineas ad promurale in portum uergens quàm proximas adegerunt: binis insuper nauium malis superne ad caueas colligatis pontes impositi sunt, de quibus muros altitudine superantibus oppidani sagittis catapultis'que & fustibalis feriebantur: quin etiam ignis de pontibus caueis'que nauium in proxima continuantiaq; mœnibus urbis ædificia sæpenumero iactus est: qui tandem amplissima corripiens ædificia latissimum commisit incendium, ut eo territi metu, crebris insuper icti uulneribus murorum defensores eos linquere sint coacti, quos scalis innixa iuuentus Veneta occupauit. Ad eum'que tumultum in urbe concitum Alexius fratricida territus nocte concubia fugiens ingentem thesaurũ qui postea rescitus est apud hirenam filiam uirginem in monasterio defossum liquit. Ea perditi uiri fuga per urbem uulgata Isaac cęcus carcere eductus & puer Alexius maximo populi fauore patentibus portis in urbem est reductus. Exinde factis utrique imperatori de more acclamationibus Isaac pacta à filio cum peregrinis fœdera sponsiones'que & pecuniarum obligationem præsente & consentiente populo approbauit: quorum executioni cum probus imperator Isaac gratissime intenderet, morbo ab aëris, ut creditum est, insolentia contracto interijt. Nec segnior illo erat in ostendenda gratitudine puer Alexius, quem & satis debito facturum & ingentia etiam peregrinis in Asiam traiecturis allaturum apparebat, nisi ingrata & seditionibus per eam tempestatem nutrita ciuitas omnia eius consilia subuertisset: tumultus. n. in populo incertis auctoribus est exortus, & incursu ad imperiale facto cõuitia in imperatorem iactata sunt, quod puer ignarus rerum pecunijs auaræ & semper antea inimicæ genti latinæ dandis urbem expilare, ac omnino intenderet exhaurire. Et puer Alexius sibi timens prudenti supra ætatem consilio alta inclamauit uoce, sese in eorum potestate dirigendis huiusmodi alijs'que

Emanuel imperator

Iaderenses piratiam exercent

Malconseglio insula

Iaderenses à Venetis pacẽ impetrant

Cretenses

Veneti occupant urbem

rebus de cætero permansurum: hæc noctu de prima uigilia fiebant. Mane imperator consilio paucis communicato ad Bonifacium misit monteferatensem: admonuit'que atque orauit, ut de tertia uigilia cum armatis cohortibus ad portam quæ clanculum pateret delatus in palatium aduolaret. Fuit eius consilij constitun'que facinoris conscius quidam & ipse Alexius cognomine murtilus, quem Isaac imperator ex infima plebe in patriciũ protonotarium'que primariam aulicorum dignitatem extulerat: is malo uir ingenio ad tyrannidem anhelabat. Quare primarios factionum & in plebe audentiores allocutus, tumultum ad primam uigiliam priori similem concitare curauit: quo tumultu uix tunc exorto Alexium puerum titubantem ut in penitiora sordidioraq; palatij delitesceret admonuit, curauit que perductum ad locum à suis satellitibus custodiri: exinde in publicam delatus est aream: & multa cõcionabundus dixit ostendens præsentem urbis conditionem, imminens ab externa, auara, ambitiosa, & semper hactenus inimica gente periculum, uiro non puero indigere: effecitq; quod in primis anhelans satagebat, ut inconditis uocibus eum populi pars gubernatorem, pars ducem, pars imperatorem acclamauerit, secundum

Alexij mors quas acclamationes magna stipatus caterua in palatium se proripuit, & puerũ Alexium quem datum bis uenenum non occiderat, eliso guture manu propria necauit. Tumultu exinde sedato copias contraxit quantascunque urbs tunc populo frequentissima dare potuit: & suis iam urgentibus fatis hinc defuncti imperatoris pueri amicos tollere, inde peregrinos pellere animum adiecit: primum tamen in peregrinos ducendæ acies sunt instru-

Virginis dei genetricis icona ctæ: & accersiti sacerdotes pompam producentes, Iconam'que portantes gloriosæ uirginis dei genetricis quæ in sacrario seruabatur, diuina ituris in prælium armatis peregerunt. Secundum quæ rite facta eadem icona in uexillum & pugnæ signum præmissa

Balduinus est. Forte impetus primus factus est in Balduini Flandrensis comitis stationes, quæ ad suæ legionis tabernacula seruabantur. Is'que dux non magis corpore quàm animo præsens cum paucis occurrens furentis Græci impetum tam diu moratus est, quoad omnis legio arma rapuit. quæ in prælium tota cum irruisset, pseudo imperator in portam usque repulsus est, Iconaque casu à peregrinis capta parum abfuit quin tyrannus cum multitudine suorum promurali exclusa fuerit interceptus. Iconem peregrini apud se mansisse in eam acceperunt partem, ut uictoriam sibi de perfido hoste maligno homine à deo sponderi in spem maximam sint adducti. Quare in consultationem est positum quid plurimi quique maiores natu, meliores'que censerent à peregrinorum exercitu faciendum: uicit'que sententia tollendum esse & deijciendum tyrannide perditissimum hominem, qui tam multa in se tam horrenda in puerum Alexium commisisset. Fœderáq; primum omnium inter eos hac formula renouata sunt, ut urbis captæ atq; imperij Romaniæ urbiũ ac locorum quæ in potestate fierẽt dimidia proceribus peregrinis, altera pars Venetis possidenda daretur: urbsq; ab his mari, ab illis terra uariatis per duos de septuaginta dies oppugnata est. & licet magna Græci à peregrinis terra pugnantibus incommoda acceperint, muro tamen Veneti in portum uerso superne de nauium malis caueisq; sicut alias expugnato priores urbe politi sunt. Tyrannus'que noctis umbra tectus cum pellicibus uxore & thesauro fugiens euasit. Ciues uero hinc ad capti ab hoste muri uoces inde ad tyranni fugam uno atque eodem tempore sunt exterriti. Sed dante ingenium necessitate conuocatos in solennem pompam sacerdotes secuti sunt inermes & crucibus Iconis'que ad fidem comparandam præmissis, tenentes murum armatos ueniam supplices orauerunt, qua facillime impetrata, portis undiq; patentibus latini nominis multitudo undiq; est ingressa. Quiete urbi data proceres in consilio decreuerunt quindecim uiros ex omni exer-

De eligendo imperatore et patriarcha citu deligendos, quibus creandi imperatoris deligendiq; patriarchæ potestas esset irrefragabilis attributa. Quod cum placuisset id Veneti petitũ impetrarunt, nisi imperator esset Venetus patriarcham ipsi possent ex arbitrio declarare à Romano pontifice confirmandum. partitio electorum in hunc maxime modum æquata est, ut quinque uiros externi principes Flandrensis & sancti Pauli comites, totidem Montisferatensis Sabaudiensis'q;

Bald. imp. reliquos Veneti deputarent. Balduinusq; flandrensis summa concordia sublimatus, & Thomas maurocenus in sacris agens in patriarcham Constantinopolitanum à Venetis declaratus est: qui nouo imperatori ex more inuncto diadema imposuit: & breui post pro confirmatione obtinenda Romam ad tertium Innocentium pontificem se contulit.

Vũ

Vsi uero sunt expeditionis huiusce principes magna in nouum imperatorem liberalitate. Nam ut onera imperij commodius tolerare posset, dimidia illum partis eos ex fœdere tangentis tam urbis quam prouinciarum uectigalium que & portoriorum imperij donauerunt. Inde ad nonam captæ urbis diem Veneti classe, cæteri omnes terra recipiendis Balduini imperatoris nomine, prouincijs, urbibus, & insulis eduxerunt. primusque omnium Bonifacius Montisferatensis & Henricus imperatoris germanus frater, omni thracia quæ Adrianopolim & Cõstantinopolim dierum trium itinere, quaqua uersum interiacet mirabili uictoriç cursu potiti sunt, & omnia ut imperatoris potestate firmarentur, castra duces ad Adrianopolim sunt metati. quam in urbem Grçci nobiles & primores quique Latinorum exosi imperium copias contrahebant. Manserat apud imperatorem Constantinopoli Henricus Dandulus uester dux, quo partem quartam imperij se tangentem certioribus discretam terminis, ac locorum nominationibus innotesceret. Et quia Aegei pelagi (archipelagum nunc appellant) insularum pars maxima & adiacentes Creta & Aulis Eubœa nunc Nigropontus in ea adnumerabãtur quarta parte, classem suam illis primum recipiendis intendere curauit. Sed cum ad Cretam est peruentum, omnis ea insula in Bonifacij Montisferatensis potestate pacifica est reperta. Quamobrem imperator Balduinus concordiam in expeditione & fœderum publice ictorum iustitiam conseruandi cupidus, Bonifacium in Thessaliæ regem declaratum ut Cretam Venetis dimitteret est hortatus: missique sunt ad castra in Adrianopolim firmata cũ imperatoris decreto Marcus Sanutus Patricius Venetus, & Rabanus de carceribus Veronensis Veneti ducis oratores qui Bonifacium imperialis decreti quod exhibuerunt autoritate regem Thessaliæ appellatum, ut accepta à Venetis pecunia quamquam modica ius illis ex Alexij pueri extorsisque donatione quæsitum cederet, facile in sententiã adduxerunt. Thomas interim mauroc enus Romæ fuerat, quem tertius Innocentius pontifex libentiore quàm petitum fuerat animo in patriarcham Constantinopolitanũ confirmauerat. quod ea ecclesia tunc uero Romano pontifici subiecta erat. Isque patriarcha cum Venetijs paruo fuisset tempore Constantinopolim ad suam reuerti uoluit ecclesiam. Cui nauigaturo Senatus Venetus triremes quatuor duci Dandulo & eius classi addendas tradidit. qua fretus armatarũ triremium occasione patriarcha, Ragusiũ urbem quæ à Venetæ rei publicæ fœderibus desciuerat, recipit. & Dyrachio quam Græci imperatores desertam liquerant instaurato prçsidia imposuit. Exceptus uero est Cõstantinopoli patriarcha summo applausu, quod põtifex Innocentius Balduinum imperatorẽ à patriarcha cõfirmato iusserat autoritate apostolica coronari. eaque dies celeberrimo totius penè Grçciç non magis latinorũ quàm Græcorum conuentu lætissima fuit. per annum qui ab urbe Constantinopoli capta tunc finitus erat, quicquid Isaac & Alexius fratricida possederant terra & mari, unica Adrianopoli excepta, in latini imperatoris latinorũque procerũ potestatẽ factum erat. Sed perturbauit tantos latinorũ successus hinc Balduini imperatoris inde Henrici Danduli ducis uestri mors breui subsecuta, & tamen res prospere successerũt. Sed iam hoc loco fidem promissi uestræ magnitudini supergressus sum, qui penè historiam non breuiarium hac una in parte descripsi quod ab ea expeditione magna amplitudinis uestræ quam nunc etiam obtinetis, pars originem habuit. nec erant tunc uestrorum imo publicorum christiani nominis hostium sarracenorum uires imminutç, quin potius solito potentiores toto orbe effecti erant, excepta Italia, cui unicæ à uestro potentatu, & regum Siciliæ tunc etiam potentiũ & bene christianorum metu manũ inijcere formidabant. Ad annum enim tertij Innocentij pontificis prçdicti tertium Ilmamolinus sarracenorum Aphricam incolentiũ impetator, quem tunici regem soldanumque appellarunt, ingentes in Europam traiecit copias. primaque ad Toletum fixit castra. & inaudito uictoriç cursu utranque Hispaniam peruagatus latissimis omnia incendijs populationibusque fœdauit, adeo ut hinc arelatum, inde Auinionum gallicas urbes illud idem afflauerit incendium. Henrico interim imperatore defuncto fratri Balduino apud Constaotinopolim, & Petro ziano Veneto in ducem suffecto, crescebat in latinorum manibus imperium Romaniæ. Imperator enim Adrianopolim agitabat, cuius & Græciæ imperij nomen Vatari occupauerat: & dux Venetus liberum suis fecerat, ut præter maiora rei publicæ reseruata ea quæ ciues Veneti caperent, sibi ipsis propria retinerent. primique omniũ Marcus Dandulus & Iacobus Viaderus Gallipolim ceperunt. Mar

Bonifacius montisferati & Henricus imp. frater
Adrianopolis ciuitas
Henricus Dãdulus dux
Archipelagus
Creta. Aulis Eubœa
M. Sanutus Rabanus Veronensis
Ragusium
Dyrachium
Balduinus coronatur
Toletum
Hispania
Auinionum
Petrus Zianus dux

cuſq́ꝫ Sanutus & confœderati ſecum aliquot ciues, Naxo, paro, mela, herinea: eodemq́ꝫ
tempore Marcus dandulus andro & aliquot ægæi pelagi inſulis ſunt potiti. Rabanus
uero de carceribus ueronenſis & nepotes Euripium: Andreas & Henricus gliſij Tinas,
micholas, Schyron, ſcopulum & Schyatã: Philocalus nauigoſus Stalimenũ ſibi dominio
ſubegerunt: per quod item tempus claſſis Venetorũ unius & triginta triremiũ perſequen
dis piraticis miſſa Corcirã nunc Corphu dictum, & eodẽ uictoriæ curſu Mothonũ & Co/
ronum rei publicæ rebelles ſubegit. Dominicusq́ꝫ de la roſa cãpanus ex gallia reliquijs a/
thenarũ & omni Achaia potitus eſt, nec tamen deerant Græci in latrocinia coeuntes. Hen
ricus namq́ꝫ cognomento piſcator maleæ comes genuenſiũ claſſe fretus Cretã inſulam, ut
caperet eſt adnixꝰ. Veneti aũt claſſe uiginti quatuor triremiũ immiſſa & ſuã tutati ſunt in/
ſulã, & quatuor genuenſiũ triremes interceperuot. Eaq́ꝫ latinorũ apud Conſtantinopolim
uictoria, animos chriſtianorũ in Aſia degentiũ erexit. Annus aduenerat conditæ urbis ue/
ſtræ ſeptimus quinquageſimus ſeptingenteſimuſq́ꝫ cum gubernandæ Cretæ rebelles ani/
mos oſtendenti, & Mothono ac Corono gubernatores dediſtis, qui magiſtratus freti ſex
nauibus cereis & totidem triremibus patria eductis & Cretã ſeruarunt, & genuenſium re/
bellibus fauentiũ tres naues interceperunt. Quin etiam Rabanus de carceribus nepoteſq́ꝫ
Michael comi nos cum Nigropontis inſula ſeſe uobis feudatarios ſubegerunt. pariter Gofredus de uilla gal/
licus qui in Achaiæ principatu Dominico de la roſa ſucceſſerat. & Michael cominos Græ
Peloponneſus nunc morea cus nobilis cum Peloponneſo nunc morea dicta par feudũ Venetæ reip. obedientiãq́ꝫ ſpo
ponderunt. Anno autem qui ſecutus eſt Veneti motus Cretenſium rebellionis cõpeſcere
Creta colonia Venetorum cupientes equites ex ſuis & plebeios pedites eo in coloniam deduxerunt, prædiaq́ꝫ inſulæ
maiora melioraq́ꝫ tum equeſtri ordini, tum plebeis diuiſa, primuſq́ꝫ pro re publica Veneta
Iacobus Teu/pulus dux Cã dia primus dux Candiæ fuit Iacobus Teupulus, qui paulo ante cum preturã in Conſtantinopoli gere
ret inducias cũ uatari comino Græcorũ imperatore Adrinopolim obtinente in quinquen
nium conſtituerat. Quæ quidẽ induciæ ab Henrico imperatore pariter fuerant conſtitutæ
Suffectus Henrico mortuo Petrus Altiſiodorenſis ad urbem Romã ueniens ab Honorio
III pontifice Romano in ſancti Laurentij eccleſia quæ eſt extra urbis muros cũ Iole uxo/
re coronatus eſt. Iſq́ꝫ pontifex rebus Romaniæ & ſubſequenter Hieroſolymæ opẽ laturus
multos exciuit cruce ſignatos, qui cum eo imꝑatore Cõſtantinopolim ſe conferrent. Ioan
nes quoq́ꝫ columna portuenſis epiſcopus cardinalis in eius expeditionis legatũ ſedis apo
ſtolicæ declaratus eſt, qui ad nonũ coronati imperatoris diem urbe profectus Brũduſium
ſe contulit, quo imperator imperatrixq́ꝫ acceſſerũt, omneſq́ꝫ ſimul Venetorũ nauigio ſunt
excepti. Ioannes nunc imperator Venetis promiſerat, ſi ab eis qui à Conſtãtinopoli detu/
lerunt cum habito à põtifice exercitu Conſtantinopolim reportaretur, Dyrachiũ eis recu
perare. quam urbẽ Theodorus epirotes furto doliſq́ꝫ ſurripuerat. Debellaturus aũt Dyra/
chium imperator hinc Iolem uxorẽ inde cardinalẽ columnã Conſtantinopolim iuſſit acce
Epirus dere, inchoataq́ꝫ eſt obſidio & oppugnationes per dies pene ſingulos intentatæ. Sed ur/
bem uereri muro quẽ Venetus inſtauraſſet munitã Theodorus milite abundãs ex Epiro
Macedonia fideli facile defenſabat, adeo ut imperator potiri deſperans ſibi conſtituerit abeundum. &
quia mediterraneas macedoniæ urbes inuiſendi deſiderio teneretur, petitam inter ſoluen
dum obſidionem à Theodoro fidei publicæ ſecuritatem accepir. ſecundum quam ſcripto
ſibi datam ad arctæ amnis portum excenſionem in macedoniæ littora primam fecit. Inde
ad nemoroſa tempe delatus cum ad montium ſaltus perueniſſet ſiluis tectorum ſtructas à
Theodoro duce inſidias incidit, & abductus in teterrimũ carcerem eſt coniectus. Andre/
Andreas Vn/garia rex Dalmatia as per id temporis Vngariæ rex ab Honorio pontifice in prædictã expeditionem accerſi/
tus, ius omne quod in dalmatia ſuum ad id temporis regnum habuerat Venetis ideo con
ceſſit, quia eum uſq́ꝫ ad damiatam cum exercitu amplo nauibus detulerunt. Eſſet hoc in lo
co dicendum quo pacto Conſtantinopolitanũ ad ruinam tendere cœpit imperium, quia
imperator conciliatam ſibi cum rege exagonarum à Venetis amicitiam noluerit accepta
Federicus II imperator in uxorem eius filia conſeruare. Sed maior eſt res quam quæ breuiario cõprehendi poſſit,
In Italia uero per id temporis Federicus ſecundus imperator germanus non minus quàm
Petrus teupu. ſi turcus fuiſſet aut ſarracenus Romanæ eccleſiæ & Italiæ ac Romano pontifici infeſtus
erat. is repugnare & prælio reſiſtere auſos mediolanenſes aggreſſus, Petrum teupulũ Ve
netiarum ducis filium cepit, & in Apuliam miſſum in carcere occidi iuſſit, Quamobrem
Gregorium

Gregorium nonum pontificẽ Romanum quem ipse persequeret̃ imperator Iacobus teu- *Gregorius nonus pon.*
pulus solito attentius exaudiuit. pacemq́ eo rogante cum genuensibus cõstituit annis no- *Iacobus teupulus*
uem his cõdicionibus duraturã ut bella uterq́ populus susciperet, gereretq́ comunia. nec
posset alter sine altero cũ Vatari Gręco ĩpatore aliquid attentare, ut utriusq́ populi na-
uigia amborũ simul deferrent insignia. obtestatusq́ est põtifex quod decreto sancitũ pro- *Pax genuensium*
mulgari fecit, partem q̃ huiusmodi cõstitutę paci contraria primũ faceret, excõmunicatio-
nem cuius sententia tunc est lata, interdictũq́ à sacrificijs incursurã. Ea pax alioquin lauda-
bilis uel ea maxime ratione fuit necessaria, ut hi præpotentes Italię populi, hinc Federico,
inde Græcorũ imperatori latinos apud Cõstãtinopolim opprimenti resistere possent. Io-
annes enim Brẽnius imperator ad eos obierat dies, & Balduinus ex decrero acceperat im-
perium. Ioannes item uatari apud Adrianopolim orientalis appellatus, & alter apud ma-
re ponticum exagonarum Græcorum occidentalium imperatores, partim diuisis copijs
partim coniunctis latinos è Græcia eijcere adnitebantur: & uatari continuatũ ab Adriano-
poli usq́ ad Sataliam obtinebat imperiũ. Cui suberant aderantq́ in bellis assidui Marcus *M. Sanutus*
Sanutus ægei pelagi, & Leo ganala Rhodum insulas tyrannide obtinentes. fregerunt ta- *Leo ganala*
men Veneti aliquot ante constitutã pacem annis utriusq́ Græci imperatoris audaciam.
cretenses in rebellione pendentes comprimere cupiens dux eam insulam pro Venetis gu-
bernãns Marcum Sanutum mercede conductum auxilio aduocauerat. Cum accersitus à
rebellibus uatari tres & triginta in expeditionẽ adduxit triremes, & quem solum reperit
cum triremibus octo resistentem Sanutum in patriam prodito Veneto redire curauit. ob-
tinuitq́ tunc de insula creta Vatari Rhetinium, Mylopotamum, & Castrum nouum. Sed *Rhetinium*
cum ulterius progredi Gręcus imperator obsistente Venero nequiret, relicta oppida cum *Mylopotamũ*
imposito præsidio amisit, tresq́ de sua classe triremes apud Cythereã insulam periere nau- *Castrũ nouũ*
fragio. Tunc educta Venetijs ingens classis Ragusinos qui suasione pollicitationibusq́ *Cytherea*
Vatari seducti desciuerant, data uenia in solitã fœderationẽ amicitiamq́ recepit. neq́ ue-
ro potuerunt latinorum debilitatem Veneti adiuuare, quin Constantinopolis tanta belli
acerbitate sit pressa, ut Balduinus imperator Philippum filium infantẽ accepti æris alieni *Philippus*
pignus tradiderit mercatoribus, detractũ quoq́ ædium publicarum & basilicarum culmi-
nibus plumbum uenijt: nec erat alicunde auxilium præter opem quæ multa à Venetis suo
ipsorum impendio adueniebat. Tandem Græci imperatores rebus elati prospere in lati-
nos patratis Constantinopolim terra mariq́ cinxerunt arctissima obsidione, unde insalu-
tis desperationẽ imperator adductus Balduinus Venetos suis grauatos periculis magna
euicit precum instantia classem ab illis triremium uigintiquinq́ armandam, cui pro di-
midia comunis utriusq́ fieret impensa. & ne fraudẽ in solutione periculum'ue amissi for-
te imperij Venetus timens impendiũ recusaret, imperator dedit pignera omnium præcio-
sissima lanceã spongiamq́ quibus Dominus & saluator noster binc potatus, inde uulnera- *Lancea spongia Christi*
tus, & crucis ligni in quo eam pertulit partem maximam. Immissęq́ illico Venetorum de
cretæ XXV. triremes expectantem in portu & ipsa urbis mœnia infestantẽ insolentissi-
mum hostem Græcũ prælio superarũt, & quatuor & uiginti de inimica classe interceptis *Constantinopolis liberata per Venetos*
triremibus Constantinopolis obsidione liberata est. quando etiã Leo ganala dux qui Gręcorum dictæ obsidionis classi præfuerat, eodem die Rhodum insulam & seipsum per fœ-
dera subiecit. Et hæc quidem Constantinopolitanæ urbis liberatio eodem facta erat anno *Leo ganala*
in quo pacem Genuensi cum Venetis pontifex IX. Gregorius esse uoluit. Quare ponti-
fex ipse maiora indies aduersus secundum Federicum hostem suum tentare dispositus
anno uestræ urbis conditæ septingentesimo octuagesimotertio fœdera cum Venetis *Fœdus pontificis cũ Venetis*
inijt, per quæ classis triremiũ item XXV. comuni ac pari impendio est armata, quam ad-
hiberi uoluit pontifex Federico Sicilia expellendo: ob quam iniuriam Federicus ridicu- *Ciuitas S. Hilarij*
lum Venetis bellum intulit. Namq́ cum exercitu paratissimo sancti Hilarij terram quæ
unica populo Veneto Italiæ solo erat aggressus est, terra quæ Veneto subdita Paduano
agro contigua uix substinuit operientem se se Romani imperatoris exercitum, in Bebasq́ *Bebæ turris*
turrim exiguam cum non esset terra accessus conuicia sunt iactata. Superueniens interim
à Venetis cimbarũ sagittarijs plenarũ multitudo quæ aquas æque ac illi terram cõpleret,
Federicum pariter conuitijs lacerauit. Incubuerunt tunc totis uiribus pontifex Romanus
& Veneti deturbando Padua Ferraria'que Eccelino de Romano tyranno omnium im-
manissimo

Eccelinus tyrannus manissimo subditas, qui omnem quoq; transpadanā occupauit Italiam. Iacobusq; Teupu
lus dux ad Gregorium montelongum sedis Apostolicę legatum Ferrariā cum classe dela
Azo estensis tus, eam urbē deturbato per arma Salinguerra Eccellini Romanæ ecclesiæ acquisiuit, quā
Pisani fauentes Federico idem legatus Azoni estensi attribuit gubernandā. Fauebant eo tempore Pisani Federico,
classemq; supra centū, ut fertur, triremium in genuenses armauerant ducendam. Quare pe
titus ex fœdere Venetus suppetias genuensi afferre curauit, classisq; triremium sexaginta
præfecto Andrea Teupulo ducis filio subito est educta: quæ prima uelificatione Polam
Pola uastata delata, eam ciuitatem quæ in suam triremem iussa non dederat imperatā pecuniam, & mu
ro alicubi aperto puniuit. Continuata exinde nauigatione Teupulus Diraciū est delatus:
ubi à nuncio in id misso certior est factus Federici & pisanorum classem à genuensi apud
Corsicam fuisse fugatam. Quare Andreas præfectus classe in Polam conuersa quam intel
lexerat iterum defecisse eam ui receptam spoliatamq; igne ferroq; uastauit: Per quod tem
pus Lodouicus Francorum rex curante Balduino imperatore pignera redemit preciosissi
ma Venetis sicut ostendimus concessa, lanceam spongiamq; & partem ligni crucis domi
nicę passionis. Esset hoc in loco dicendū quid classis Veneta expeditioni profuit in damia
Damiata tam ducta. Sed nec munilari potest tot regum, totq; principū, & uarij successus historia, &
propositum promissumq; breuiarij modū excedere diu incepimus: ad ea itaq; reuertemur
quæ sunt de Eccelino superius inchoata. Ad annum Venetæ urbis conditæ quartū octin
Alexād. pon. gentesimum, quartus Alexander pontifex Romanus constituit laborantibus in Lombar-
dia trāspadanis à tyrannide Eccelini ecclesiæ partium studiosis opem ferre, presertim cum
Venetos haberet ad id cupientissimos, qui recipienda urbe Padua celeberrima nauigium
sibi & copias pollicebanē: creatusq; Philippus ex nobili fontanensium familia archiepisco
pus Rauēnas sedis Apostolicæ legatus se cōtulit Venetias: qua in urbe armis primū usus
ecclesiasticis uitæ æternę pręmia repromisit crucesignandis, qui in bello aduersus Eccel-
num barbaris truculentiorē signa pontificis & ecclesiæ sequerentur. Et ne singula prose-
quantur hic, nimia Venetorū ope & opera Eccelinus Paduam primo post cætera facilius
amisit, quæ plura tenuit cæteris omnibus tyrannis & principibus qui ad hæc tempora in
transpadanis fuerūt dominati. Nec uero minores fuerunt motus qui pontificis quoq; Ale
xandri IIII. temporibus hinc Constantinopolim, inde christianas Asiæ urbes & insulas
agitauere. Cupiuerat Alexander ipse ad prima assumptionis suę tempora christianis Asię
rebus subuenire, quod ut intentaret nedū perficere posset à Manfredi regē se appellantis
agitationibus est prohibitus. Erāt enim Ptolomaida Acon Tyrusq; urbes opum amplitu-
dine populorumq; frequētia adauctæ, utpote apud quas Veneti, Genuēses, & Pisani per
annos iam quatuor & lx. quibus à christianis fuerant possessę omnē orientis occidentisq;
contractauerant mercaturam: qui tres de Italia populi separatas quisq; areas & uicos do
mibus cōtinuatos, separata habebant prætoria, in quibus iudicia in suos tam ciuilia q; cri-
minalia exercebant: nihilq; erat duobus eorū populis in eadem urbe præter ecclesiā cōmu
Ptolomaida ne. De qua tantum apud Ptolomaidā Veneti Genuēsesq; & altercationibus sæpenumero
contenderūt, q; Veneti tertia eius urbis parte in uim fœderū pridē cū Balduino rege Hie
rosolymæ ictotū donati, monasteriū sancti Sabbæ eius urbis primariū sibi propriū tenere
quęsiuerunt. Hisq; auditis cōtentionibus quartus Alexander pon. Ro. censuit, iussitq; mo
nasterij illius collatiōis ius & omnē dispositionē utriq; populo fore cōmune: cuius cōces-
Philippus montefortis gallicus sionis apostolicas literas Philippo monteforti gallico Ptolemaidæ urbi tunc de more ex-
peditionis christianæ præfecto ostendit, & eius amicitia fretus monasteriū in arcē castel-
lum'ue cōmunitū sibi excluso Veneto retinere constituit. Suborta exinde cōtentio tumen
tes prius non inuidia magis q; illatis hinc inde iniurijs & dānis duorū præpotentū populo
rum exacerbauit animos, quos tanto ab æstu demulcere ac mitigare quęsiuerit Philippus
qui Venetos populariter abire iussit. Eam iniuriā id dedecus id damnū indigne tulit Vene
tus, & tyri quo' se receperat, Pisanos allocutus facile in sententiam duxit, ut spreto fœdere
quod cum genuensi paulo ante icerant, societatē ipsi nouam in communē utriq; hostem
Placentia regina Cypri inirent. dum eis Veneti fauoribus cōparandis intenti sunt, Placentia Cypri regina duxq;
Antiochenus, & templi Hierosolymi magister, ac Ioannes ibedim comes, quibus esset assi
dua Ptolomaidæ Tyriq; conuersatio, montē fortem insolentiæ temeritatisq; & iniusticiæ
increpauerunt, fore dicentes ut nisi re in integrū restituta Venetos conciliet, rem in Asia
christianam

christianam,id erratum,id scelus suum euerteret. Cumq; elatum,& quod constat, semia-
mentē hominē in peruicacia perstare Veneti rescissent, triremes tresdecim quæ sibi tunc
Tyri erant raptim educunt,Ptolomaidā aduolant, cathenā qua portus claudebatur refrin
gunt,illicoq; naues genuensium tres & uiginti triremesq; binæ ibi exarmatę incendio ab- *Naues genu-*
sumptæ & sancti Sabbæ castellum monasterio impositū est destructum. Genuenses uero *ensium incen-*
interea apud Tyrum & ipsi duas & uiginti triremes armauerant, quæ adauctæ indies Ve *dio absumptæ*
netorum classi sæpenumero concurrerunt. Secessit enim paulisper Veneta classis in mare
ponticum,delataq; Mesembriā urbem de Sarraceno expugnatam diripuit. His quæ apud
Ptolomaidam gesta erant genuæ nunciatis, classem ea res publica ingentem armauit,tri-
remes quadraginta, naues ceteas decem, quæ Tyrum sunt missæ: & pariter Rainerius *Rainerius*
zenus dux triremes Venetijs quindecim taradas decem, & qui ex Venetis Ptolomaidæ *Zenus dux*
agebant, unde quadraginta uachetas, naues ceteas decem parauere: paresq; potentatu
& armis in Asia Venetis genuenses hoc uno erāt inferiores quod Tyrum uterq; populus
communem habebat urbem: in qua quantū claudebat portus hostilia à latini nominis ma
gistratu inuicem facere prohibebantur. Ptolomaida uero genuensis cum suo monteforti
erat exclusus,unde Veneto cōmoda pręsidiaq; accedebāt. Alexander interim pōtifex Ro
manus his quæ apud Ptolomaidā male inchoata peiores apud genuam Venetiasq; pro-
gressus habebant auditis, oratores ab utraq; re publica & pariter à Pisana ad se mitti cura-
uerat,pacemq; inter eos cōponere erat connixus,quæ iam pro conclusa habebatur. Cum
ad annum conditæ urbis Venetæ quartum octingentesimū ex Asia est allatū ingentes &
nisi Pisano Venetus accessisset pares eas classes Ptolomaidā inter & Tyrum acre pręlium
depugnasse,cuius uictoria duobus cōiunctis populis contigisset. & hinc genuensis quinq;
& uiginti de suo amissis nauigio in Tyri portum confugit: inde uictrix Veneta Pisanaq;
classis Ptolomaidam est reducta. abususq; est uictoria Venetus qui publica tunc primum
& priuata genuensis populi in Ptolomaide ædificia demolitus est: turrim ingentem cum *Turris ma-*
prætorio cui erat apposita,& horrea mercatorumq; apothecas. quin etiam uiatores & ap *gna in Ptolo-*
paritores qui de genuensi ad eam diem manserunt Ptolomaida sunt expulsi. Cum itaq; ge *maida*
nuensis res publica suos à Romana curia reuocasset ad pacem tractandā missos oratores
id à Venetis pontifex impetrauit, ut captos in prælio dimitterent genuenses. Erāt item ea
tempestate res apud Constantinopolim in pessimū adductæ locum, adeo ut Balduinū im
peratorē cęterosq; Latini nominis in Romania agentes retinendi ea quę erant reliqua de-
speratio inuasisset. quibus & uires & animos restituit ducta in ægæū primo,post in ponti-
cum mare Veneta classis quam ex uictoria in Ptolomaidæ portū reductam docuimus. Et
forte tunc accidit Theodorum Vatari Græcorū ut appellabant imperatorē mori duobus
filijs,quibus pueris Michaelē paleologum sibi affinitate coniunctū testamento tutorē de- *Michael pale*
derat. qua ut apparuit securitate per imperatoris Græci mortē latinorū rebus addita clas- *ologus*
sem Veneti à pontico reuocarunt. Sed Michael paleologus uir ingentis spiritus multa in
latinos est aggressus, quæ Vatari penè decrepitus dimiserat intentata. primum'q; omniū
Guilielmo francigenæ achaiam & proximas Gręciæ regiones obtinenti prælio cōgressus *Guilielmus*
eum superauit, captiuūq; Adrianopolim perduxit. Inde uersam in mare ponticū regionē *francigena*
ut reciperet misso exercitu curare cœperat. Cum Balduinus impator copias quæ sibi erāt
oēs nauibus imposuisset, quas pręfecto classi Cōstantinopolitano gente Veneta ad ipsius
ponticæ oræ defensionē uoluit circūduci. interea qui erāt Cōstantinopoli uetusta origine
Gręci odiosum pridē,ut est gentis natura,latinū nomen inde constituerunt eijcere. Initaq;
coniuratione Paleologus de urbe recipienda per idoneos est admonitus. Classe igitur im- *Coniuratio*
peratoria quæ omnes asportauerat latinorū neruos in pontico iam agente aduenienes cum
exercitu Paleologus refracta à cōiuratis porta nocte concubia est admissus. Balduinus ue
ro imperator & Pantaleo Iustinianus patriarcha nauigio de repente cum suis omnibus &
rapta supellectile ad Euripū sese profugi receperūt. potitus urbe paleologus ea iecit rebus
suis impietatis scelerisq; fundamēta,quibus postea respōdit omnis sua successorū'q; ex ea
cognatiōe imperatorū uita: qui tantū imperiū,qui tantā Romani olim post Græci latiniq;
nominis dignitatē, suis leuissimis perditissimis'q; morib⁹ in turcorū manus dedere potius
q; peruenire aut prolabi permiserunt. Is eīm tutor crudelissimus pueros fidei suæ ab affini
homine, ab eo qui eū extulerat,cōmendatos cū interfecisset imperiū assumpsit; finisq; fuit

Latinorum

Finis latinorum in Constantinopolim imperij per annos lviii Latinorum in Constantinopolim imperio per annos duo de sexaginta continuato. Erat is annus quarti Vrbani pon. Ro. primus, conditæ urbis Venetæ quintus octingentesimus. In quo Veneti Paleologum bello agitare perseuerabant, quem ui & armis tyrannide deturbassent nisi illum genuenses summis conatibus protexissent. Namq; belli socierate secum inita classem eo perduxerunt omnem, quam post acceptam prælio cladem apud Tyrum, maiorem prima instructioremq; habebant. Guilelmus ille gallicus Achaiæ & Bithiniæ princeps quem à Paleologo se tutorem gerente superatum captumq; fuisse *Castrũ maluasiæ* ostendemus, castrum Maluasiæ munitissimum obtinebat, quod cum Paleologo permisisset carcere liberatus est. Isque Venetis fœderatus bellum acre in Constantinopolim *Creta* subditas que Paleologo prouincias gerebat, ut Creta, Nigroponto, Motonio, Coronoq; & Nauplio, siue ut dicitur Neapoli Romaniæ Venetorũ locis, Guilelmi principatus regioni bello cõiunctis, tanto Paleologus indignatus præsidio quantũ inuexerat ianuensis. *Mare Ionium* Venetæ enim classi quæ in ponto fuerat ad primos nunciatæ paleologi tyrannidis motus *Sinus Thessalonicensis* septem & triginta triremes Rainetius zenus dux ex Venetijs addiderat, quæ dum Ionio mari nauigat L X genuensiũ Græcorumq; tritemibus ad Thessalonicensem sinum obuiauit. Illisq; nihil mouentibus Veneta classis minor maiorẽ impetere non est ausa. Sed hac noua classe Nigropontũ appulsa, tres aliæ Venetorum triremes Constantinopolim prædatum iuerunt. Dumq; factam ingentem asportant prædam nauigio quod apud Thessalo*Bosphorus* nicam genuensem Græcumq; habuisse diximus in Bosphoro obuiæ fuerunt captæ, & partem uitorum qui inerant genuensis interfecit: partem aliam omnẽ Constantinopolim du*Mons patras* ctam paleologus excæcauit. Eadẽq; genuensis & Græca classis paulopost egressa Bosphoro ad Veneti damna circumacta est. Cui duæ & triginta Venetorum triremes forte apud montem patras insulã sunt congressæ, præliumq; potentissimæ classes magnis utrinq; ani*Magister hospitalis rhodi* mis decertarunt. & Venetus superior quatuor ex hostili classe captas abduxit. cæteræ connixæ remis uelisq; in portum Maluasię confugiũ habuere. In Asia uero interim Ptolomaidã urbem incolentes hospitalis Rhodi magister, cæteriq; nominis Latini proceres ita Venetis fauebant: ut ipsorũ ea urbs iutis potius quàm omniũ Latini nominis populorum esse uideret. Contra Tyrum incolentes genuensi fauores pro uiribus supraq; præstabant. Anno inde urbis uestrę septimo octingentesimo Rainerius zenus dux quinq; & quinquaginta triremes ad Siciliæ orã misit, quæ classis genuensi ut sperabat non inuenta in Asiam nauigauit, casuq; apud Tyrum obuia genuensiũ nauis cetea est expugnata. portũ deinde Venetus eadem qua nauim ceperat lætitia ingressus Tyro ut potiretur adnixus est, auxilijs ad expugnationẽ terrestribus Ptolomaida Accone accersitis. cessit tamen conatus inanis. Tertio ab inde anno classis Veneta quatuor & uiginti triremium tribus genuensium *Lilibæum* triremibus apud Lilibæum fortuitu obuia eas cepit. quod cum Genuã perlatum est, edu*Drepanus portus* cta aduolauit duodetriginta triremium classis, quæ perquisitam accuratissime Venetam ad Drepani portum reperit. conflictusq; habitus est acerrimus: in quo maximũ genuensis res publica accepit incommodum. Nam tribus ex suis tritemibus in prælio crematis *Induciæ quinquennales* cæteræ omnes in prælio superatæ utrinq; crudelissimo fuerunt captæ. Quæ clades à genuensi accepta effecit, ut Michael paleologus illius societate spreta inducias cũ Venetis constituerit quinquennales. Eodemq; anno triremes genuensium X X V. Venetis X X X. apud Mothonum concursurę cum uiderentur retrocessit genuensis: & naui oneraria mercibus Venetorum magni ualoris plena apud Euripum expugnata genuenses potiti sunt. Eademq; genuensium classis oram Cretæ circũuecta caueam illius insulæ oppidum cepit spoliatumq; penitus diruit. Vrebat Venetos acceptæ in naui oneraria & caueæ ruina cladis aliqua ulciscendæ cura. Miserũt itaq; Ptolomaidã tres & uiginti triremes occasionem ibi aliquã gerendæ rei expectaturas. quæ casu Ptolomaidã inter & Tyrum duo de triginta genuensium triremibus obuiæ conflixerunt. Fecitq; locorũ cuiq; suorum propinquitas animos, & in rerum discrimine utrinq; audentius depugnatũ est. Inferior tamen genuen*Clemens iiij.* sis quinq; triremes amisit. Clemens quartus Pontifex Romanus utrunq; populũ per nuncios & epistolas monuit ut belli inducijs constitutis oratores ad se acturos de pace Viter*Viterbium C.* bium mitterent. Idipsum etiam dictos orarunt populos reges Frãciæ & Siciliæ, suã uterq; operam opemq; in pacis quæ fieret conseruationẽ stabilimentumq; polliciti. ueneruntq; Viterbiũ oratores, & re aliquot mẽsibus tractata nihil est conclusum. Fames ea tempestate ualida

te ualida Venetias affligebat. frumentumq; Apulia & Sicilia ut consueuerat absq; classis praesidio importandi facultas genuensi bello adimebatur. Orator tunc magna precum instantia taruisinos, patauinos, & ferrarienses ut annona iuuarêt Laurentius Teupulus dux Rainerio zeno defuncto suffectus pecunia etiã excessiue promissa emollire nequiuit. Noua itaq; mari adriatico nauigantibus tunc primum uectigalia, & ut certiore dicam uocabulo frena imposuit. Lex enim tunc super inde lata in hanc diẽ seruata est, ut intra ostium fanaticũ ad Polam promontorium & rauennatium plagam nauigantes ad uectigal soluendum mercesq; & onera si magistratibus collibuisset deponendum Venetias se cõferrent. Creatusq; magistratus cum barchis attributis ne legi fiat fraus die noctuq; utriusq; littoris plagas portusq; perlustrat. Quae ratio praeter genuense bellum Venetos impulit, ut cum pisanis Carolo regi ex andegauis primo apertis hostibus foedera in quinquẽnium renouarent. Eodemq; anno uestrae urbis conditae quintodecimo octingentesimo Bononiẽses magnam Romandiolae partẽ dominio praementes clausam à Veneto Romandiolis per Adriaticum mare nauigationem ui adaperire conati sunt. parato enim uarijs modis simulationibusq; exercitu cum Veneto per oratores egerunt ut abrogata lege custodibusq; ammotis pristinam sibi Romandiolisq; nauigandi Adriatico redderent libertatẽ. mouitq; pariter cum oratore exercitus. Diuersi uero hic Rauennam: ille Venetias petiere. Senserat dolum Teupulus dux, pariq; fuerat uersutia usus. Nouem enim eius triremes proximum rauennae primarium Padi ostium ingressae Bononiensem exercitum mare inter & Padum locum occupare accelerare uiderunt. & subito praesidia duo unum Bononiensis ad primarium, Venetus alterum ad sanctum Albertum summis conatibus excitauere. In Bononiensium exercitu XL. milium copiae militabant. tandem superati praelio Bononienses pacem ea acceperunt conditione, ut suo exciso ad primarij ostium castello libera sibi quarundam rerum eductio, custodia Padi ostiorum Veneto linqueretur. Anconitani autem cum Bononiensiũ exemplo Venetis bellum inferre nõ possent, ad Gregorium decimum pontificem mittentes querelas detulerunt: quibus põtifex motus mare à Venetis liberum linqui iussit. Venetiq; tunc minime paruerunt, ea nuntijs praetensa ad contumaciam excusatione, quod anconitani maledictis mendacijsq; & falsa suggestione usi pontificem seduxissent. Acta uero est paulopost in Lugdunensi concilio cui idem praefuit Gregorius anconitanorum cum Venetis causa, Abbasq; neruosiae cui pontifex eam commisit, anconitanos nil satis solide probantes reiecit, permissa pontificis autoritate Venetis cura eam de qua diximus maris Adriatici oram à sarracenis piratisq; simul cum uectigalium portoriorumq; suorum iure uiribus defensandi. Quo item tempore pontificis Gregorij cura induciae Venetos inter & Genuenses Cremonae paulo prius constitutae in biennium prorogatae sunt. Anno postea urbis conditae undeuigesimooctingentesimo Veneros inter & genuenses bellum propè innouatum est. Iacobo enim contareno in ducem creato duae genuensium triremes tandari unam mercimonijs plenam de Venetis apud messanam ceperũt, cuius rupti foederis fama Michael paleologus imperator Graecus suum & ipse foedus ut appareat uiolaturus, ad artam usq; Acarnaniam cum classe peruenit. Veneti uero XXV triremium classe intra dies XV armata oratorem genuã ad res repetendas miserunt. quae si non essent redditae, bellum indici iussum: satisq; fecit genuensis, & orator in reditu foedus cum pisano in quinquennium renouauit. Adriano paulopost quinto in Romanũ pontificem assumpto Veneti anconitanos bello mari acerrimoq; persecuti, quod ad orã Istriae & Romandiolae nauibus clandestine cum mercimonijs penetrantes latae Venetijs legi & uectigalibus portorijsq; fraudem facere praesumpsissent. delectoq; ad id bellum praefecto sex & uiginti triremes dux contarenus attribuit. & machinae ad urbis oppugnationẽ onerarijs nauibus comportatae. Dum autem portus magno oppugnatur conatu, tempestas de repente coorta nauigium in altum pelagus transuersum egit. sexq; triremes impactae littoribus senegaliae perierunt. Immiserunt paulopost Veneti supplemento naues tardas & triremes, quibus aperte nauigãtibus mare anconitanus perbelle struxit insidias. Omnibus enim quae sibi essent nauibus & triremibus Venetorũ & praefectĩ classis insignia sunt aptata, ad quas applausu nautico occurrentes cum duae declinassent Venetorum naues captae & Anconam magno gaudio sunt perductę. Cuius cladis acceptae bifariam indignatio senatum perpulit Venetum, ut reuocatus cum classe prima praefectus in carcerem sit

Fames ualida in ciuitate uen. *Laurẽtius teupulus dux* *Lex facta.* *Fanaticum ostium* *Carolus rex* *Bononienses* *Romandiola* *S. Albertus* *Bononienses superati à Venetis* *Anconitani* *Mare Venetis* *Abbas neruosiae* *Datur Venetis imperium Adriatici* *Acarnania colfo.* *XXV. triremes armatae XV. diebus* *Senegalia* *Fraus anconitanorum*

coniectus, & noua instructior expeditio in Anconam ducenda paulopost Venetijs est educta. Eodem quoque tempore templarij Tyrum urbem pro expeditione christiana administrantes solitam ante bellum Genuense iurisdictionem & portoriorũ exemptionem Venetis in ea urbe reintegratunt. Tertius interea Nicolaus gente oriundus Vrsina in Romanum pontificem & quidem præstantissimum est creatus. Venerunt ad eius creationis nouitatem in more Veneti oratores, qui diu spreti cum ad salutationem reuerentiamque sicut & alij non admitterentur, à Contareno duce suo reuocati urbe Roma profecti sunt. Sed eos de itinere accersitos pontifex admisit, multisque & durissimis uerbis de Anconitanæ urbis Ro. ecclesiæ iuris oppressiõe redargutos, & respondere prohibitos reiecit. Siue autem interea parauerant eduxerantque Veneti, siue postquam ea intellexerũt quæ suis apud pontificem oratoribus, certum est octo eorum triremes quo die oratores Venetias attigerunt ad cæteram classem anconam obsidentem peruenisse. miserunt per id tempus anconitani Venetias legatos de pace acturos, quæ prope modũ constituta erat, cum est allatum duas anconitanorum triremes tardam de Venetijs secus Siciliæ litora prędatam esse. Quamobrem & dimissi sunt re infecta oratores, & triremes quatuordecim Venetijs eductæ in anconitana castra expeditionemque aduolarunt, quarũ duas paulopost incaute ab alijs separatas anconitanus silentio inter custodias delapsas cepit, in portũque perduxit. & pax paulopost æquis conditionibus est constituta. Ad annum postea secundum trigesimum octingentesimum urbis conditæ quarti Nicolai pontificis anno secundo Tripolis urbs insignis obsidione ac uiribus facta est in soldani Babyloniæ potestatem. quam quidem urbem ditissimam post commissam in mortalibus cædem maximam, postque abactam asportatamque omnifariam rerum prædam igne primũ postea ferro absumi diruique curauit. progressusque eodem furoris impetu barbarus Tyrum quoque Sidonem & Barutum, ac earum urbium oppida inter tertiũ Nicolai pontificis annum cepit, ac sicut Tripolim incensam diruit. Isque princeps astu & prudentia æque ac uiribus & potentatu pollens, ne ea clades accepta nominis christiani principes occidentis in Asiam cõciret, induciarum fœdera in duos annos Ptolomaidæ habitatoribus christianis concessit. Nicolaus tamen pontifex de more assumenda cruce edicto proposita, statuit afflictis christianorũ Asię rebus subueniendum. Iussaque eius exinde maioris fuerunt efficaciæ quod mille quingentos ipse equites ex publico ecclesiæ fisco curauit primo omnium Ptolomaidam comportari, quem & multi in magnũ exercitũ sine certo præstantique ut oportuit aliquo duce secuti sunt, qui quo plures eo fuerũt perniciosiores. Ptolomaida urbs populis tunc frequẽtata innumeris quantos nunc non temere alat aliqua urbs Italiæ, à septem diuersis sibique inuicem contrarijs premebatur potiusque lacerabatur quàm gubernabatur magistratuum gentiumque generibus. patriarcha enim titulo Hierosolymitanus sibi temporalem ęque ac spiritualem uendicare quęrebat gubernationem: eandem hinc templarij, inde hospitalarij & pariter theotonici ab armorum tractatione & sanguinis ut dicebatur effusione repetebant: suam & ad se solum spectantem rex Cypri uel ea ratione uolebat quod tertio ante anno regni Hierosolymæ titulos in comitis attrebatensis contentionem sponte sua & paucis adstipulantibus assumpserat. Rex quoque Carolus secundus Neapolim ex carcere reuersus nihil duxit antiquius quam Ptolomaidam mittere, qui de Hierosolymæ regni titulis cum Cyprio rege contendentes paterna auitaque & proauita in illa urbe iura uel armis & uiribus conseruarent. Qua in re usque adeo exarsit animis ut templariorũ hospitalariorumque quos Cyprio regi magis cupere audiuisset prædia in regno sita Neapolitano direpta uastauerit. Consulem quoque ibi habuere Pisani qui maiore usus est ambitione, qua ibi quoque Genuensis & Venetus utebatur. Milites itaque nouos quarti Nicolai pontificis iustum in exercitum sine duce & rectore eius quæ requirebatur autoritatis missos nullus qui continere posset & sciret, nullus erat qui à flagitijs & sceleribus prohiberet. Eaque militũ multitudo in christianorum cædibus & rapinis, adulterijs, uiolationibus, & incendijs aliquãdiu debachata in agrum soldani noctu aliquando, post parum interdiu per furta & latrocinia penetrauit, atque eo usque progressa est ut prædas iumentorum mortaliumque & rerum omnium tanquam iusto bello propalam abigeret. tulit tamen patienter iniuriam, dissimulauitque diutius omnium spe soldanus, resque per nuncios & abactam prædam ter quaterque repetijt. Et quando tandem non sunt redditæ, annum præfixit intra quem nisi fieret satis, sese cõminatus est Ptolomaidæ

Nicolaus ursinus pontifex — *Veneti oratores* — *Oratores reuocantur à duce* — *Pax constituitur* — *Crux datur* — *Hospitalarij Theutonici* — *Carolus rex secundus*

lomaidæ excidio postergatis quas ipsi uiolassent inducijs accessurum. Annoq; exacto centum quinquaginta milia armatorum in Ptolomaidam duce filio suo immisit. Dum'que is adolescens duobus iam mensibus urbem premit, defuncto genitore Soldanus ab exercitu est suffectus, quo elatus successu urbis Ptolomaidæ prædam per edicta præconumq; uociferationes, quæ à christianis intra munitiones exauditæ sunt, exercitui donauit. Tunc discordes in ciuitate nostros desperatio cepit. multiq; nulla usi timoris simulatione partim captatis abeundi causis, partim clandestina per noctem fuga desertores effecti sunt: ad eam que paulopost animorum consternationem est uentum, ut publico omnes consilio mulieres primum paruulos & debiles cum suppellectile emiserint. Deinde constituerunt duodecim milia armatos in urbe retinendos, qui defensioni sufficere uiderentur, cæteris emigrandum. Manseruntq; ex primoribus, rex Cypri, patriarcha, & hospitalis templariorūq; magistri, rexq; Cypri ignauia, quę certiorj uocabulo appellari posset, usus illico perfugam multitudinem est secutus. Fuitq; exemplo eius ut omnes quibus nauigio facultas non defuit Ptolomaida emigrarent. postremi omnium Hierosolymi patriarcha magistriq; non prius urbem deseruere q; soldanum uiderunt siue à casu siue quod fugæ à christianis commissæ certior esset factus oppugnationem solito maiore impetu ostentare. hiq; Dromone in id seruato porta delapsi secunda primū nauigatione sunt usi. Sed uento post parum in ualidam tempestatem mutato sub ipsam Cypri plagam periere naufragio. Soldanusq; eadem die & hora Ptolomaidam à paucis quos nauigij carentia detinuerat christianis male defensatā cepit: & mortalibus in ea repertis ad unum trucidatis prædam quidem militi suo promissam iterato concessit edicto. Sed tanto tenebatur illius excidendæ urbis desiderio ut parumper suppositus ubiq; eo præsente atq; incitante ignis maximam prædæ ipsius partem absumpserit. mœnibus inde & urbis parietibus passim solo æquatis duriore sarracenus miles soldani imperio est oneratus, quod fundamēta ubiq; ita confodi dissipariq; iussit, ut nullum urbis nullum post hæc ædificij uestigiū appareret. Annus erat is uestræ urbis conditæ quartus trigesimus octingentesimus, in quo tandem reliquias amisimus uictoriæ illius celeberrimæ, quam anno ante quarto de ducentesimo Vrbani secundi pontificis Romani auspicijs, & uirtute christianorum expeditio inchoauerat. Fui de industria prolixior recensendis rebus maximis quas apud Ptolomaidam geri contigit, ut quod feci ostendere possem propè ducentos annos pugnatū esse in sarracenos, per quod tempus ferè omnia cepit uestra respublica, quæ aut mari contigua, aut insulis possidetis. Expectabunt credo à me qui hucusq; legerint quid post amissas à christianis Constantinopolim & Asiæ ciuitates à uestris progenitoribus fuit gestum. Sed multa maximaq; fuerūt & maiori digna cognitione quàm hoc epitomate possimus uelimusq; describere. Paleologus enim & Genuenses cum posse uobis resistere diffiderent, turcos tunc primum in Europam traduxere. à quibus tandē præsenti anno quinto ferè sexagesimo & centesimo meritas tanti sceleris & admissi flagitij pœnas punitionemq; acceperunt. Gesserunt inde paulopost res maximas Veneti. tum in bello quod cum ipsis genuensibus diuturnum, uarium, periculosum, & tandem per uictoriam gloriosissimum fuit. tum in tuenda urbe Taruisina, quam per ea tempora primam omnium in solo Italię cōtinente possidere cœpistis: Mastinusq; Scaliger tyrannus omnium eius ætatis potentissimus à Veneta re publica socijsq; bello Florentinis & Bononiam pro Romana ecclesia gubernantibus, Italiæ Transpadanæ & Lucæ & Parmæ urbium dominio deturbatus est: & Turci interea à uobis cladibus & quidem ingentibus prostrati cæsi afflictiq; fuerunt. bella exinde sequerentur, in quibus capienda Padua excellentissima urbe, post Verona, deinde subigenda Forumiulij patria, & demum Brixia ac Bergomo, nuperq; Crema rei publicæ imperio adiungendis maximis laboribus ac impensis, sed pari gloria depugnatum est. Nototia sunt hoc tempore supradicta, sed certe promerentia eleganti ornataq; historia posteris ita tradi, ut aliquot qui te pręcesserunt ducum & tuum in primis Serenissime Dux nomen, & uestræ reipublicæ gloria, & multorum ac propè infinitorū ex uobis patria, ordinis decus gerendis tot bellis, tot obeundis laboribus quæsitum ad posteros transeat illustratum. Idq; ego minimus sicut nunc epitomate & breuiario assumendū non censui: sic ample fusa & copiosissima tractare ac absoluere historia, cum uos cupere intellexero paratissimus essem: profectoq; efficerem ne aliquid memoratu dignum ex his quæ à condita urbe Veneta in hanc diem,

Desperatio Ptolomaidarum

Ruina Ptolomaide à soldano

Genuēses turcos in europā traduxere

Taruisina ciuitas

Mastinus Scaliger

Florentini

Turci

Padua

Verona

Brixia

Bergomum

Crema

uel mari, uel terra, uel bello, uel pace fieri contigit, aut nunc, aut futuris temporibus desi/deretur. Sed ad propositæ à principio intentiõis nostræ finem cõclusionemq; ueniendum est. Satis multis pro tempore sed paucioribus fortasse quàm multi fieri oportuisse sunt opinati, ostensum est urbem Venetam diuina potius quàm humana ope ideo condi cœ/pisse, ut barbaris christianæ fidei & religionis hostibus aduersaretur, ut profugis ab Hun/norum, Ostrogothorũ, Longobardorũ, ungarorum, Sarracenorũ, & demum Turcorum ac etiam à christiano abutentium nomine tyrannorũ facie ac persecutionibus confugium apud uos portus asilũ & quietis refrigerijq; & salutis arx & domiciliũ sine muro sine por/tis die noctuq; pateret: ut irrumpentes discurrentes & impetere parantes barbaros eflera/tos populos Christi dei & suorum populorum hostes res publica repararet abigeret ac conficeret: ut hortantibus iubentibus Romanis pontificibus dei ipsius nostri uicarijs, ut implorantibus ubiq; christianis opem protectionemq; afferret. Quæ quidem opera me/riti apud optimum maximum deum nostrum & laudis ac gloriæ apud seculi tam præsen tis q̃ futurorum omnes plurimum promerentia dum uestri præstiterunt maiores intra du centos de quibus diximus annos mari & post breuiore temporis spacio terra am/plam hanc præpotentem gloriosamq; peperere rempublicam, tam diu duraturam, & ipso deo autore nostro maximam & ingentem accepturam amplitudinem, quamdiu ea uitæ & guber natiõis forma qua est parta illam regere & administrare pergetis

Venetiarum maxima laus

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS DE GESTIS VENETORVM FINIS

BLONDI FORLIVIENSIS IN ITALIAM ILLVSTRA TAM PRAEFATIO

QVOM multi historiam uarijs extollant, celebrentque sententijs, tum ma *Alexander*
xime Alexander Antonius Mãmea genitus christiana imperator Ro/ *Mammea*
manus omnium iudicio optimus unica ratione eam amplissime uide/
tur laudasse, qui historicos & suos appellauit, & habere uoluit consilia/
rios, quorum prudentia & exemplorum copia gerendis imperij rebus
quã maxime uteretur. Clarissimi etiã plęrique senatores cõsulares quoque
uiri & nõnulli gloriosissimi principes qui bellicis actibus res gesserunt
æterna dignas memoria, delectati sunt historia: usque adeo ut non solum historias libenter,
sed eas quoque scribendo tam præclari muneris gloriã cum rerum scriptoribus comunem
habere uoluerint. Nam ut cæteros taceam: Fabius patritiæ gentis decus cognomento Pi/ *Fabius*
ctor: Lucius Lucullus, Aulus Albinus, Asinius Pollio, Cornelius Nepos, & Caius Cęsar, *Pictor*
eiusque nepos Octauius Augustus, ac Hadrianus scripsere historias. Sed maximam tantum *L. Lucullus*
munus præteritorum longe sæculorum malitia & infelicitate incurrit iniuriam, quod ur/ *C. Cesar*
be Roma à uarijs gentibus sicut in historijs accuratius à nobis est scriptũ oppressa, & si bo *Octauius*
narum artium studia intermissa fuerunt, sola imprimis omnino cessauit extinctaque est hi/ *Aug.*
storia, factumque est ut barbaris omnia euertentibus, & nullo interim ea quę gerebantur lit *Hadrianus*
terarum monumentis ad posteros transmittente, nedum mille qui effluxerunt annorũ ge/
sta sciamus: sed Italiæ regiones, urbes, oppida, lacus, flumina montesque, quorũ nomina à
uetustis frequentãtur scriptoribus, ubi sint, magna ex parte ignoremus: & quod maiorem
nobis affert admirationem, multorum oppidorum & potentissimarũ ciuitatum, quas in/
terea in magnam amplitudinẽ creuisse cernimus: conditarum tempora nos lateant, & ipsi
etiam conditores. Itaque postquam propitiore nobis deo nostro meliora habet ætas nostra,
& cum cæterarum artium tum maxime eloquentiæ studia reuixerunt, ac per ea historia/
rum diligentius noscendarũ amor nostros cepit homines: tentare uolui, si per eam quam
sum nactus Italiæ rerum peritiam uetustioribus locis eius & populis nominũ nouitatem,
nouis autoritatem, deletis uitam memoriæ dare, denique rerum Italiæ obscuritatem il/
lustrare potero. Nec tamen ipsam omnem nominum mutationem temeraria & inani ar/
rogantia spoponderim indicare. sed gratias mihi potius de perductis ad littus è tanto nau
fragio supernatantibus aut parum apparentibus tabulis haberi, quam de tota naui deside
rata rationem exposci debere contenderim.

Italiæ Regiones seu prouinciæ. XVIII

Liguria siue Genuensis	f. 295.	Aquilegiensis siue Foroiuliana	f. 384.
Etruria	299.	Histria	386.
Latina siue Campania & maritima	313.	Samnium	389.
Vmbria siue ducatus spoletanus	328.	Terrra laboris siue Campania uetus	406.
Picenum siue Marchia Anconitana	333.	Lucania	421.
Romandiola siue Flaminia & Aemilia	342.	Apulia	
Gallia cisalpina siue Lombardia	356.	Salentini siue terra Hydrunti	
Venetiæ	368.	Calabria	
Italia transpadana siue Marchia taruisina	374.	Brutij	

LIBER PRIMVS

Italia unde ITALIAM describere exorsi, Prouinciarum orbis primariam à lau-
dibus suis incipere debemus, quod quidem pro ampla parataq; mate-
ria tam faciliter quàm libenter fecissemus, nisi ab eximio poëta Vir-
gilio & post à Plinio Veronense, demum à Francisco petrarcha insi-
gni poëta ornatissimæ illius laudationes extarent. Itaq; à suo nomine
& situ duximus inchoandum. Nomen pro temporum diuersitate na-
cta est uarium: quam Plinius & Solinus ab Italo rege quosdã, & non-
nullos à bobus quos gigneret multos prisca lingua Italiam dici uolu-
isse scripserunt: quom tamen eam Græci magnam interea hesperiam appellarint, quod se-
Hesperia cutus est in septimo Virgilius: Hesperia in magna. Et Seruius exponit. hesperia in magna
dixisse Virgilium ad Hispaniæ discretionem. Iustinus autem in Trogi epitomate scribit
Aborigines Italiæ cultores primos fuisse Aborigenes. quorum rex Saturnus tantæ fuerit iusticiæ, ut
neq; seruiret quisquam sub illo, neq; quicquam priuatæ rei haberet, sed cõmunia & indi-
uisa fuerint omnia. Vnde Italia regis nomine Saturnia fuerit appellata. Ea uero sicut Pli-
Saturnia nius ex Octauio Augusto tradit, querno folio adsimilis mari gemino maxima parte cin-
gitur: quod ab oriente Adriatico siue supero, & à meridie occasuq; tyrrheno siue infero
abluitur. qua uero in septentrionem uergit, montes altissimi alpes lingua Gallica à celsitu-
dine dicti, illam à barbarorum ut inquit Cicero incursu naturæ benignitate communiunt.
Longitudo Italiæ Longitudo eius ab alpino sinu prætoriæ Augustæ ad Hydruntum decies centena uiginti
milia extenditur: Latitudo ubi est amplior à Varo ad Arsiam quingenta, & quadraginta:
Latitudo & circa urbẽ Romã ab ostijs Aterni nunc piscariæ in hadriaticum defluentis, ad tyberina
ostia centũ & uigintisex milia. totusq; ambitus à Varo ad Arsiã tricies centena & insuper
Ambitus trigintaocto milia cõplectitur. Habet Italia dorsum & ceu in piscibus esse uidemus à capi-
Apenninus te in infimã partem spinę formã, Apenninũ, qui mons ex alpibus qua ab infero mari rece-
dunt oriundus, cum recto propemodũ cursu Anconæ urbi, ut uult Plinius, appropinqua-
uit, in mare superũ ferri & ibi finiri uidetur. & tamen inde rursus ab eo mari recedens per
mediam Italiã in brutios ac siculum fretũ fertur. Situ mensuraq; ostensis ad regionũ diui-
sionem locorumq; descriptionẽ ueniamus. Est uero perdifficile in tanta mutatione rerũ re-
gionumq; quantã uident factam qui Romanas historias attente legunt modũ adinuenire
diuidendis regionibus, recensendisq; ordine ciuitatum, oppidorũ, montium, fluminumq;
uocabulis. Et quidẽ quantũ attinet ad ipsa uocabula eximius scriptor Liuius Patauinus,
Romanę pater historiæ, qua in parte nobis superest populorum nominibus utitur, qui ne-
dum ad nostram sed parua ex parte ad suam peruenerunt ætatẽ. Quod enim ex Strabonis
cretensis geographia ac ex Plinij Veronensis naturali historia facile est cõijcere, in Octa-
uij Augusti, cuius temporibus & adiumento scripsit Liuius, descriptione Italiæ quã fecit
accuratissimã, interierunt multa oppida plurimiq; populi, quorũ nomina apud Liuium ce-
lebrãtur. In ea uero descriptione quam Plinius ipse anno uix octogesimo post functũ uita
Octauium diligenter fecit, maior, quàm pro temporũ breuitate & florentiũ tunc Italiæ re-
rum conditione par fuerit, mutatio est facta. Quę autẽ ex Strabonis primũ, post ex Plinij
enumeratione & Pomponij Melę ac Ptolemæi descriptionibus, haud quaquã multum di-
stantibus inter se ætatibus factis, desint nobis, horrendũ infinitũq; fuerit referre. quamq; li-
cet multos interijsse populos, multa excisa oppida, multas delatas urbes non negauerim,
plurimas tamen ex ipsis simul cum regionibus montibus & fluminibus mutasse nomina
constat: quo fit ut nec prisca legentes intelligãt, neq; possit nouus scriptor illis uti uocabu-
lis, magnam uel eo ipso ꝙ apud illustres uetustos scriptores frequentia habent dignitatem
historiæ allaturis. factam uero esse locorum nominumq; mutationẽ & simul exinanitam
esse populis & urbibꝰ ac oppidis, quorũ nomina nobis desunt Italiã hinc tenemus, ꝙ post
habita urbis Romę populi magnitudinis, cui nihil in orbe unquam fuit estq; nunc par, ia-
ctura, nulla est huius sæculi & feliciũ quæ stante rep. fuerunt sæculorũ comparatio multi-
Piceni laus tudinis populorũ. Picenum enim infra ex Plinio ostendemus trecenta sexaginta milia in
reipu. deditionẽ dedisse, quod nunc uix decimam partem habet. Plinius etiã laudes Italiæ
suorum priorũq; temporũ narrans eam dicit dijs sacrã L. Aemilio Paulo C. Attilio Coss.

nunciato

nunciato gallico tumultu solam sine auxilijs extenorũ atq; etiam tunc sine ullis transpadanis, equitum triginta, peditũ octingenta milia armasse. Nostra uero huius temporis Italia quantum sine transpadanis externorumq; auxilijs equitatum peditatumq; armaret, nõ satis facile est nobis iudicare. Sed nõ dubitamus quin difficile sit futurũ si tertiam quis partẽ conatus fuerit ita armare, ut extra fines quisq; suos in bellũ expeditionemq; ducat. Quanta autem sit facta locorum mutatio hinc etiam apparet, quod Iginius qui de urbibus Italię scripsit, & eum secutus Guido præsbyter Rauennas, prodidere, Septingentas fuisse Italię ciuitates. *CCLXIIII urbes Italiæ* Nos uero nunc Romanæ ecclesiæ stilum secuti facta per singulas regiones diligenti enumeratione sexaginta quatuor supra ducentas tantummodo inuenimus: sed appellant Romanæ ecclesiæ instituta ciuitates, loca quæ episcopos habent. & Iginium uidemus ac Guidonẽ etiam multa ex oppidis quæ nostra ætate proprio carentia episcopo alterius dioceseos cẽsentur, pro ciuitatibus posuisse: & tamẽ omniũ ab ipsis positorũ pro ciuitatibus quæ nunc extent numerus uix quadraginta complectitur loca, ut aut excisas esse ciuitates aut mutationem omnino incognitam in eis factam esse necessariũ uideamus. Quam alijs fortasse impossibilem uisam tot locorum acceptam in Italia per sexcentos annos qui post Guidonis tempora fluxerunt cladem, nos ideo minus mirabilem ducimus; quia scimus uidemusq; per seculum nostrum quod dei nostri munere eorum quę ante patrum nostrorum ętatem fuerunt seculorum respectu fœlix appellari potest, supra triginta ciuitates & oppida solo æquata, ut cum eorũ pars paucis nũc habitetur colonis, tum pars omnino manserit derelicta. Cuniũ nanq; oppidum romandiolæ, à quo clarissima fluxit comitum Cunij & Lugi familia, omnino derelictũ ut nunc aretur, uidemus: pariter propinquo in loco contigit barbiano: *Cunium* *Barbianum* pariter in latio uetustissimæ urbi Prænestæ, zagarolo, & gallicano oppidis. Pariter ad aliam urbis Romæ partem centumcellensi ciuitati, morlupo castello nos accidisse cõspeximus. Par etiam affert hac in descriptione incõmodum diuisionis nominationisq; regionũ mutatio, ter quaterq; in aliquibus & in quibusdam pluries *Diuisio Italiæ* facta, adeo ut solæ etruriæ uetusta cum finibus suis & integra manserit appellatio, Quam obrem octo & decem regionibus, in quot Italiam sine insulis cõmode diuisam esse iudicauimus, describendis, illa ex multis sequemur uocabula, quę cum in ætate nostra sint notiora, tum nostræ intentioni accõmodatiora uidebuntur. Suntq; nomina: Liguria siue Genuensis, Etruria, Latina siue campania & maritima, Vmbria siue ducatus spoletan⁹, Picenũ siue marchia anchonitana, Romandiola siue Flaminia & Aemilia, Gallia cisalpina siue Lombardia, Venetiæ, Italia transpadana siue Marchia taruisina, Aquilegiensis siue Foroiuliana, Histria, Samniũ siue aprutiũ. Terra laboris siue campania uet⁹, Lucania, Apulia, salentini siue terra Hydrunti, Calabria, Brutij. Postq; uero omnẽ Italiã peragraturus ero, uiros præstantiores qui singulis in urbibus & locis pridẽ geniti fuerunt, eosq; qui sunt superstites, præsertim literarũ aut cuiuspiã uirtutis gloria claros, enumerabo: atq; res in singulis locis scribi dignas breuiter narrabo: ut nõ magis hæc Italiæ sit descriptio q̃ uirorum eius illustriũ præstantiũq; catalogus, ac nõ paruæ partis historiarũ Italiæ breuiarium.

AB Liguria autem Plinium secuti duximus inchoandum. Ea regio latissimos aliquando habuit terminos, quippe quum Pisas in Liguribus conditas Trogus scripserit, & Apuanos ligures q̃s agri Pisani populos esse constat à maioribus traditum uiderimus. Quin masiliam Trogus Pompeius inter ligures & feras Gallorum gentes positam dicit: cui opinioni concordat Liuius libro XLI Fuluius Flaccus primus transalpinos ligures domuit bello, missus in auxilium masiliensium aduersus saluios Gallos qui fines masiliensium populabantur. Et plærisq; Lucam Liguriæ ultimam posuere. Sed hæc remotiora omittentes, satis fore tenemus, si diuisionem Italiæ quæ Romana repub. florente fuit nostris temporibus accommodare poterimus. Igitur Liguria à Varo flumine ad Macræ amnis ostia longitudinẽ habet: & hinc Appenino inde mari infero clauditur: qua ratione pars inferi maris adiacens à Varo ad macram dicitur ligusticum pelagus. Populi eius prouintiæ Ligures quo tempore quibusue ducibus Romano populo subiecti fuerint, Iordanus Cõstãtinopolitanus monachus, q̃ Iustiniani imperatoris temporibus rerũ à populo Romano gestarum epitoma cõfecit, & L. Florus T. Liuij abbreuiator, hisdem ferme uerbis sic habent: Peracto punico bello pri-

mo nec quantulum reſpirato ſequitur liguſticum. Ligures imis alpium iugis adhærentes
inter uarum macram'que amnes implicitì dumis ſiluestribus uictitabant, quos penè ma-
ius fuit inuenire quàm uincere. Tuti ſiquidem locis & fuga durum atq; uelox genus ex
occaſione locorum latrocinia magis quàm bella factitabant. Itaque quum diu multum'q;
eluderent, ſalturi, Deciates, exubij, euburiates, ingauni, tandem Fuluius latebras eorum
igni ſepſit. Bebius uero in plana deduxit, Poſthumi⁹ ita exarmauit, ut uix linqueret ferrũ
quo terra coleretur. Quod uero Iordanus ſummatim attigit ligures obſtinatius iugũ Ro-
manorum recuſaſſe, & illis animoſe aduerſatos fuiſſe, Liuius ipſe in libris qui extant mul
tis oſtendit in locis. Nam libro nono, dum hæc geruntur coſs. ambo in liguribus gerebãt
bellum. Is hoſtis uelut natus ad continendam per interualla bellorum Romanis diſcipli-
nam militarem erat: nec ulla prouincia militem magis ad uirtutem acuebat. In liguribus
n. erant quæ militem exercerent loca montana & aſpera, quæ & ipſis capere labor erat, &
præoccupatis hoſtem deijcere: hoſtis leuis & uelox & repentinus, qui nullũ unquam tem
pus nullum locum quietum aut ſecurum Romanis ſineret. Oppugnatio autem munito-
rum caſtellorum laborioſa ſimul periculoſa'que inſidijs, regio quæ ſi penuria aſtringeret
militi haud multum prædæ præberet. Itaque non lixa ſequebatur, non iumentorum lon-
gus ordo agmen implebat, nihil præter arma omnem ſpem in armis habentibus erat. nec
deerat unquam cum his uel materia belli uel cauſa, quia propter domeſticam inopiam ui-
cinos agros incurſabant. Nunquam tamen in diſcrimen ſummæ rerum pugnabant. Han-
nibal poſt inflictam Romanis Trebienſem cladem traiecto Appenino primũ conceſſit in
ligures, & illi oppoſitus Sempronius cos. Romanus ſe cõtulit Lucam. & uidemus apud
Liuiũ XXVIII Magonẽ Hamilcaris filiũ capta genua diu in liguribus reſtitiſſe Roma-
nis, ex qua regione Romanos in gallia Ciſalpina plurimum agitauit, ad quem inter alpi-
nos ligures genuam'que agentem naues carthagine uenerunt. Seruius Virgilium in un-
decimo exponens Appeninicolæ bellator filius, dicit quia liguria maiori ſui parte in Ap-
Ligures penino ſita eſt. Ligures autem omnes fallaces ſunt ſicut Cato in originibus tradit. Virgi-
lius, Aſſuetumq; malo ligurem. Et Lucanus in primo: Et nunc tonſe ligur, quondam per
Varus fl. colla decora Crinibus effuſis toti prælate comatæ. Varus priſci præſentis'que nominis
fluuius capite Alpium & Saluij montis effuſus haud procul à nicea mari ſe infundens nul
la re notior eſt quàm quod braccatam galliam ab Italia diſterminat. Adiacent illi ad dexte
Rochetta ram oppida primum Rocheta poſt gilecta: & ad ortum fontem'que buſonium. Nicea in-
Nicea op. de oppidum à maſſilienſibus in littore conditum alpes dorſo contingit: dehinc portus eſt
herculis monœci quondam nunc uilla francha: de quo Virgilius in ſexto Aggeribus ſa-
Portus cer alpinis atque arce monœci, & Seruius grammaticus exponit de liguria ubi eſt por-
Herculis rus monœci herculis. Dictus autem monœcus uel quod pulſis omnibus illic ſolus Her-
cules habitauit, aut quod in eius templo nunquam aliquis deorum ſimul colitur. Cęſar ex
gallijs ueniens illac deſcendit in Italiam. Et Lucanus libro primo: Quáque ſub herculeo
ſacratus nomine portus, Vrget rupe caua pelagus, non corus in illum Ius habet, aut ze-
phyrus, ſolus ſua littora turbat Circius, & tuta prohibet ſtatione monœci. Poſt hęc Monœ
cus portus ut Ptolemæo placet nunc monachus genuenſium imperij terminus. Eum ſiue
ſcopulum ſiue collem Federicus cui barbaroſſo fuit cognomen Cæſar germanicus genu-
enſi populo mœnibus communiendum anno nunc plus minus ſexageſimo ſupra ducen-
teſimum cõceſſit. Imminet Monacho caſtellum nunc ignobile ſola uiarum aſperitate no-
Torbia uicus tiſſimum paſſus prope duo milia à mari recedens Torbia appellatum, quod Iacobus me-
us Bracellus uir eloquens & doctiſſimus trophæa Auguſti à priſcis appellatum fuiſſe af-
firmat, quem quidem tenemus fuiſſe locum patriæ Helij pettinacis Romani imperatoris,
de quo Iulius capitolinus ſic ſcribit: Natus eſt in Appenino in uilla materna. Nam pater
eius tabernam cratillariã exercuerat, ſed poſtea quàm in liguriam uenit. Sequitur mento-
nũ ipſo in littore, & rocha bruna ſuperi⁹, ſterilis ſoli caſtella. & proxime albintimiliũ ciui
Vintimilium tas, nũc uintimiliũ: cuius latus qua in orientẽ uergit ſolẽ rutuba abluit fluuius nunc rodo
ria appellat⁹. ꝓximo deinceps ad mille paſ. loco collis attollit̃ cui appio eſt nomẽ, & inde
arx eſt ex qua primũ naſcentis appenini iugũ haud procul remotũ cernit̃. abeſt à Rutuba
fluuio paſſus decẽ milia ſancti Romuli caſtellũ, cuius ager citri eſt palmæq; arborũ in Ita
lia rariſſimarũ ferax, unde Ro. põt. uidimus palmarũ ramos in dominica quadrageſimalis
ieiunij

ieiunij postrema inde appellatā benedicendos & populo dandos habere. Emensus inde
passus quinque milia castellum attingit exiguum duos mille passus mari propinquum,
quod Tabia nomen habet à uinorum fama eclеberrimum, quippe cum ea muscatum ap- *Tabia*
pellata nec Cyprijs nec creticis nec falernis cedere à bonis potoribus existimētur. Decem
ab eo passuū milia ad mauritium numerantur portum nomine uerius, quàm re: sed indi-
cta ibi iurisdictio celebrem locū reddit. Sequitur Vnelia uallis aliquot habitata uicis: mox *Vnelia uallis*
oppidum Dianæ, nunc dianum duo prope milia à mari recedens olea uitiq; undiq; consi-
tum. Post hæc ipso in littore ceruū & ipso in edito colle andoria uitiferis collibus circun-
datum. andorianos fines parui admodum uici exeipiunt: hos album ingaunum urbs opi-
bus ac uetustate nobilis nunc albinga Proculo imperatore Romano alumno & ciue orna
ta, de quo Flauius Eutropius sic scribit. Proculo patria albingaunū in alpibus maritimis; *Album ingau*
domi fuit nobilis, sed maioribus latrocinantibus: albingæ abluit latus merula fluuius Cen *num*
ta appellatus quod centenis torrentibus augeatur. Hanc ciuitatē campestri loco uix pas- *Albinga*
sus quingentos à mari recedentem eum ualidissimi exercitus Philippi mediolanensium *Merula*
tertij ducis præfecto copijs omnibus Berardino Vbaldino uiro fortissimo arcta obsidione *Centa flu.*
cinxissent, quatuor oppugnatam mensibus omnia quę bello inferuntur mala perpeti coē
gerunt, & tandem constantia & fortitudine populi fatigatus hostis re infecta obsidionem
soluit. Proximum in littore est petra castellum, deinde ad duos mille passus aberat finariū *Petra op.*
oppidum ab aëris ut uulgare sonat uerbum salubritate appellatum, quod uallis in cuius *Finarium op.*
faucibus erat situm angustias claudebat. Sed fregosi & populus genuensis ut eharrectten-
ses inimicos inde nobiles eijcerent, oppidū quoq; proximo anno sustulerūt. est proximo
in littore naulium ciuitas portu ac turribus inclyta. est & uadorum sabbariorum portus à
quo septemmilibus distat Sauona urbs multorum populorum commertio nobilis, quam
Titus Liuius Magonis aduentum referens Sauonam nominauit sicut nostra facit ætas,
& tamen Plinius Sabbatiū, Pompeius mella Sabatiam appellauit. eam nunc possidet qui
& genuensium ducatui summa cū laude bis præfuit uir ingenti uirtute, & quod ætas no-
stra ratum in principibus habuit litteris ornatus Thomas fregosus, multa cuius belli &
pacis temporibus præclare gesta in historijs scripsimus. Albissolam Cellasq; uicos igno- *Albissola*
biles in littore cernimus. Deinde Viraginem oppidum quod quidam uicum uirginis di- *Celle*
xere. Succedit uulturū uicus quem Cherusa torrens interfluit. Portifera dehinc ut maiot *Virago op.*
ita uiolentior amnis, qui ualli nomen dedit ædificiorum pulchritudine superbiaq; potius *Cherusa flu.*
solo alioquin sterili amœnissimæ: portusq; succedit Genuæ insignis, qui mole ingenti ob *Portifera flu.*
iecta fluctibus ostia in aphricū uersa pandit. Vrbs Genua quos & quo tempore habuerit *Genua*
cōditores incertum nobis est. Non. n. satis probamus quā de Phaethonte & eius socio Ge
nuo Bracellius noster nō improbat fabulam, nullius certioris scriptoris autoritati nixam:
& insulse fictas de Iano ineptias improbamus. uidemus uero ante belli punici tempora nul-
lam alicubi eius urbis haberi mentionem: & Iordanū Florumq; dum superius subactos li-
guriæ populos salturios, deciates, euburiates, ingaunos enumerant, genuam si condita
tunc aut nota fuisset, nō omissuros fuisse crediderim. Primam uero eius mentionem facit
Liuius lib. uigesimoprimo, ubi P. Scipionem dicit cum admodū exiguis copijs genuam
repetijsse eo qui circa padum exercitu Italiam defensurū. primū autē incrementū habuis-
se uidetur, de quo Liuius libro XXIX sic dicit, Lucretio prorogatū imperium ut genu-
am oppidum à Magone pœno destructum exædificaret. Post quę tempora Romani ligu
ribus genuensibusq; amicioribus usi fuerunt. & tamen multitudinē considerans colonia-
rum quas Romani per omnia penè Italiæ loca deduxerunt, mirari soleo nec genuam nec
alium quempiam in ligustinis locum pro Colonia captum fuisse: quod à situs sterilitate
quā milites horruerint crediderim processisse. Post belli uero punici secundi finē Roma-
nus populus gallis insubribus & alpinis cæterisq; galliæ cisalpinæ populis & inde illyrijs
subigendis arma conuertit: ad quæ bella quum magnæ copiæ uariaque bello usui futura
mitterentur, maxime opportuna fuisse uidetur genua loci natura tūc etiam portuosa, ex
qua commodus in mediolanenses papiensesque, sicut nunc est, transitus etiam tunc erat.
Nihil autem æque augendis opibus cōducere ac frequentiam commeantium: & quibus
in locis opū quærendarū facultas adsit maxime populos coalescere constat. Nec tamē in
mille annis qui bellū id secundū punicum sunt secuti caput multū attolere potuit genua,
quam

quā anno à lucretij instauratione plus minus septingentesimo ad annum uidelicet salutis christianæ sexcentesimum atq; sexagesimū Rotharis longobardorum rex Romanis quorum imperio semper antea fuerat subiecta, abstulerit. Eam tamen à fera longobardorum gente parū humane gubernatam Carolus magnus imperator Pipinusq; filius rex Italiæ & successores franci reges per annos circiter centum summa cum iusticia & humanitate sicut & cæteras Italię urbes gubernarunt, ducibus illi administrandæ qui comites appellarentur præfectis, quorū Ademarchus Corsicam à mauris oppressam liberauit: quo ab eisdem mauris postea interfecto Corsica nihilominus per genuenses recepta & naues maurorum XIIII captæ ac demersæ sunt. Berengario autē tertio in Italiam unde pulsus fuerat reuerso imperij nomen suis titulis fœdante, & Vgone arelatense Italiæ regni nomine abutente, quum pessime apud omnes nostros ageretur, sarraceni pœnis sibi subiectis immixti anno christi nongentesimo & trigesimoquinto Stephani septimi pontificis Romani temporibus Genuam ceperūt spoliaruntq;: & quod raro alibi est auditū omnibus mortalibus q cædi superfuerant populariter asportatis muros urbis omni humano habitatore uacuos reliquerunt. Scribit tamē Andreas Dandulus Venetiarū dux Francisci petrarchę amicitia clarus, impuberes omnes breui genuam fuisse reductos. Estq; eius testimoniū eo locupletius quod Veneti genuensesq; magna semper æmulatione contendere soliti per Danduli ducatus tempora graui ac periculosissimo utrisq; bello cōflictati sunt. A quadringentis uero annis maximum genua habuit incrementum, quæ uires nacta ingentes terra sed mari longe maiores Liguriæ cui imperat nomen obscurauit: ut quæ pars in Vsrū amnem exposita occidentem spectat solem Riperia occidentalis, quæ ad Macram pertinens in orientem est uersa dicatur Riperia genuæ orientalis. Et insuper Corsicam, Cyprum, Asiam, Thraciam, Scythiam deductis colonijs ac suis uictorijs illustrauit: & negocio quàm ocio fœlicior nunc illis terrori est, quorū insidijs prius & crudelitate bis concidit. Ornata fuit Genua duob⁹ ex gente nobili fisha pontificib. Romanis, quarto Innocentio, & quinto Hadriano: habuitq; eadem familia ad triginta Romanæ ecclesiæ cardinales, quorū unicus superest Georgius prænestinus episcopus. Dux genuæ nunc est Ludouicus fregosius ingenti præditus humanitate, dignus que genetrice clarissima muliere Catherina, quæ ex forliuiensi Ordelaffa gente præclara alterum quoque genuit celebris famæ Ianum fregosium, cuius ingens spes morte nuper nobis abrepta est. Ornatur uero nunc ciuibus nauigatione ac mercatura toto orbe notissimis: sed paucos habet egregie litteratos, quorū notiores nobis sunt Nicolaus Ceba, & noster item Iacobus Bracellus ac Gottardus principis scriba. Genuæ latus orientale feritor amnis præterfluit, quem nunc Bisamnem appellant. Neq; tamen uetusti nominis usquequaq; facta uidetur obliuio: nanq; illum paulo supra influens minor fluuius Ferisanus dicitur. profectus à Bisamne Neruium, Buliascum, Saulium tenues uicos: & paulopost illis maiorem Rechū inde Camuliū inuenit. Sunt uero quatuor & uiginti milia ab amne Cherusa superius dicto ad Camulium, quę tota regio non modo mari in planicie exposita, sed quantum pertinentes ad eam ualles ac colles longius extenduntur, magnifici & sumptuosi operis ædibus decoratur: ut qui alto nauigantes pelago eam petunt terram, unam se urbem prospicere opinentur, à Camilio Simiarū promontorium incipit, quod sancto Fructuoso sacrum est: cuius templū in intimo recessu positum magna ueneratione à uicinis populis frequentatur. Id illi promontorium caput montis appellant, quod arduum & saxosum in mare procurrens sinistroque latere irrumpentes aquas angustis faucibus admittens Delphini portum efficit: quem incolę dempta prima syllaba quasi potius à bonitate quàm à delphine nominandus sit, portū Finum appellant. Sequitur alius ab oriente sinus quem Rapalli nominant: id conualli nomen est quæ ut inter montosas haud sterilis citri que & oleæ plurimum ferax uicum eiusdem nominis haud quaquam obscurum in littore habet: quinq; milibus abest Clauarum noui nominis oppidum. Quippe quod ante centum & quinquaginta annos nondum mœnibus cinctum erat: in eo que nunc maritimis & montanis populis fori & iurisdictionis conuentus habentur. Proxime Entella fluuius mare illabitur, quem aliquando Laboniam dictum, nunc Lauaniam appellant: habétq; ad dexteram oppida, Riparosam, Mulinum, & ad fontem rochataiam. is Graueia, Olo, Sturla torrentibus auctus ad dexteram oræ maritimæ ripam Lauanium uicum habet, à quo originem traxit Fiscorum prosapia lauaniæ comitū

Marginal notes: Genua spoliatur — Bisamnis flu. — Delphini portus — Clauarum — Lauania

comitum dicta in Italis nobilissima, quæ pontificibus illis Romanis & cardinalibus orna/
ta fuit: & sturlæ prosonasium graueiæ uero ad sinistram adiacent Vignolum. garibaldū, *Sturla*
frelium, & ad fontem rupsa. Ab ostio entellæ quatuor milibus abest Sigestrū uicus in lit/ *Vignolum*
tore, apud quem Sigestam Tiguliorum à Ptolemæo & Plinio appellatam fuisse credide/
rim: cui obijcit se insula tenui admodum riuulo à continente diuisa. Ea præruptis monti/
bus quasi muro cincta incolas ab omni maritima terrestriq; incursione tutos reddit, gemi
no portu dextra leuaq; accessibilis: quanquā qui ad orientem uergit solem tutior ueriorq;
portus est. Huic contermina sunt monilia, quos colles duos uitiferos moneliam nunc ap/
pellant. Superius oppida sunt Banchalesium, matuscum, matalana: monilianos fines con/
tingit framula: quam ob saxosos asperosq; colles ferramulam accolæ hinc putant dictam
esse, quasi diligenter eo loci soleandas esse mulas uiatores admoneantur. Paululum inde
abest leuantum nobile municipium magis quàm uetustum amœnis uallibus collibusq;
conspicuum: ad cuius oram quinq; sunt castella paribus prope interuallis inter se distan/
tia. Mons ruber, uulnetia uulgo uernatia appellata: manarola: riuus maior quæ loca non
in Italia magis quàm in gallijs Britanniaq; siue Anglia à uini odoratissimi suauissimique
excellentia sunt celebria: res profecto memoratu & spectaculo digna: uidere montes adeo
sublimes præcipitesque uti aues uolando fatigent: quibus omnino saxosis & nihil humo
ris retinentibus, uitium palmites tam preciosæ feraces uindemiæ haud secus quàm hede/
ra muris passim hæreant. Eas autem uineas & alias per liguriam ætate Plinij non fuisse
hinc uidemus quod quum ille edocendis uinis optimis quæ ubique habeat Italia diligens
sit ac prope nimius, nullum in liguria ponit: nisi forte hæc sint uina lunensia, quæ ipse Pli/
nius plurimum laudat. Riuum quem maiorem appellant inde transgressos uetustæ olim
& nobilissimæ urbis Lunę portus excipit, à scriptoribus quidem, sed minus quàm deceat *Portus lunæ*
celebratus. Quantum autem ex paucis quæ extant de eo scriptis conijcere potuimus, ma/
ximi quæstus commertium in ipso portu fuit. Vnde Persius satyricus auaritiam & nimi/
am ad rem pecuniariam populi Romani attentionem redarguere intendens, sic ironice
scribit. Lunai portum, operæ est, cognoscite ciues. Insulam, quæ illum ab austro aphri/
coque tutum reddat, natura obiecit: secus quam uastæ se pandunt fauces, multis reflexi/
bus tortuosæ, in longum amplumque sinum, qui passus quinque milia longitudine ac la
titudine protenditur, nauigia admittentes. Portusque ipse omnium capacissimus naui/
giorum Macra augetur: quod Lucanus in secundo sic indicat, Nullosq; uado qui macra *Macra fl.*
moratur Aluos uicinæ prorumpit in æquora Lunæ. Supremo in eius insulæ fastigio Ve
neris olim templum, christianis postea temporibus sancto Venerio consecratum, portui *Portus ue.*
ueneris nomen dedit. Qua uero promontorium siue insula occidentem spectat solem, op
pidum est portus ueneris pariter appellatum genuensis populi Colonia, & finium quon/
dam terminus: & è regione Ilex est castellum uel ex hoc celebrius quod sicut illud genu/ *Ilex op.*
ensium, ita hoc pisanorum agri fines terminare consueuit. In sinuq; Lunensis siue ueneris
portus intimo Spedia est nouū oppidū circa annos L X muro circundatū, secus quam in/ *Spedia op.*
specta Italiæ descriptione ac pictura à maioribus facta tiguliam fuisse coniector. Idq; op/
pidum Bartholomeo Facio uiro doctissimo est ornatum. Lunensisque portus ab ea orien
tali parte promontorio clauditur nunc lunensi appellato, quod præterlabitur macra flu/
uius amœnus piscosusque, & quia Liguriam ab Etruria diuidat notissimus. Adiacent
macræ amni ad sinistram Vetianum, Arbianum, Podentianum, Richum, Luciolum: & *Arbianum*
Mulatiū. Ex quo marchionū eius cognominis familia nobilis fluxit. Eius Ligusticæ oræ *Richum*
quā descripsimus à Varo ad Macræ ostia longitudinē olim undecim supra ducenta milia *Mulatium*
fuisse ueteres prodidere, quā nostri uix centū octoginta milibus cōputant: pelagusq; adia
cens qđ ligusticū appellari diximus tres habet insulas, scopulis tamē quàm insulis similio/
res: unā Albingauno oppositā, quæ trepidis nauibus sæpenumero tutelæ fuit: aliam Nau
lo, tertiā lunensis portus promontorio occidentali propinquā ut continens uideatur.

ETruria ad Macrā sequit̃ regio Italiæ secunda uel inde notissima qđ priscū sem/ *Etruria*
per seruauit nomē. Ei⁹ sunt notissimi etiā nūc fines Macra & tyberis amnes cē/
tū & septuagintaquatuor milibus inter se distantes. Appeninus mons & inferū
mare. eius maris pars quæ à dictorū amniū ostijs lōgitudine & ad Sardiniā usq;
latitudi/

latitudine terminata fuit, quandoq; thuſcum quandoq; tyrrhenum pelagus dicta eſt. Ete-
nim thuſcorum gens, ſicut Iuſtinus à Trogo tradit, ex lydia Aſiæ prouincia ueniens pul-
ſis umbris incoluit hanc Italiæ partem, quæ primo tyrrhenia ab eorũ rege Tyrrheno mox
etruria à multo ac frequentato deorum per thura cultu eſt appellata. Leonardus autẽ Are
tinus primo hiſtoriarum dicit etruſcos ueniſſe ex mœonia, unde lydi gens maxima naui-
bus in Italiam aduecti ſunt. Huius prouinciæ uetuſtatem dignitatemq; Liuius patauinus
libro ſexto ſic oſtendit: Thuſcorum ante Romanorum imperiũ late terra mariq; opes pa-
tuere: mari infero ſuperoq; quibus Italia modo inſulæ cingitur quantum potuerint, nomi
na ſunt argumento, quod alterum thuſcum communi uocabulo gentis, alterum hadriati-
cum mare ab hadria thuſcorum Colonia uocare Italicæ gentes, Græci eadem tyrrhenum
atq; hadriaticum uocant: & in utrunq; mare uergentes incoluere urbibus duodenis ter-
ras, prius cis appenninum ad inferum mare, poſtea trans appeninum: totidem quot capita
originis erant miſſis colonijs, & trans padum omnia excepto Venetorũ angulo qui ſinũ
circum colunt maris uſq; ad alpes tenuere. Duodecim autem urbes quibus etruſci inco-
luerint etruriam ſingulis magiſtratibus annuis quos uocabãt lucumones creatis, qui om-
nem prouinciam gubernabant, has fuiſſe inuenimus. Lunam, Piſas, Populoniam, Vola-
terram, Agillinam, Feſulas, Ruſellanam, Arretium, Peruſiam, Cluſium, Faleriam, &
Vulſiniam, quarum quatuor tantummodo integræ extant. Etruſcorum uero dignitatem
fuiſſe maximam hinc conſtat, quod Liuius tradit Romanos ab his accepiſſe prætextam,
trabeas, faleras, annulos, togas pictas, & palmatas, currus triumphales, faſces, lictores, tu-
bas, ſellam currulem: additq; Liuius Romanos conſueuiſſe pueros mittere ad diſciplinã,
ſicut poſtea in Græciam fuerunt miſſi. Potentiæ etiam etruſcorum maximũ eſt argumen-
tum, quod ſæpius ob etruſcum q̃ aliud bellum Romæ trepidatum eſt, ſæpius dictator eſt
dictus. Subacti uero ſunt Romanis etruſci ad annum urbis conditæ ſeptuageſimũ & qua
dringenteſimum cum apud Vadimonis lacum ingenti prælio ſuperati eſſent. Bis tamen
Romano populo rebellare conati ſunt. Primum Hannibalis tempore ducibus aretinis, de
quibus ſcribit Liuius XXVIII: Cornelius cos. in etruria iudicijs agitauit eos qui ad Ma
gonem reſpiciebant & animos rebelles præ ſe ferebant. Secunda rebellio intentata fuit
bello Marſico ſiue ſociali: quæ quidem rebellio aretinorum, feſulanorum, & cluſinorum
multo ſanguine atque urbium arretij & Cluſij uaſtatione ſopita eſt. Paruit que poſtmo-
dum etruria Romanis quietiſſime per annos circiter ſeptingẽtos uſq; ad Archadij & Ho
norij tempora, quando Romani imperij inclinatio inchoauit; multas poſtmodum paſſa
calamitates, quarum minores fuerunt quas Gotthi intulerunt. A longobardis uero crude
liter oppreſſa fuit, quam ſicut libro hiſtoriarum octauo oſtendimus principio aduentus in
Italiam ſui ſupra cęteros omnes afflixerunt, adeo ut unicus eorum magiſtratus Caſtaldio
Etruriæ appellatus, gubernationi illius ſatisfacere potuerit. Longobardis uero eiectis cũ
Caroli magni & filiorũ temporibus etruria ſicut & aliæ Italię regiones reſpirare cœpiſſet,
eam Lodouicus Caroli filius cũ Paſcali Romano pontifice partitus eſt, ut Arretiũ, Vola-
terræ, Cluſium, Florentia, Piſtorium, Luca Piſæ & Luna imperio, cæteræ omnes pontifi-
ci Romano parerent. Poſtquam uero Caroli magni ſtirpis reges ab Italia ſunt eiecti, Be-
rengariusq; Italicenſis imperator & Lotharius eius filius rex Italiã adminiſtrare cœperũt;
maximas Italia atq; horrendas incurrit calamitates. in quarum una ad annum ſalutis qua-
drageſimum ſupra nongenteſimum Ioanne decimo pontifice Romano ungari etruriam
omnem ſpoliarunt: & mortales qui cædibus ſuperfuerant utrunque ſexum in ungariam
aſportarunt. Helius ſpartianus de eadem etruria honoratius ſcribit, qui Adrianũ dicit im-
peratorem in etruria præturam geſſiſſe. Sed iam ad noſtrum reuertamur ordinem. Secus
Luna c. Macram amnẽ uetuſta interijt Luna inter capita etruriæ numerata quæ Eutichianũ pon-
tificem Romanum patre Maximo genuit: eius uero urbis deſolationẽ quam nunc habet
diutiſſime antea inchoaſſe indicat Lucanus in primo his uerſibus. Hoc propter placuit thu
ſcos de more uetuſto Acciri uates, quorũ q maximus æuo Aruns incoluit desertę mœnia
Lunæ. Indicatq; Martialis poëta eius urbis regionem caſeo abundaſſe his uerſibus, Caſe-
us etruſcæ ſignatus imagine lunæ, Præſtabit pueris prandia mille tuis. Eius tamen urbis
retinet denominationem regio lunenſis appellata, Genuenſibus maiori ex parte ſubiecta.
Sarzana Eſt ad Macræ dexteram ſupra lunam Sarzana, cuius arcem ſarzanellũ appellatam Tho-

mas fregoſus genuenſis uir ſicut oſtendimus illuſtris & egregie communiuit,& intus lau
tiſſime ac ſplendidiſſime exædificauit. Sunt etiam ad eãdem dexteram Caſtrum nouum,
Foſſa noua,Ortus nouus, Villafrancha. Torrens Bagnonus cum oppido eius nominis,fi *Ortus no.*
latera,malgratum.Et in appenini radicibus, Pontremulum nobile regionis oppidũ. Sunt *Villafrancha*
quoq; interius hinc Fiuizanũ, uerucula & gragnola.Inde Mõtionum,Chararia maſſa.& *Filatera*
aliquot minora caſtella in montibus olim uiolatũ Tiguliorũ & Segaunorũ ac Appuano- *Pontremulũ*
rum populorum olim liguſtinorũ appellatis: qui montes ab appenino in littus inferi ma- *Fiuizanum*
ris tranſuerſo ab oriente ad meridiem tractu producti montana nũc lunenſis charrariæ di-
cuntur.De hiſq; ſic habet in decimo Liuius:Sẽpronius à piſis in appuanos ligures uaſtan
doq; uicos & caſtella eorũ aperuit ſaltum uſq; ad meram fluuiũ & Lunæ portum: hoſtes
autẽ antiquam ſedem maiorũ ſuorum ceperunt.& inde ſuperata locorum iniquitate præ-
lio deiecti ſunt.Ex ipſis montibus fodinas habentibus celeberrimas magna uis marmorũ
Romam olim importata eſt,adeo ut uſq; in præſens tempus columnæ ibi & alia marmo-
rum ingentia cernãtur fruſta, quæ poſt fractas Romani imperij uires derelicta nullus qui
quæſiuerit,aut potuerit,aut deterrente impendio aſportare uoluerit eſt inuentus.Quũ ta-
men minoris impendij & laboris marmora, Piſas olim & nuper Florentiam & quandoq;
Romam Genuamq; importata ſint. Vnde Iuuenalis de marmoribus liguſtinis, quæ Ro-
mam portabãtur ſic habet,Nam ſi procubuit qui ſaxa liguſtica portat axis:dicitq; Plinius
albos liguriæ lapides ſerra faciliter ſecari.Secũdus in Hetruria fluuius auxeris à quibuſdã *Auxeris*
uetuſtis,ſed à Liuio Mera ut ſupra apparet appellatus,quẽ nũc Serclum dicunt,cui eſt re- *Serclus*
motius ad ſiniſtram in maris littore mutronum arx uetuſtiſſimo in monumẽto ædificata,
quam à Florentinis ad annũ ſalutis ſexageſimumquintum ſupra ducenteſimum & milleſi
mum captam Carolus Siciliæ rex Lucẽſibus reddidit:& tamẽ eam ætate noſtra receptam
nũc populus obtinet Florẽtinus. Intus Petra ſancta,& ad auxeris ipſius oſtiũ eſt Virego. *Petra ſancta*
Libet uero prius q̃ mediterranea,& ad dexterã auxeris ripam ſita attingam: ad certiorem
locorum indaginẽ oram Hetruriæ maritimam uſq; ad Tyberim deſcribere. Quæ quidem
ſicut ſemper hactenus fuit,nunc maiori ex parte eſt ſyluoſa.Nam Flauius Eutropius Au-
reliani imperatoris uita ſic habet.Statuerat uinũ gratuitum populo Ro.dare, ut quemad-
modũ & panis &,porcina gratuita præbentur,ſic etiã uinũ daretur.quod perpetuũ hac ra
tione conſtituerat facere.Hetruriæ per aureliã uſq; ad alpes maritimas ingentes agri ſunt:
hiq; fertiles & ſyluoſi ſunt. Statuerat itaq; à dominis locorũ incultorum, qui tamẽ uellent
gratis dare emere,atq; ex eo uinũ dare gratuitũ.prima poſt auxerim ſunt arni oſtia,à qui-
bus paulum recedit liburniũ piſani portus munitiſſima arx: apud quam in ſcopulo paſſus *Liburnum*
mille à cõtinenti recedente fundata eſt turris pharea,nocturnũ tyrrheno mari nauigãtibus *Turris*
lumen quam remotiſſime præbens, & piſanum à longe oſtẽdens portũ:arnumq; receden *Pharea*
tes tertio à mari miliario piſæ pontibus iungunt: ſuperbiſq; ædificijs ornant.eam urbẽ ue
tuſtam & geſtarũ rerum gloria claram ab alpheis originem habuiſſe dicit Virgilius.Et Pli
nius,Piſas inter Auxerim & arnũ amnes à pelope & atintanis Græca gente ortas aſſerit. *Piſe*
Iuſtinus uero dicit piſas in liguribus Græcos auctores habere.Et Lucanus in primo,Hinc
tyrrhena uado frangẽtes æquora piſæ.Liuius XXI: ea cauſa conſuli fuit,cum piſas naui
bus ueniſſet ad padum feſtinandi.Piſæ tertio Eugenio pont.Ro.ornatæ fuerunt.eam ur-
bem florentibus Romanorũ rebus nullum habuiſſe potẽtatum uidemus. Poſtquam uero
maritimæ urbes Hetruſcæ,hinc luna inde populonia deletæ fuerunt, quieſcẽtibus per Ca
roli magni & filiorũ tempora Italiæ rebus piſæ multos habuerunt præſtantiſſimos mariti
mo bello uiros,quorũ geſta in noſtris hiſtorijs celebrãtur.Sed ab annis quadraginta poſt-
quam ea ciuitas Florẽtinis ſubiecta fuit, infrequẽs populo opibusq; exinanita penitus eſt
reddita.Liburno intus contigua ſunt ſtagna eius oppidi nomine apppellata, deinceps eſt
mons niger.Succedit eo in littore fluuius Cecinna ſicut nũc fit à Plinio appellatus, cui ad *Mons niger*
ſiniſtrã in oſtio hærent uada Volaterrana à priſcis appellata.quãt hic portus fuerit Vola *Vada vola*
terranorum & Volaterrani cognomine Voliẽſes appellati ſint,auctor eſt Plinius.Magna *terana*
dehincad umbronẽ fluuiũ quem Plinius nauigiorũ capacẽ fuiſſe ſcribit intercapedo habe
tur.In qua primũ eſt in littore oppidũ ſanctus Vincẽtius.Interius eſt uibona uetuſti nomi *S. Vincentius*
nis oppidũ.Superius eſt Subretũ.Sinum deinceps efficit mare ad quem oppidum eſt por *Vibona*
tus barattus,Supra eſt Cãpilia,maior deinde habetur ſinus,ad quem eſt plumbinum noui

nominis oppidum, quem locũ Romanæ ecclesiæ rerũ ſcriptores anno nunc trecenteſimo
Plumbinũ plumbinariã dixerũt. Ad partem plumbini ſinus aduerſam eſt portus foreſius, in mediter
raneis ſcarlinum oppidum, deinceps in littore caſtrum troue Caſtilionũ piſcariæ. dehinc
habetur littoreũ pene caſtellum ad paludis olim cœnoſæ emiſſoriũ. Inde progreſſi lacum
inueniunt orbitelli olim aprilem dictũ: poſtea umbronis ſunt fluuij oſtia mediocres admit
Populonia tentia naues, apud quæ Populonia fuit uetuſtiſſima, de qua Liuius libro x x x, Claudiũ
Cos. profectum ab urbe inter portus Cõſanum laurentinumq́ atrox uis tempeſtatis ador
ta populoniam impulit. inde quũ ſtetiſſet ibi dum reliquũ æſtatis exiret, Iluam inſulam &
ab Ilua Corſicã, à Corſica Sardiniam traiecit: & Virgilius miſit populonia mater. Nicea
patricius Conſtantinopolitanus dux naualis exercitus regnante in Italia Bernardo Caro-
li magni nepote ui captã diripuit, & igni ferroq́ funditus euertit, ut parua ipſius urbis ue
Groſſetũ ciui. ſtigia nunc appareãt. Vmbroni ad ſiniſtram adiacet groſſetum ciuitas, ad dexteram uero
Iſchia iſchia, poſt inſula, ſuperius boncõuentus. & paulo infra eius fluuij fontem aſſianum, dein-
Telamonis ceps maritimo in ſinu Telamonis eſt portus Telamotoſa à Plinio appellata, Senẽſi merca
portus turæ ſatisfaciens: inde argẽtarius mons in pene inſulam mari immiſſus, in quo eſt uetuſti
Portus Hercu nominis portus Herculis; quæ loca nullæ nunc inhabitant gentes, quum tamen eo in mon
lis te & circa portum multa ædificiorũ fundamenta cernantur. poſt montem argentarium à
Caput aluei mari paululum recedit caput aluei caſtellum, ad cuius fines Piſſia labitur torrẽs mutilar æ
in patrimoniũ ſancti Petri Etruriæ finium limes. Terra nanq́ quam de Etruria Matildis
certe glorioſa, ut ſcriptores appellant, comitiſſa anno nunc triceſimo ſupra trecẽteſimum
ſeptimo Grego. pont. Ro. in beati Petri patrimonium dono dedit, ad illum Piſſiæ torren-
tem hac in parte terminata fuit. Sequitur fluuius Martha appellatus lacu uulſinenſiũ nũc
Mons altus Bolſenæ effuſus, ſuper cuius oſtia paulum à mari recedit Mons altus caſtellum, uetuſto in
loco Grauiſcarum, ut appellat Virg. intempeſtarum, quod amnis propinquitas indicat, ſi
tum. Scribit uero Plinius apud grauiſcas corallum gigni ſolitũ, prout nunc & gigni & ex-
piſcari conſtat. Minio inde habetur, cuius meminit Virg. eo item nũc nomine appellatus,
iuxta quem tertio à mari miliario Cornetũ eſt ciuitas, quã turriũ frequẽtia, mœniumq́ ſu
perbia uetuſtiſſimã eſſe oſtendũt. Id uero eſſe crediderim, quod Ptolemæi Plinij Pompo.
mellæ deſcriptiones caſtrum nouum appellant. Auctum uero traditur eſſe Tarquiniæ ibi
proximæ olim urbis uetuſtæ ruinis, qua ex Tarquinia poſtremi Romæ reges Tarquinij
priſcus & ſuperbus originem duxere. Magnum ætate noſtra ornamentum habuit ea ciui
tas malo terminatũ fine, Ioannẽ uitellenſem Ro. eccleſiæ cardinalem, qui in Hadriani mo
le caſtello ſancti Angeli captus interijt. Eius ſupereſt nepos literis & prudentia ornatus
Bartholomeus Cornetanus & monteflaſconenſis epiſcopus. Abeſt à Corneto paſſus mil-
Ciuitas uetus lia decem, portus celebris arcem habens munitiſſimam, cui ciuitati ueteri nunc eſt appella
Centumcellæ tio. Nec dubito quin is fuerit centumcellenſis portus, mentio cuius apud ueteres ſæpe ha
betur. Paruo enim ſpacio inde abeſt centumcellenſis olim ciuitatis locus, quam Sarraceni
per tempora Italiæ regis Bernardi Caroli Magni nepotis deſtruxerunt. & poſtea ædifica-
ram nos ultimo habitatoribus anno nunc undeuigeſimo deſtitui uidimus. Fuitq́ is locus
in quo Plinius poſterior in epiſtolis narrat Hadrianũ imperatorẽ cẽtum ædificaſſe cellas,
centum iudicibus audiẽdis ſe præſente cauſis publice inſtitutis deputatas: & in quo beatũ
Aureliũ Auguſtinũ lib. de trinit. cõſtat ſcripſiſſe. Ciuitatis uero ueteris portũ prętergreſſi
Pyrgi magna inueniunt uetuſti ædificij fundamenta, in quibus Pyrgo appellatis paruũ eſt saccl-
lum, eoq́ in loco pyrgos fuiſſe ueteres à Virg. appellatos cõſtat. Et proximo in littore mo
naſterium eſt Seueræ uirgini dicatũ, quod in arcem portumq́ prôximis tẽporibus cõmu-
nitum eſt. Proximusq́ mari influit cæretanus amnis, ſecus quẽ intus eſt Ceruertere nũc,
Cære quod fuiſſe ſcimus cære ſeruatorum, quo tempore Galli ſenones urbem ceperunt, ſacro-
rum memoria celebre oppidũ: cuius facti exẽplar cerimonijs uocabulum dediſſe grãma-
tici affirmant, de quo Liuius in primo, Inde turnus Rutuliq́ diffiſi rebus ad florẽtes opes
Etruſcorum Mezentiumq́ eorum regem cõfugiunt, qui cære opulento tunc oppido im-
perabat. Et Marcialis poeta ſcribit pernam fieri optimam apud Ceretanos, ſic: Cereta-
na mihi fiet uel maſſa licebit. Et interius mille quadringẽtis paſſibus, ſicut uult Plin. ab op
Agilina pido cære diſtat locus agillinæ urbis uetuſtiſſimæ, quam inter capita Etruriæ diximus nu
meratã fuiſſe. Eſtq́ nũc ſaxoſo in tumulo paruis ædificiorũ reliquijs notus. Sequitur per

tenuis

tenuis locus in paludibus, cui pergæ olim appellato nunc palus dicitur, ab utſinis poſſeſ-
ſus. Nec eſt quicq́ ædificiorũ aut ruinarum ultra quouſq́ Romani portus à Claudio pri- *Romanus*
mum poſt à Traiano ædificati reliquiæ inueniũtur, certe maiores q̃ credere poſſit, qui il- *portus*
las nõ inſpexerit, quorũ partem in Roma inſtaurata diximus: & tamen quod inaduertẽtia
ibi eſt omiſſum addere hic uolumus: portuẽſem urbem genuiſſe Formoſum pont. Ro. & *Portuenſis*
omni ea in paluſtri littoreaq́ inſula, quã ſciſſus ſupra Oſtiam urbẽ ſecũdo miliario Tybe- *urbs*
ris efficit, marmorũ fruſta herbis rubisq́ & uirgultis obſita, ac alluuionibus ſemiſepulta *Marmora*
paſſim pene cõtigua uideri, quæ ſcabra & impolita à mercatoribus per felicia reip. & im-
peratorũ tẽpora mari auecta quoſcunq́ in ædificij uſus poterant dedolari, & quũ multitu
do ſit maxima urbẽ, ut uidetur ædificatura, cernere eſt corũ partẽ tantæ molis, ut qui obe-
liſcos ignoret Ægypto aduectos, illa nõ credat potuiſſe nauibus cõportari. literas unum-
quodq́ fruſtũ numerales duobus in lateribus eſt inſcriptum. quarum unis docẽte Plinio
pondus lapidis, alteris miſſorũ à mercatore fruſtorũ ordinem ſignificari nouimus. Vt au-
tem unde ſupra digreſſi ſumus reuertamur, auxeris fluuius quẽ nunc Serclum uocant, pri *Serclus*
mum habet ad dexterã oppidum Librafactam: ad ortum ſuum in appenino habet Grigna *Librafacta*
num ignobile caſtellum: & ad perpetuũ fluuij alueum, quouſq́ ad mediterranea ſit deſcen *Grignanum*
ſum, uallis eſt Carfagnana, caſtellis uillisq́ plurimis habitata, maiorẽ cuius partẽ nũc obti *Carfagnana*
net marchio ferrarienſis. Eorũ uero oppidorũ quæ auxeri deſcendendo ad dexteram adia *uallis*
cent notiora ſunt Caſtrũ nouum & Barcha: Sercluſq́ in mediterraneis lucæ urbis Roma- *Caſtrũ nouũ*
næ Coloniæ latera abluit, de qua Liuius XXI: Hannibal in ligures, Sẽpronius lucã con- *Luca*
ceſſit. Oſtendimus uero in hiſtorijs Narſetem eunuchũ lucam à Gothis poſſeſſam ſeptem
menſibus oppugnaſſe priuſq́ ea potiri potuerit. Ea urbs tertiũ Luciũ pont. Ro. atq́ etiam
Alexandrũ ſecundũ aduerſus quẽ Lombardi Cardolum Parmenſem erexerãt in idolũ, ge
nuit: quã ad annũ quinquageſimũ malo ſuo ſibi ſubegit Paulus gente Lucẽſi Guiniſia no
bili genitus. Cumulauerat is triginta in annis ingẽtem uim pecuniarũ & filios procreaue-
rat. Sed quum magno in faſtu ipſe & filij adoleſcẽtes degunt, beatiq́ ſibi & ſuis eſſe uiden
tur, fortuna derepente mutata exemplar facti ſunt multis, quia nihil in rebus humanis ſoli
dum, nihil eſt firmũ. Capti enim & patria uiolẽter abacti diuitias diu accumulatas, poſtea
uitam in carceribus amiſere. Luca aũt poſt Guiniſiorũ eiectionem uarijs & multiplicibus
agitata bellorũ motibus intra XX annos magnas eſt paſſa calamitates: quæ tamẽ Floren
tinum populum eius ambientẽ dominiũ pariter afflixerũt. Nam præter alias ibi acceptas
clades eorum exercitus cui Guidantonius præerat Vrbini comes: ſicut in hiſtorijs diffuſe
oſtendimus, à Nicolao Piccinino ſuperatus fuſuſq́ eſt, quo in prælio quatuor equitũ, tria
peditũ millia, & ingentẽ machinarũ bellicarũ uim Florentinus amiſit. Lucaq́ dudum ho-
neſtis mercatoribus frequẽtata Ianipetro ornata eſt Græce & Latine eruditiſſimo, & Vi-
ctorini Feltrenſis ſui præceptoris mores redolente. habet item ad dexterã Luca colles, in
quibus eſt caſtellum uerucula, inde altus paſſus, ſupra lumenicus, & ad fluuiũ Colodum *Verucula op.*
eiuſdem nominis oppidum. cui fluuio item adiacet Piſa oppidum, quod ad annũ ſalutis *Colodus flu.*
LXX ſupra ducenteſimũ & milleſimũ Florentini Lucenſeſq́ ſicut Leonardus ſcribit Ar *Piſa op.*
retinus deſtruxerũt. Et paulo inde abeſt Bugianũ, ſuperiuſq́ eſt Vgianum. Qua uero Lu *Bugianum*
cenſis ager uergit in Florentinũ palus eſt Bentina in lacũ à Florentinis cõcluſa, cui ſuper- *Vgianum*
eminet mons Carolus oppidũ: & ubi is lacus in arnũ exoneratur, Bientina eſt caſtellum. *Bentina palus*
Supremo autẽ in ſinu amplæ quã habet primũ Etruria planiciei, Piſtoria eſt ciuitas: in cu- *Piſtoria ciuit.*
ius agro Catilinę exercitũ fuiſſe ſuperatũ multi ex uetuſtis ſcripſere. Ea ſicut Arretino pla
cet prima fuit Etruriæ urbium, quas populus Florentinus tunc primũ liber ad annum ſa-
lutis duodecies centenũ & quinquageſimũ in poteſtatem redegit. Circunſtantq́ Piſtoriã,
Summanum, Serraualle, Victolinũ, & ſuperius mons Catinus. Circundant Piſtoriã paruo *Summanum*
diſtãtes ſpacio amnes duo, Stella & Vmbro, qui ſecus Carmagnanum delapſi apud mon *Mõs Catinus*
tem Lupum oppidum in arnũ exonerantur. Viſentiuſq́ amnis deinceps ex appenino de- *Vmbro flu.*
fluens Prati oppidi omniũ Etrurię opulentiſſimi mœnia præterfluit. Supra pratũ eſt Mur *Mons Lupus*
lus oppidum, & Marina torrens Calencranum oppidum præterlabitur. Vltimuſq́ ad Flo *Pratum*
rentiæ mœnia Munio habetur amnis. Florentiæ urbis inclytæ originẽ geſtaſq́ res abun- *Florentia*
de cõplexus eſt in hiſtoria clariſſimus Leonardus Aretinus. Quod autem ad nos attinet
eius urbis origo refertur in Syllanorum militum, quibus is ager à Sylla aſſignatus fuit, ad-

uentum:& quia primas illi ſedes ad arni fluenta cœperint. Fluentiã inde primo dictam uolunt. Et quidẽ Pli. apud quẽ primũ eius loci mẽtio facta eſt, fluentinos dicit profluẽti arno appoſitos. Venerunt uero hi milites ad annũ conditæ urbis Romæ ſexcenteſimũ & ſeptimum ſupra ſexageſimũ, unde initiũ Florentia habuiſſe uidet̃ ante Chriſti dei noſtri aduentum annos circiter octogintatres. Multis ea ciuitas per Gothorũ tempora incõmodis agitata eſt. Nec tamen à Totila aut alio quopiã tunc aut alias unquã deſtructa fuit. Idq́ quod de reædificatione à Carolo Magno facta aliqui ſentiunt non probamus, quũ geſta Caroli ab Alcuino eius pręceptore ſcripta, tantũmodo dicant illum Romã euntem, bis in Florentia dominicũ paſcha celebraſſe. Seruata uero eſt ab ingenti deſolationis, quod incurrerat periculo unius ciuis Farinatæ ubertini uirtute: cum Piſanis Senẽſibusq́ & alijs Etruſcis in conuentu apud emporiũ habito Florentiam eſſe deſtruendã cenſentibus, Farinata licet longo poſtliminio in ipſam patriã reuerſus, eam ſe dixit, quam non ædificaſſet, ſe uiuo ab illis deſtrui nõ paſſurum. Itaq́ Florẽtia acceptis ui & in ſe populariter traductis feſulanis ad annum ſalutis quartum & uigeſimum ſupra milleſimũ plurimum opibus & gloria eſt aucta. Quo item anno Henricus primus imperator eccleſiam ſancti Miniatis ad muros Florentiæ ædificauit. Arſit uero Florentia duobus incendijs paruo in temporis ſpatio ad annum ſalutis ſextum, & ſeptuageſimum ſupra undecies centenũ. Ex eo ferè tempore primum per priores artium & uexilliferum iuſtitiæ, ſicut nunc fit gubernari cœpit: fuitq́ inter primos uexilliferos ex nobili gente Stroza unus baſilica inſignis, quæ per noſtrã ætatem curante Philippo Brunalicio nobiliſſimi ingenij Florẽtino ſtupẽdi operis fornice eſt ornata, glorioſæq́ uirgini dicata, anno ſalutis duodecies cẽteno, & nonageſimoquarto inchoata eſt: & quarto abinde anno palatium item ſuperbiſſimum, quod inhabitant priores ædificari cœpit. Quintoq́ poſtmodũ anno productum eſt pomerium, & mœnibus quæ nunc extant urbs eſt ampliata. Turris uero marmorea inter cæteras orbis cãpanarias ſpecioſa ad annum inde primum & triceſimum excitata, per quæ tempora ciuitas Florentina duobus ornata eſt poetis, Dante aldegherio, & Franciſco petrarcha. quorũ hic patre Florentino, ſed exule apud Arretium natus, & arquadæ inter colles euganeos mortuus ac ſepultus eſt. ille Florentinis parẽtibus Florentiæ natus obijt Rauẽnæ patria exul. paulo poſt Florentia Iotum habuit pictorem celeberrimum Apelli æquiparandum. Habuit quoque Accurſium iureconſultorum principem, qui ius ciuile nunc extans egregie interpretatus eſt, famaq́ eſt nullo nobis confirmata auctore Claudianum poetam fuiſſe Florẽtia oriundum. Colutius uero ſalutatus & ſi prius didicerit, quàm Ciceronianæ imitatio eloquentiæ ſui ſeculi adoleſcentibus nota eſſe cœpiſſet, & eloquens eſt habitus, & multa ſcripſit prudentiam magis & doctrinam, quàm eloquentiam redolentia. Nicolaus nicoli per ætatem noſtram, & ſi nihil ſcripſerit & doctus fuit & multis adoleſcẽtibus, ut literis operam darent opem attulit. Ab his uero plus minus centum annis qui Franciſci petrarchæ mortem, & hæc tẽpora intercedunt mirabili felicitate Florẽtia opes auxit. Cuius imperio per ætatem noſtram caſtrum carum, Mutiliana, Donadula, caſſianũ, porticus, & alia caſtella in Romandiola & Piſæ ac Cortona urbes uetuſtæ ac Burgum ad ſepulchrũ, & regio Caſentina in Etruria ſunt ſubactæ. Ab ipſis uero centum annis ſuperauit omnia Florẽtiæ ornamenta concilium in eą celebratum, in quo quartus Eugenius pont. glorioſiſſimus orientalis eccleſiæ cum occidentali unionem maximo diu quæſitam impendio celebrauit, Ioanne Paleologo impe. Cõſtantinopolitano & patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopisq́, ac ingenti doctiſſimorũ nobiliumq́ totius Græciæ uirorum qui interfuerant multitudine Ro. eccleſiæ ſumpubus in patriam reportatis: Armenij etiam, Æthiopes, Georgiani & Iacobitæ, Libyam, Aſiamq́ incolentes catholicæ fidei documenta in eodem cõcilio à prædicto ponti. Eugenio acceperunt. Viris etiã nunc Florentia ſicut antea cõſueuit omni uirtutum laude præſtãtiſſimis ornatur, Coſmo imprimis mediceo, quẽ omnes totius europæ ciues opum affluentia ſuperantẽ prudentia, humanitas, liberalitas: & quod nos maxime ad eius laudes incitat, bonarũ artium præſertim hiſtoriarũ peritia celebrem reddũt. Cumulantq́ eius felicitatem Petrus, Ioannes & Carolus nati paternæ uirtutis imitatores. Nec ſupprimenda ſunt maxima, quæ Coſmus Florentiæ urbi addidit ornamenta. Monaſterium celebre ſancti Marci: in quo quum ſuperbæ ſunt, & ut aiunt inſanæ extructiones cæteræ: tum maxime Bibliotheca alias ſuperat omnes quas nunc habet Italia. Et ad ſancti Laurẽtij fornices

Farinata ubertinus · *Cãpanarium* · *Caſtrum carum*

nices marmoreæ columnæ & opus totum ſummi uiri magnificentiam oſtendunt. Quid
quod priuatæ ædes ſuæ recens in uia lata extructæ Romanorum olim principum & qui-
dem primariorum operibus comparandæ ſunt: quin egoipſe qui Romam meis inſtaura-
ui ſcriptis, affirmare nõ dubito nullius extare priuati ædificij principum in urbe Romana
reliquias, quæ maiorem illis ædibus præ ſe ferãt operis magnificentiam. Palla ſtrozza cla
riſſimus equeſtris ordinis Florẽtinus opera ſtudijs philoſophiæ aſſidue patauij impẽſa exi
lij incõmoda prudentiſſime cõſolatur. Angelus acciaiolus equeſtris ordinis nõ minus cla
ræ gentis ſuæ nobilitatem prudẽtia ingenuis moribus & literarum ſtudijs ornat, quàm ab
illa decoratur. Andreas Floccus apoſtolicus ſecretarius canonicusꝗ Florẽtinus, uir opti-
mus eloquentia & edito de magiſtratibus opere, ac Ianectus manectus literarum Græca-
rum Latinarũꝗ peritia atꝗ eloquentia, & Baptiſta Albertus nobili & ad multas artes bo
nas uerſatili ingenio patriam exornãt. Decorat etiam urbem Florẽtiam ingenio ueterum
laudibus reſpondente Donatellus Heracleotæ zeuſi æquiparãdus ut uiuos, iuxta Virgilij
uerba, ducat de marmore uultus. Secus Florẽtiam Feſulana urbs uetuſta, & multorũ ſcri *Feſulæ*
ptis præſertim Saluſtij in bello Catilinario, & Liuij illud idem ſcribẽtis bellum libro cente
ſimoſecundo celebrata interijt, uel quod ſupra diximus in Florẽtiam populum opesꝗ mu
tauit. Oritur ex montibus feſulanis qui ad oriẽtem uergunt ſolem, Munio torrens Floren *Munio flu.*
tina abluens mœnia: ſecundum cuius alueum ſexto ab urbe miliario ſacellum eſt, cui ea ra
tione inditum ad cruces nomen fuiſſe opinor, quod eo in loco ſepulta fuerit moles illa ca-
dauerum, quæ facta fuit in ſtupenda ſtrage illa magnæ partis ducentorum penè milliũ ex
Radagaſij Gothorum regis exercitu apud feſulas, ſicut in hiſtorijs oſtendimus interfecto-
rum. Interꝗ eos montes & Appeninum uallis eſt amœniſſima, & uicis uillisꝗ præſertim
mediceorum ſpecioſiſſimis frequentata, Mugellum ſicut conſueuerat appellata, quæ Di- *Mugellum*
num habuit mugellanum iureconſultorum ſuperioris ſeculi celeberrimum. Eam illabitur
diuiditꝗ mediã Seua fluuius ex Appenino oriundus. Primumꝗ regionis mugellanæ op
pidum eſt uia Bononienſi, Scarparia Iacobo ornata Angeli filio, cuius Græce Latineꝗ do *Scarparia*
ctiſſimi extat M. Tullij Ciceronis uita ex Plutarcho in Latinitatẽ luculẽter traducta. De-
inceps habet Nicolaiũ dura Piccinini obſidione cui fortiter reſtitit noſtris in hiſtorijs cla
rum. In ſeuam defluit Ronta torrẽs, ad quẽ uia fauentina eiuſdẽ nominis eſt uicus, & ſub *Ronta flu.*
eo ſancti Laurentij burgus. Quinto ab inde miliario ſeuã pariter illabitur Ducaria, à cuius
torrente apud Gaudentiũ Appenini uicũ oriũdo quicquid magno ſinu cõplectitur arnus
amnis uſque ad agri arretini fines dicitur Caſentinum, quam regionem montuoſam po- *Caſentinum*
pulo Florentino proximis tẽporibus quæſitam fuiſſe oſtendimus. Vbi uero Seua fluuius
arnum illabitur, eſt caſtellum mœnibus munitum pons ad ſeuam dictus. Florentinam ur-
bem diuidit Arnus amnis pontibus in ea quatuor magni operis iũctus. ſed quantũ ad in- *Arnus flu.*
choatam attinet Florentini agri deſcriptionem ſecundum arni fluenta ſub Florentia ſunt *Florentia*
caſtella mons Lupus & Signia quouſque nauigia admittit Arnus. Supra Florentiam ad *Mons Lupus*
quintumdecimum lapidem primum eſt ad Arni fluenta oppidum Inciſa, cuius oppidi no
men originem habuiſſe cõiector ab ſucciſo obijce ſaxeo curſum Arni ſolito remorari. In-
dicant nanque quernarum trabium ſtipites maximi, quos defodientes inueniunt agrico-
læ, uallem Arni ſuperiorem qua nullam habet nunc ager Florentinus uini optimi fera- *Vallis Arni*
ciorem, quantũ profluenti Arno appoſita planicies ambit fuiſſe paluſtrem. & qui XXII
hiſtoriarũ Liuij Patauini in principio attente leget, paludem illam in qua Hannibal æger
oculis & uerna primum intemperie uariante calores frigoraꝗ Elephanto, qui unicus ſu-
perfuerat quo altius ab aqua extaret: uectus uigilijs, tum & nocturno humore paluſtriꝗ
ceno grauante caput altero captus eſt oculo, hanc fuiſſe uallem Arni peruidebit. Nam
quum fama eſſet Flaminium Conſulem Arretium cum exercitu præueniſſe, Hannibal ex
hibernis mouens, quæ in liguribus habuerat Arretium cõtendebat. Sunt autem Liuij hac
in parte uerba, Quum aliud longius cæterum commodius oſtenderetur iter, propiorem
uiam per paludẽ petijt, qua fluuius Arnus per eos dies ſolito magis inundauerat. Et pau-
lo infra, exercitus incommoda & iumentorum hominumꝗ ſtragem, quæ fiebat deſcri-
bens, per præaltas dicit fluuij & profundas uoragines hauſtos pene duces. Et maxime o-
mnium confeciſſe uigilias per quatriduũ iam & tres noctes toleratas, cum omnia obtinen
tibus aquis nil ubi in ſicco feſſa ſternerẽt corpora, inueniri poſſet. Iter igitur quod longius

arretium ab liguribus ducturo offendebatur per Lucenſem, Piſanum, Volateranũ, & eius
quæ nunc eſt Sena agros eſſe oportuiſſet, quod certe nullus regionis peritus dubitat fuiſ-
ſe cõmodius, quàm quum propiorem ingreſſus ad Arni fluenta ubi nunc eſt Florentia ue
nit: & inde amnis Arni alueum apud nũc Inciſam, uel paulo ſupra eſt ingreſſus, tamdiuq;
per paludem qua fluuius Arnus per eos dies ſolito magis inundauerat eſt profectus, quo-
uſq; ſiccum ubi conſiſteret primum in arretino inueniret. Eam uero inundationem easq;
paludes nõ fuiſſe, ſicut aliqui uolunt in ea planitie, quam Pratũ Signiamq; & Florentiam
intercedere uidemus: ea conſtat ratione quod regionem illam dicit Liuius, in qua Hanni-
bal primum in ſicco conſtiterit, imprimis Italiæ fertilem tunc fuiſſe Etruſci campi, qui fe-
ſulas inter arretiumq; iaceret. Subiũgitq; Liuius: quoq; pronior eſſet in uitia ſua cõſul irri
tare eum atque agitare pœnus cœpit, & leua relicto hoſte feſulas petens, Etruriæ agros
prædatum profectus, quantum maximam uaſtationem poteſt cædibus incendijsq; con-
ſuli procul oſtendit. Qui itaq; relicto hoſte apud Arretium agente ad læuam feſulas pe-
tijt uallem Arni ſuperiorem profecto attigerat: atq; ut in ſicco conſiſteret, ea poſt tergum
relicta ulterius proceſſerat. Sed palus illa quo obduruerit modo ut aratrũ pateretur, quum
aliquando ſcire cupiuerimus, confragoſas ſaxis apud Inciſam oppidum Arni ripas & ſa-
xorum fragmenta medio adhuc alueo hærentia cernentes, adapertum fuiſſe tenemus hu-
mano ingenio tumentem ſaxo, & repagulum aquæ facientem fluminis fundum, labenti-
busq; poſtea pro iuſto amnis curſu aquis quæ reſidere & ſuperiori in parte quaqua uer-
ſum ſtagnare fuerant conſuetæ, exſiccatum limi humorem, quod alibi ſæpe cõtingit cam
Fichinum pos feraciſſimos reliquiſſe. habet ea uallis ad dexteram Arni poſt inciſam Fichinũ, quod
oppidum Arretinus ſcribit à comite Guidone nouello exulibusq; Florẽtinis occupatum
pace, per quam exules in Florentiam reducti ſunt, facta fuiſſe à populo Florentino deſtru
ctum. habet quoq; ea uallis ſanctum Ioannem monte uargum & quaratam. ad ſiniſtram
Caſtrum franchum uero Caſtrum franchum, terram nouam, laterinam, pontenanam: quorum ſanctum Ioan-
nem & Caſtrum franchum populus Florentinus ducenteſimo & nonageſimoſexto ſupra
milleſimum ſalutis anno ædificauit, & terrã nouam Poggij uiri eloquentiſſimi & aliquot
editis operibus clari patriam Guido petramalẽſis Arretinus epiſcopus muro quem nunc
habet cinxit. In montibusq; altiſſimis qui ad ſiniſtram Arnum intercedunt, eſt uallis um-
broſæ monaſterium. Sunt etiam aliquot regionis de qua diximus Caſentinę oppida, quo-
rum primaria habẽtur Romena Burgus & Puppiũ à comitibus dudum habitata cogno-
mine guidis, quos proximis temporibus pepulit populus Florentinus. Ad alteram uero
Pratum uetus Arni ripam & ſub ipſius fonte eſt Porclanũ, inferius Stia: poſt Pratum uetus, infra quod
Bibiena oppidum Arnus Corſolana augetur torrente ſecus Bibienam oppidum, ut in montibus,
nobile delabente. Augetur etiam Carchiano torrente, qui ad dexteram habet Gellum &
Caſtrũ nouũ Choretium parua oppida. qua etiam Arnus ſe arretium uerſus incuruat eſt Caſtrum no-
uum. Si agrum Florentinum Arretino Senenſi, ac Piſano & Volaterano conterminum
deſcribere uolumus ad proximam uallem uerſus meridionalem plagam tranſeundum eſt
à Peſa fluuio appellatam: cui fluuio ad ſiniſtram proxima ſunt ad oſtiũ quo exoneratur in
Colina arnum Mons lupus, ſupra Colina. Supra ipſo ſub fonte Sambuca, ad dexteram mons iu-
Elſa flu. ſtus, Linarium, ſanctus Donatus. aliusq; ſequitur fluuius Elſa appellatus, cui ſunt ad ſi-
Mons rapolus niſtram Emporium, mons Rapolus, mons Partolus, Barberinum, Caſtellina: & ad dexte
ram Saminiatum, Gambaſſium, Florentinum, Certaldum Ioannis Boccatij uulgaris po-
Barberinũ tius, quàm Latinæ eloquẽtiæ fama clari patria, & ad fontem Caſulum. Augetur uero El-
Caſtellina ſa amnis torrente uno qui apud Staggiam oppidum delapſus, fertur ad Bonicium nobi-
Certaldũ le oppidum. & in ea inſula quam Elſa fluuius torrensq; prædictus efficiunt, Collis & Ge
Collis minianum ſunt oppida paucis Etruriæ oppidis ſecunda. Eſt etiam Elſam inter & pro-
Geminianum ximum qui Arnum illabitur torrentem mons Topulus oppidum. Sequiturq́ue Era flu-
uius, cui hinc eſt pons ad Eram oppidum prælio clarum, in quo quum Piſani Lucen-
ſes Florentinorum ſocios fudiſſent ſuperueniens Florentinorum exercitus fortuna præ-
lij conuerſa Piſanos fudit, ex quibus ad tria millia ſunt cæſi: & ſuperius eſt Petiolum. In-
de Calcinaria. proximoq; torrenti in Arnum defluenti, hinc pons Sachi oppidulum: inde
eſt balneum aquarũ in quibus ſolis calentibus a ſulphure aquis ranas gigni Plinius dicit.
ea in regione Piſani agri caſtella ſunt alia Volaterranis contermina. Superiusq; arduis in

montibus

montibus Volaterra. de qua Liuius in decimo. Scipioni hoſtes Etruſci ad Volaterras ſtru-
cto agmine occurrunt. Pugnatum maiore parte diei, magna utrinque cæde, nox incertis
qua data uictoria eſſet, interuenit. fuitq; Volaterra Perſio ſatyrico ciue ornata: nunc Ca-
ſparis noſtri patria, qui græcas latinasq; literas edoctus, celeberrimi Græcorum cardina-
lis Niceni Biſſarionis epiſtolarum eſt ſcriba. uetuſta eſt hæc ciuitas, quam ſimul cum Ar-
retio & Cluſio à Tyrrhenis ante bellum Troianum fuiſſe conditam, Leonardus Arreti-
nus in Polybio edoctus affirmat. Noſq; ſupra docuimus inter capita Etruriæ numeratam
fuiſſe. Liuius bellum ciuile Marij & Syllæ deſcribens libro LXXXVIII dicit Vola- *Volaterræ*
terras quod oppidum adhuc in armis erat, in deditionem accepit. auctorq; eſt Plinius in
calidis Volaterranorum aquis haud procul à mari ſitis piſces gigni. ea urbe in hunc ma-
xime modum potiti ſunt Florentini, ad annum ſalutis quinquageſimum & ducenteſimũ
ſupra milleſimum. Quum Volaterrani à Florentinis prælio, quod ad montis, in quo ſita
eſt urbs, radices committebatur, ſuperati in urbem confugere eniterentur: inſecutus eos
miles Florentinus uictor pari impetu cum uicto ingreſſus urbem cepit. Ab agri Vola-
terrani finibus regio incipit maritimæ oræ Etruſci pelagi, quam deſcripſimus, adiacens:
quæ uaſtiſſima & populis pro ambitu infrequens Senenſi populo ſubdita eſt. in qua ſunt
præter ſuperius enumerata, Maſſa ciuitas, mallianum, paganicum. Poſt ad ſiniſtram Cam *Maſſa*
pagnaticum arduo in colle ſitum, uinis cæterisq; frugibus feraciſſimum. Petrioli & alia *Petrioli*
balnea. Nam multa quæ nunc etiam frequentantur agri Senenſis balnea olim fuiſſe gra- *balnea*
ta uidemus. Martialis coquus poëta ad Oppianum, Etruſcis niſi tremulus laueris, illotus
morieris Oppiane. & ad dexteram in montibus mons Altinus. ea regio maritima ſuperi- *Mons altinus*
ori in parte ueſtigia habet urbis Ruſellanæ, quam diximus inter capita Etruriæ numera-
tam eſſe: de qua Liuius in decimo. M. Valerius maximus dictator caſtra in agrum Ru-
ſellanum promouit. eò & Etruſci hoſtes ſecuti: ubi quum forte quodam loco male denſa-
tus agger, pondere ſuperſtantium in foſſam procubuiſſet, atque eo cum deos pandere ui-
am fugæ conclamaſſent: plures inermes quàm armati euaſere. hoc prælio fractæ iterum
Etruſcorum uires. & pacto annuo ſtipendio, & duûm menſium frumento induciæ bien-
nij datæ. & infra: in Ruſellanum agrum exercitus ductus. ibi non agri tantum uaſtati, ſed
oppidum etiam oppugnatum, capta amplius duo milia hominum, minus duum milium
circa muros cæſa. & inferius: tres ualidiſſimæ urbes Etruriæ, Ruſellæ, Peruſia, Arretium
pacem petiere. Adiacetq; Ruſellarum loco balneum cognomine Ruſellarum. Sena eſt in- *Sena*
terius urbium Etruriæ uiribus opibusq; nunc ſecunda, quæ & ipſa inter nouas numerari
poteſt, quum nullis in ueterum monumentis reperiatur. Suntq; qui affirmant Carolum,
cui malleo fuit cognomentum eam cõdidiſſe. & Caroli ætatem plus minus ſexcenteſimo
& ſeptuageſimo ab hinc anno abfuiſſe conſtat. Sed nuper Venetijs in ſancti Georgij
de Alga celebri monaſterio, quod glorioſus pontifex Eugenius, relicto primum ſeculo
propria ædificauit paternæ hæreditatis pecunia, inuenimus in libro literis ſcripto perue-
tuſtis Ioannem Romanum pontificem nominis ordine duodeuiceſimum, acceptis de
Peruſina, Cluſienſi, Arretina, Feſulana, Florentina & Volaterrana dioceſibus ſex ple-
batibus ciuitatẽm hanc ædificaſſe, quæ ab ipſo ſex plebatuum numero Sena fuerit appel-
lata. Habuit ea ciuitas tertium Alexandrum pontificem Romanum, qui à Federico Bar-
baroſſo agitatus quatuor aduerſum ſe erectos in idola adulterinos pontifices ſuperauit.
Magno autem decori Senarum urbi fuit celebratum in ea concilium, in quo Gerardus
Florentinus epiſcopus in ſecundum Nicolaum pontificem Romanum creatus conſtitu-
tionem fecit, quæ in decretis patrum extat, diſtinctione tertia & uigeſima, pontifices Ro-
manos eligendi cardinalium collegio, & nemini ulterius ius eſſe: cui concilio centum &
triginta epiſcopi interfuere. Prælio etiam fœliciſſime geſto, ornati fuerunt Senenſes.
Nam quum Florentini altinatibus fœderatis opem laturi ad Arbiam fluuium quarto à
Senis miliario uia Arretina diſtantem conſediſſenr, Senenſes auxiliaribus copijs Man-
fredi regis exulibus'que Florentinis immixti facta eruptione Florentinum exercitum fu-
derunt: occiſi'que ſunt Florentini tres mille, capti milia quatuor: & curru qui ex more ue-
xilla deferebat cum ipſis uexillis Senas relato, tantus Florentinos pauor inceſſit, ut urbe
propemodum deſerta meliores quiq; pars Bononiam, pars Lucam cõmigrarint, exulesq;
in patriam ſunt reuerſi. Obijt proximo tempore Vgo Senenſis, medicus & philoſophus,

cæteris sui seculi post functum uita Iacobum Forliuiensem doctior clariorq; habitus. Habuit etiam nuperrime Sena illustrans sidus sanctum Bernardinum: cuius reliquiæ apud Aquilam urbem miraculis per singulas dies multiplicatis coruscant. Quanquam nescio quæ maiora uiri unius dici aut scribi possint miracula operibus, quæ per triginta annos in religione fecit: qui eloquentissimus tam uehemens, tamq; efficax diuinorum eloquiorum suasor fuit, ut omni in Italia mirabilem fecerit animorum à uitijs ad uirtutes commutationem: primusq; omnium ordinem beati Francisci ad eam quæ nunc tantopere uiget obseruantiam regulæ perduxerit. Quo in diuino opere eum summis adiuuit conatibus, quartus Eugenius pontifex omni in gerendo pontificatus munere, sed imprimis augenda conseruandaq; religione præstantissimus. Nuncq; Sena Siluio Aenea poësis primum laurea post episcopali mitra redimito, Franciscoq; Patritio studijs & eloquentiæ deditissimo, uiris quoq; plurimis iurium & philosophiæ doctrina excultis ornatur. Vmbronem senensis agri fluuium inter & paludem Danam, siue fluuiũ Paliam, quē ea palus efficit, multa sunt montana ac campestria oppida, quæ nullo, ut in superioribus factum est, ordine describi possunt. Inestq; Clusium uetustissima urbs, quam Plinius Carmon olim nominatam fuisse dicit. Fuit uero inter capita Etruriæ primaria olim nominata, quam Gallorum Senonum bella, & Porsennæ regis sui historia imprimis claram reddunt. Ea penè derelicta nunc urbi Senæ subiecta est. nec aliqualiter dubitamus, quin populorũ cęterarumq; rerum reliquijs interituræ olim Clusium & Rusellæ urbem Senam à principio dum conderetur, auxerint. Refert ex M. Varrone Plinius Porsennã regem extruxisse sibi apud Clusium monumentum, in quo mirabili opere labyrinthus fuit, cuius nullæ Plinij temporibus extabant reliquiæ. Adiacent uero ciuitatis ipsius ruinæ episcopo etiam nũc ornatæ palustri fluuio Danæ à Plinio, sicut etiã nunc fit, dicto. ad superioremq; eius partem Senas uersus Politianũ est nobile oppidum Florentinis subditum, amœnis in collibus situm. post Turrita. dehinc Lucinianum. Interius sunt sanctus Quiricus, Corsignanum, Chiancanũ. & arduo in monte radicofanũ: estq; ultimũ ea in parte patrimonij beato Petro & Romanæ ecclesiæ à Mathildi comitissa dati castellum. Deinceps ultra Clusium Sarthianũ est oppidũ Alberto Minorista diuinorum dogmatum prædicatore insigni ornatissimũ: & post Cetona. fecit agrorum Florentini & Senensis describendorum necessitas, ut illis conterminam urbem Arretium distulerimus. Ea ciuitas uetustissima inter primaria Etruriæ capita annumerata est: Nam Liuius libro x dicit legatos ad consulẽ uenisse ex Arretio, Cortona & Perusio, quæ tunc principes ciuitatũ Etrurię erant. Innuit uero Plinius Arretium in duas urbes fuisse diuisam. Nam scribit Arretini ueteres. Arretini noui, causam huius eam uidemus fuisse, de qua principio Etruriæ diximus: cum Hannibale Italiã præmente Etrusci ducibus arretinis in rebellionẽ procliues uiderentur, sicut in Liuio habetur x v i i. C. Terentius Varro obsides ab Arretinis senatorum filios accepit c x x. Romani enim tumultum in Etruria ab ipsis oriri uerebantur. & quum claues ac seras nouas portis imposuisset in Appuliam redijt. postmodum bello marsico siue sociali, quum Etrusci sese Marsis & Picentibus furoris socios adiunxissent, L. Sylla qui ei bello finẽ imposuit, in Fesulanos Arretinosq; desæuit, adeo ut Arretio ciuibus proscriptis exinanito, nouam postea coloniã superinduxerit, unde noui & ueteres fuerunt Arretini. Dicere enim solitus fuit Leonardus Arretinus se uidisse arretij in ecclesia sanctæ Mariæ ad gradum lapidem literas incisum uetustissimas, inscriptumq; decretum Arretinorum ueterum. Aucti tamen postea sunt opibus Arretini, quos Liuius in bello secundo punico dicit iuuisse classem mirabili illa celeritate ab Aphricano paratam, multis uarijsq; rebus construendis nauibus, & alendo milite oportunis. uiros Arretium habuit præstantissimos. Extat namq; in Macrobij saturnalibus diui Augusti epistola, per quam affirmat Mecœnatem suum fuisse arretij oriundum, & Horatiũ uidemus dicere mecœnatem ipsum genus ab Etruscis regibus duxisse. Cornelius uero Nepos in Attici Pomponij uita, quod ad arretij dignitatem facit, Atticum ipsum dicit prædium in arretino possedisse, quod Cæcilianum sit appellatum. remotioribus postea temporibus arretium ad annos salutis millesimum & decimumoctauum Guidone ornatũ fuit celebri musico. & anno inde ducentesimo alterum Guidonem episcopũ ex petramalensi familia habuit ciuem & dominũ, qui urbẽ ipsam muro cinxit, quem nunc habet: Burgũ quoq; sancti sepulchri, ciuitatem castelli, Castilionem, arretium, terrã nouam uallis arni, & ciuitellã nunc

Margin notes: Vmbro — Clusium — Dana — Politianum — Turrita — Corsignanum — Cetona — Arretium

nunc ea de causa episcopi appellatam mœnibus cingi communiriq; curauit. Insuper uias quæ ad omnes portarum arretij exitus nunc cernuntur dirigi, dilatari, & ubi oportere uisum est sterni, aut pontibus iungi fecit. Quin etiam eius fuit opus recta & spaciosa uia, in qua ab Angulario ad burgum ad sepulchrum ducente Nicolaum Piccininum ab ecclesiæ copijs superatum uidemus. Per ætatem nostram quoq; nostram eloquentissimo ac clarissimo Leonardo Arretino Caroloq; græcis & latinis literis eruditissimo nunc populi Florentini cancellario, & Benedicto ac Francisco fratribus iureconsultissimis cognomine accoltis: quorum Franciscus non minus bonas artes, & oratoriam ac omnem historiã quàm leges excellenter edoctus est: & Ioanne Tortellio Romani pontificis subdiacono & cubiculario grecis ac latinis literis, ac singulari humanitate predito: cuius præclarum de orthographia opus uerba edocet selecta, quibus è græcia sumptis latine utimur: Arretina urbs decorata est. Nec indignum ducent quod referemus tam multi præstantes Arretini. Plinium scripsisse arretinos in Italia fictilium uasorum nobilitatem obtinuisse, quod quidem Martialis affirmat libro primo. Sic Arretinæ uiolant cristallina testæ. Cortona sequitur urbiũ Etruriæ uetustissima, quam Pelasgi cõdidere, hisq; pulsis possedere tyrrheni. Expugnauerunt uero eam ac mœnibus priuauerunt Arretini, à quibus diu possessa fuit. Per ætatem uero nostram Ladislaus rex Neapolitanus ipsam uendidit florentinis, in quorum subiectione perseuerat: Quam Iacobus Perusinus episcopus ciuis suus nunc plurimum exornat. Ad eius urbis agri proximos fines lacus est Trasumenus, qui dicitur Perusinus acceptæ per Flaminium cos. ab Hannibale cladis memoria notissimus. Isq; lacus in circuitu oppidis ornatur, & castellis Malborghetto ad eam partem, quæ in Cortonam uergit, castilione, clusino. & panicali clauas uersus. deinceps monte pontighino: & qua perusium à Florentina petitur passignano. Trasumenumq; & clauas inter oppidũ est castellum plæbis. Sunt etiam in lacu tres insulæ habitatæ. Succedit ordine perusia urbs uetustissima capitum & ipsa Etruriæ, sicut sæpe supra diximus, olim primaria: quam Iustinus ab acheis conditam fuisse dicit. Estq; hæc sola inter omnes Italiæ urbes felicitatem nacta penitus inauditam, quod eandem penè status, & rerum conditionem, quam ante conditam urbem Romam, & postmodum Roma sub regibus, consulibus, & imperatoribus, & tyrannis agente habuit, nunc retinet. passa est tamen uariaq;, sed tolerandas agitationes. Nam Liuius in nono: eodem anno cum reliquijs Etruscorum ad perusiam, quæ & ipsa induciarum fidem ruperat Fabius cos. nec dubia, nec difficili uictoria dimicans ipsum oppidum, quũ ad mœnia accessit, cepisset, ni legati dedentes urbem exissent. Et libro decimo. Nec in Etruria pax erat. nam & perusinis auctoribus post deductum à consule exercitum rebellatum fuerat. Fabius quatuor milia quingentos perusinorum occidit. Cepit ad mille septingentos quadraginta, qui redempti sunt singuli æris CCCX: præda alia omnis militi concessa. Et inferius: tres ualidissimæ Etruriæ urbes Rusellana, Perusia, & Aretium pacem petiere. Et si uero per infaustissimi triumuiratus tempora L. Antonium M. Antonij fratrẽ Octauius Cæsar in Perusia obsedit, famemq; raro alias similem auditam Antonij exercitus in ea clausus, & Perusinus populus sustinuere, & capta urbs diruptaq; est: eam tamen breui instauratam mœnibus, portisq; nũc extantibus communiuit, idem Octauianus Augustus, quam à suo cognomine Perusiam augustam, sicut literæ cubitales portis incisæ ostendunt uoluit appellari. De causis autem diruptionis sic habet Liuius libro CXXV. L. Antonius cos. M. Antonij frater Fuluia consulente, bellum Cæsari Octauio intulit. & receptis in partes suas populis, quorum agri ueteranis Cæsarianarum olim partium assignati erant, inter quos Perusinus erat: & M. Lepido qui custodiæ urbis Romæ cum exercitu præerat, fuso hostiliter in urbem irruit. Libro autem CXXVI Liuius sic sequitur: Cæsar annorum XXIIII obsessum in oppido Perusia L. Antonium conatum aliquando erumpere, & repulsum fame coegit in deditionẽ uenire. ipsiq; & omnibus militibus ignouit. perusiam diruit. Baldus patrũ nostrorũ memoria in ea claruit, prout magis magisq; eius nomen indies claret, qui cũ Bartolo Saxoferratensi iuriũ ciuilis, & pontificij obtinuit principatũ. Viris uero pacis & belli artibus, sed imprimis docendo & dicendi iure præstantissimis ea nũc abundat. inter quos Iuonem, Salustiũ, Ioannẽ Petruciũ, & Benedictũ Bargiũ primarios nouimus. Ex his uero qui rei bellicæ operam dedere, Biordus & Ceccolinus michelocti primum, post eos Nicolaus, Franciscus, & Iacobus Piccinini, de quibus in Montono oppido simul

Cortona

Trasumenus lacus

Malborghettus

Perusia

mul cum Braccio dicemus, fuere clarissimi. nuncque Braccius Balionus incipit esse clarus. Supra perusiam à tyberis ripa paulisper recedunt, cisterna primũ, post Anglarium quod è regione burgi ad sepulchrum regionis Vmbriæ situm uiam habet ad illud rectissimam, in qua Nicolai Piccinini copias à quarti Eugenij gloriosissimi copijs fusas fuisse in histo/rijs ostendimus. Distatque ab Anglario tyberis ea uia passuũ tria milia: & superius ad tybe/ris fontem est Cotulum arx aerea. Restat in Etruriæ partibus regio quam beati Petri pa/trimonium diximus appellari. Supra pilliam torrentẽ, ad quem eam in maritimis incho/

Soana oppi. are diximus, est Soana oppidum septimo Gregorio pontifice Romano certe præstantissi/
S. Flora mo ciue ornatum. Superiusque est oppidum sancta Flora: interiusque medium id quod hinc Soanam inde montem Alcinum & Radicofanum interiacet spatium, montes cõplent al/tissimi Appenino penè, à quo plurimum distant celsitudine cõparandi, monsamita appel/lati. in quibus diuersa regione aliquot sunt castella, sed præstantius est sancti Philippi bal/

Porcenum neum: & proxime illis montibus uulsinensium inter lacum & paliam amnem sunt porce/
Aquapendẽs num, aquapendens, griptæ, sanctus Laurentius, Romanæ ecclesiæ oppida. Vulsinensium
Bolsena uero lacui adiacet oppidum Bolsena dictum, in ruinis ædificatum urbis Vulsinensium in/ter capita Etruriæ olim numeratæ: de qua Liuius in decimo. Consul alter Posthumius in Etruriam traducto exercitu primum peruastauerat Vulsinensium agros. deinde cũ egres/sis ad tuendos fines, haud procul mœnibus eorum depugnat: duo milia trecenti Etrusco/rum cæsi. Et infra idem Liuius undecimo libro eam dicit totius Etruriæ potentissimam à seruis occupatam, qui dominos ceperant, Romanis permittentibus populo in libertatem restituto subactam fuisse. Scribitque Plinius nullũ esse in Italia agrũ feraciorem olea quàm Vulsinensem: in quo sata primo anno fructificet. Ad dexteram haud lõge absunt castella: caput montis lacui imminens, cui propinqua est insula nũc à fratribus sancti Francisci ha/

Amalasuntha bitata, & in qua rex secundus Ostrogothorum almaricus Amalasiunthã genitricẽ suam
Martha præstantissimam mulierem occidi est passus. & post martha ad lacus emissorium, ubi flu/
Castrum uius eiusdem nominis incipit. Deinceps in mediterraneis castrensis ciuitas, cauis rupibus adeo circumdata, ut speluncam potius ingredientes, quàm ciuitatem adire suspicentur. Obijtque nuper clarus ciuitatis ipsius ciuis Paulus iurecõsultorũ sui sæculi facile princeps.

Tuscanella & proxime est tuscanella oppidum ecclesiæ opulentissimũ. Demum arduo in colle mons
Mõs faliscorũ faliscorũ corrupte dictus mons flasconus. Interiusque arduis item in collibus paliæ amni ui/cinis ciuitates sunt: hinc balneum regium, inde urbs uetus, nomina quarũ ante millesimũ annum nullus ponit scriptor. Sed in historijs asserit Arretinus Vrbeuetanos à Florentinis

Vrbs uetus originẽ habuisse. Fuit uero urbs uetus per hanc ætatẽ infelicitate par Bononiæ & Nar/niæ ciuitatibus, quod in hac sicut & in illis inter ciues merculinæ & muffatæ, ut appellant, fa/ctionum maxima ac crudelissima sanguinis effusio est commissa. eaque ciuitas ornata est ec/clesia & palatio magnifici operis, quod Vrbanus v pontifex Ro. ad annũ salutis sexagesi/

Pallia mumseptimum supra millesimum extrui curauit. eam urbem præterlabitur pallia fluuius,
Orta qui à clauis paludibus, ut diximus, ortũ ducens inter ameriam & ortam cadit in tyberim. estque Orta ad tyberis fluenta ciuitas uetusta, cuius nomẽ prior haber inter ueteres scripto/res Plinius: nisi forte eam esse uelimus, de qua Virgilius, Ortanæ classes. post eã secundũ tyberis ripam in uia flaminia pons inuenitur, olim tyberi ad uiam flaminiã à Cæsare Au/gusto impositus, nuncque castello superimposito dirutus. Continebãt uero stante Romana re ad eũ pontẽ hincinde maxima ædificia, quæ ab ocriculo ad ipsam urbẽ Romã ita conti/nuabãtur, ut nõ uicus unus neque plures uillæ uiderenẽ esse, sed ipsam urbẽ usque ad ocriculũ protendi appareret. Siquidẽ Amianus Marcellinus Constantij Cæsaris Constantino pri/mo nati aduentũ à Constantinopoli Romã libro sextodecimo describens, dicit ipsum du/xisse in comitatu Ormisdam persarũ gentis architecturæ peritissimũ, iussisseque illi ut pri/maria quæque dignioraque urbis Romæ ædificia diligenter inspecta ordine sibi ostenderet. & quũ ocriculũ de itinere esset uentũ, Persam, imperatore iubente, omniũ colloquio desti tutũ ab Ocriculo Romã prius ingressum fuisse quàm quo in loco urbs inchoasset discernere ac intelligere nouerit. post tyberis pontẽ, ut diximus, dirutũ prius in uia flaminia burghet/tus est uicus sancti Leonardi appellatus. octauoque inde miliario eadẽ uia est ciuitas castel/

Castellana lana altissimis insuperabilibusque rupibus adeo circumdata, ut ad inexpugnabilem mu/nitionem nullo indigeat muro. Eam uero nonnulli ex doctioribus ætatis nostræ opinãtur

prædicant

prædicantq́ fuisse locum Veientanæ urbis decennio à Romanis obsessæ, & postea à Camillo felici in relegatione sua habitatæ. sed tyberis remotior primum, post Plinius eos redarguunt erroris. Dicit namq; tyberim intra sextundecimũ lapidem diuidere Veientem agrum à crustumeno, & post à fidenate, deinceps latium a uaticano. & Crustumiũ fuisse ubi nunc mons rotundus, fidenasq́ propè Romam secus anienem in umbriæ descriptione ostendimus. quod quidem Francisci fiani poetæ Romanarum historiarum peritissimi autoritas confirmat. Is enim fiano oriundus propinquo tyberi castello, certissimis docuit coniecturis Veios fuisse apud Pontianum castellum tyberi item & fiano propinquũ. Veiorum urbis loco situq́ ostenso rerum quas cum populo Romano gesserunt breuiarium conficere libet. Fidena ueientiũ etruscorum Colonia transtiberim fuit inter crustuminum Romanumq́ agrum. Fidenates itaq; præda onustos in Romano agro facta Romulus tanto impetu est insecutus ut fugientes insecutiq; fidenas simul sint ingressi. ueij ut fidenates ulciscerentur agrum populati sunt Romanum, in quos Romulus legiones eduxit: paxq; inter utrosq; composita. Postmodum rege Tullo Hostilio regnante fidenates Romanis per Romuli pacem subditi rebellarunt, ueientesq; opem tulerunt, Metio suffetio rege Albano in id bellum aduocato: qui quom neutris fidem seruasset, à Tullo in quatuor frusta corporis laceratus est: Tullusq́ uictor fidenas recepit, Albam euertit. Tertiũ regibus exactis cum Po. Ro. ueientibus bellum fuit, in quo prima pugna Romani fuerunt inferiores. Secunda uero omnium atrocissima superati milites iurare coegerunt, se nisi uictores nunquam rediturus, qua religione obstrictis animis obstinatius quàm ante pugnatum est non sine utrorumq; maxima occisione. Cecideruntq́ Cn. Manlius Cos. & Q. Fabius alterius cos. frater: capta Romana castra, sed mox fortuna mutata, sunt recuperata, uictiq́ tunc Romani uicerunt. Quartum exinde fuit bellum, in quo trecẽtos Fabios cum quinq; milibus seruorum clientumq́ Veientes ad Cremeram interfecerunt. Quinto bello Veientes L. Memium cos. non procul item à Cremera castra habentem, magno aggressi impetu repulsum fugatumq́ castris exuerunt. Moxq́ fugientes Romanos insecuti ianiculum ceperunt, urbemq́ Romanam aliquot mensibus obsessam tenuerunt. Sexto demum bello urbs Veientana decem annis à Romanis obsessa: à Camilloq́ capta est. Vbi tantũ prædæ fuit, quantum Romani ante per annos quinquaginta & trecentos ex omnibus alijs uictorijs habuerant. Vniuersusq́ populus Romanus tunc ad prædam in castra uocatus est. fuitq́ tam gratus Romanis situs, ut de Roma relinquenda Veiosq́ transferẽda aliquãdo sit cogitatũ, & inter patres actũ. hinc est uersus: Roma domus fiet Veios migrate quirites. Sequitur ad tyberim mons Soracte à priscis dictus: de quo Virgil. Hi soractis arces habẽt. Et Plinius: ad soractem Varro asserit fontem esse, cuius sit latitudo quatuor pedum, soleq́ oriente eum exundare feruenti similẽ. auesq́ quæ gustauerint iuxta mortuas iacere, quod quidem nos certius ea ratione credimus, quia quum uir summus Prosper cardinalis columna Ro. nosq́ simul antiatis urbis ruinas perlustraremus, siluas ibi uicinas, in quibus maxime sunt ruinæ ingressi fonticulum offendimus, in cuius labris auiculæ duæ post gustatam, ut apparebat, aquam occubuerant. Soracti autem monti nomen mutatum est nouum sancti Siluestri, ab eius sancti pontificis Romani sacello, quod summo in cacumine ædificatum habet. Idemq́ obtinet Siluestri uocabulum ad radices eius montis Tyberi imminens oppidulum. Soracte autem per hyemem esse niuosum sic ostendit Horatius carminum primo. Vides ut alta stet niue candidum Soracte, nec iam sustineãt onus Siluæ laborantes, geluq́ Flumina cõstiterint acuto. ulterius uia flaminia est Arianum oppidũ, quod ab ara Iani olim dictum in Theodoræ nobilis Romanæ mulieris prædio per tempora beati Gregorij ædificatũ fuisse legimus. ultra Arianum eadem flaminia est Castrum nouũ, & nil ultra usq; ad portam olim fluentanam post flaminiã nunc populi dictam, habet uia flaminia communitum. at post Ortam ciuitatem intus sunt hinc Galliensiũ oppidũ Romano urbis Romanæ pont. ornatum. Inde Nepesum ciuitas in Romanorum historijs crebro inuẽta, quam Liuius XXVII dicit fuisse unã ex duodecim colonijs, quę difficillimis rei pub. tẽporibus Hannibale in Italia agẽte militiã detractauere: & lib. XXVIII scribit eam cũ alijs post sextũ annũ dedisse duplũ. Lacũ Vulsinensiũ prætergressos cãpi excipiũt amplissimi, in quibus est Viterbiũ ciuitas parũ uetusta, cuius primũ nomẽ paruo in castello ad annũ nũc sexcentesimũ erat uituruiũ. & è regione illius ad sextũ lapidẽ ruinæ extant ingentes

Veij
Pontianum
Fidena
Mons soracte
Arianũ oppi.
Castrũ nouũ
Nepesum
Viterbium

Faleria ingentes Faleriæ urbis, quam diximus inter capita Hetruriæ numeratam fuisse. Eius à Camillo captæ celebris est memoria, quod perfidum ille grammaticum uinctum uerberatumque in urbem reduci curauit à pueris, quos hosti prodere quæsiuisset. Scribitque Plinius in falisco agro amnis aquam potatam candidas boues facere. Et alibi. haud procul urbe Roma *Hirpiæ familiæ* in faliscorum agro familiæ sunt paucæ quæ uocitantur hirpiæ, quæ sacrificio annuo quod fit ad montem Soracte Apollini super ambustam ligni struem ambulantes non amburuntur. & ob id perpetuo Senatusconsulto militiæ omniumque aliorum munerum uacationem *Ciminus mõs* habent. Adiacet Viterbium monti quem Ciminum fuisse appellatum constat: quod etiam nomen olim fuit subiecto ad alteram montis partem lacui nunc uici dicto. quorũ utriusque Virgilius sic meminit: & Cimini cũ monte lacus: de quo monte & rebus apud eũ, apudque Sutrium gestis sic habet Liuius in nono. Sutrium ab Hetruscis obsidebatur: flectit consul Fabius in cliuos agmen. aspreta erant strata saxis: non tulerunt impetũ Hetrusci, uersisque signis fuga effusi castra repetunt. Sed equites Romani prouecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent in syluam Ciminam penetratum est. Romanus multis milibus Hetruscorum cæsis duo de quadraginta signis militaribus captis castris etiam hostiũ cum præda ingenti potitur. Silua erat Cimina magis tum inuia atque horrenda quàm nuper fuere germanici saltus: nullus ad eam diem nec mercatorũ quidem abdita ea intrare aut ferre quicquam præter ducem ipsum audebat: tum ex ducibus qui aderãt, M. Fabius uel Cæso. cæsa, aut capta eo die hostium milia ad quadraginta. eodemque in monte, qua uia olim fuit *Cassia* Cassia castellum est Surianum arcem habens omnium Italiæ munitissimã, quæ diu à bri- *Surianum* tonibus etiam postea quàm eos Albricus Cunij comes Italia expulerat possessa fuit, nullaque itinera Romam perducentia per ætatem nostram aliquandiu tuta esse permiserunt, quousque Martini v pontificis Romani opera operibusque in potestatem ecclesiæ arx ipsa *Vetralla* peruenit: euntibusque ea uia Romam obuium est oppidum nunc Vetralla olim forũ Cassii dictum, quod indicat sanctæ Mariæ ecclesia uetrallæ contigua, quæ in foro Cassij appellatur. Adiacent ad sinistram Sutrium uersus colles castigatioresque monticuli, quibus dicitur Montaniola, quæ est aliquot oppidulis habitata: in quis duo sunt, quæ Romanæ ecclesiæ *Bleda* integerrimam fidem Longobardorum temporibus seruauerunt, Polimartium & Bleda duobus Romanis pontificibus suis ciuibus Sabiniano, cuius temporibus fames horrenda *Sutrium* Italiam & urbem Romam uexauit: & Pascali primo ornata. Deinde Sutrium ciuitas uetustissima, apud quam prælium illud ingens superius sumptum ex Liuio commissum fuit, *Roncilionum* cui urbi in montibus adiacet hinc Roncilionum, inde Crapalica. & in uia Cassia duodecimo à Sutrio absunt Bachanæ uetusti nominis locus, qui sicut nunc est semper antea tabernis hospitatorijs deputatus fuit. ex paruoque lacu bachanas attingente, paruus oritur fluuius apud Valcham in tyberim cadens, qui licet aquis sit tenuis ac exilis celebratũ in histo- *Cremera fluuius* rijs habet nomen. Est namque Cremera apud quem trecenti Fabij cum quinque milibus seruis à Veientibus, sicut supra diximus, ad internitionem cæsi fuerunt. Bachanisque secundo miliario adiacet Campagnanum Vrsinorum oppidum. Supra Sutrium ad dexteram quin *Lacus Anguillariæ* todecimo miliario est lacus Tarquiniæ nunc Anguillariæ ab oppido, quod illi imminet dictus: ex quo familia fluxit, ut in Romanis nostræ ætatis uetusta comitum anguillariæ appellata, quorum Vrsus urbis senator Franciscum Petrarcham laurea insigniuit. Adia- *Vicarelum* cetque lacui huic Barbatanum populi præsentis Romani peculiare oppidum. inde Vicarel- *Galeria* lum & Romam uersus galeria Vrsinorum. Sunt quoque plurima sutrium ameriam nepesumque inter & Romam castella in uillis olim ciuium Romanorum ædificata, quæ & alia loca nihil uetustatis, aut alicuius memorandæ dignitatis habentia duximus omittenda, Præter unum fama celeberrimum, & aspectu penitus negligendum. Nam ad montẽ Rosulum, qui quatuor passus milia à Sutrio nepesoque penè pariter abest, lacus est altam quidẽ aquarũ profunditatem habens, circuitu uero breuis, quem inspecta Liuij descriptione lacum esse conijcimus uadimonis, apud quem superati Romanis Hetrusci ad annum urbis conditæ septuagesimum supra quadringentesimũ manũ dedere: & sese Romano populo publice permiserunt: sicut in Liuij nono his uerbis habetur. Interea res in Hetruria gestæ *Vadimonis lacus* ad Vadimonis lacum: Hetrusci lege sacrata coacto exercitu, quum uir uirum legisset, tandem superati sunt. Illeque primum dies fortuna uetere abundantes Hetruscorum opes fregit: cæsum in acie quod roboris fuit: castra eodem impetu capta direptaque.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS ITALIAE ILLVSTRATAE REGIO TERTIA LATINA.

FINIS Etruriæ ad Tyberim nos perducens Romam ordine describen
dam offerebat. Sed quum id anno ante quarto tribus libris IIII Euge
nio Romano pontifici celeberrimo inscriptis sub Romæ instauratæ
titulo effecerimus, urbē ipsam relinquentes, regionem in qua est La-
tinam nouo uolumine describemus: huius regionis uocabuli causam
Virgilius in VIII ponit his uersibus: Primus ab æthereo uenit Satur
nus olympo, Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis. Is genus
indocile ac dispersum montibus altis, Cōposuit legesq; dedit, Latiūq;
uocari Maluit, is quoniā latuisset tutus in oris. Seruius autē grāmaticus Virgiliū in VII
exponens populos proprie latinos appellatos, dicit eos qui intererāt Albani montis uisce-
rationi: quos quidem Latinos tanto amore Romanā gentem prosecutos fuisse uidemus
ut Liuius libro LXXII enumeratis Italiæ populis, qui bello sociali defecerūt à Romanis
dicat auxilia latini nominis, & exterarū gentiū missa populo Romano. hanc autē regionē
ætatis nostræ ac superiorū aliquot sæculorū morem licet absurdū secuti campaniā & ma-
ritimam appellabimus: & quidem Campaniā scimus dictam fuisse à priscis regionē, quæ *Campania*
est circa Capuam, scimusq; latij appellationē à principio angustiora complexam fuisse q̄
quæ nunc Campaniæ & maritimę uocabulo cōprehenduntur. Sed cōtra uidemus Strabo
nem Cretēsem, qui per tempora Tyberij Augusti floruit, ponere in geographia fines lati-
norum maritima regione ab hostijs tyberinis ad sitanū sinū, in quo fuit Sinuessa urbs ma-
ritima: & in mediterraneis Aborigines, Rutulos, Volscos, Hernicos, Equicolos, Marsos
& eos qui proximū marsis incolunt Appeninū usq; ad ueteris Campaniæ terminos. unde
peritissimū hunc uetustatis scriptorē, & simul Plinium, qui ab eo sumpsit, secuturi eam La
tinorum regionem nostræ nunc campaniæ & maritimæ cogimur applicare. nec satis scio
si in ipsa præsentis temporis latina regione satis potero facere: sicut Liuius Patauinus, Di-
uus Augustus, Virgilius, Strabo & Plinius, ut uetustissimis satisfaciam adiuuabūt: quanq̄
nō est eo in flore nūc quē priscis habuit tēporibus: adeo ut per eius oppida Hadrianū im-
peratorem gloriosissimū dictatorē, ædilem & duumuirū fuisse scribat Helius Spartianus.
Vt ergo à maritimis incipiamus, Ostiam urbē cōdidit mare inter & tyberim Ancus Mar- *Ostia*
cius: quanq̄ Seruius grammaticus in Virgilij VII dicit exitū tyberis naturalem non esse,
nisi circa Ostiā, ubi primū Aeneas castra constituit, quū postea in agro Lauino castra fece-
rit ingentia, quorū uestigia suis temporibus uidebantur: describit uero eam Strabo impor
tuosam propter alluuiones tyberis, oportuisseq; dicit tunc adhiberi scapharum copiā quæ
ministerijs seruirent, & onera exciperent, ac rursus onerarent, ut leuatæ naues facilius flu-
men attingerent. Per ea enim tempora portus non erat Romanus, quē postea Claudius fe
cit. & Tyberius Strabonis temporibus Antij portū inchoabat: unde hæc legēs scribensq;
in eam uenio considerationē quæ prudentes quosq; debet attentos uigilesq;, ut rebus hu-
manis parū confidāt reddere: nō potuisse imperatorū Romanorū, & quidē potentissimo-
rum profusionē opum, & adhibitā diligentiam efficere, quin Ostiæ ciuitatis antiatisq; &
urbis & portus, ac Romani item portus opera paucioribus annis mille integra permanse-
rint, & eadem quę prius fuerat Ostiæ annis iam quingentis māserit importuositas. Primā
calamitatē passa est ostia Cinnæ & Marij tēporibus: quū scribat Liuius lib. LXXIX Cin
nam & Mariū quatuor exercitibus, ex quibus duo Q. Sertorio & duo Carboni dati sunt,
urbē circūsedisse. ostiam coloniā expugnasse, ac crudeliter diripuisse. habuitq; aliquando
ostia ingentia ædificia, quorū nullū nunc extat uestigiū. Flauius Eutropius scribit Aurelia
num Augustū cœpisse fundare ostiæ forum nominis sui ad mare, in quo postea prætoriū
publicū fuit cōstitutū. Nec omittendū duximus eam optimos habuisse melones, quorū de
cem Clodiū Albinū imperatorem unica cibatione inter multa alia comedisse scribit Iulius
Capitolinus. Et quia aerem semper habuit, ut in maritimis habitatoribus grauē, sacrosan-
cta lege populi Ro. uacationē militiæ & publicorū munerū habuit, quā uacationē Liuius
XXVII scribit sub aduentū Hasdrubalis in Italiā fuisse ad dies XXX suspensam, ut plu-
res milites res pub. haberet. Vrbē Ostiā, quū à Sarracenis fuisset destructa, Leo IIII pon-

tifex Romanus instauratam corsis repleuit.& tam diu destructa ac derelicta mansit, ut nihil sit reliquiarum, præter turrim quã celebris famæ pont. Ro. Martinus v in urbis Romæ potius q̃ in ostiorum tyberis & portus custodiam ædificari curauit. Deinceps antium est
Antium Romana Colonia.de qua Liuius in v i i i. Antium noua Colonia missa.naues inde longę abductæ, interdictumq; mare.& infra: naues antiatum partim in naualia Romę subductę, partim incensæ, rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit, rostraq; id templum appellatum. Eam urbem Strabo dicit ab Ostia distantẽ stadijs ducentis sexaginta fuisse temporibus suis ædificatam super saxo ab imperatoribus Tyberio Druso,& Germanico ad otium relaxationemq; laborum ciuilium,& additas fuisse ædes multas magnificentissimi operis, quum antea antiates prædæ studium cum tyrrhenis commune haberent, quãuis Romanis subiecti essent: unde Alexander epirota, & postea Demetrius successor captiuos prædones remittentes Romanis dixerunt dono eis dare corpora propter illam quam cum græcis haberent cognationem. Indignum tamen ducere: uiros ipsos,& simul Italiæ imperare,& myoparones ad piraticam emittere. Fuit autem in antiatum foro Castoris & Pollucis templum, quos seruatores suos nominabãt: hæc à Strabone. Sed Horatius uoluisse uidetur fortunam ab antiatibus imprimis fuisse cultam, his uersibus ad fortunam scriptis. O diua gratum quæ regis antiũ, Potens uel imo tollere de gradu Mortale corpus, uel superbos Vertere funeribus triumphos. Liuius autẽ lib. L X X X scribit Cinnam & Marium expugnasse Antium. Et uidemus Suetonium ac alios scribere Neronem postea tam insanis molibus extruxisse & portum & urbem Antiatum, ut non modo ærarium, sed Romanum quoq; imperium pecunijs exhauserit, effodiendisq; postea thesauris ita applicuisse animum, ut mentitos per singula mathematicos ariolosq; nihilominus sectaretur. habuitq; Antium, sicut supra de Ostia diximus, sacrosanctam à publicis muneribus uacationem, quæ pariter eodem tempore est suspensa. Vrbem uero antiatum nũc esse
Neptunium nullam, sed in mari, in littore, in nemoribus mirandas extare ruinas uidimus. Neptunium autem oppidum in antij uestigiorum angulo ædificatum nouam & iocundam in re parua considerationem effecit: mirariq; soleo nullam eius rei quam cum orbe condito originem habuisse oportuit, fieri à Plinio mentionem. Alitur eius oppidi populus non exiguus piscatione aucupio & uenatu, q antiatum olim ager, ut Strabo innuit, tunc segetis uiniq; fe-
Lauinium racissimus nunc à Lauinio oppido in maris littora duo de uiginti milia passus latitudine siluis obtegitur. Estq; hæc non Lauinia, sicut multi opinantur, prima Aeneæ urbs, cuius incolis postea ob Aeneæ memoriam bello latino Romani pepercerũt: sicut Liuius v i i i lib. sic scribit: Lauinijs ciuitas data sacraq; sua reddita, cũ eo ut ædes lucusq; sospitæ Iunonis communis Lauinijs cum populo Romano esset. quin potius Lanuuium cardinalis columnæ Prosperi oppidum, à quo Murenarum gens Romæ præclara fuit, quodq; omnibus penè in uetustis Romanorum monumentis celebre habetur. Sed ad Neptuniũ. pisces quidem saxosum, uel potius glareosum mare multos ac optimos habet. uenationem, sicut alibi amplissimæ siluæ apris capreisq; abundantem præbent. aucupium uero est duplex, cuius tempora sunt diuersa. Nam quum ad prima ueris signa hirundines & simul cũ ipsis
Qualeæ coturnices nunc dictæ à sono uocis Qualeæ transmisso mari infero in Italiã redeũt, omnia antiatum quondam littorũ supercilia passus quinq; milia neptunienses contiguis retibus complent, sedensq; unusquisq; in fundi proprij, & magno pretio comparati loco ad particulam retium propriam uenientes noctu coturnices phistula illectat. & quum turmatim illæ retibus intricẽtur, si aliqua de longissimo uolatu fessa extra rete in sabulum ceciderit, eam auceps manu percipit. fuisseq; audiuimus intra mensem unum, quo id cõtinuatur aucupium dies aliquot, in quorum singulo centies huiusmodi auicularum mille sit captum.
Coturnices De ipsis uero coturnicibus sic habet Plinius. Coturnices ante semper adueniunt q̃ grues: parua auis & quum ad nos peruenit, terrestris potius q̃ sublimis: aduolar non sine periculo nauigantium quum appropinquauere terris, quippe uelis sæpe incidunt: & hoc semper noctu, merguntq; nauigia. austro non uolant, humido scilicet & grauiore uento, aura tamen uehi uolũt propter pondus corporum uiresq; paruas. Et infra: in campania primum ueris principio multiplicare conspiciuntur, priusq̃ uenisse sciantur. Aliud item in antiate
Palumbæ agro est aucupium per autumnum. Palumbæ cum mari transuolsto Italiam relicturæ sunt aliquamdiu in nemoribus antiatum commorantur. Quare peritissimi neptunienses retia q̃ maxi-

quàm maxima in id aucupij magno parata impendio suspendunt. Exinde palumbes quascunque longo tractu uiderint congregatas in arboribus considere, iactu lapidis & clamore territas in aera uolare compellunt: dumque aues in magnum coactas numerum aduolando, tensis retium insidijs uiderint supereminere, cõtorta funda paruum lapidem uel naturaliter album, uel gypso delinitum maximo emittunt crepitu. quo territæ bombo palumbes, ut accipitres Chiluones à Plinio appellatos, quibus nunc falchonibus est nomen, quas in lapide bomboque fundæ timent, declinando feruentur, terræ quàm possunt uolatu rapidius appropinquant, sicque amentes in retia se præcipitant. De palumbis Plinius dicit eas quot annis aduolare mari in ueliternum agrum, qui quidem ager antiati cõtinet. & alibi scribit, post hirundines, sturnos, turdos abeunt palumbes, sed quonam incertum: hirundines uero in propinqua aphricos montes petunt. ex aucupio palumbarum Romanus nostri temporis populus nuptias & conuiuia maiori ex parte parat. Melioris namque saporis & nutrimenti hæ paruæ quàm aliæ sunt palumbes. In medio duarum quas descripsimus maritimarũ urbium Ardeam ponit Strabo Rutulorum olim habitationẽ, stadijs circiter septem à mari recedentẽ, & dicit prope eam fuisse aphrodisium, ubi panagyrim latini agerẽt. Idque Plinius appellat lucum Iouis indigetis: cui propinquus est amnis Numicus. Virgilius autem libro septimo sic habet. Audacis Turni ad muros: quã dicitur urbem Acrisioneis Danae fundasse colonis: Præcipiti delata noto. locus ardea quõdam dictus auis, & nunc magnum manet ardea nomen: & infra. Quinque adeo magnis positis incudibus urbes Tela nouant. Atina potens, tyburque superbum, ardea crustumeri & turrigeræ amiternæ. & Seruius Virgilij septimo dicit. Iginius ab augurio auium ardeam: & Ouidius improprie ac fabulose incensam ab Hannibale ardeam: & in hanc auem esse conuersam. Item Seruius eodem libro uerbum exponens Sacranæ acies: dicunt quendam coribantem uenisse ad Italiam, & tenuisse loca, quæ nũc urbi uicina sunt: & ideo populos Sacranos appellatos: nam sacrati sunt matri deorum coribanti. Alij sacranas acies ardeatum uolunt, qui aliquando cum pestilentia laborarent, uer sacrum uouerunt: unde sacrani sunt dicti: dicit Plinius ardeam fuisse conditã à Danae Persei matre. Fuitque ardea una ex duodecim colonijs, quæ dum Hannibal magis urgeret Romanos, militiam & collationem tributorum detractauerunt. Id uero oppidum raro habitatum colono, nũc Iacobus Columna possidet: quod Leone Romano pontifice, sicut conijcio, nominis ordine secundo ornatum fuit. Numicus uero fluuius, quem Strabo dicit propinquum esse ardeæ à Virgilio sic celebratur in septimo: & fontis uada sacra numici. Et infra: ac fontis stagna numici. Super quo Seruius. Ista iam ab incolis discuntur, quod ait stagna uerum est. Nam numicus ante ingens fluuius fuit, in quo repertum est cadauer Aeneę & consecratum. Post paulatim decrescens, in fontem redactus est, qui & ipse sacratus est, Vestæ enim libari non nisi de hoc fluuio licebat. Post Antium est quinto miliario Asturæ Antonij Columnæ arx mari circumdata: prope quam Astures fuere uetustissimi: de quibus Virgilius. Astur equo fidens. ad quam parum feliciter diuertit M. Cicero Antonij gladios fugiens, euasurus tamen, si cœptam ibi nauigationem continuasset. Pari item infelicitate ad eandem Asturam se de fuga contulit Conradinus Henrici filius, quem genitor Federicus secundus imperator Siciliæ rex in carcere mori coegit. Namque rex Petrus Arrago insulam trinacriam Constantiæ uxori suæ hæreditario iure aui sui Federici superius dicti debitam armis ceperat. Conradinusque Carolum primum andegauensem sic posse Neapolitano regno pellere confisus, sicut illum arrago trinacria expulerat apud Beneuentum infauste conflixerat. Qui unico sociatus comite fugiens asturæ interceptus ad Carolumque perductus tam detestando quàm semper alias regibus & præstantibus insueto principibus more exemploque securi publice est percussus. Deinceps Circeius mons magna parte mari circumdatus: in quo Circen fabulæ perhibent habitasse. habuit uero is mons Strabonis ætate urbem, ut dicit, paruam, & Circes templum ac Mineruæ antra: dicitque monstrari consueuisse quandam Vlixis fialam. Seruius in Virgilij septimo: super circeæ raduntur littora terrę, Mons est, ante insula fuit. Paludibus enim à continenti separabatur, quas exclusit fluuius de albanis montibus fluens: & dicebatur circeis ab errore transeuntium, quia homines mutabat in feras. de qua re beatus Aurelius Augustinus, dum dei ciuitatem ædificat: sic habet. Varro astruit Circen socios Vlyxis mutasse in bestias. Et infra. nam de mulieribus malis artibus imbutis, & nos dum essemus in Italia

Chiluones

Ardea

Sacrani

Numicus

Astura

Circeius mõs

audiebamus talia, de quadam regione illarum partium, mulieres imbutas his malis artibus in caseo dare solere, quibus possent siue uellent uiatoribus, unde in iumenta uerterentur, necessariaq; comportarent: post quæ perfuncta opera iterum ad se redirent. nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamq; seruari. in hoc monte oppidum fuit, quod & Circeum dictum est. Liuiusq; utrumque Circeos appellat. Sed nos in Romanæ ecclesiæ gestis rebus, præsertim Gelasij secundi temporibus, ad annum salutis centesimum uigesimum & millesimum sæpe legimus: in Circeo monte fuisse arcem Circeam, omnium quas Romana ecclesia ubique haberet munitissimam. quæ afflictis Romanæ ecclesiæ rebus, auxilio sæpe fuit. Nunc ad eius montis radices oppidum est sanctæ Felicitatis. fluuium qui proxime illabitur Storacem Strabo, Plinius Nympheum uocat, super quo hi Formium fuisse dicunt oppidum: Deinceps perpetuum mare. Et in mediterranea regione porrigitur campus Pontinus, quam regionem totam uetustissimis & multis ante conditam urbem temporibus Ausones habitarunt, qui etiam campanum habebant agrum: unde Italiam Ausoniam, & Ausonium pelagus uocitatum fuisse Strabo asserit. Post Ausones fuerunt Osci, quibus etiam Campania erat communis: & postmodum omnia fuerunt latinorum usque ad Sinuessam. Sed quicquid Strabo hic habeat, Plinius sic dicit. mirum est quod de hac re tradere hominum notitiæ possumus. Theophrastus qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit. Nam Theopompus ante quem nemo mentionem habuit urbem tantummodo à Gallis captam dixit: Ditharigus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum missam. hic iam & plusquam fama Circeiorum insulæ mensuram posuit stadia octuaginta milia eo uolumine quod scribit Nicodoro Atheniensium magistratui, qui fuit urbis nostræ quadringentesimo quadragesimo anno. Quicquid uero terrarum est, præter decem milia passuum ambitus, annexum insulæ post eum annum accessit Italiæ. aliud miraculum à Circeis palus pontina est, quem locum X X I I I I urbium fuisse Mutianus ter cos. prodidit. Deinde flumen Aufentum supra quod Terracina oppidum, Volscorum lingua Anxur dictum, ubi fuerunt amyclæ à serpentibus deletæ. Repetij à Strabone Plinioq; uetustissima, quæ & ipsi à uetustissimis acceperunt. Liuius uero X L V I scribit pontinas paludes à Cornelio Cethego cos. cui ea prouincia obuenerat siccatas. agrumq; ex his factum. à campis Pontinis ad Terracinensem agrum stadia fuisse tradit Strabo, quum nostri octo milia nunc computent. Terracinæ etiam nunc adiacet paludis Pontinæ pars, quam paludem faciunt amnes duo, eorumq; maior Aufens appellatus, apudq; Terracinam uia appia primum mare insesum attingebat. Terracinam dicit Liuius, quum fuisset à Romanis direpta, causam dedisse solutioni stipendij militaris. Fabius quod maxime petebatur ad Anxur oppugnandum sine ulla populatione accessit. Anxur fuit quæ Terracinæ nunc sunt, urbs prona in paludes, & ab ea parte oppugnationem ostendit. Circummissæ quatuor cohortes cum C. Seruilio Hala quum imminentem urbi collem cepissent, loco altiore, qua nullum erat præsidium, ingenti clamore ac tumultu mœnia inuasere. pronunciatum, ne quis præter armatos uioletur, reliquam omnem multitudinem uoluntariam exuit armis, quorum ad duo milia quingenti uiui capiuntur, à cætera præda Fabius militem abstinuit. postea ubi uenerunt tribuni, oppidum uetere fortuna opulentum tres exercitus diripuere, cuius prædæ gratia factum est, ut stipendium miles tunc primum acciperet, quum ante id tempus de suo quisque munere eo functus esset. Octauo autem libro Liuius habet. Cohors una quum haud procul Anxur esset ad lautulas saltu angusto inter mare & montes consedit. Et Seruius septimo Virgilij super uerbo Circeiumq; iugum dicit. Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Iuppiter, qui Anxurus dicebatur à uerbo græco, quod sine nouacula interpretatur, quia non barbam rasisset. Est autem fons circa Terracinam, qui aliquando dictus est Anxur. Et infra Seruius: haud longe à Terracina oppidum est Satura, & eius cognomine fluuius Vfens, quem Virgilius significat angustum esse, qui inter ualles serpens mare petat. Suetonius Tranquillus in uita Tyberij imperatoris scribit iuxta Terracinam in loco, cui prætorio nomen est, cœnante eo complura & ingentia saxa fortuitu superne delapsa sunt, multisq; amicorum & ministrorum elisis præter spem euasit. Elius Spartianus in uita Hadriani dicit Palmam consularem uirum Hadriani insidiatorem Terracinæ interfectũ fuisse, Idemq; Elius Spartianus scribit Antoninum Pium instaurasse

Marginalia: Circeum; Storax; Ausones; Osci; Pōtina palus; Aufentum; Terracina; Anxur; Anxurius Iuppiter; Satura; Vfens

instauraſſe Terracinenſem portũ. Et Liuius libro x x v i dicit Anſurinã coloniã habuiſſe ſacroſanctam uacationẽ, quæ aduentu Haſdrubalis ſit ſuſpenſa. lib. autẽ x x i dicit Minutium à Fabio maximo dictatore miſſum ad firmandũ ſaltum, qui ſub Terracina imminet mari, ne Hannibal per uiam appiam in agrum Romanũ iret prædatũ. Lucanus autem acceſſum Cæſaris primũ poſt leges ad rubiconẽ transgreſſas deſcribens ſic dicit. Iamq; præcipites ſuperauerat anſuris arces. Et qua pontinas uia diuidit uda paludes. De anſure ſic habet Martialis Cocus poëta ad Fauſtinum. O nemus ó fortes ſolidumq; madentis harenæ Littus, & æquoreis ſplendidus anſur aquis. Et ad Frontinũ. Anſuris æquorei placidos frontine receſſus. Seruius grammaticus Virgilij uerſum libri i x Aeneidos Tacitis regna uit amyclis exponens ſic habet. Inter Caietã & Terracinã oppidũ eſt conſtitutũ à Laconibus, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerũt: ab Amyclis prouinciæ Laconiæ ciuitate. hi ſecundũ ſectam Pythagoreã à cæde omniũ animaliũ abſtinuerũt, adeo ut natos in uicinis paludibus ſerpentes occidere nollẽt, à quibus interempti ſunt. aliter: quũ frequenter nunciaretur hoſtes affuturos, & inani terrore ciuitas quaſſaret, lege cauerũt, ne quis hoſtes nunciaret affuturos. Poſtea quũ uere uenirent hoſtes nullo nunciante deleti ſunt: & ſic amyclæ ſilentio periere, unde Lucilius ſatyricus: Mihi neceſſe eſt loqui: nam ſcio amyclas tacendo periiſſe. Solũ Terracinũ dicit Strabo intus attingere formias, minturnã & ſinueſſam: additq; uenientes à Brũduſio Romã prope Terracinã attingere foſſam plenã in multis locis paluſtribus & fluuialibus aquis, propinquam uię appię: & nauigari nocte maxime, quandoq; interdiu. eoſq; qui ad ueſperam intrant, mane egredi. Deinceps haberi phormias Laconicum ædificium, quod antea hormie dicebatur, à bono portu, quem Lacones euormon dicunt. Eam urbem amœniſſimi ſitus, in qua Cicero phormianam habuit uillam, Sarraceni ad annum ſalutis octingẽteſimum quinquageſimum ſextum deſtruxerunt: & tunc Eraſmi martyris reliquijs Caietam translatis, datus eſt Caietanæ eccleſię à Gregorio i i i i Romano pontifice primus epiſcopus. & tamen Strabo conſentit Caietam ſcribere quoſdam à nutrice Aeneæ fuiſſe dictam, ſicut Virgilius ſexti principio. Tu quoque littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dediſti. Sed licet Caietæ ſinus arxq; celebris & peruetuſtæ fuerint famæ: ea tamen non fuit ciuitas priuſquam phormias, ut ſupra oſtendimus, deſtruxerint Sarraceni. Diſtat uero à Terracina arx, ut Strabo, & ut nunc eſt ciuitas Caieta ſtadijs centum, quæ nunc uiginti milia computantur. Portum Caieta eo in ſinu habuit ſemper optimum: quem tamen Elius Spartianus ab Antonino Pio magnis extructionibus inſtauratum ſcribit. Et Fauſtinam eius uxorem ſcribit idem Elius conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias Caietæ elegiſſe. Primaq; eſt ea in uia ciuitas Fundana decimo à Terracina miliario: de qua Liuius libro v i i i. Fundanis q; per fines eorum tuta parataq; ſemper fuiſſet uia, ciuitas ſine ſuffragio data. & infra Fundanus Vitrubius Bacchus priuernis ſe ducem rebellionis exhibens Romanos compulit, ut Lu. Papirium coſ. in eos mitterent. fuſi priuernates. Plautius alter coſ. in Fundanos ducebat: ingredienti fines ſenatus fundanus occurrit, negare ſe pro uitrubio ſectamq; eius ſecutis precatũ ueniſſe, ſed pro fundano populo: quẽ extra culpam belli eſſe, ipſe Vitrubius indicaſſet, quum receptaculũ fugæ priuernũ habuit non patriã fundos. coſ. collaudatis fundanis eis pepercit. Fundanorũ uina Martialis Cocus innuit non eſſe talia, quæ inueteranda ſint. Hæc fundana tulit fœlix autumnus opima. Expreſſit muſtũ cõſul, & ipſe bibet. Eunti busq; à fundis formias ſiniſtrorſum eſt uilla oppidũ, à quo Galba imperator originẽ duxit. Dextrorſumq; eſt lacus fundanus. Inde Itrum quinto, quæ ciuitas Lemurnarũ fuit: de qua Horatius: tandẽ defeſſi Lemurnarũ uenimus urbẽ. & altero item quinto, ſed extra uiam appiã eſt Caieta: ea autẽ decẽ milia paſſus uiã habent ſilicibus Romano ueteri modo ſtratam inter arduos celſoſq; montes, ſed uiti olea arborũq; conſitionibus amœniſſimos. & ſecundũ littus marisq; undas à Terracina petitur turris ſancti Anaſtaſij, deinde oppidũ ſpelunca appellatũ: ubi dicit Strabo ſpeluncas patere ingentes, quæ habitationes magnas ſpecioſasq; exciperẽt. Poſt ſpelũcas in littore eſt Caieta, à qua nunc urbe ad Traiectũ ſiue Lirim fluuiũ nunc Gaurianũ appellatũ, milibus decem terra eſt omniũ, nedum Italiæ, ſed orbis totius amœniſſima, q; fontibus ibi ſcatentibus, aquæ paſſim luciđiſſimæ citrangulis arantijſq; conſita interfluũt, irrigantq; loca: præcipuusq; fons decimo poſt primã ſcaturiginem paſſu molas uerſat plurimas uico celebri pulcherrimoq; circundatas, per quæ loca

Amycla · *Foſſa* · *Phormia* · *Caieta* · *Portus Caie.* · *Fundi* · *Lemurna* · *Liris*

Scipionem Læliumq́ꝫ conchas & umblicos legiſſe Cicero indicat in ſecundo de oratore:
Lælius & Scipio ſemper adinuicem ruſticari: tuncq́ꝫ mirabiliter repueraſcere erant ſoliti:
quũ rus ex urbe tanq̃ è uinculis euolaſſent: & ad Caietã Laurentũq́ꝫ conchas & umblicos
legere cõſueuiſſent: & ad omnẽ animi remiſſionẽ ludumq́ꝫ deſcendebãt. quo quidẽ in de-
cem milium ſpatio herculanea fuit uia, omniũ quas Romanũ ubiq́ꝫ habuit imperiũ amœ-
niſſima: de qua Cicero oratione in legem agrariã Rulli ſecunda ſic habet: Accedent ſileta
ad minturnas, adiungitur & illa uia uendibilis herculanea multarũ delitiarũ & magnę pe-
cuniæ. Suntq́ꝫ deinceps Caſtellonũ oppidũ & honoratũ uilla, quã Honoratus fundorũ co-
mes ſpecioſiſſimam ædificauit. In conſpectu autẽ ſpeluncarũ, quas ad Caietæ ſinũ eſſe di-
Pandana ximus, ſunt propoſitæ in pelago inſulæ duæ, Pandana & Pontia colonia: ſicut Liuius IX
Pontia libro dicit a Romanis deducta: easq́ꝫ dicit Strabo paruas, ſed pulchre habitatas inter ſe pa-
rum, ſed à continenti ducentis quinquaginta ſtadijs diſtare. Fuerunt uero hæ inſulæ poſt
Strabonis tempora multorũ martyrũ & Chriſti confeſſorũ exilio decoratæ. ſinum Caieta
Vinum num Cecubus mons uini præſtantia celebet tangit, & Cecubũ ciuitas fundorũ in uia ap-
Cecubum pia. hæcq́ꝫ omnia loca boni uini copiã habere dicit Strabo. utraq́ꝫ autẽ ciuitas uetuſta ſin-
gulo ornata fuit Ro. pont. Caieta ſecũdo Gelaſio: Funda Sotere, patre Cõcordio. Sed iam
limites attingimus noſtræ huius latinæ regionis ſinueſſam, & liris, ſiue gauriani hoſtia, &
maritimã abſoluimus oram: & tamẽ priusq́ꝫ ad mediterraneam redeamus, ea docebimus,
Traiectum quæ liris ad ſiniſtrã in regione latina habet. Supra Traiectũ oppidũ tria milia paſſus à ma-
Speninum ri diſtans, eſt liri contiguũ Speninũ caſtellũ, à quo diſtant octo milia paſſus Fractæ oppidũ
Pons coruus totidẽ à Ponte coruo ſemotũ: quod oppidũ fregellas fuiſſe oſtẽdimus. Superius alijs item
octo milibus abeſt Ceparanũ nobile oppidũ: reliqua ad fontẽ liris proximius accedẽtia in
ueſtinorũ ſamnitiumq́ꝫ partibus dicentur. in mediterraneo autẽ latinorũ ſolo frequẽtes fu
ere urbes, infinitaq́ꝫ penè oppida & caſtella: ex quibus auctor eſt Plinius quinquaginta
tres populos ſine ueſtigijs interijſſe. hac autẽ deſcribenda mediterranea regione modũ ha-
ctenus in alijs ſeruatũ a fluuiorũ oſtijs fontibusq́ꝫ & diſcurſu ſeruare nequibimus. ſed aliũ
certius facturũ ſatis, qui in nulla reperiatur alia Italiæ regione, tenebimus: uijs incedendo
Appia tribus Appia, Latina, & Tiburtina, quæ inter ſe diuerſæ ad lirim amnem & ſinueſſam Ca-
Latina ietamq́ꝫ perducũt. Nec tamẽ certiore gradu ita per ſingulas pedẽ figere poterimus, quin de
Tiburtina labi & aberrare uideamur: quod quidẽ neceſſitas faciet, quũ uiæ alicubi dirutis pontibus
auerſæ, alicubi ut penitus ignorentur, omnino ſint perditæ. Igitur Roma nũc petentibus,
Marinum terracinã iter eſt primũ duodecimo miliario Marinũ, quod nõ abſurde Marianã uillã fuiſ-
ſe, ut credã facit proxima L. Murenæ uilla ſemi etiã integra, & prædiũ portiũ uulgo no-
tum. Eademq́ꝫ Lucij Murenæ uilla priſcũ etiã retinens nomen, nos hactenus fecit credere,
aut marinũ, ſi nõ fuit ut diximus, mariana uilla, aut Zagarolũ noui nominis oppidũ, ſed ut
indicãt ruinæ, uetuſtũ, fuiſſe Lanuuiũ, ex quo uetuſtiſſimo & celebratiſſimi nominis mu-
nicipio urbi propinquo, Murenas patritios & conſulares uiros originẽ duxiſſe Cicero in
oratione pro L. Murena affirmat. nuper autem in oppido, quod corrupte ciuita induina
appellant à Proſpero cardinale columna poſſeſſo, lapis repertus eſt literas inſcriptus ma-
Velitræ iuſculas, quæ Lanuuium illud oppidũ eſſe oſtendunt. A marino autẽ octauo diſtant Ve-
litræ ciuitas uetuſta: de qua Liuius in octauo. In Veliternos ueteres ciues ꝙ toties rebel-
laſſent grauiter ſæuitum, & muri deiecti, & ſenatus inde abductus, iuſſiq́ꝫ tranſtyberim ha
bitare. in agrum ſenatorũ coloni miſſi, quibus aſſcriptis ſpeciem antiquæ frequentiæ Ve-
litræ receperũt. Eſtq́ꝫ ea ciuitas tum aliter uetuſtate ſua, tum ea ratione notiſſima, ꝙ Octa-
uij Cæſaris Auguſti progenitores inde originem babuere. Quintoq́ꝫ ab ea miliario ad ſi-
Cora niſtram diſtat uetuſtiſſimi nominis oppidũ Cora, ab uno trium fratrum cõdita, quorũ ali-
us tibur ædificauit, alius monti proximo Catillo cognomẽ dedit: de quo Virgilius in VII
Tũ gemini fratres tyburtia mœnia linquũt, Fratris tyburti dictã cognomine gentẽ, Catil-
lusq́ꝫ acerq́ꝫ Corax, argiua iuuẽtus. Deinceps à Velitris recto itinere inſtituto diſtat XIIII
Sarmineta oppidũ Sarmineta: & tertio abſunt aquæ fœtidæ, ad quas palus incipit Terracinam uſq́ꝫ
non minus nunc quàm Strabonis ætate conſueuerit nauigabilis, quam locorum uicini-
tatem Martialis Cocus poeta indicat his uerſibus. O nemus, o fontes, ſolidumq́ꝫ maden-
tis harenæ Littus, & æquoreis ſplẽdidus Anxur aquis, Et nõ unius ſpectator lectulus un-
Setia dę, Qui uidet hinc puppes fluminis indę maris. Ab hisq́ꝫ aquis quinto diſtat Setia uetuſti

nominis

nominis oppidum arduo in colle situm, uini ut refert Plinius optimi ferax. Et Martialis poeta, Pendula pontinos quæ spectat Setia cãpos, Exigua uetulos misit ab urbe cados. & alibi. Setinũ dominæq́ʒ niues densiq́ʒ trientes, Quando ego te medico non prohibente bi-bam. Priuernumq́ʒ item uetustũ quinto à setia distans, nõ ut olim cãpestre est, sed arduum *Priuernum*
in collem mutatũ, postquam theotonica simul & britonum rabie fuit destructũ: cuius alu-mna fuit Camilla, quam uirginẽ Virgilius miris effert laudibus Volsca de gẽte Camilla. Super quo uerbo Seruius exponit eam fuisse priuernatem: solidior uero & certior priuer-natium laus fuit illa argutissima oratoris eorũ ad senatum Romanũ respõsio, quum inter-rogatus qualis esset pax, quã priuernates tantopere peterẽt, respondit perpetuam si bona daretur futuram. Fluuiusq́ʒ ipsum præterfluens oppidũ dictus est olim Amasenus, de quo Virg. in VII. Amasene pater. circũstantq́ʒ priuernũ oppidula, maientia arx gorga, & arx sicca. somninum hinc quinto abest oppidũ, quod sit arduo in colle situm pro summino di-ctum, à quo abest item quinto terracina. hãc inter ubiq́ʒ mõtuosam, & eam uiam quæ pri- *Terracina*
mo secundũ littus est descripta, habetur appia, eiusq́ʒ uiæ prima urbs alba XVI ab urbe di- *Via Appia*
stat. qua quidem in uia multo maiora sunt ædificiorũ monumentorũq́ʒ & iactarũ molium uestigia, ꝗ quisq́ʒ possit credere, qui omnia attente nõ uiderit. Estq́ʒ hæc alba cuius memi-nit Virg. in primo, Albaniq́ʒ patres. Nam tresdecim fuerunt albani reges de Æneæ & La- *Alba ciuit.*
uiniæ gente. Et Liuius scribit, Albam à Romanis destructã albanos in urbem receptos cæ-lium montem incoluisse: de cuius origine Virg. in VIII, Ascanius clari condet cognomi-nis Albam. eam urbem trecentis ante Romã annis cõditam ultimo imminutam reddidit Henricus III rex Germanicus: in paruo cuius angulo oppidulum nunc extat à Sabellis ci- *Sabellum op.*
uibus Romanis possessum, sicut & possidẽt Sabellum uetustissimi nominis nunc oppidũ, à quo familiæ hinc Romanę nobili nomen fluxit. Lodouicusq́ʒ cardinalis Aquileiẽsis Ro-mani pont. camerarius monasterium, quod Honorius III de gente Sabella ibi ædificauit penè funditus dirutũ magna instaurauit impensa: adeo ut siue monasterij, siue uillæ inter cæteras Italiæ amœnissimæ rusticanas inibi habitationes habeat, ductus aquarũ instaura- *Ductus aqua-*
uerit, & demortuæ urbi aliquã oppidi faciem reddiderit. eademq́ʒ in uia appia est proxi- *rum*
ma albæ sexto miliario Aritia olim ciuitas uetusta: de qua Liuius in VIII. Aritini eodem *Aritia*
iure quo lauinij in ciuitatẽ accepti. nunc uero penitus est derelicta. cuius marmora & cæ-tera ornamẽta marini oppidi ecclesias decorarũt: estq́ʒ Aritia una ex urbibus quinq́ʒ quas facit Virgilius in VII ministrasse tela Aenææ. quo in loco appellat eam potentem, quia fuit præstans in regione ciuitas: eam dicit Seruius nactã esse nomen à morbis quos gigne-ret, quia uicina esset pontinæ paludi. & alio loco dicit Aritiã à Vergilio appellari matrem ut plauderet adulareturq́ʒ Augusto, cuius mater fuerit Aricina. Nam Iulia Cæsaris soror genuit Actiam ex Balbo in Aritia, & Actia ex Octauio genuit Octauianũ: sic enim habet Virgilius, Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello, Virbius insignem quem mater Ari-tia misit. est uero hæc Hippolyti fabula ab Ouidio scripta. nam Diana Hippolytum ab in-feris reuocatũ misit Aritiam, quem nutriri curauit ab Egeria nympha Nummæ Pompilij amica, cuius monitis & consilio rempub. administrare simulabat. appellat itaq́ʒ Virgilius Hippolytum uirbium, id est, bis uirum. Nota est uetus historia: Etruscos, qui cum Arunte regis Porsennæ filio ad oppugnandum Aritiam iuerant, amisso duce redeuntes Romam amice & hospitaliter fuisse acceptos: quibus fuit datus ad inhabitandum in urbe celeberri-mo loco uicus semper postea thuscus appellatus: quamobrem Porsenna obsides in fœde-re habitos benigne remisit. Liuius libro XXX scribit Cinnam & C. Mariũ expugnas-se Aritiam coloniam. Plinius uero dicit brassicam aricinam altitudine non excelsam repu-tari utilissimam, quia sub omnibus penè folijs fructificat cauliculis peculiaribus, quum Sa-bellanæ brassicæ folia dicat fuisse in admiratione crispa. eorumq́ʒ crassitudinem extenua-re caulem, sed dulcissimum ex omnibus perhiberi: & Martialis poeta Aritinos porros sic laudat, Mittit præcipuos nemoralis Aritia porros. Deinceps eadem uia secus storacẽ, siue *Storax flu.*
nympheũ amnem, ubi olim fuit forũ appij uetus oppidũ, nunc est monasteriũ fossa noua *Forum appij*
appellatũ, quod centũ olim pluribusq́ʒ monachis habitari solitũ, postq́ʒ multis annis mãse- *Fossa noua*
rat derelictũ, quarti Eugenij pont. religiosissimi opera adiumentoq́ʒ Cistertiensium abbas anno ante quinto decem duodecim ue monachis habitari curauit. fundiq́ʒ ciuitas postmo- *Fundi*
dum habetur, quæ superius descripta ab Honorato Caietano principe humanissimo pos-

ſidetur. Alia quæ nos ad Latinorum limites ducit, uia eſt Latina: in qua primum decimo
ab urbe miliario cernuntur ueſtigia columnæ oppidi, à quo clara Columnenſium fami-
Algidũ ſylua lia multis ante ſeculis originem habuit & cognomen: ibique Algidum incipit uerufti, &
in hiſtorijs celebrati nominis ſylua, in cuius medio bifurcatum eſt iter hoc noſtrũ: & hinc
ad dexteram XIIII à columna diſtat Valmontonum, ubi Lauicos fuiſſe ad finem huius
Gabij regionis oſtendemus: inde ad ſiniſtram minore ſpatio abeſt gallicanum, quem locum Ga
Regillus bios fuiſſe, conijcimus. Eo autem itinere in ipſo algidi ſyluæ ingreſſu regillus eſt lacus
lacus apud quem Aulus Poſthumius dictator proſpere aduerſus Tarquiniũ Superbum patria
eiectum, & Latinorum exercitum Romanis bellum inferentes pugnauit. à gallicano au-
tem ſiue gabijs tertio diſtat præneſte ciuitas, de qua inferius copioſe dicemus. Et inde ſe-
Zinzanum cundo abſunt cauæ adoardi columnæ oppidum, & pariter ſecũdo item miliario abeſt zin
zanum. quod oppidũ ciuitatulæ cuipiam ædium ornatu, populi frequẽtia, & opũ affluen
tia comparandum, à Martino quinto pontifice glorioſiſſimo, multisq́ Romanæ eccleſiæ
cardinalibus, & ſimul à præſtantibus Romanæ curiæ uiris per æſtatis caumata ſæpenu-
Anagnia mero inhabitatum eſt. abeſt à zinzano decem millibus anagnina ciuitas in hernicis uetu-
ſtiſſima: de qua Virg. Hernica ſaxa colũt. quos diues anagnia paſcit. Seruius uero exponit
Virgilium alluſiſſe ad hiſtoriã. Nam Antonius Fuluia Auguſti ſorore cõtempta, poſtquã
duxit Cleopatram Aegypti reginã eius monetam in anagnia cudi iuſſit, unde diues eſt à
Virgilio appellata. hernicos autem Seruius ſabina lingua à ſaxoſa patria dictos uult, quia
herne ſabini ſaxum dicerẽt. Liuius in IX: P. Cornelius Aruina, M. Tremulus Coſs. cõci-
lium populorũ omniũ habentibus anagninis in circo, quem maritimũ uocant, præter ala-
trinatem & uerulanũ omnes hernici bellum Romanis indixerunt: & infra: Martius cõſul
omnem gentem hernicam in deditionẽ accepit. Et inferius: Anagninis, quia arma Roma
nis intulerant, ciuitas ſine ſuffragij latione data, concilia cõnubiaq́ adempta, & magiſtrati
bus præterq́ ſacrorũ curatione interdictum fuit. Anagnia ciuitas duobus Romanis ponti
ficibus tertio Innocentio, & octauo Bonifacio ciuibus decorata: Bonifaciusq́ uel ea ratio-
ne glorioſus pontifex fuit, quod annũ iubileum primus Romanorũ pontificũ Romę inſti
tuit. Isq́ qui quartũ pręſenti anno celebratur iubileus maiorem multo cæteris hucuſq́ ha
buit populorũ multitudinem, melius in dies ut uidebatur proceſſurus, niſi exardeſcere in-
cipiens præſenti iunio peſtilentia & multos abſumpſiſſet, & curiã abire ſuaſiſſet, & popu-
los ab aduentu deterruiſſet. Inde uero fuit Bonifacius infelix quod Sarram Columnẽſem
capitali proſecutus odio præneſte uetuſtiſſimã urbẽ, quã is Sarra paterna poſſederat ſuc-
ceſſione ſolo æquauit, & duos ex ea familia cardinales dignitate priuauit, quos Clemens
V illico reſtituit. & poſtmodum regem Frãciæ Bonifacius adeo irritauit, ut immiſſus ad-
iutusq́ ab eo Sarra eundem pontificem in patria & domo paterna ceperit, Romamq́ ca-
ptiuum abduxerit: ubi nulla magis ratione alia diem male obijſſe creditus eſt, quàm quia
ſimplicem corde & ſanctum uirum Cæleſtinum quintum, qui pontificatu quo ſe per re-
nuntiationẽ exuit illum ornauerat, in Fumonis carcere mori coegerat. Scribit Plinius fu-
cinum lacum, qui marſorum appellatur, ſubterraneos habere cuniculos, quibus aqua cer
to effluens tempore amnem faciat. & ſiue Plinij textus ut ſæpe alibi eo in loco corruptus,
ſiue aliter uitiatus & mutilatus eſt, non ſatis potuimus intelligere, quo in loco fluuiũ ille
Tophanus oriri affirmet. Sed fontem eſſe ſcimus anagniæ tophanum nomine, qui hyeme quando
fons fucinus glacie aſtringitur, ſiccus, uere poſtmodum æſtate ac autumno ingentem euomit
uim aquarum, quæ lirim amnem à ſancto Vito oriundum adaugent. diſtat quinto ab ana
gnia Ferentinũ Romana colonia olim & ipſa hernicorum, de qua Liuius libro tertio: pro-
Ferentinum greſſus Tullius ad caput ferentinum. & libro VII: ferentinum urbem hernicorũ ui cepit.
Et libro nono: hernicorum tribus populis alatrinati, uerulano, ferentinati, ſuæ leges quia
maluerunt quàm ciuitatẽ Romanã, redditæ. Item inferius: ferentinum inde quanq́ nihil
quietis dabatur: tamẽ ſumma alacritate ductũ. cæterum ibi plus laboris & periculi fuit, &
defenſa ſumma ui mœnia, & locus erat munimento naturaq́ tutus; ſed euicit omnia aſſue
tus prædæ miles. ad tria millia hominum cæſa, præda militum fuit. Suetonius autẽ Tran-
quillus ſcribit Otonis imperatoris, qui Galbæ ſucceſſit, maiores ortos fuiſſe oppido feren
Fruſinona tino familia uetere honorata, atque ex principibus Etruriæ. & ab eo totidem fruſinona de
qua Liuius fruſinates tertia parte agri damnat, quod hernicos ab eis ſollicitatos comper-
tum

tum.fuitq; duobus olim ornata Romanis pontificibus,Hormisda patre iusto per Symmachi & Boetij tēpora consulatus,& Siluerio eodem genito Hormisda, quem Iustiniano primo imperatore Theodatus rex Gothorum tertius per pecuniam ordinauit. à Frusinonaq; distat duodecimo Ceperanū, nostræ huius regionis alter limes. Sed propinquo huic itinere sunt ad zinazani dexteram pallianum,ferronum,pillium,acutum,triuilianum,collis padi, Anticulum,Verulæ uetus oppidum,de quo Liuius in IX. Verulanis suæ leges: quia maluerunt q̃ ciuitatem Romanam, redditæ:connubiumq; inter suos quod aliquandiu soli hernicorum habuerant permissum.fumone Cælestini pontificis Romani carcere & morte clarum.Deinceps alatrum uetusti nominis ciuitas, cui simul cum uerulanis suæ leges redditæ à Romanis & connubium permissum, & Babucum olim ciuitas apud Liuium bouillarum nomine nota. Turritium,Pose,uicus, ripæ,porcilianum,treuum,felectinum. Altera autem uia quam medio in algido liquimus,primum est oppidum olim Lauicanum,de quo Liuius libro IIII: & renunciatū est nouos hostes Lauicanos consilia cum ueteribus iungere.lauicos legati missi, quum responsa inde retulissent dubia, quibus nec tum bellum quidem parari, nec diuturnam pacem fore appareret, Tusculanis negotium datum aduerterent animos nequid noui tumultus lauici orirertur. nunciarunt legati Lauicanos arma cepisse: & cum equorum exercitu depopulatos agrum tusculanum castra in algido posuisse. Q.Sulpitius priscus dictator captis, direptisq; illorū castris oppidum Lauicos corona circundatum scalis diripuit, censuitq; senatus frequentem coloniam Lauicos deducendam. Coloni ab urbe mille quingenti missi bina iugera acceperunt. Id oppidum nunc dicitur Valmontone, quod à nobili comitum familia cuius est possessum, nuper magno priuatū est decore Lucido diacono cardinale studiorum humanitatis flagrantissimo. Sed eius frater Altus, uir doctus simul & prudens, Ioanne ornatus filio rei bellicæ gloria apud Venetos florente,oppidi illius aliorumq; quibus præsunt decus conseruat.fuitq; Lauicanum olim uuis copiosum optimis, ex quibus Clodium albinum pondo uiginti unica cibatione comedisse scribit Iulius Capitolinus. proximumq; est Valmontoni Monsfortinus oppidū Stephani nostri familiç nobilis,quæ oppidi cognomen haber, oriundi patria atque uilla.deinceps sunt Zanchatum gauignanum,& signia oppidum uetus:uinum,ut inquit Plinius, faciens signinum, quod aluum maxime restringit: & Martialis poeta, Potabis liquidum Signina morantia uentrem. Ne nimium sitias, sit tibi parca sitis. Quæ signia Vitaliano pontifice Romano patre Anastasio ornata fuit. Vlteriusq; sunt scucula,merulum,supinum,patrica,cecanum & castrum:ubi alius est nostræ Latinæ regionis nunc campaniæ limes. Tertia restat nobis per quam ad alios nostræ Latinæ regionis limites itur tyburtina uia. Eam ciuitatem sextodecimo ab urbe distātem,multo ante Romam originem à Græcis habuisse uult Strabo, & Virgilius eam à Tyburtio conditam facit, cuius frater Catilus nomen monti dederit propinquo. Fuitq; tybur ex quinque ciuitatibus,quas facit Virgilius Æneæ arma fabricasse,ubi tybur appellat superbum: & Seruius exponit,aut nobile aut quia aliquando Tyburtini à senatu responsum acceperunt, quod essent superbi. ubi etiam Virgilius in septimo dicit sub albunea, Seruius exponit Albuneam altum esse fontem in tyburtinis montibus ob aquæ qualitatem, quæ in ipso fonte est,sic dictum. & Plinius tyburtinum lapidem non magis ab ipso uocabulo Romæ trito construenda,ornanda,conseruanda'que Roma iuuisse dicit constare, quàm eum ad omnia fortem idoneumq; fuisse. sunt tyburi propinquæ ingentes admirandæq; ruinæ, cum aliorum penè infinitorum magnificentissimi operis ædificiorum, tum uillæ quam Hadrianus imperator extruxit: de qua sic scribit Elius Spartianus.tyburtinam uillam mire ædificauit,ita ut in ea & prouinciarum & locorum celeberrima nomina poneret. cætera Strabonis uerbis paulopost dicemus. ea ciuitas Simpliciū pontificē Romanū genuit, quam Federicus primus imperator Roma. theotonicus ab alijs theotonicis aliquot annis prius spoliatam dirutamq; reædificauit.supra eam ciuitatē montes sunt ardui & late diffusi, in quibus fortissimi olim habitauerunt equicoli, de quibus Virgilius in septimo Æneidos,Horrida pręcipue cui gens assuetaq; multo Venatu nemorum duris equicola glebis, Armati terram exercent,semperq; recentes Cōuectare iuuat prædas & uiuere rapto. Fuerunt uero ex primis Latinorum populis qui Romana republica crescēte deleti sunt. Nam Liuius libro nono: populus Romanus bellum fieri equis iussit:ad XL oppida intra LX dies

Ceperanum
Anticulum
Verulæ
Alatrum
Bouillæ
Lauicanum
Valmontone
Monsfortinus
Zanchatum
Signia
Tybur
Albunea
Equicoli

dies omnia oppugnando ceperunt, quorum pleraque diruta atque incensa sunt, nomen'q; equorum propè ad internitionem deletum. Primū ipsis in montibus ad anienis sinistram est oppidum, amoenis ursinorum talliacoccij comitum domibus ornatū, Vicus uarronis appellatum, superius porcella & cātalupum oppidula. Deinde arduo in monte riuus frigidus, quo superato alij item celsiores superandi sunt montes Appenini iugis quantūlibet altissimis comparādi, in quorum summitate putei ut fertur plures, sed quos uiderimus duo extant tam alte excisi defossiq;, ut deiectum bilibre saxum non prius referat casus sui sonitum, quam duo Virgiliani uersus debita sint pausa pronunciati: quæ quidē perforatis succisisq; & excauatis in imo montibus, siue à Martio ædile, siue à Claudio imperatore perducendis Romam à lacu fucino aquis, ne conclusus aer cursum aquæ moraretur, spiracula fuerunt adhibita. Suetonius nanq; Tranquillus Claudium principem dicit triginta millia seruos undecim annis emittendo lacu fucino, & aqua Romam perducenda tenuisse. supra riuum frigidum recta est arceolum: secus quod planicies incipit, ut in ea montiū summitate gratissima: in qua uetustissimi fuerunt carseoli, de qua Liuius libro decimo scribit, eodem anno carseolos colonia in agrum equicolorū deducta. & libro X X V I I dicit eam fuisse unam duodeuiginti coloniarum, quæ Hannibale in Italia agente milites, & pecuniam senatui dare recusauerunt. Deinceps sunt Celæ, sculcula, & peretum: unde in taliacotium est descensus: quod noui nominis oppidum, sed populo diuitijs'que refertum nuper maximum ammisit ornamentum, Ioannem cardinalem Tarentinum philosophiæ literarumq; sacrarum dogmatibus clarissimū. Iamq; ad Marsorum regionem est peruentum, quā Hannibal sicut Liuius uigesimo secundo scribit deuastauit, & iterū reuertens ab urbe Roma, sicut Liuij uigesimo sexto habetur, per eius agrum iter fecit: eaq; in regione interijt Valeria ciuitas Bonifacij quarti pont. Ro. quo hortante Focas imperator Pantheon Romæ in omnium Christi martyrum basilicam permisit consecrari, patria à qua ciuitate per Longobardorum tempora marsorum nomen in Valeriam est cōuersum. Fuisse uero marsos urbem à qua nomen regio accepit, Plinius sic asserit: Gellianus auctor est lacu fucino haustum marsorū oppidum conditum à Marsia duce Lidorū. Virgilius libro V I I, Quin & Marubia uenit de gente sacerdos: & Seruius exponit Medeam quando relictis colchis Iasonem secuta est ad Italiam peruenisse, & populos quosdam circa fucinum ingentem lacum habitantes propter paludis magnitudinem docuisse remedia contra serpentes: quanquam alij marubios à rege dictos uolunt: hicq; populi Medeam angitiam nominauerūt, eo quod serpentes suis carminibus angeret. & Plinius: simile & in Italia marsorum genus durat, quos à Circæ filio ortos tradūt: & inde inesse eis uim naturalem eam: & tamen omnibus hominibus cōtra serpentes inest uenenū, Feruntur ictas saliua ut feruentis aquæ contactu fugere: quod si in fauces penetrauerit, etiam mori, idq; maxime humani ieiuni oris: quam serpentū in ea regione frequētium, & peritiæ incantationis marsorum opinionem confirmat Iulius Capitolinus, ubi uitam scribens Heliogabali Imperatoris, dicit serpentes eum per marsicæ gentis incantationem collegisse, eosq; subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres conuenire effudisse, multosq; afflictos morsu aūt fuga allisos. nec falsa aut fabulosa tenenda sunt ea, quæ hic de serpentum incantatione sunt scripta. Propheta nanq; Dauid in Psalmo L V I I sic habet, Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet uocem incantantium & ueneficì incantantis sapiēter. & beatus Aurelius Augustinus in dicti psalmi expositione sic scribit: attende quid ibi dicatur ad similitudinem, quid moneatur ad prohibitionem. Ita ergo & hic data est quædam similitudo de marso: qui incantat ut educat aspidem de tenebrosa cauerna utique in lucem uult educere. illa autem amando tenebras suas, quibus se inuolutam occultat, dicitur quod cum exire noluerit, recusans tamen audire illas uoces quibus se cogi sentit, allidit unam aurem terræ & de cauda obturat alteram: atque ita uoces illas quantum potest euitans nōn exit ad incantantem. Liuius bellum scribēs Italicum libro L X X I I. quod quia à marsis incohoauit dictum est marsicum, inter populos qui Romanis rebellarunt enumerat marrucinos & marsos. & lib. L X X V I dicit marsos à Pinna, & Cæcilio Pinna legatis superatos pacē petijsse à Sylla; bellumq; hoc id felicitatis Romæ urbi attulit, quod M. Cicero in eo militans abominatus est Romanorum ciuium crudelitates, & ad literarum studia se contulit: unde factum est, ut Roma ingenium haberet quod

Marginalia: Vicus Varronis; Carseoli; Celæ; Marsi; Valeria; Fucinus lacus; Dauid propheta; S. August.

quod sua magnitudine illi par esset. abest à taliacoccio fucinus marsorum lacus decimo *Fucinus*
miliario, & edito in colle Appeninum uersus est Alba marsorum Romana colonia: sicut *Alba*
Liuium diximus libro X scripsisse: qui & libro XXVII eam fuisse dicit unam ex duode
uiginti colonijs, quæ Hannibalis temporum difficultate militiam detractarūt: eamq; Stra-
bo urbem, ut appellat, solam in Latina regione pro mediterranea scripsit, quam dicit excel
so in monte sitam lacui fucino imminere pelagi similitudinem magnitudine habenti, ex
eoq; lacu ductos fuisse fontes aquæ martiæ, qua potaretur Roma. Nosq; in Roma instau- *Aqua martia*
rata ostēdimus martiū in sua ædilitate introduxisse aquam eius nomine appellatam, quæ
quidem aqua supra omnes alias introductas probabatur. & Plinius dicit iuuencū amnem *Iuuencus flu.*
supernatare fucinum, qui iuuēcus Romam à martio sit perductus. additq; alibi Plinius in
lacu fucino piscem esse qui octenis natet pennis, quum cæteri omnes ubiq; quaternis tan-
tummodo natēt. Alba uero dicit Strabo, quia esset natura loci & munimento arcis ualida
sæpe Romanos præsidij loco seruandis in custodia noxijs usos fuisse. & nos in Liuio inue-
nimus libro XXII Q. Fabium maximum consulem Pauli nepotem aduersus Alobro-
gas & Bituitum Aruenorum regem feliciter pugnasse, ex Bituitiq; exercitu occisa CXX
millia, ipsumq; quum ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset albam custodien
dum fuisse missum. circūstant lacum sancti Apetitus sancti Ionæ castella, paternūq;, transa *S. Apetitus*
cum, gaianum, auecianum, mallianum oppida. & comitatus titulo, ac opibus præcipuum
est celanum nostræ hac parte Latinorū regionis limes. Omissa uero sunt à nobis superius
nulli prædictarū trium uiarum propinqua aliquot castella & oppida, una tamen eademq;
in montium regione præneste tyburq; inter & uicum uarronis ac zinatianum sita, rocha *Præneste*
cauarum, capranica, quæ præstantissimā Romæ dedit familiam capranicēsem, in qua Pau *tybur*
lus Archiepiscopus grauissimo Martini quinti pontificis Ro. testimonio maximæ in suo
seculo prudentiæ uir fuit. & Dominicus Cardinalis sanctæ Crucis frater suus multa ciui-
lis pontificijq; iuris & studiorum humanitatis doctrina multa'que prudentia nunc claret:
quum tamē Angelus Asculanus episcopus & Nicolaus protonotarius nepos eisdem do-
ctrinis uirtutibusq; ornentur. Deinceps sunt oppida, guadagnolum, polium, casa corbo- *Guadagnolū*
la, sanctus Gregorius, rocha liricis dicta. sunt etiam his proxima oppida Cæcilianum, sam *Polium*
buca, Sarracinescum, rocha mutiorum, giranum, ceretum, anticulum, riuate, afile, ciuitel-
la & olibanum, clarissimæ ac prudētissimæ mulieris sueuæ Albæ marsorū comitissæ pro- *Olibanum*
speri cardinalis columnæ, & fratrum genitricis delitiæ. post olibanum sunt piscianum &
sanctus Vitus oppidum, fonte uno liris siue gauriani quem propinquum habet clarum.
Estq; superius celsis in montibus sublacum, uel uti Plinius appellat sublaqueū nobile op-
pidum, lacui eiusdem & tamen prisci nominis imminens: redditq; utrumq; fama celebra-
tum beati Benedicti non magis diutina conuersatio ibi habita, quam eius toto orbe notissi *S. Benedictus*
mum ibi ædificatū magnifici operis monasteriū. cernitur uero in dextra Anienis ripa ab *Aquæductus*
ipso sublaci lacu ad uicū usq; uarronis incisus saxeo in monte ductus aquarū, quæ formis
partim eo incisis modo, partim altū defossis, partim sublimi fornice muroq; excitatis Ro-
mam quadragesimo miliario ueniebant. sed in hac eadē Latinorū regione ad prædictorū de
clarationem Romanis in conspectu esse dicit Strabo tybur & præneste, & tusculum. & ty
bur quidem qua est heraclium habere cataractem, quē facit Anio decidens ex loco altissi-
mo in profundam uallem, & per lucos iuxta ipsam urbē ubi incipiat esse nauigabilis: inde
digredi ad metalla lapidis tyburtini, & eius qui est in gabijs, qui etiam dicitur rubeus: un-
de plurima Romę opera fabricata sunt. De præneste dicit Virgilius in septimo, Nec præ-
nestinæ fundator defuit urbis Cæculus. & Plinius dicit præneste dici, quia arbor prinus
multa sit eo in monte: eam uero ciuitatem dicit Strabo habuisse insigne templum Fortu-
næ à Sylla ædificatum, à quo petebatur oraculum. addit'que Plinius simulacrum id For-
tunæ adeo fideliter fuisse inauratum, ut crassissimæ inaurationes dicerentur prænesti-
næ. & alio loco de pauimentis tractaos, dicit lithostrata cœptauere iam sub Sylla paruu-
lis certe crustis, quod in Fortunæ delubro præneste cœpit. Et ambas urbes tybur & præ- *Fortunæ tem-*
neste Strabo dicit in eadem montana regione constitutas esse, sed distare inuicem sta- *plum*
dia centum. & præneste distare ab urbe Roma etiam duplo, sed tybur minus: dici'que à
quibusdam Græcas esse ambas, atque prænestinam polistephanum uocari prius. qua in
parte Strabonem crediderim diuinasse, cum possit præneste nunc polistephanum dici,
qua

qua ciuitas est Stephani columnæ. Addit'q; Strabo, quanquam utraq; munito sit loco positam tamen munitiore præneste, quod urbis summitas montem habet excelsum & retro quidem à continenti montana regione dorsum elatum, quem nō dubito esse montem in quo est munitissima arx rocha cauarum dicta: dicit quoq; idem præter situs prænesti munitionem occultas fossas undiq; foratas usq; in cāpos esse, alias aquationis gratia, alias ob latentes inuasiones, in quarū una obsessus Marius interijt. Liuius libro L X X X V I I scribit, Sylla C. Mariuta exercitu eius fuso deletoq; ad sacriportam in oppido præneste obsedit: & libro L X X X V I I I prænestinos inermes occidi iussit. Quam crudelitatis maxime historiam Lucanus in I I perstringit his uerbis, Iam quot apud sacri cecidere cadauera portum. & infra, uidit fortuna colonos prænestina suos cunctos simul ense receptos unius populum pereuntis tempore mortis: & item Liuius infra, C. Marius præneste obsessus à lucretio asella sillanarum partium, quum per cuniculum caperet fugam, & sentiret se euadere non posse, cū Thelesio fugæ suæ comite utrinq; gladio concurrerunt & occisi sunt. Vsi autem sunt libēter Romani principes eo secessu ad animi curarumq; relaxationē: sed Aurelius Antonius imperator optimus ibi parum fortunatus fuit. Nam scribit Iulius Capitolinus eum in secessu prænestino agētem filium nomine uerum Cæsarem septennem amisisse, quem non plus diebus quinq; luxerit. Et Plinius de metallis tractās sic habet, anno urbis C C C C C C L X X I. quod ex capitolinæ ædis incēdio, cæterisq; omnibus delubris Caius Marij filius præneste detulerat, tresdecim millia pondo auri sub eo titulo in triumpho transtulit & argenti sex. Item ex reliqua omni uictoria pridie transtulerat auri pondo quindecim millia argēti pondo centū quindecim millia, Prosequitur uero Liuius lib. X X I I I prænestinos milites miris laudibus, quod quū apud cannas infelicissime pugnatū esse audissent, apud casilinū diuertentes durissimam in eo oppido obsidionem omniū memorabilem fortissime pertulerūt: unde senatus consulto duplex stipendium & quinquennij uacationem militiæ habuerunt. addit uero unum Strabo usu per ætatem nostram, & sæpius ante actis temporibus compertum: munitionem scilicet quæ alijs ciuitatibus conducere consueuerit prænestinis sæpe calamitati fuisse ob Romanorum seditiones. desugere enim illuc eos qui tumultu sint usi, his ue expugnatis fieri ut etiam prænestini urbem deserāt causa in eos translata. Quod enim supra est dictum: hac de qua Strabo dicit, ratione factum uidetur, ut Sarræ Columnensis temporibus præneste fuerit desolatū. & Poncelletti ac Nicolai Fortebratij, aliorumq; urbi infestorū receptione factum uidimus, ut urbs obsessa captaq; solo æquaretur. Fluuiū eius regionis uerrestim Strabo appellat: & addit in ea montana regione ipsarū urbium aliud dorsum esse, quod inter tibias linquit algidum. & illud quidem dorsum esse excelsum usq; ad montem albanum. In quo dorso sit Tusculum sita urbs non inepte fabricata. Romanę uero nascenti reipub. hæc urbs hinc infesta fuit, quod Manlius Tusculanus gener Tarquinio exuli socero auxiliū attulit, unde pugna ad regillum originē habuit. cui Romanus populus post rebelliones cum Latinis factas pepercit, sicut Liuius in V I I I scribit, Tusculanis seruata ciuitas quam habebant, crimenq; rebellionis à publica fraude in paucos auctores uersum. & Plinius inter insignia fortunæ uariantis exempla ponit Lucium Furium Tusculanum. Is Tusculanorū Romanis rebellantium consul eodem quoq; honore transfuga exornatus est à populo Romano, qui solus eodem anno quo fuerat hostis Romæ triumphauit ex his, quorū cōsul fuerat. Liuius lib. X X V I accessum Hannibalis ad urbem Romam describens dicit, per anagninum agrum uenit in lauicanum, inde algido tusculanum petit. nec receptus mœnibus infra tusculum dextrorsum gabios descendit, continuat uero supradictis Strabo tusculum ornari insitionibus circum atq; ædificijs, & ad eam maxime partem, quæ est uersus Romam. tusculi nanq; collem dicit esse fecundum aquisq; abundantem, & paulatim multis in locis in altum attolli, habereq; regiam magnificentissimi apparatus, & continua esse loca, quæ ad albanum uergunt montē, eandem tum uirtutē, tum apparatū habentia. Deinceps cāpos esse, quorū alij ad Romam attingūt eiusq; suburbia, alij ad mare: hæc sumpsimus pene ad litterā ex Strabone, de hac regione Columnensi familiæ ante quadringentos annos, sicut nunc est maiori ex parte subiecta. & quidem apud præneste montes peritissime sunt descripti: sed minora nō ponit Strabo loca, qui illis in mōtibus sitam Horatij Flacci poetæ uillam omisit, ubi sancti Ioannis in campo Horatij nunc appellant. alia etiam à Strabone omittuntur, quæ si tunc

Rocha cauarum — *Aurum* — *Verrestis fluuius* — *Tusculum* — *Horatij uilla*

tunc temporis non erant, ſcimus ante quingentos annos fuiſſe. Cauas enim à ſitu dictas *Cauæ oppidum*
quem in caua foſſa habent, nunc Odoardi columnæ oppidū, Petrus columna per ſecundi
paſchalis Romani potificis tempora poſſedit paterna ſicut Pandulfus hoſtiarius ſcriptor
tradit hæreditate: ſicut etiam tunc præneſte pullum & pullanum, nunc dicta pilium & pa *Pillum*
lianum poſſidebant. quæ autem de tuſculanæ olim urbis collibus dicit, uera eſſe oſtendūt *Tuſculana urbs*
etiam nunc monaſterium ſanctæ Mariȩ de gripta ferrata in uilla Ciceronis tuſculana ædi
ficatum, & marinū, ac ſuperiori edito in colle roccha Papæ Proſperi cardinalis columnæ
oppida: circa quæ duobus aut tribus à tuſculo milibus diſtantia agri fertilitatē & aquarū
abundantiam uidemus eſſe maximam. regiæ autem magnificentiſſimi ut Strabo dicit ap
paratus fundamenta eſſe nō dubitamus, quæ proximis pariter griptæ & marino locis for
nices è manu factos, cauernasq; habere uidemus oppidi unius populum in habitationē &
quidē cōmodam admiſſuras. Eſt etiam tuſculo propinquū olim lucullanū Lucij luculli uil *Lucullanum*
la, cui nunc dicitur fraſcatum: ubi aquam uirginem quæ nunc unica Romam perducitur, *Aqua uirgo*
inuentam eſſe conſtat: tuſculaniq; duce Rainone eorū tyranno Federici imperatoris Bar- *Tuſculani*
baroſſæ appellati copijs coniuncti populum Romanū clade maxima affecerunt, quæ can
nenſi cladi prope ſimilis numero cæſorum fuiſſe dicitur, adeo ut Roma poſtmodū caput
nunquam attollere potuerit. unde factum eſt ut anno inde ſeptimo Romanus populus ip
ſam urbem tanta animorum ferocia demolitus ſit, ut uix fundamentorum ueſtigia nunc
appareant: ea uero uetus & præclara olim urbs nunc ſolo titulo ciuitas gentem portiam
inde oriundam, & quod eſt conſequens illuſtriſſimos Catones habuit ciues, quæ diu poſt
pontificibus Romanis tribus, ſexto Benedicto qui primum Henricū regem theotonicum
coronauit, decimonoq; Ioanne illius germano, & ſeptimo Benedicto utriuſq; nepote or-
nata fuit. nec aliam habet aliquam priſtinæ fœlicitatis & gloriæ partē, præterquam quod
eam titulo epiſcopatus gubernat uir ſummus Grȩce latineq; eruditiſſimus, & ſumma prȩ
ditus cum bonitate, tum etiam humanitate Biſſarion Græcorum cardinalis Nicenus, Bo-
noniæ nunc & exarchatus Rauennatis apoſtolicæ ſedis legatus. De campis quos Strabo
dicit aut ad urbem, aut ad mare pertinere, nimis uerum eſſe uidemus quod ſuburbijs tunc
& uillis habitatos nunc ſolis tectos ruinis & ſyluis proprie magis campos appellari poſſe
conſtat. quum autem Albam Strabo à principio nominauerit, proximam illi aritiam omi *Aritia*
ſit, quā nunc ſolo æquatam tunc urbem in uia appia fuiſſe ſupra oſtendemus. eſt albæ ma *Alban⁹ lacus*
rinoq; proximus albanus lacus: emiſſorio cuius mirabili opere facto licet tenues effluant *Aquæ ſaluiæ*
aquæ: origo nunc habetur amnis, qui apud locum cædis apoſtoli Pauli labens paludem
ad aquas ſaluias appellatam efficit: eſtq; is lacus de quo uates etruſcus ſicut Liuius refert
prædixit, futurū ut ſi emitteretur inde aqua Romani ueijs potirentur. diſtat ab albano ari
tiaque pariter paſſus circiter quatuor mille lacus, quem Suetonius Tranquillus nemoren
ſem appellat, ad quem dicit C. Cæſarem uillam inchoaſſe quā reliquerit imperfectam: cu- *Cæſaris uilla*
ius quidem lacus aqua mirabilis operis emiſſorio educta numicum amnem efficit, quem *Numicus flu.*
apud ardeam in mare labi diximus. Ad eumq; lacum eſt ſitum oppidū Nemus appellatū. *Nemus op.*
Seruius grammaticus in ſeptimo Virgilij uerſus hos exponens: Audijt & triuiæ longe la- *Speculum*
cus, dicit nemus appellari lucum haud longe ab aritia, in quo lacus eſt ubi ſpeculū dianæ *dianæ*
dicitur. & nemorenſi item oppidum proxime adiacet cinthianum quod à cinthia quæ & *Cinthianum*
triuia nomen licet nunc corruptum habuit: hunc uero lacum dianæ ſpeculū à maioribus *op.*
appellatum Romana re florente eo fuiſſe dignum nomine nullus mirabitur, qui præſen-
tis temporis amœnitatē eius inſpexerit: uallem enim concauam duo in circuitu mille paſ-
ſus complexam hic lacus dimidiam optinet: pars reliqua ubi Caium Cæſarem ædes dixi-
mus inchoaſſe, tunc ut uidetur nemoroſa fuit, à qua oppidum extans nemus appellatum
eſt. Eaq; nunc arboribus frugiferis adeo pulchre eſt conſita, ut nulli in Italia quantumuis *Conſitiones*
cultiſſimo conſitionibus loco cedat. Quantum autem lacus ipſe maioribus fuerit gratus
magnum hoc tempore apparuit argumentū. Proſper columna cardinalis patriciusq; Ro-
manus cum nemorenſe illud cynthianumq; caſtellū paterna poſſideat hæreditate aliquan
do audiuit nemorēſes dicere, naues ſuo in lacu binas eſſe ſubmerſas, quæ nec adeo putres *Naues duæ*
ſint ut laceratæ funiculos de induſtria alligatos, nec retia caſu caſu implicita tractæ ſequā
tur: nec integræ ſuis ipſorum omniū incolarum uiribus queant extrahi: quare uir ipſe bo-
narum artium ſtudijs & imprimis hiſtoriæ deditiſſimus nec minus uetuſtatis indagator

curiosissimus qd magnę naues paruo & altissimis undiq; circundato montibus in lacu si/ bi uoluerint nosse animum adiecit, nosterq; Leo Baptista Albertus geometra nostri tem/ poris egregius qui de re ædificatoria elegantissimos composuit libros, ad id operis est uo catus. Qui uasa uinaria multos colligata in ordines ea ratione in lacu disposuit, ut de ipsis tanquam pontibus hincinde penderent machinæ, quibus harpagone ferreo densioribus appenso rudentibus captam mordicus nauem fabri peritiores lignarij attraherēt. Et à Ge/ nua urbe maritima mercede conducti aderant piscibus quàm hominibus similiores non/ nulli, quorum partes fuerunt in lacus profundiora natando descendere, & quanta esset na uis quamq; integra sentire, & demissos funibus harpagones in morsum capturamq; appli care: tandem capta ligataq; ad proram nauis quū integra non sequeretur fracta est, & eius particula trahentes harpagones est secuta. Spectaculo fuit omnibus Romanæ curiæ nobi lioris ingenij uiris, particula nauis quam hac ratione fabricatam fuisse apparet. Nauis to/ ta larice ligno asseribus trium digitorum crassitudine compacta, bitumine extrinsecus de libuta fuit: qđ bitumen ut etiam nunc apparet croceū purpureum'ue cōtexuit continuitq; uclamen, & plumbeis desuper chartis superficies tota ab aqs imbribusq; nauē bitumenq; defensura obtecta est: quas quidem chartas clauiculi nō ut nunc assolet ferrei: sed æneí fre quentes infixi, ita compresserunt ut omnis humor perpetuo arceretur. Interior nauis pars non ab imbribus magis & humore quàm ab igne & ferro fortissimam habuit defensionē, nam cū argilla & creta quicquid ligneæ soliditatis nauē intus compegerat, ad digiti unius crassitudinem tectū delibutumq; esset, ferrum uehementi igne cohcoctum liquefactumq; super infuderunt: quo ad digiti unius & alicubi duorū crassitudinem sensim dilatato, tan/ tundem magnitudinis ferrea ut ita dixerim habuit nauis quantum laricea prius habue/ rat, & ferro insuper alia argillæ ac cretæ bitumatio, uel ut olim in ædificijs appellabatur complastratio super infusa est: obseruatumq; fuisse uidemus, ut concocto liquefactoq; fer ro priusquam refrixisset argilla cretaq; & ipsa eodem decoquenda calore superinduceren tur, quo & substrata & superius deducta argilla unum sicut etiam nunc sunt commixtum ex lateritio & ferro bitumen efficerentur. dum'q; huic expiscandæ naui omnis undiq; in/ sudat multitudo, fistulæ in fundo lacus inuentæ sunt plumbeæ, bicubitales longitudine, firmissima crassitudine, quas mutuo morsu ac compagine combasiantes in quantumuis maximam longitudinem producere licuit: earum uero singulis elegantes insculptæ sunt litteræ, auctorem ut conijcimus nauis suum Tyberium Cæsarem Augustum indicantes;

Magnus fons censuitq; Leo Baptista fontis copiosissimi lucidissimi'q; ad nemorense oppidum scaten/ tis aquas nunc molas conuoluentes multo ipsarum fistularū ordine ad medium usq; lacū fuisse perductas, quæ ædibus inseruirent amplissimis latissimisq;, quas nauibus prædictis superimpositas fuisse tenemus. Pulchrū autem & penè mirum est uidere clauos maiores æneos, quibus cubitalibus nauis constructa erat, ita integros, ita politos, ut nuper à fabri ferrarij incudibus exisse uideantur. Lucanus in tertio uiam sicut supra diximus describēs, qua C. Cæsar primū post belli ciuilis initia Romam uenit, infrascriptos ponit uersus, qui ad albani quoq; montis descriptionem satisfacere poterunt: constabit q; Cæsarem à terra cina supra arritiam ad cinthianum, inde ad montem albanum ubi nunc castrum est Gan/ dulfum peruenisse, quo de excelso monte Romam primū inspexit. Iamq; præcipites supe rauerat anxuris arces: Et qua pontinam uia diuidit uda paludem: Qua sublime nemus scy thicæ qua regna dianæ: Quaq; iter est latijs ad summam fascibus albam. Excelsa de rupe procul iam prospicit urbem. & dixit. Te ne deum sedes non ullo marte coacti Deseruere uiri, pro qua pugnabitur urbe? Vltima nūc reliqua est nobis in hac latinorū regione pars urbi Romæ tibur anienemq; uersus propinqua, ostijs tiberinis unde inceepimus è regione aduersa: & ut eo unde nuper digressi fuim⁹ reuertamur. Prænestini montis radicibus algi

Gallicanum do proximum est Laurentij columnæ oppidum nunc Gallicanum, qui ut diximus olim

Gabij Gabij fuerunt uetustissimi: q̃s Liuius in primo dicit fraude Sexti Tarquinij captos à Tar/ quinio patre: & Virgilius in VII. Quiq; arua gabinæ Iunonis, ubi Seruius exponit Ga/ bios diu in agris moratos tandem gabios condidisse: quamobrem Virgilius dixit arua non mœnia. Alibi tamen Seruius super uerbo nomentum, & gabios dicit ab albanis regi/

Anio flu. bus eas conditas fuisse: & paucis milibus inde abest anio fluuius, quem Virgilius dicit fri gidum'q; anienem: habet'que originem à Sublaco: de quo scribit Plinius, Anio in monte

trebanorum

trebanorum ortus lacus tris amœnitate nobiles, qui nomen dedere ſublaqueo defert in tyberim. Liuius ſcribit Camillũ apud anienem Gallos Roma redempta exeuntes trucidaſſe, ubi Manlius torque detracto gallo Torquatus eſt appellatus. Is in uia tiburtina ponte iungitur marmoreo maximis tamen quæ habere ſolitus fuit ornamentis penè ſpoliato, quem nunc Mamolum appellant. Hunc uero pontem Mammeam Alexandri Syri imperatoris Romani certe optimi genetricē chriſtianam mulierem ædificaſſe in Gelaſij ſecundi pontificis Romani rebus geſtis inuenimus. Sed quis proxime illi ſubiectum numentanæ uiæ pontem conſtruxerit nobis incertum eſt, qui certiores ſumus omnes tres anieni ſuperimpoſitos pontes à Romanis fuiſſe deſtructos quando urbe à Beliſario inſtaurata Totilæ aduentum pauidi expectabant. Secundus'que eſt uiæ numentanæ pons & ipſe licet integer ornamentis quæ maxima habuit ſpoliatus: demum tertius in uia ſalaria extat à Narſete eunucho duce præſtantiſſimo oſtrogothorum oppreſſore ſicut inciſus illi marmore titulus indicat ædificatus. Ad proxima'que anienis oſtia quibus in tyberim fertur: ſed ultra ipſum anienem in Vmbria regione fuiſſe conijcimus Fidenas urbem uetuſtiſſimam, de qua Suetonius Tranquillus in uita Tyberij Cæſaris: Fidenis caſu uiginti hominum milia interierunt. Cui cladi ſimilem Nero ſæuiſſimus imperator ſui imperij temporibus optauit. Plinius etiam dicit in fidenati agro iuxta urbem ciconiæ nec pullos nec nidum faciunt: & alibi Romanos accepiſſe lapides ad ſtructuram ex fidenati agro circa urbem optimos. Et ſupra diximus tyberim diuidere agrũ ueientem à fidenate, mox latium à uaticano, de hac Virgilius in VI: urbē fidenam. Et Liuius libro IIII ſcribit. Legatis Romanorum à fidenatibus occiſis, quia ob rempub. occiſi erant, ſtatuæ in roſtris poſitæ: & poſt fidenas in poteſtatem redactas, eo'que colonos miſſos: quibus occiſis fidenates cum defeciſſent à M. Aemilio dictatore uicti & fidenæ captæ ac deſolatæ ſunt. Facta eſt alicubi ſuperioribus in locis mentio acceſſus Hannibalis à Capua tunc à Romanis obſeſſa & triplici uallo circundata ad urbis Romæ mœnia. Quare libet ordine uiam repetere qua is uenit. Liuius libro XXVI primum dicit Q. Fuluium flaccum cos. iterum Romam Hannibalem ſecutum uia appia: & Setiam Lanuuiumq; præmiſiſſe, qui commeatus in uia pararent exercitui ſuo. Setiaq; & lanuuiũ notiſſimæ ſunt & ſupra à nobis deſcriptæ. Hannibalem uero dicit præter Cales in agrum Sidicinũ per Sueſſulam aliphanumq; & caſinatem Interamniã ac Fregellas ad Lirim ueniſſe: q̄ loca partim in ueteri campania nũc terra laboris dicta, partim in ſamnitibus à nobis infra ſunt indicata. Hannibal poſtea Liri trãſmiſſo agrum præſentis latinæ regionis attigit. Primo fregellanum, qui locus licet fuerit in ſamnitibus, tamen habuit agrum ſuum in regione latina: & nunc dicitur pons Coruus: de quo Liuius in VI Hannibal infeſtius perpopulato fregellano agro propter inciſos pontes: & in octauo P. Plautio Proculo P. Cornelio Scapula coſs. fregellas Colonia deducta. Et in infra: G. Petilius dictator quum audiſſet arcem fregellanam ab ſamnitibus captam omiſſo Bouiano ad fregellas pergit. Vnde nocturna ſamnitum fuga ſine certamine receptis fregellis, præſidio'que ualido impoſito in campaniam redijt. Ornata'que fuit fregellana colonia M. Sextilio, quē Liuius dicit reſpondiſſe pro duo de uiginti colonijs, quæ milites prius denegatos & tributa dare promiſerunt: ſequitur'que Liuius in Hannibalis itinere. Poſt fruſinatem ferentinatem & anagninum, quæ loca nunc parua nominis mutatione facta ſunt notiſſima: ex anagnino autem in lauicanum uenit: quem locum maxima nominis mutatione facta diximus Valmontonem nunc appellari. Dicit. n. Liuius peritiſſime, Hannibalem qui eſſet in lauicano agro mouiſſe algido, quia oppidum illud ſicut nunc eſt tunc etiam algido proximum ac prope contiguum erat: & perueniſſe tuſculum ea ſcilicet uia qua nunc à ualmontono marinũ ſyluis petitur: & quia ſequitur Liuius Hannibalem quum non eſſet tuſculi mœnibus receptus, dextrorſum deſcendiſſe gabios, certiſsimum nobis facit quod ſuperiore diximus loco, Gabios fuiſse, quod nũc eſt oppidum gallicanum. Quę autem fuerit Pupina quam poſt gabios acceſserit ignoramus: quod plurimas ea regio habet oppidorum uillarum'que ruinas à nemine habitatas, priſca quarum nomina nullus nouit. Sed iam magno circuitu ab oſtijs tyberinis ſecundum maris inferi littus ad lirim ſiue gaurianum: & inde per marſos & mediterranea ad anienem facto ad tyberim eſt reditum. Quo in circuitu omnis regio olim latina, ſiue ut nunc dicitur latium campania & maritima eſt concluſa.

Pons mamoli

Mammea

Pons numentanus

Fidena

Via Hannibalis

Pons coruus

Gallicanum

REGIO QVARTA VMBRIA SIVE DVCATVS SPOLETANVS.

PROLIXIORES fuisse uidemur tertia describenda latina regione
quàm aliarum habenda ratio postulabat: & tamen multo pauciora
quàm oportuit, certe quàm uoluissemus, in illa diximus, quæ plura
habeat loca à Liuio Virgilio & à uetustissimis scriptoribus frequen
tata cæteris Italię regionibus. Sed cum plus iacturæ in ea quàm in cę
terarum aliqua sit factũ, adeo ut nulla incultior populisq; infrequen/
tior manserit, breuitatem nostram ab inueniendi ea quæ non extent
impossibilitate consolemur. Ad quartamq; regionem transeamus,
Vmbria eam prisci dixere Vmbriam, nostri ducatum appellant Spoletanum. Idq; ducatus nomen
primo ab exarchis Italiæ sedem Rauennæ tenentibus sicut in historijs ostendimus inditũ,
eam habuit uim ut à militari consuetudine tractum dignitatem nunc referat quæ post re/
giam est suprema. Quantis uero olim polluerint uiribus Vmbri, hinc maxime apparet,
quod Liuius in IX scribit: Vmbri se urbem Romam oppugnaturos minati fuerũt: quàm
latos autem fines hæc regio olim habuit hinc maxime constat, quod Plinius dicit sextam
regionem umbriam complexam agrumq; gallicum circa ariminũ. Et eam galliæ umbro/
rum gentem Italiæ antiquissimam existimari, trecentaq; eorum oppida à thuscis quando
etruriam ceperunt debellata fuisse. Sabinos etiam uidemus fuisse in umbris comprehen/
sos, & umbriam ad superum usq; nunc hadriaticum mare pertinuisse hinc constat, quod
Trogus & magis aperte Plinius dicunt interijsse in umbris Spinam urbem delphicis the/
sauris claram, à Diomede ædificatam, quæ ostio padi sibi proximo dedit Spineticum no/
Spina C. men: & Rauennam cui proxima fuerit Spina, cuiusq; ruinis ea sit ædificata, Sabinorũ op/
Rauenna pidum fuisse Valerius Martialis poëta sic docet, Mollis in æquorea quæ creuit spina Ra/
Fines umbriæ uenna. Nos itaq; quum umbrię fines latio finitimi fuerint, huius nostræ regionis quã cõ/
suetudinis inueteratæ necessitas ducatum spoletanũ appellare coëgit fines constituemus:
Appenninũ à tyberis fonte superius in etruria indicato usq; ad anienis fluuij etiam apud
urbem notissimi sinistrã ripam, & tyberim quousq; eum anio illabitur. Prima ex appeni/
Pratolinum no ad sinistram tyberis partem descendentibus obuia sunt oppida pratolinũ & mons Do/
lius: exinde unico à tyberi miliario abest oppidum, sancti sepulchri burgus appellatũ, mœ
nibus arcibusq; quatuor munitissimum, quas Guido de petramala episcopus & dominus
Arretinus superiori seculo extruxit. Nullum uetustatis signũ eo in loco esse inspeximus:
& tamen C. Plinij nepotis epistolam legentes in qua uillam suam ad radices appenini &
prope tyberim amnem describit, theatralem sicut ipse dicit montium in circuitu positorũ
aspectum hoc in loco esse deprehendimus, ut in eius uillæ ruinis prima dicti oppidi funda
menta fuisse iacta credamus. Ornatur autẽ nunc id oppidum Malatesta cataneo iurecon/
sultissimo, quem non magis camertinorum cui præest ecclesia, quàm uitæ integritas san/
Tifernum ctimoniaq; conspicuum reddunt. Infra ad tyberim est Tifernum, ciuitas castelli dicta, quę
nunc ciue ornatur præstantissimo Nicolao uitellio equestris ordinis, quem studia huma/
nitatis & mores ingenui apud quartum Eugenium pontificem præstantissimum imbibi/
ti clarum reddunt. Ab eaq; urbe Plinius maior in naturali historia dicit Tyberim ratibus
Romam usq; nauigabilem fuisse. Incipit eo in loco Tyberis quàm longe ab Appenino re
cedere, ut quanto magis urbi Romæ appropinquamus, eo magis nostræ regionis distan/
Eugubium tia amnem ipsum montemq; intercedat. distatq; à Tiferno uiginti milia passus Eugubiũ
ciuitas ad appenini radices sita, quæ uetusta Romanæ ecclesiæ iuris à Federico guberna/
tur comite montis Feretri, quem rei militari cum gloria deditum litteræ & prudentia plu/
Bracha rimum ornant. Supra Eugubium castella sunt Brancha, deinde Schigia, quo tramite facil
Schigia limus est per uiam olim flaminiam appenini in Romandiolam transitus. Et à Schigia se/
cundum appenini latera hanc ingredienti prouinciam obuium fit Costaciarium Eugubi/
ni agri oppidum: deinceps est sigillum perusinorum: inter quæ duo oppida fluuius ori/
Chiesius flu. tur Chiesius, q inter Eugubinos assisinatesq; montes delapsus fertur sub Cannaria oppi/
Fossatũ oppi. do in proximum amnem tinium, siue ut nunc dicitur Topinium. Post signum est Fossa/
tum arduo in appenini colle castellum. Et quarto inde miliario abest Vallidum, cui Gual/

dum

dum dicunt: quod oppidum in ciuitatis à longobardis ſubiecto in campo exciſæ locum
fuit ædificatum; paruus'que torrens à Vallido breui curſu labitur in Chieſium: per cuius Vallidum
amnis alueum uenientibus Ancona Piceni'que regione per foſſatum Vallidum'que qui
ex fabriano traiecerunt appeninum iter eſt Perusiam. Et medio itinere Caſa caſtalda oppi
dum arduo in colle chiaſio imminet: deinceps in Planellū uicum campis adiacentem uia
continuatur quouſq; ad Patullorum ſiue uallis Cippi ſiue ſancti Ioannis uicum pontibus
Tyberis tranſmittitur. Poſt uallidum recedere ab Appenino oppida incipiūt, primaq; eſt
Nuceria ciuitas cognomine alphatenia uetuſti nominis: de qua Liuius: cos. profectus ad Nuceria
Nuceriam alphateniam oppugnando ad deditionem ſubegit: eſtq; ad teniū amnem nunc
Topinum poſita, ſecundū cuius alueum ingentes cernuntur moles ſternenda uia olim fla
minia iactæ. Iturq; illac duodecimo miliario Fulgineum, per quam is amnis defluit ciuita Fulgineum
tem, quæ ſuffecta fuit foro flaminij uetuſtę urbi à longobardis propinquo in loco ad annū
nunc ſeptingenteſimum funditus exciſę. Fuiſſe tamen legimus uetuſtis temporibus alios
in umbris fulginates ab hoc loco remotiſſimos, qui apud Tudertinos habitaſſe uidentur,
eosq; crediderim ad hanc inhabitandam urbem nouam populariter commigraſſe. Orna/
ta uero fuit Fulginei ciuitas patrum noſtrorū memoria Gentili medico ſui ſeculi celeber/
rimo. Eſt apud fulgineum planicies totius umbriæ ampliſſima pariter & amœniſſima, in
qua ſunt quinto ad fulginei dexteram miliario Pellium ut appellat Plinius: & ut nunc di/
citur Spelium uetuſti nominis oppidum. Deinde pari penè ſpatio Aſſiſia arduo in colle ſi Pellium
ta, ciuitas uetuſtiſſima paſſus tria milia à Chieſio recedens, ſeraphico'que Franciſco cuius Aſiſia
ſeruat reliquias ciue & eius templo omnium Italiæ ædificij magnificentia celeberrimo or
natiſſima, quam Propertius poëta Axim appellat, innuit'que conſtruendo eius urbis mu/
ro conſilium attuliſſe his uerſibus. Scandentis'que axis conſurgit uertice muros, Murus
ab ingenio notior ille tuo. Tennius ſiue Topinus amnis quum ad Cannariam oppidum Topinus flu.
Chieſio iunctus eſt, ſuum amittit nomen: & deinceps Chieſius appellatus Bettonio oppi Bettonium
do à libertate diu ſeruata inſigni ad ſiniſtram relicto apud Torſanum oppidum labitur in Torſanum
tiberim, nec ullo tiberis præter narem anienem'que maiore augetur fluuio. Ad alteram ue Fracta
ro Chiaſij partem multa ſunt Peruſini agri oppida, quorum Fracta tiberi eſt contigua: & Montonum
interius eſt montonium Braccio rei bellicæ præſtantiſſimo duce illuſtratum, à quo brac/ Braccius
cianorum ſectam factionem'que habuimus, in qua magnæ per ætatem noſtram celebrita/
tis fuerunt Nicolaus piccininus, & poſtea Franciſcus filius, fuitq; pariter Nicolaus Brac/
cio ex Stella ſorore nepos. Superſunt etiam Carolus Braccij & Iacobus Nicolai Piccinini
filij, quorum ille aliquas, hic magnas in Venetorum exercitu copias ducunt, maximo ex/
inde preſſi onere quod paternæ uirtutis & potentiæ eorum uterque exemplar ad imita/
tionem propoſitum habeat. Supra Fulgineum ad ſiniſtram arduo in colle, qui tamen lon/
ge Appenino abeſt, Triuium eſt: cuius oppidi & ſitus & nomen faciunt ut credam hunc Triuium
eſſe locū de quo ſcribit Seruius in expoſitione Virgilij ſuper uerbo, oliuiferæq; mituſtæ.
Dicit. n. hæc Treuia poſtea dicta eſt, quam modo Trebulam dicunt. de qua Martialis, Hu
mida qua gelidas ſubmittit trebula ualles: Et uiridis cancri menſibus alget ager. Et qui/ Trebula
dem hoc Triuium eſt nunc ualde oliuiferum, & in ſabinorum uetuſtis finibus ſitum, ſi/
cut mituſtas fuiſſe ſcribit Virgilius. è regione autem triuij amœno in colle falcum eſt op/ Falcum
pidum, haud quaquam uetuſti nominis, ſed populo frequentatum. Ad collis'que illius Meuania
radices in uia olim flaminia eſt Meuania, de qua Liuius in IX: Decius cos. magnis itine/
ribus ad Meuaniam ubi tum copiæ umbrorum erant perrexit: fuit'que id oppidum ciue
ornatum Propertio Aurelio, qui de ſe ipſo ſcribit ad Tullum libro monobiblo, uel ut No
nio marcello placet libro elegiarum. Proxima ſuppoſitos, cōtingens umbria campos Me
genuit terris fertilis uberibus. Idem'que in elegiarum quarto, Vmbria te notis antiqua pe
natibus edit, Mentior, an patriæ tangitur ora tuæ: Qua nebuloſa cauo irrorat meuania
campo, Et lacus æſtiuis intepet umber aquis. Scandentis'que axis: & cętera. poſtquam ue
ro Propertij teſtimonium de ſeipſo attulimus, alium umbriæ poëtam dare uolumus igno
tæ nobis ſicut & ipſi Propertio fuit patriæ. nam in eodem elegiarum IIII ſic dicit. Vt no
ſtris tumefacta ſuperbiat umbria libris, Vmbria Romani patria Callimachi: & Lucanus
in primo: Eſt qui tauriferis qua ſe meuania campis Explicat, audaces ruere in certamina
turmas. planiciei item quam hoc in loco ampliſſimam eſſe diximus poſt Triuium immi/

cc 5 net Spo/

Spoletum net Spoletum, quam ciuitatem Liuius libro uigesimo Coloniam à Romanis deductam
fuisse scribit,& libro XXII Hannibalem dicit post trasumeni pugnam recto itinere per
umbriam usque ad Spoletum peruenisse, inde cum depopulato agro urbem adorsus esset
expugnare cum magna cæde suorum repulsum, coniectantem ex unius coloniæ haud
prospere tentatæ uiribus quanta moles Romanæ urbis esset, in agrum picenũ conuertis-
se exercitum.& libro XXIIII idem Liuius prodigia unius tempestatis enumerans, nar-
rat Spoleti tunc ex muliere uirum factum. Eusebius autem dicit Melissum spoletanum
grammaticum insignem Spoleti natum fuisse. Martialis'que poëta uinum laudans spole-
tinum sic dicit: De spoletinis quæ sunt cariosa lacunis Malueris quàm si musta falerna bi-
bas. Et nos historiarum XII ostendimus Theodericum regem primum Gotthorum spo
leti amplissimas ædificasse ædes: & alios qui successerunt Gotthos destruxisse Spoletum
mœnibus euersis, quam Narses eunuchus refici curauit. Ea ciuitas, ubi stante Romanæ
reipublicæ felicitate theatrum fuit, arcem habet omnium Italiæ munitissimam, & quæ
ædificiorũ pulchritudine nuperrime ornatissima est reddita. Nuceriæ ciuitati, & præter-
labenti tennio siue topino amni, ac Fulgineo treuio & spoleto adiacent atque imminent
colles montes'que altissimi, pluribus tamen uallibus torrentibus'que inter se diuisi, ut ab
amplissima quam descripsimus planicie spoletana ualle appellata ad appeninum magna
sit distantia, castellis, oppidis, ciuitatibus uicis & uillis etiam uetusti nominis habitata,
quæ altera pene regio, sed montosissima possit appellari. Primum his in montibus supra
Caput aquæ fulgineum est caput aquæ castellum à scaturiente ibi celeberrimo fonte dictum, qui fons
Collis florid⁹ amnem efficit breui cursu Tenium adaugentem. Supra est collis Floridus, item castellum
lacui adiacens parum amplo, & castelli ipsius nomine appellato, quem patuulus riuulus
prope fulgineum exonerat in Topinum, imminent'que undiq; lacui montes altissimi in
quibus sanctæ notoriæ notius est oppidum camertinis subiectum. Et per collem floridum
Serauallis itur ad arctissima appenini claustra: per quæ Serauallis appellata Camerinum petitur ciui
Camerinum tas uetustissima in piceno à nobis post hac describenda. quanquam Serauallis prima do-
mus tectum habet, cuius anterior pars in umbros, in picentes posterior aquam pluuiam
dimittit. Subest colli, in quo Triuium esse diximus perlucidus fons, tantam subito euo-
mens aquam ut intra stadij unius cursum efficiat fluuium, qui infra fulgineum labitur in
Clitumnus topinum. Est uero is amnis clitumnus: de quo Virgilius in Georgicis: Hinc albi clitumne
greges & maxima tauri Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro Romanos ad templa
deum duxere triumphos. Quod uero Virgilius supradictis in uersibus innuit. Plinius dif-
fuse scribit, eam oram tauros gignere omnium Italiæ maximos, in quis plurimi sint albi:
unde Lucanus supra ostendit Meuaniam secus quam clitumnus labitur in topinum esse
in campis tauriferis: & Propertius item post superius ab eo scripta de Meuania addit, Et
pec⁹ & niueos abluit unda boues. Triuiũ inter & Spoletũ multa sunt spoletinorũ castella
Ceretum quousque montes arduos penetrantes Ceretum & subiectum illi Pontem oppida inue-
Pons op. niunt: quorum primum infamis quæstus populo frequentatur, quod omnem pene euro
pam illi peragrantes diuersis ad fallendos homines suę miseriæ fami'que religiosi alicuius
instituti prætensis coloribus stipem mendicando petunt, & diuitias inde multas accumu-
lant: & eo usque gentis illius cessit infamia, ut quemadmodum à gnatone adulatore gna
tonici. sic ab hac gente importuni inuerecundi'que petitores ceretani ubique per Italiam
uocitentur. quæ ignominia per Italos penè omnes ne europam & alios ducatus Spoleta-
ni incolas per Italiam inquinet, publico Romani pontificis edicto inhibitum est ceretanis
Pontani ne ultra mensem iniussu prętorum domo absint. Pontani uero licet à cereto originem du
cant, aliquot uiros per ætatẽ nostram doctissimos habuerunt, inter quos Ludouicus iure-
consultorum consultissimus fuit: & ex eadem cognatione ac professione Paulus Romæ
consistorialis aduocatus celeber habetur. Magnæ etiam indolis prædictæ succrescit pon-
tanæ genti adolescẽs Iouianus, qui iambico uersu & scribendis elegijs assiduo deditus stu
dio Propertij & Callimachi contribulium, aut uicini Ouidij, aut quem magis imitatur Ca
Pons op. tulli Veronensis laudibus responsur⁹ uidetur. Pontem oppidũ à ponte dictum narem ibi
prope fluuium iungente prætergressi ad sextũ miliariũ inueniunt Cassiam noui nominis
oppidum, sed populo frequens ac libertate conspicuũ: quod fluuius attingit Coruus, apud
altissimum

altissimum regionis montē, qui & ipse coruus appellatur oriundus, & in narem fluuium
apud Tripontium castellum defluens: cuius castelli iurisdictionis possessionisq; causa nur *Tripõtium*
sini spoletiniq; crudelissima inter se proximis temporibus prælia cõmiserunt, in quibus ca
pti superatiq; concertatoris sanguini & uitæ nullus pepercit. Septimo à Cassia miliario ar
duos inter mõtes, uallibus tamen cum amplis tum etiã amœnis distinctos, est Nursia urbs *Nursia*
uetusta, quam Liuius lib. x x x dicit dedisse milites publio Scipioni armãda classe quam
in Aphricam duxit: paruusq; illius mœnia attingens torrentulus medio inter cassiam &
narem tractu illabitur coruum amnem. Vetustum uero à scriptoribus celebratũ est nursiæ
nomen, quod quidem oppidum libertate, sed imprimis beato Benedicto monachorum pa *S.Benedictus*
tre alumno clarissimum, priorem tempore Benedicto summũ genuit uirum Quintum Ser
torium nulli Romanorum ducum uirtute secundum. Seruius grãmaticus in Virgilij ex-
positione ubi uerba sunt quos frigida misit Nursia: sic dicit. Ciuitas frigida re uera, aut cer
te uenenosa nocens, nam ubiq; in concionibus suis Gracchi Nursinos sceleratos appella-
uerunt. Seruius uero uidetur sitũ eius oppidi ignorasse: namq; poëta excellentissimus qui
omnia & imprimis historiam ac Italiæ regiones peritius nosset quàm Seruius, frigidam di
xit nursiam, non quia sceleratos scelerati Gracchi nursinos iudicauerint esse, sed quia al-
tissimis frigidissimisq; nursia montibus cingeretur. quod enim ipse docet effectus, nursia
gignit uiros quorum qui inferioris uidentur esse cõditionis non magis perite & industrie
aratrum & ligones siue fibulã & forfices ꝙ reip. ad quem sedent clauũ tractare nouerunt.
& digniori in ciuium cœtu multos uidimus, plures audiuimus litteris ornatissimos, qua-
lem habet ætas nostra Benedictũ reguardatũ, qui originẽ sicut & nomen referens in beati
Benedicti progeniẽ, uir est non magis philosophiæ & physicę quibus claret artibus ꝙ pru
dentia & cõsilio excellens. nursinũ multas gignere rapas Martialis sic indicat: nursinas po
teris parcius esse rapas. Est supra Cassiã decimo miliario Conissa noui nominis oppidum *Conissa*
sed populo ut in montosissimis frequentissimũ. Et hæc quidẽ in ea montiũ parte quæ spo-
letum è regione respicit. citra narem Vissium est uetusti nominis oppidũ uiginti passuum *Vissium*
milibus à Cereto, & sub ipsis penè Apennini iugis remotũ. uissij mœnia abluit nar fluuius
de quo Virg. Sulphurea nar albus aqua, ortum suũ superiori in apẽnini iugo habens. Est *Nar flu.*
amnis ipsius origo ea ratiõe memorabilis, quã sicut à maioribus tradi uidemus & uis ipsa
uerbi significat: fons geminus fluuiũ inchoans ex duobus manat orificijs, nariũ animalis
cuiuspiã speciem in saxosi montis capite imitantibus. Ad hanc naris ripam descendentes
quomCeretũ Pontumq; oppida prætergressi sunt Schizinũ inueniũt oppidũ sex a Spole- *Schizinum*
to milibus semotũ. ubi subliceus pons Narem iungens iter spoleto ad montẽ Leonem op-
pidum Cassiamq; & Leonessam ac ad castella circiter octo monasterij ferentili præbet. Et
inferius narem pariter iungit pons lapideus ad oppidũ haronem: infra quod oppidum flu
uius Nar Velini amnis lacusq; casu mirabili adaugetur. Is amnis Velinus in Apennino *Ciuitas*
binos habet fontes. primũ remotioremq; apud oppidum ciuitatem regalem appellatum, *regalis*
& alterum apud interdochum oppidum: delapsusq; ad ciuitatẽ reatinam Velinus interse-
cat penè mediam. de qua Liuius lib. x x v i. aduentũ Annibalis ad urbem Romam de-
scribens, Celium dicit scriptorem iter ab reate & cutilijs ordiri. Ea ciuitas sicut recte opi- *Reate*
nari uideor Vespasianum genuit & Titum ac Domitianum filios imperatores Ro. quan-
doquidem uicus Phenne à quo ipsi duxere originem, non solum in reatino agro sed reati *Phenne*
propinquum est. Dicit tamen Suetonius à quo hæc sumpsimus Phenne uicum modicũ in
samnio esse, sicut iure optimo reatina ciuitas est ponenda: quæ Thomã nunc habet morro
num eloquentia & singulari memoria præditum. Progressus paruo ab reate spacio Veli- *Velinus*
nus amnis è multis riuulis & fontibus, quorum unum neptunini appellatum dicit Plinius, *amnis*
alio atq; alio exoriri Velinũ facit lacum, nunc à pede luci propinquo oppido uocitatum.
Prius uero ꝙ in lacum tot colligant̃ aquę paludes efficiunt, in quibus tantũmodo scripsit
in admirandis Cicero ungulas iumentorũ indurari. In eo aũt lacu Italiæ umbilicum esse,
M. Varronẽ scripsisse refert Plinius. Decidit aũt eo ex lacu in narem idem fluuius alta ru *Vmbilicus*
pe: in quo exitu saxum crescere dicit Pli. Sonitũq; facit is fluuij in narem amnẽ casus, qui *Italiæ*
decimo exaudit̃ miliario: quom tamẽ eundẽ ob casum fumus ascendat perpetuus, aerem
in sublime obnubilãs: & spumans quom in fundum cadit aqua scintillas exilire facit, quæ
apud interamniã sexto distantem miliario conspiciuntur. Virgilius in septimo: Est locus

hesperiæ medio sub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris, Ansancti ualles, densis hunc frondibus atrum Vrger utrunque latus nemoris, medioque fragosis Dat so nitum saxis & toto uertice torrens: Hic specus horrendũ, & sæui spiracula ditis Monstran tur, ruptoque ingens acheronte uorago Pestiferas aperit fauces. & cætera. Seruius sic expo nit: Hunc mediũ Italię cosmographi dicunt. Est autẽ in latere campaniæ & appuliæ iuxta Venusiũ ubi hirpini sunt, & habet aquas suphureas. ideo grauiores quia ambit syluis. ideo ibi dicitur aditus inferorum, quod grauis odor iuxta accedentes necat, adeo ut uictimæ circa hunc locum non immolarent, sed odore perirent ad aquam applicatę: hoc erat genus lita tionis. Sciendũ est tamen Varronẽ enumerare quot loca in Italia sunt eiusmodi: unde Do natus dicit, Lucaniæ esse qui describitur locus à poëta, fluuiũ qui calor uocat. quod adeo non procedit, quia cum Italiæ medio sub montibus altis, hoc nisi ad totam Italiam referas non procedit, & si non est in ualle Italiæ montosa. Nam in hoc loco montes penitus non sunt. Seruius aũt cuius sunt prædicta uerba, non minus à me quàm Donatus ab eo repre hendi potest, quia iuxta Venusiũ non est Italiæ mediũ, sed in hoc lacu Velino, sicut à Mar co Varrone habetur. Et licet Venusij locus nobilis sit & habeat circa ualles sanctas, s. ferti les, tamen non habet mirabilẽ fertilitatẽ, quam hic habuit uelinus quando à principio fuit exsiccatus. Nam ipse idem Seruius uerba Virgilij alio in loco exponens Rosea rura Veli ni dicit lacus iuxta agrum qui Rosulanus uocatur. Varro tamen dicit lacum hunc à quo dam consule in nare fluuio deriuatũ, post quod tanta est cõsecuta fertilitas, ut perticæ lon gitudinem altitudo superaret herbarũ. quin etiã per diem quantum demptũ esset tantum per noctẽ crescebat. unde Plinius lib. VIII Cæsar Vopiscus quom causam apud censores ageret, campos Rosiæ dixit Italiæ sumen esse, in quibus perticas pridie defectum gramen operiret. Dicitur ergo notanter Virgiliũ significasse hanc soli fertilitatẽ per uerbum An sancti, quod ipse Seruius exponit omni ex parte sancti. & quom cetera cõgruant, medium Italiæ, altitudo montium, casus fluuij & lacus qui speciem præ se ferat spiraculorũ sæui di tis, esse hunc Velini casum in narem locum Italiæ medio à Virgilio descriptũ ostendunt.

Interamnia Interamnia est prima in ordine superiore post Spoletũ, ciuitas uetusta, quam Liuius libro uigesimoseptimo dicit unam fuisse ex colonijs Romanis duo de uiginti, quæ difficillimis per Annibalis præsentiam Romani populi rebus militiam & collationem tributorum de tractauerunt: Cuius prata dicit Plinius quater in anno irrigua secari & non irrigua ter. quod naris illam circumeuntis uicinitas efficere uidetur. Ornatur ea ciuitas Ioanne Ma cincollo cameræ Apostolicæ auditore, legum ac bonarum artium studijs decorato. Prius uero quàm ad naris fluenta ulterius prosequamur: omissa secundum tyberim repetamus. postquam amnis chiesius in tyberim est delapsus primum adiacet haud procul tyberi op

Diruta pidum diruta populo frequentatum. Deinceps Ameria ciuitas uetustissima. nam Marcus

Ameria Cicero sicut refert Plinius eam ante Persei bellum annis nongentis LXXIIII. cõditam prodidit. Virgilius in bucolicis: Amerina retinacula. & Seruius exponit, Virgas quibus uites ligantur, quę uirgæ abundant circa Ameriam: fuitque Roscio olim ornata ciue, quem Marcus Cicero parricidij accusatum contra Syllæ dominantis potentiam defendit. pa trem enim Roscij hominem locupletem & bonum, sed magis quàm par esset erga filium inclæmentem clam occiderunt quidam. filiusque per occasionem discordiarum quasi pa ternæ cædis autor ab hisdem interfectoribus accusabatur. præda ad Chrysogonum quen dam Lucij Syllæ satellitem redibat. nemine itaque ob Syllæ metum audente defensionem suscipere, innocentem bonumque adolescentem defendit Cicero, qui in Syllano exercitu militauerat. Fuitque postea Roscius tantæ in histrionia excellentiæ, ut Cicero & cæteri florentissimę illius ætatis uiri recitantem sedulo audirent: qui adeo doctus fuit, ut librum

Tudertum scripserit in quo histrioniam eloquentiæ comparauit. Interius est Tudertum ciuitas ue tusta, siue ut Plinius appellat Tuder tertio Martino pont. Ro. ciue ornata, cui multa subsunt oppida & castella tyberis ripas & colles montes'que adiacentes complentia, sed minime digna quæ describendo singulariter prosequamur. Proxime uero illis atque etiam Interamniæ nisi medius interesset nar est sanctus Geminus præstans in regione oppidum

Narnia Abest Interamnia sexto miliario à Narnia arduo in colle sita à profluenti nare dicta, quam Liuius & Plinius Nequinũ fuisse dictam affirmant: una coloniarũ quæ Annibale Italiam premente militiam & collationem tributorum detractauerunt: in cuius agro dicit Plinius

scripsisse

scripsisse in admirandis Ciceronẽ terram esse,ex qua siccitate lutum fiat, imbre puluis. de qua Martialis sic dicit,Narnia sulphureo quam gurgite candidus amnis Circuit, ancipiti uix adeunda iugo. Quæ pontẽ habuit superbissimi operis nunc dirutũ, de quo Martialis: Sed iam parce mihi nec abutere Narnia Quinto:Perpetuo liceat sic tibi ponte frui. Ea ciuitas uetustissima ciuili diuisione alias per ętatem nostram sed magis magisq́ proximo tempore lacerata,horrendas suorum mortes uidit,quæ Gattamelatã genuit clarissimũ belli ductorem. & nunc Berrardum haber Spoletinum episcopum ciuilis & pontificij iuris excellentia celeberrimum. Septimo inde abest miliario in uia item flaminia Ocriculum uetusti nominis oppidum,ultra quod sabinę fines tyberim attingunt. Liuius in nono:Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.& in XXII dicit Fabium dictatorem uia flaminia profectum obuiam consuli exercituiq́,quom ad tyberim circa Ocriculum conspexisset agmen uiatorem misisse, qui nunciaret ut sine lictoribus ad dictatorem ueniret. Igitur à uelino lacu repetentes omnem ex ueteri umbria nobis reliquam regionem,ea quæ ipsum uelinum & reatinam urbem,tyberim anienem flumina ad lacum marsorũ interiacent explicemus. Maximus autẽ is est montium & camporum globus, & quem nec incolæ satis norunt,in quo multa fuerunt prisci uocabuli loca quę præsentibus conferri nequeunt:tum quia interierunt quædam: tum quia incõprebensibilis mutatio in alijs est facta. Erant autem olim hæc omnia Sabinæ loca regionis omnium Italiæ uetustissimæ. Nam uidemus Virgilium dicere ante inditũ nomen Italiæ Oenotros illam coluisse.& Oenotriam fuisse constat sabinorum tractum: quod docet Seruius in VII super uerbo Oenotria tellus. Romanos etiam originem habuisse à sabinis per raptum mulierũ constat. Vnde est quod dicit Virgilius.in parte est data Roma sabinis. & factum inter Romulũ & Titum Tatium fœdus per quod recepti sunt in urbem sabini ea lege ut in omnibus essent ciues Romani nisi in ferendis suffragijs. Nam magistratus non creabant. Dicimus ergo fuisse in sabinorum montibus qui nunc reate & inter sabinã præsentis temporis regionem altissimi cernuntur, Tetricæ horrentis rupes montemq́ seuerũ & Casperiã ac Forulos ciuitates. Fuerunt etiã arcades genus à Palante profectum,qui regem Euandrum comites sunt secuti:& Imela fluuius. His generatim dictis notiora particulariter explicemus. Primũ est à Velini in narem casu Sabinos nostri temporis petentibus colles Scipionis oppidũ populo frequentatũ. Post mons Bonus & teranũ castella fluuiolo propinqua,qui nunc nomine carens Imela fuit ex montibus oriundus,quos Vergilius supra docuit casui Velini in narem imminere,& inter Ocriculum ac mallianũ cadens in tyberim. Ab ipso autem Imelæ ortu apud pedelucũ montes incipiunt, qui sinistra ciuitate reatina perpetuo in meridiẽ cursu continuati semperq́ crescentes, & q̃ longe ab apennino recedentes æquicolorũ olim nunc Taliacotij montibus proxime adhærent,tyburtq́ feruntur. quos quidẽ montes si uetustiora quærimus arcades incoluerunt,& tetricæ horrentis rupes monsq́ olim seuerus,mons sancti Ioannis nunc & mons niger dicuntur. Supraq́ eos dextrorsum est oppidulũ caput farfari dictum, quod eo in loco farfarus amnis habet originem,qui fama notissimus Sabinam regionem præsentis temporis mediam diuidit. Imelæ autem sinistrorsum est propinquũ Villæ nunc oppidum Vacunna appellatum, cuius meminit Horatius ad Aristium: Hæc tibi dictabam post fanum putre uacunnæ. Acronq́ exponit uacunnam apud Sabinos plurimum cultam. quidam Mineruã:alij Dianam putauerunt. nonnulli uenerem. Sed Varro rerum diuinarum primo uictoriam esse ait, quod ea maxime hi gaudent qui sapientiæ uacant. Imelæ uero dextrorsum imminet Mallianũ ciuili cultu habitatum & primariũ hoc tempore regionis Sabinæ oppidum. Post arduũ montem in quo mallianũ est descendentes in Sabinę mediterranea uallem inueniunt ut in montosa regione amplam: in qua Imelæ fluuio proxima est sanctę Marię sanctiq́ Eutimi ecclesia Sabinę regionis episcopi:cui dextrorsum adiacet oppidum turres pro Curibus uetustissimis Nummæ Pompilij patria appellatum. Beatus enim Gregorius in registro scribit Gratioso episcopo Nomẽtano: curam gubernationemq́ sancti Euumi ecclesiæ Curium in Sabinorum territorio constitutę tibi prouidimus cõmittendam. Nomentũ namq́ regioni Sabinæ ad hanc urbi Romæ conterminã partem continer. quam urbẽ Seneca epistola quinta supra centesimã dicit aerem habere insalubrẽ unde nunc penitus derelicta est. Martialis autem cocus poëta quom uillam ibi possederit eam sæpenumero laudat, Nomentana meum tibi dat uindemia bacchum. Si te quintus emat commodiora

Ocriculum *Velini colles* *Tetricæ rupes* *Caput farfari* *Vacunna* *Mallianum* *Sabinæ* *Turres op.* *Nomentum*

commodiora bibas. Et de rosa tractans sic habet: Seu tu pestanis genita es, seu tyburis aruis: Seu rubuit tellus thuscula flore tuo: Seu prænestino te uillica legit in horto: Seu modo campani gloria ruris eris. Pulchrior ut nostro uideare corona sabino: De nomẽtano te putet esse meo. nomentũq́ ciue ornatũ fuit præstanti Crescentio, qui dignitatẽ consularem Eugenij III & quintidecimi Ioannis pontificũ Romanorũ temporibus omnium ultimus resumere, ac aliquãdiu retinere est ausus. habuitq́ pro arce Hadriani molẽ ab ipso postea castrũ Crescentij appellatã. Supra cures sinistrorsum in montibus sunt castella Stronconum, mons Caluus & sanctus Petrus, inferius ad dexterã Cotanellũ, Rocha antiqua & aspera secus quã torrens labitur calentinus breui cursu in tybrim cadens. Cotanellũ etiam & Rocham antiquã supereminent colles ardui, ultra quos buccinianũ est oppidum sancti Petri. Inter Calentinũ etiam & mallianũ oppidũ sunt castella, collis uetus, Stemiliana, Furanum, Cabinianũ. transmissoq́ calentino castellũ est in colle poggiũ mirretũ: cui torrentulus adiacet riuus solis dictus, uideturq́ is esse quem Horatius in primo epistolarũ sic describit: Me quotiens reficit gelidus Digẽtia riuus: Quẽ Mandela bibit, rugosus frigore pagus. Quid sentire putas, quid credis amice precari? & Acron exponit: Mandela pagus in Sabinis ubi riuus digentia. supraq́ eius riui fontẽ dextrorsum est Montopolis oppidũ, publicam cuius aream innatũ ferrei coloris obdurũ sternit saxũ. dedit uero Montopolis magnum huius sæculi sabinis ornamentũ Petrum odum, qui grãmaticus Romę celeber nasonianã flaccianãq́ simul in omni carminũ genere facultatẽ facilitatemq́ est nactus. Sequitur ad Tyberim farfari amnis ostium, fuitq́ is fluuius priscis temporibus farfar & fabaris appellatus. Nam Seruius dicit fabarim esse fluuiũ qui per Sabinos transiens & farfarus dicitur: unde Plautus dissipabo te tanquã folia farfari. Ouidius uero: Et amœnæ farfaris undę: prout certe nunc etiã sunt amœnissimæ. longissimo ẽm tractu postq́ Farfarus montes reliquit per plana labitur culta opacis undiq́ tectus arboribus. qua quidem in amenissima planicie monasteriũ ipsi fluuio dextrorsum imminet amplissimũ farfense appellatũ castella ad decẽ possidens, quorum primũ fara dictum colli impositũ est monasterio imminenti. Et illi dextrorsum adiacet oppidũ Poggium curtesij à curtesio amne subtus delabente uocatum. quem quidẽ fluuiũ alliam prisco nomine dictũ fuisse constat. Farfensi etiã monasterio dextrorsum imminet Nerula oppidũ nobile. Superius sunt Scandrilia, Tophia, mons sanctæ Mariæ, fraxum, Poggiũ, Donadeum, Salixanũ, Poggium matani. hæc uero uallis quam farfarus efficit tam multis habitatã castellis illa esse uidetur in qua Horatius uillã habuit. Montes enim quos à pedeluco tybur usq́ cõtinuari ostendimus: hac sola ualle interrumpuntur: Horatius ad Quintũ: Scribetur tibi forma loquaciter & situs agri: Continui montes ni dissotienĩ opaca Valle, sed ut ueniẽs dextrũ latus aspiciat sol, Læuũ discedens curru fugiẽte uaporet. Temperiẽ laudes: quid si rubicũda benigni Corna uepres, & pruna ferant: & quercus & ilex Multa fruge pecus, multa dominũ iuuet umbra. Scribit etiam Horatius in primo carminũ de eodem sic. Velox amœnũ sæpe lucretilẽ Mutat lycæo faunus: & igneam Defendit ęstatẽ capellis Vsq́ meis pluuiosq́ uentos: Et Acron exponit lucretilem esse montẽ in sabinis: ex eaq́ uilla uinum fuit uile, sicut in frigidis locis nasci uidemus. quod Horatius mœcenati misit cum his uersibus: Vile potabis modicis sabinum Cantaris græca quod ego ipse testa Conditũ leui, datus in theatro Cum tibi plausus. Erat etiam in huius uillæ agro sylua, de qua Horatius carminum item primo sic scribit: Namq́ me sylua lupus in sabina, Dum meam canto lalagen, & ultra Terminũ curis uagor expeditus Fugit inermem. fuitq́ Horatio tam grata hæc uilla ut carminum tertio scribat: cur ualle permutem sabina diuitias operosiores. & infra eiusdem uillæ fontem sic laudat. O fons blandusiæ splendidior uitro, Dulci digne mero non sine floribus Cras donaberis hædo. & infra: Te flagrãs atrox hora caniculę Nescit tangere, tu frigus amabile Fessis uomere tauris Præbes & pecori uago. Fies nobilium tu quoq́ fontium, Me dicente cauis impositam ilicem Saxis unde loquaces Lymphæ desiliunt tuæ: Vt non sit mirandũ si Horatius ad hanc ueniens uillam fidem amico fefellit sicut his uersibus. Quinq́ dies tibi pollicitus me rure futurum, Sextilem totum mendax desideror. Sequuntur ad tyberim fluuij curtesij siue aliæ ostia: ubi sabinæ regionis olim finis erat & crustumij incipiebant: quorum populorum locorumq́ appellationem Plinius scribit XVI. ab urbe Roma miliario post Sabinos inchoasse, & ueientes ab ipsis crustuminis è regione positis ibi fuisse diuisos. unde mons

Mandela *Digentia* *Montopolis* *Farfarus flu.* *Poggium op.* *Nerula* *Scandrilia* *Veientes*

de mons rotundus ursinæ, palumbaria sabellæ familiarum urbis Romæ patritiarum oppida ut in regione opulentissima in crustumerijs annumeranda erunt. Allia uero fluuius est: de quo Virgilius. Quosꝗ secans infaustum interfluit allia nomen. & Seruius exponit. Allia fluuius haud longe ab urbe est, iuxta quem Galli Breno duce XV calen. Augusti deleto Romanorum exercitu, postridie deleuerunt urbem. Quam historiam Liuius in sexto diffuse narrat, unde dies illa alliensis dicta præ cæteris omnibus nefasta semper est habita. Fidenæ dehinc describendæ inter montẽ rotundum anienemꝗ & tyberim fuerunt. De quibus in Latina regione, & in Etruria Veios describentes, quorum Colonia erant abunde diximus. Ornata fuit Sabina regio Landone Romano pontifice, cuius patriam ignoramus. Postquam ager Sabinus crustumenusꝗ cum fluuio allia monteꝗ rotundo post tergum est relictus, annio fluuius tertio à Roma miliario fertur in tyberim.

Allia fluuius — *Fidenæ*

REGIO QVINTA PICENVM SIVE MARCHIA ANCONITANA.

SED IAM peruentum est ad fines omnes ducatus Spoletini, Annioꝗ fluuius nos traxerat ad loca in Latinorũ partibus à Strabone Plinioꝗ enumerata. Quare pedem referentes ad propinquam conterminamꝗ regionem transeamus: quæ olim Picenum dicta, nunc est Marchia Anconitana, quum tamen aliquãdo prius fuerit appellata Marchia firmana. Nam in gestis rebus septimi Gregorij pontificis Romani in concilio Lateranensi legimus Robertũ Guiscardum quia Marchiam occupasset firmanam fuisse excomunicatũ. Piceni fines sunt à septentrione Apenninus, eum à ducatu Spoletano ut ostendimus diuidẽs, & ab oriente præsertim hyemali fluuius olim Isaurus nunc folia dictus. A meridie superũ mare. post fluuius Troentus Asculũ præterlabens. Liuius lib. XXII Annibalis progressus describens post inflictam ad lacum Trasumenum populo Romano cladem dicit eum uenisse in agrum Picenum non copia solum omnis generis frugũ abundantẽ sed refertum prçda. Et Pli. scribit picentes quondã ubertimæ multitudinis trecenta sexaginta milia in rei publicç deditionẽ uenere à Sabinis orti. Quom uero socialis belli incentores aut primi marsis incentoribus socij fuissent, in eos à Romanis crudeliter est sæuitum. Liuius lib. XXIII: C. Terentio procos. negotiũ datum ut in piceno agro conquisitionẽ militum haberet. Et lib. XXVII Claudij Neronis Cos. ad Liuium Salinatorẽ Cos. aduersus Hasdrubalem ituri describens iter eum dicit flexisse in picenum. Martialis attribuit rerum trium proprietatẽ piceno his uersibus: Hæc quæ picenis uenit subducta trapetis, Inchoat atꝗ eadem finit oliua dapes. Et alibi. Picentina ceres niueo sic nectare crescit: Vt leuis arrepta spongia turget aqua. Item alibi. Filia picenæ uenio lucanica porcæ, Pultibus hinc niueis grata corona datur. Libet uero ab orientali parte piceni, siue Marchiç anconitanç desciptionem incipere. Isaurus amnis folia nunc dictus ex Apennino ad cotulum arcem ortum habens Pisauri ciuitatis uetustç mœnia attingit, ubi portum sed tenuem raro maioribus nauigijs apertum facit: eam ciuitatem ꝙ penes Isaurum sit nomen nactam à Romanis conditã fuisse constat. Liuius etiã lib. XXXIX. eam à Romanis simul cum mutina & parma coloniã deductã scribit. Scribit Eusebius de temporibus Accium tragœdiarũ scriptorem natum parentibus libertinis Pisaurũ inter colonos fuisse deductum, & fundum accianũ fuisse iuxta Pisaurũ, credimusꝗ fuisse ubi nunc corruptæ dicitur Farnazanũ. Pisaurum urbem nos à Totila destructã à Belisarioꝗ instauratam in historijs ostendimus. Quæ superiori sæculo principem nacta est præstantẽ Malatestam Pandulphi filium litteris moribusꝗ ornatissimũ, qui natos tres & unicam inter rarissimas clarissimasꝗ numerandã mulierem genuit Paulam mantuanorũ prçsentis temporis principũ genitricẽ. Primum supra Pisaurũ ad Isauri siue foliæ sinistrã ripam oppidum est Mons abbatis, è regione cuius oppidi Idaspis torrens Isauro iungitẽ, quod poeta Lucanus nouit ubi dicit: Et iunctus idaspis Isauro. Suntꝗ multa inter Idaspim & Isaurum Pisaurensis & Vrbinatis agrorũ oppida, quorum Mons fabrorũ notius habetur. editissimo autem inter flumina ipsa monte Vrbinum est uetusti nominis ciuitas, cuius inter ueteres primũ meminit Cornelius Tacitus uitelliẽsi bello: & Pli. dicit Vrbinates cognomine methaurenses. Nosꝗ in quinto historiarum ostendimus Belisarium quia fons in ciuitate per

Picenum — *Isaurus* — *Folia flu.* — *Pisaurum* — *Mons abbatis* — *Idaspis flu.* — *Vrbinum*

æstatis

æstatis caumata aruerat, ciuitate ipsa per incolarum deditionem fuisse potitũ. fuit ea urbs diu à montis feretri comitibus pro Romana ecclesia gubernata, prout etiam nunc gubernat idem Federicus, cui supra diximus Eugubium esse subditum. Habet uero nunc ipsa ciuitas Seraphinum iuris & bonarum artium doctrina ornatissimum consistorialem in Romana curia aduocatum. supra Pisaurum ad sinistrum oppida sunt quam plura, sed notiora
Argilla mons Barocius, & Nuuolaria: inter quæ torrens labitur Argilla nomen à limo quem al-
Fanum tum & tenacem habet nacta, Fani fortunæ mœnia attingens. quæ maritima ciuitas & ipsa Romanos habuit conditores: à Totilaq́ sicut Pisaurũ destructa fuit, & à Belisario instau-
Methaurus rata. Absunt tertio à Fano fortunæ miliario Methauri fluuij ostia. Ad dexteram cuius
Forum sempronij partem intus est forum Sempronij ciuitas uetusta, uiæ imminens flamminææ, quam Federicus idem feretranus pro Romana ecclesia nunc gubernat. Est uero is Methaurus amnis uelox à Lucano appellatꝰ, clade Hasdrubalis per Liuij Salinatoris Claudijq́ Nerõis Coss. Romanorum uictoriam libro Liuij XXVII copiose narratam clarus. quem ad sinistram
Cãdianus flu. tertio supra forũ Sempronij miliario fluuius illabitur Candianus: sinistra in cuius ripa uiæ flamineę, quam Augustus Octauianus ab urbe Roma Ariminum usq́ strauit, pars uisitur mirabili & sumptuosissimo opere facta: quod durissimi saxi mons quingentis excisus in longitudinem passibus iter præbuit curribus. & ne subiectus amnis rapidum currens utæ corroderet fundamenta, murus ab aquis in summam uiam quadrato lapide pluribus locis in sublime excitatus illam sustentat. Sed maiori opera impensaq́ saxum siliceam habens duriciem, ducentis ut teneo passibus longitudine, & octo altitudine perforatum, curribus
Forulum item factum est peruium, cui a forma actuq́ forulo est appellatio: docetq́ titulus literis cubitalibus in frõte excisus T. Vespasianum & non Octauianum Augustum, qui uiam strauerat flamineam, id foruli opus fieri curasse. Is Candianus torrente auctus uno ad dexteram habet Aqualaneam uicum tabernis hospitatorijs frequentatum. Et paulo supra habet
Mons falco montem falconem: supra uero ad sinistrã Callij ciuitatis mœnia abluit Candianus, & supe-
Callium rius est Candianum oppidum ab eo fluuio appellatũ. quod tamen ex Luceolis oppidi ue-
Eugubium tusti propinquo loco, quà ex uia flaminia Eugubiũ est iter à longobardis excisi, ruinis ædi
Luceolis ficatũ fuisse, non dubito. Estq́ Luceolis locus ad quẽ libro historiarũ septimo ostendimus Narsetem eunuchum castra habuisse quando mors Totilæ sibi fuit nuntiata. Et libro IX diximus Eleuterium Italiæ exarchum ab Eraclio imperatore constitutum, quia usus perfidia ad imperium aspiraret ab exercitu Rauennate apud Luceolim interfectum. Supra forum Sempronij plus minus octauo passuum miliario Methaurus amnis firmiani mœnia abluit oppidi Vrbinatiũ, iuxta quod mons est Hasdrubalis nomen habens. & eum ducem ibi superatum fuisse, & constans in regione fama est, & nos Liuij Patauini libris attente lectis certissima deprehendimus coniectura. Interius uero ad Methauri superiora progredientes planiciem inueniũt speciosissimam: in qua primum est oppidum à Metbauro penè in insulam circundatũ, quod Guilielmus Durandi carnotensis decanus põtificij iuris consultissimus speculi eius doctrinæ libri autor, cum Martini IIII Pon. Ro. nuntius & Ro-
Castrum durantis mandiolæ thesaurarius esset à fundamentis ædificauit, & à suo nomine castrum Durantis appellauit. Quinto inde miliario abest sancti Angeli in uado oppidum mercatoribus fre-
S. Angeli op. quentatum. Et proxime Appennino mercatellum. superiusq́ Amola castellum ad Appe-
Amola nini tramitẽ positum, quà in etruriam à Romandiola difficili ascensu itur. Eam uero regionem à Federico feretrano possessam, que massa trabaria appellatur, Romanam ecclesiam cuius iurium est sic uocasse constat, quia ex ipsis appenini iugis immensæ magnitudinis abiegnæ trabes Romam in ædium Basilicarumq́ structuram portari consueuerint, prout etiam nunc portantur. unde uidetur hac ratione Plinium non absurde scripsisse quod supra retulimus: Tyberim amnẽ à Tiferno hinc appenino appropinquantem fuisse Romam ratibus nauigabilem, prout certe nunc est quando imbribus adeo intumuit, ut clausuræ eius cogendis ad molendina aquis ubiq́ in alueo iactę, omnino prohibere nequeant. Sunt etiam in montibus qui Methaurum inter & Isaurum ac Apenninũ massæ imminent Trabariæ Carola oppidum, & minora aliquot castella: raspagata, miraldella, sorbedullum, sanctus Martinus, Brasticaria, Belforte Campus, turris fossati, paganicum. Perlum potentis
Vbaldini olim ubaldinorum dominij reliquiæ, quas Octauianus possidet Vbaldinus patre genitus Bernardino, cuius adolescentis egregie docti humanitas ac modestia grauitate cõdiuntur prudentiaq́

prudentiaq; senili, ut alterum in ipso expectemus Ioannem acciónis proauũ, qui patrum nostrorum memoria uirorum sui seculi arma tractantiũ facile princeps, & tamen prudentissimus grauissimusq; est habitus. Post Methaurum fluuium in hadriatici littore sequitur Cesanus torrens: ad cuius sinistram intus est Mondofum, & inde Mondauium, & supra sanctus Laurentius oppidum Vgone ornatum domino familiæ Montis uetuli, qui uita & moribus dignitatem magis decorat abbatialem quàm ab ea decus accipiant. Et interius ad Cesani fontem pergula oppidum, quod nuper habuit Angelum rei bellicæ gloria clarum. Misa fluuius post torrentem cesanũ primus mare illabitur ad Senæ nunc Senogalliæ mœnia urbis uetustissimæ à gallis quondã senonibus habitatæ. quę urbe capta, direpta, incensa, ac auro redempta, postmodum à Romanis duce Camillo ad internitionem fuerunt cæsi. & nunc solo æquata, in cuius superborum olim mœnium partis ambitu arces sunt pertenues duæ, quæ à Sigismundo malatesta cum fano fortunæ ac Arimino pro Romana ecclesia gubernãtur. Sunt uero multa interius circa Misam amnem oppida & castella, quorum notiora mons Boddij, corinaltum & Rocha, cuius nomen sæpe in ætatis nostræ historijs inuenitur. Et paulo superius augetur Misa sentino amne ad saxiferrati mœnia delabente, cuius oppidi nomen sæpe per ora uirum uolitare facit Bartolus iureconsultorum superioris sæculi excellentissimus. Habet uero nunc id oppidum Alexandrum theologia ac philosophia, & Nicolaum perottũ eloquentia ornatissimos. Sentinus amnis uetustum retinet nomen, secus quem secundo supra saxumferratũ stadio Sentina urbs fuit uetusta: in cuius agro Liuius lib. x. prælium scribit præclarum fuisse gestum, in quo Fabio Maximo Decio Coss. ab Vmbris, Etruscis, Gallis, & samnitibus cum Ro. pugnatum est. & Decius filius genitoris Decij exemplo deuotus hostium telis obrutus interijt, Romaníque uictoria potiti peditum quadraginta millia trecentos triginta, equitum sex milia de hostibus interfecerunt: Samnitium que agmen cum fuga prolapsi per agrum pelignum fugerent circunuentum à pelignis est. ex milibus quinq; ad mille cæsi. estq; id prælium in quo quom structæ acies undiq; starent, cerua fugiens lupum è montibus exacta per campum inter duas acies discurrit. inde diuisæ feræ cerua ad gallos lupus ad Romanos cursum deflexit. lupo data est inter ordines uia. ceruã galli cõfixere. Tum ex antesignanis Romanus miles: Illac fuga inquit: hinc uictor Martius lupus integer & intactus gentis nos Martiæ & conditoris nostri admonuit. ex Sentinæ urbis à Longobardis destructæ ruinis saxũferratum, & pariter sexto ab inde miliario Fabrianum oppida fuerunt à principio inchoata. Ortum uero habet Sentinus in Apennino ad tramitem, unde Fossatum umbriæ oppidum est accessus. post senogalliã prima inueniuntur in littore flu. Esini ostia, ad quæ arx est munitissima anconitanorum præsidio custodita. Intus ad eundem fluuium sui nominis est ciuitas Esis & ipsa uetus: & interius ac sub primis apennini collibus frequens opificibus Fabrianum, quod nobilissimũ totius Piceni siue Marchiæ oppidum, Sentinæ urbis uetustæ ibi ad sex mille passus uicinæ excidio ædificatũ per ætatem nostram Gentilem habuit pictorum sui sæculi celeberrimum: In eoq; familia nobilis clauelensium uiri simul pueri & infantes, in quibus Baptista litteris ornabatur, ciuium conspiratione dum sacris in Basilica interessent, ad internitionem sunt cæsi. fortunatũ uero est præsenti anno sicut & proximo fuit Fabrianum Romanę curiæ eo ductæ præsentia, unde multas diuitias maxima cum dignitate accumulat: tulitq; ipsius oppidi sors ut adulterini pontificis reliquiæ pestiferi dogmatis in eo fuerint punitæ, quod quidem memorabile facinus non ab re censuimus referendum. Quom Ioãnes XXII. pont. Ro. Ludouici bauari adulterini imperatoris importunitati ac insolentiæ constanter resisteret, ueniens Romã ipse bauarus quendam Petrum colutij de corbario reatinæ dioecesis minorũ ordinis in Antipapam profanari curauit: qui miser factę de se electioni quom esset assensus anticardinales creauit, & complicibus in uesania impietateq; sua coactis pro uiribus est conatus scindere dei ecclesiæ unitatem. & tamen interim Ioanna Mathei filia de corbario repetijt in iudicio eundem maritũ suum, qui secum annis quinq; priusquam ad fratres minores inhabilis confugisset, matrimonialiter fuerat copulatus. fuitq; per episcopũ seruato iuris ordine in petrũ sententia redintegrandi matrimonij promulgata. Sed quom petrus ipse in idolum prophanatus à Bonifacio comite Pisano captus & ad Romanum pont. Auinionem perductus esset, ibidem in carceris pedore obijt. Nec tamen semper postea defuerunt illius uesaniæ sectatores Fraticelli de

Misa flu.
Pergula
Senogallia
Saxumferratum
Sentinus flu.
Sentina
Esinus flu.
Esis c.
Fabrianum
Antipapa
Fraticelli

opinione uulgariter appellati,aſſerentes nec Ioannem XXII nec quemplã illius ſucceſſo
rem iure & ordine creatum eſſe pontificem: quod malũ adeo diffuſum eſt ut in multis ma
gnisq́ Italiæ ciuitatibus atque per oram Græciæ præſertim in athenarum urbis reliquijs
multi hactenus ſint inuenti Romanis pontificibus eam ob fatuitatẽ animis & conuenticu
lis clam initis aduerſantes. Quamquam magis luxus & libidinis ſequi oblectamenta ui/
dentur q̃ iuris pontificij quærere fundamenta. Nam præter ſtupra & adulteria quæ paſ/
ſim unuſquiſq́ abditis in locis & ad hoc occulte paratis cõmittunt, aliud publicis eorum
cerimonijs tale fit ſcelus. uocatæ & de induſtria ſeductæ ſpecioſiores quæq́ uel uiduæ uel
uirgines uel matronæ quom in antra noctu cõuenerint, ſacerdotes & clerici eius ſectæ eo/
dem in antro clauſi diuinas quidem laudes ad fidem à ſimplicibus comparandam ex ritu
chriſtiano legunt cantitant immurmurant, quibus nocte ut aiunt media finitis, ſacerdos
eorum maior alta admonet uoce binos debere maſculum & fœminam ſancto ſpiritu in/
uocato in complexum carnalemq́ copulam commiſceri. inde luminibus illico extinctis,
quemq́ uirum proximã aut manu captam aut etiam de induſtria obſeruatam mulierem
ſibi proſternere. ſi uero ex huiuſmodi coitu cõceperit mulier, infans genitus ad conuenti/
culum illud in ſpeluncam delatus per ſingulorũ manus traditur tamdiu totienſq́ baiulan
dus quouſq́ animam exhalauerit. Iſq́ in cuius manibus infans expirauit maximus ponti/
fex diuino ut aiunt ſpiritu creatus habet̃. & quom alter item ex tam multis uitiatis mulie/
ribus offertur fœtus, eum ſacerdotes collegialiter cõgregati prunis aſſant, collectũq́ inde
puluerem in uaſculum mittentes uinum ſuperfundunt, quo nouitios & execrabilibus hu
iuſmodi initiandos ſacris potant: à quo cõbibendi modo crudelis hæc ſuperſtitio uaſculi
Barilotum quo fit uocabulo Barrilottũ appellata eſt. Retulitq́ nobis religioſiſſimus & certe ſanctus
uir Ioannes Capiſtraneus: huic perſequendæ hominum ſectæ præfectus, ſceleſtiſſimam
mulierculã ſponte ſibi faſſam fuiſſe, cum eo ex diabolico coitu peperiſſet infantẽ, genitum
læto animo lætioreq́ fronte in ciſtella de induſtria ornatiſſima ad ſpeluncam detuliſſe, prę
fatam ſe munus afferre precioſiſſimũ: eandemq́ parentem non modo ſiccis oculis ſed hi/
lari animo eiulantem, miſerandumq́ uociferantem aſſari filium inſpexiſſe. Eam itaq́ cru/
deliſſimam hæreſim quom fabriani degentes accuratius proſequuntur, conuicti ad duo/
decim & reſipiſcere pertinaciter recuſantes igni ut erant meriti ſunt cõſumpti. eſt uero ad
Eſis fluuij dexteram ſub ipſis Apennini iugis qua Validum umbrię oppidũ petitur, locus
Locus here. fratrum ſeraphici Franciſci heremita dictus, quo uiſo ut inquit poëta Ouidius potes dice/
re numen ineſt: ædificijs certe quantum religioſis uiris ſat ſit ea in locorum aſperitate tam
cõmode inſtructus, ut alia eiuſdẽ ordinis Italię urbium loca amœnitate ſuperet. ſeruaturq́
picta in eo tabula Gentilis fabrianenſis, opus cæteris quas uiderimus præferenda. habet
Eſis fluuius ad dexteram intus Serram oppidum ſancti Quirici appellatũ quingentis paſſi
Mathelica bus ab ipſo amne & arduo in colle ſemotum. ei auerſa à Fabriano regione Mathelica op/
pidum non ignobile, cuius nomen in picentibus ponit Plinius, ſexto abeſt miliario, iuxta
quod labitur torrens breui curſu in Eſim & ipſe cadens. ſecundũ littus, poſt eſis oſtia pro/
Cimera mons montoriũ Cimera incipit Mons anconæ dictus. q̃d quidẽ promontoriũ tam propinquum
Mons eſt Apennino, ut aliqui montem ipſum ibi opinati ſint ſcripſerintq́ finiri, unde oſtendit
Anconæ Plinius eo in loco Italiam ſe flectere, & aduerſam huius cubiti partem concauum eſſe luna
Ancona tum ac maximum, quod à piſtoria incipiens per caſentinum burgumq́ ad ſepulcrum tan/
quam primo cornu procedens, centralem ſinum apud foſſatum ualidumq́, & poſtea alte
rum cornu ad Nurſiã caſſiamq́ habeat. ſub promontorio qua uergit in mare eſt Ancona
ab ipſa littoris & Italiæ ſe flectentis curuitate dicta, cuius uetuſtæ urbis & à doricis Gręcis
ut Iuuenalis & ut Plinius à ſiculis ædificatę portum Traianus imperator quod extantes ti
tuli etiam nunc oſtendunt, inſigni opere & tutiſſimum nauibus & ornatiſſimũ extruxit.
Oſtendimus hiſtoriarũ quarto anconam urbem dum Conon Iuſtiniani imperatoris parti/
um dux male defenſat, gotthos ſuburbium quod tunc mare inter & montem urbe inclu/
ſum eſt igni ferroq́ uaſtaſſe: & libro VII diximus narſetis Eunuchi duces cum triginta
nauibus quadragintaſeptem gotthorum naues profligaſſe, & anconam obſidione duriſſi/
ma tunc leuatam fuiſſe: undecimoq́ docuimus libro ſarracenos per tempora Lotarij im/
peratoris & Sergij papæ, qui dictus fuerat os porci anſerenſi urbe in dalmatis euerſa, naui
busq́ Venetorũ ceteis tribus in Tergeſtino ſinu captis incenſiſq́ anconã quoq́ captã ac

ſpoliatam

spoliatam incendisse: qua expeditiōe sarraceni dissensionibus freti, quibus cum fratribus
agitabatur Lotharius imp. post incensam desolatamq; anconam quicquid urbium & lo-
corum usq; idruntum ea habet ora maritima spoliarunt. ciuibus ea ciuitas moratis & im-
primis mercaturæ deditis sed maxime omniū seruatæ dudum libertatis gloria decoratur:
habetq; nunc Franciscum Stalamoniē & Nicolaum iureconsultos bonatum litterarū stu-
dijs ornatos: quom nuper amiserit Ciriacum qui monumenta inuestigando uetustissima
mortuos ut dicebat uiuorum memoriæ restituebat. Primus post cimericū promontorium
est amnis Musio quem ad hostia aspidum uocant. Tertioq; ab eo amne miliario & paulo *Musio flu.*
supra mare uetustissima interijt urbs Humana: & paruo ab inde spacio adhæret mari ipso
in promontorio siriolum oppidū. Ad alteram uero promontorij partem in mediterranea
uersam primum est castrum ficarellū. interius decimo ab ancona miliario est Auximum *Ficarellum*
ciuitas uetustissima, cuius ardui mōtis in quo est sita radices musio attingit. ea urbs in mul *Auximum*
tis locis præsertim in belli ciuilis C. Cæsaris cōmentarijs & nostris ostrogothorum histo-
rijs inuenit̄ celebris. quam ostendimus duram pertulisse & longam obsidionē priusquam
in Bellisarij potestatem deueniret, ea maxime causa ꝙ gotthi illam ualido defensabant. su-
perius item XII miliario sub Apennini collibus est cimbulum oppidum à labieno ædifi-
catum, cuius item cælsum sicut Ausimi montem Musio circuit, & paulo superius ortum *Cimbulum*
habet: sed medio inter Auximum cingulumq; spacio est staphilū haud ignobile piceni op *Staphilum*
pidum, superiusq; ad dexterā inter colles Apennino proximos est Lapirus uetusti nomi-
nis castellum. Attingit uero in mediterraneis mari propinquioribus Musio Recanetū ci- *Recanetum*
uitatem quæ ricinetum principio appellata est. quom enim Gotthi Eliam ricinam ciuita-
tem campestrem ab Elio pertinace Romano imp. ædificatam, cuius maceratæ propinqui-
ora cernuntur fundamenta, demoliti essent: eius incolæ in oblongum istud dorsum demi-
grantes Recanetū ciuitatem sumpto nomine à prima parum mutato ædificarunt: idq; de-
creta ricinatum marmoribus incisa quæ apud maceratam sunt ex parte ostendunt. ea ciui
tas magnum ex patria & affinitate nostra forliuio habet ornamentum Nicolaum Asteum
recanatēsem & maceratēsem episcopū sacris & philosophiæ ac medicinæ litteris quibus
adolescescens operam dedit egregie eruditum. Recanetum inter & Adriaticum mare pau
lulum à Musione recedit celeberrimū totius Italiæ ut in aperto immunitoq; uico sacellum
gloriosæ uirginis Mariæ in laureto appellatū, quo in loco preces supplicantiū à deo geni- *S. Maria in*
tricis suæ intercessione exaudiri illud maximum certissimumq; est argumentū, quod eo- *laureto.*
rum qui uotis emissis exauditi fuerunt ex auro argento cæra pannis ueste linea laneaq; ap
pensa donaria, magno luenda precio, basilicamq; omnē penè cōplentia, episcopus in dei
uirginisq; gloriam intacta conseruat. Potentia amnis sequitur, ad cuius ostium uetusta in- *Potentia flu.*
terijt eiusdem nominis urbs inter primas picentum aliquādo numerata. is amnis in Apen
nino supra matelicam & quasi è regione nuceriæ alphateniæ oriundus habet intus ad de-
xteram & sub primis Apennini collibus ad duos mille passus distans Monticulum oppi-
dum. Ad sinistram uero inferius Montem sanctum egregium in picentibus oppidum. Su
perius uero & ad primos Apennini colles potentia præterlabitur sanctum Seuerinum no *S. Seuerinum*
bile sed nouum oppidum, ad ruinas ædificatum Septempedę oppidi uetustissimi à longo
bardis solo æquati. Asinus inde torrēs perexiguus mare illabitur, cui superius adiacet san
cta Maria in cassiano oppidum ad dexteram, & intus ad sinistram paulum à mari recedit
Ciuitas noua nobile oppidū. Et sexto ab asino torrente miliario adsunt chienti amnis ho-
stia cui intus ad dexteram adiacet mons casuarius oppidum. pauloq; remotius morrum,
& tertio ab inde miliario superius Macerata ciuitas noui nominis & ipsa eliæ ricinæ sicut *Macerata*
Recanetū excidio inchoauit. quintoq; inde miliario superius est mons ulini oppidū non
ignobile: quod Franciscus Sfortia quo tempore primum Eugenio IIII. pon. Ro. hostis *Mons ulini*
esse cœpit diripiendum militi concessit. Inde est arantia uaranensium uilla. Superius item
ad chientum amnem est tollentinū uetus oppidū, quod populo frequens beato confessore
Nicolao ornatur: cuius relationis in numerum sanctorū apostolicas litteras Ego IIII Eu- *Tolentinum*
genij pon. Ro. secretarius confeci. habuit uero tollentinū per ætatem nostram Nicolaum *S. Nicolaus*
matrucium tollentinatē inter primarios rei militaris duces annumeratū. habetq; nūc Fran
ciscum philelphum litterarum Græcarum latinarumq; excellentia ac æditorum operum
fama notissimū. supraq; tollentinū tertio miliario est belforte oppidū. Vbi ueto chientus *Belforte op.*

fontes in Apennino habet Serauallis est & castellum & uicus, quo tramite camerinum ex
Camerinum umbria adiri ostendimus. est ad sinistram superius camerinū ciuitas uetustissima, ad quam Liuius libro I X. Fabij maximi fratrē quando motus etruscorum iuerat exploratū peruenisse & multa exceptum comitate scribit. & lib. X. dicit camertes dedisse P. Scipioni armanda classe quā duxit in aphricam cohortem unam sexcentorū militum armatorum. Ea dudū fuit in picentibus sicut & nunc est populi frequentia opibusq; primaria: quæ proximis annis similē uidit Fabrianensi nobiliū Varanensiū cędē. sed nunc à duobus ex eadem uaranensiū gente adolescētibus Rodulpho & Iulio litteris uirtutibusq; ornatis gubernata quiescit. Influit chientū amnem supra tollentinū torrens fiastra in Apēnino proxime fontibus naris umbrorū amnis oriundus, cui in ipsis Apennini iugis adiacet fiastrum inde appellatum castellum: & qua torrens ipse in chientum labitur est chaldarola oppidū non exile. Ad chienti sinistram intus est sancti Elpidij oppidū. Superius sancti Iusti castellū quod torrens lætus cognomine uiuus attingit, & in chientum breui cursu labitur. Itemq; superius ad primos Apennini colles sancti Genesij est oppidum haud ignobile, cui interius seruana adhæret. Interq; ea duo oppida planicies plicæ est apud quam letusuiuus torrens originem habet. Ad eumq; torrentem quinto infra seruanam miliario urbs est Saluia, uetus nomen & pariter multæ uetustatis ingentes ædificiorū ruinas habens, inter quas certum est tria fuisse theatra. nec satis inuenimus quo tempore aut à quo ea urbs fuerit condita. paucis etiam in locis præter quàm in Plinio & nostra gotthorū historia illius nomen apud uetustos inuenitur: nunc quidem reliquiarum & quidē ingentium loco derelicto extat in earum angulo oppidum urbis aliæ corruptū à uetusto tenens nomen. sunt etiā tertio infra saluię uestigia miliario ad letiuiui torrentis undas ingentis monasterij claraualensis ruinę

Fiastra flu. & op

S. Elpidij op.

Tignia flu. At in littore prima sequuntur amnis nunc tennæ olim Tigniæ hostia: cui amni haud longe ad dexteram adiacet oppidum nunc sancta Maria in Georgio appellatum inter primaria marchiæ annumeratū. Quæ urbs olim fuit Tignium: de qua in cōmentarijs C. Cæsaris sic habetur: Interea certior factus Tignium Thermū prętorē cohortibus quinq; tenere, oppidum munire, omniumq; esse Tigniorum optimā erga se uoluntatē, Curionem cum tribus cohortibus, quas pisauri & arimini habebat mittit. cuius aduentu cognito diffisus ciuium uoluntate Thermus cohortes ex urbe educit & profugit: milites in itinere ab eo discedunt ac domum reuertuntur. Curio summa omnium uoluntate Tignium recepit. Et citra ultraq; tennam multa sunt ibi propinqua agri firmani oppida & castella. sed primum superius ad tennā est mons sancti Martini, & tertio supra abest miliario penna. Post quarto miliario ad primos Apennini colles est amondula, & ipsum inter primaria piceni oppida numeratum: ad sinistramq; temnę in Apennino est Mons fortinus nobile oppidum: supra quod in Apēnini iugo tenna is fluuius fontem habet: inferiusq; ad hostia eadē sinistra castellum est portus firmanus appellatū, quom tamen mare & fluuius nedum faciant ibi portum, sed uix tolerabilem nauibus præbeant mansionem. intusq; tertio miliario est ciuitas Firmana Romanorum colonia ex duo de uiginti quæ difficillimis secundi belli punici temporibus primo detrectarūt militiā & tributorum collationē, post in senatus & populi Romani potestatem se permiserunt. Et tamen haud quaq; in hoc murorum ambitu quem habet uetusta, quo illam circundedit superiore sæculo Ioannes auolius uicecomes rei bellicæ ductorum sui temporis præstantissimus, quom tamen saxeo in tumulo qui mœnibus includitur oppidum fuerit peruetustum cui castello firmano erat appellatio. cernunturq; in saxo cubitales litteræ diui nescio cuius Augusti titulo incisæ. fuit pridem eo in tumulo arx munitione & ornatu inter primas Italię numerata: quam deturbato ac per arma pulso pontificis Eugenij uiribus Francisco Sfortia populus firmanus muro & omni munitione simulq; ornatu spoliauit. Absunt à firmano portu quinto miliario torrētis letimortui ostia ad quæ magni ædificij uestigia cernūtur. estq; fama nullius quod sciam uetusti litteris confirmata picenum ibi fuisse urbem, à qua prouinciā nomen autumant nactam esse. isq; torrens paulo supra petriclum inter & belmontē oppida ortum habet: eundemq; torrentem inter & proximū asonem fluuium est mons rubianus oppidū, & superius ad asonis dexteram intus sunt Seruilianū, post sancta uictoria, & superi⁹ Mons falco oppida: & superius item summo in Apēnino mons monachus non ignobile oppidum sub asonis fluuij fonte situm. ad asonis sinistram littori fluuioq; adhæret pedasum castellum: supraq; est Mons floræ, superius

Mons fortinus

Letus mortuus flu.

Mons falco

ræ, ſuperius oppidum Monsnouem dictum, quod à nouem nobilibus fuit ædificatũ: inde *Monsnouem*
habetur Mons altus & forte & ſuperius oppidum cõmunalia aſculana appellatum: illabi- *Mons altus*
tur poſt hęc mare torrens perexiguus, ad cuius oſtia ęſt morcinum caſtellum interius ripa *forte op.*
traſonum, quod oppidum loci natura muroq́ȝ munitiſſimum nulli picentum populo diui-
tijs concedit: & tamen dum pellendo prouincia Franciſco Sfortia bellum geritur, id oppi
dum Sfortiani diripuere. ſupra eſt coſſignanum nobile oppidum: ſuperius caſtignanum. *Coſſignanum*
Superi⁹ his in mediterraneis abeſt tertio miliario à coſſignano aufida nobile munitiſſimũ *Aufida op.*
natura loci oppidum. Altiſſimis uero in montibus qui prædictis oppidis è regione reſpon
dent: ſummo in Apennino eſt Mons ſanctæ Mariæ in gallo oppidum: cui ipſo in Apen-
nino propinqua eſt cauerna ingens ſibyllæ uulgo appellata: & paulo ſuperius eſt lacus ille *Cauerna*
in nurſinorum agri Apennino: quem uano ferunt mendacio piſciũ loco dæmonibus ſca- *ſibyllæ*
tere. ea tamen duorum locorum fama multos diebus noſtris & plures ſuperioribus ut au-
diuimus ſæculis pellexit necromantia delectatos aut noſcendarum rerum mirandarum a-
uidos, ut arduos hos montes magno uanoq́ȝ labore cõſcenderent. Diſtant in littore ab aſo
nis fluuij oſtio Griptæ oppidũ octo, à Griptiſq́ȝ ſanctus Benedictus item oppidũ duo mil- *S. Benedictus*
lia paſſuum: quæ maritima regio omnium Italiæ præter ſurrentinam caietanamq́ȝ amœ-
niſſima mali quod arantium uocant feraciſſima, uitibus item arboribusq́ȝ & oleis eſt con-
ſita, & tribus à ſancto Benedicto milibus diſtat arx Aſculanus portus appellata: quæ o-
ſtijs troenti fluminis ad cuſtodiam eſt appoſita: ubi fines ſunt littorei noſtræ regionis pice
ni ſiue Marchiæ anconitanæ. Eſt primum intus ad troenti dexterã oppidum Mons Bran- *Mons brandonus*
donus, ciue nunc uno feliciſſimum Fratre Iacobo ordinis ſanct: Franciſci de Marchia ap-
pellato, quem ardentiſſimum pariter & eloquentiſſimũ uerbi diuini præconem uitam du-
cere in terris angelicam conſtans fama conſentit, adeo ut nullus dubitet quod multi ui-
diſſe affirmant eum ut eſt uiuum miraculis coruſcare. tribus ab hoc oppido & totidem
milibus à ripa traſonum abeſt Aquauiua oppidum: ex quo duces adriæ prouinciæ apru- *Duces*
tinæ originem duxere. ſecundum hanc troenti dexteram ipſo in Apennino eſt arquata op *Adriæ*
pidum nobile, quod Nurſini pontificum Romanorum conceſſione in aliena obtinent re- *Arquata*
gione. Superius quinto miliario pariter ad troenti dexteram eſt Accumulum nobile oppi
dum: & item ſuperius ſub troenti fonte eſt amatrix oppidum ut in montanis egregium,
quod fortaſſis propinqua in regione quom ultra fontem & ad troenti ſiniſtram ſit annu-
merari debuit. Difficilis uero eſt montium huiuſmodi & ſitorum in ipſis locorum deſcri-
ptio: quod ſaltuoſiſſima ſunt & riuis altisq́ȝ rupibus quandoq́ȝ ita diuiduntur ut nec pictu
ra ſit nec elocutio quæ plenam illorum notitiam dare poſſit. hinc unum dictis addere libet
quod ſuo loco commode nequiuimus explicare: ea in Apennini parte in qua ſuperius op
pidum arquatam eſſe diximus, ipſe Apenninus ſe ipſum ſuperans arduum facit grumum,
qui nurſinos à picentibus dirimit: appellaturq́ȝ mons uictor quod cæteros regionis mon-
tes altitudine uincat: ad cuius orientale lacus ille dæmonibus infamis, ad aliud que latus *Lacus dæmonum*
in meridiem uerſum duo ipſius colles altiſſimi & pauliſper in profundo inter ſe diuiſi fur-
culas faciunt preſtæ appellatas, inter quas troentus labitur, & mox ab ipſis furculis per ar *Furculæ preſtæ,*
ctam & tanquam manufactã decurrens foſſam arquatæ mœnia attingit. Vltra atq́ȝ etiam
infra amatricem medio in Apennino fluuius oritur nomine caſtellanus: qui paruo curſu
ad mœnia aſculi defertur: & paruo inde ſpacio cadit in troentum, ut hinc caſtellanus iſte
troentus inde aſculi mœnia circumluant. Ea ciuitas uetuſtiſſima aliquando picentum pri
maria fuit. & Liuius quom lib. LXXII. dixiſſet Italicos populos bello ſociali defeciſſe
primos ponit picentes. Poſtea lib. LXXVI. dicit aſculum à Pompeio Strabone captum
quo in prælio quom terra tremuiſſet, Strabo tellurẽ æde promiſſa placauit. & tamen poſt
cædem incendiaq́ȝ cõmiſſa urbem euertit: quia Aſculani initio belli miſſos ad ſe legatos in
terfecerunt. Aſculum uiros ſæpe habuit præſtantiſſimos, Titum betutium barrum orato- *Aſculum*
rem, quem Cicero in bruto cæteris ſuæ ætatis oratoribus externis præfert: Ventidium
baſſum ducem Romanum qui primus parthos attigit: in quem militare illud
lædorium fuit dictum, qui mulos fricabat factus eſt conſul. Ha-
buit etiam Nicolaum tertium pont. Ro. Cicumq́ȝ
excellentiorem mathematicum quàm
uulgarem poëtam.

Romandiola siue Flaminia.

SED iam finis adest Piceni seu Marchiæ anconitanæ deinceps Flamini am siue Romandiolam adeamus. Flaminiæ quantum ad hanc spectat regionem uocabulū ante finitum secundū bellum punicum nusquam reperitur. Nam Flaminium uetus oppidum iuxta tyberim & soracte montem fuit: de quo Virg. in VII Hi soractis habent arces Flaminiaq; arua: & Flaminia dicta est uia: quam Octauius Augustus ab urbe Roma uel potius à circo Flaminio sicut in Roma instaurata docuimus Ariminum usq; strauit. Per totum uero secundum bellum punicū, sicut & belli primi punici temporibus factum erat, hanc regionem Liuius Patauinus quantū ad Romanos spectabat solo Arimini uerbo appellat. Nam lib. XXIIII sic dicit Prætori Sempronio prouincia Ariminum obuenit, quom reliqua omnia padum uersus Apenninum & alpes partim boios partim Galliam diceret Cisalpinam. pariter dicimus de Aemilia quæ & ipsa in Romandiola est cōprehensa. Liuius autem lib. XXXVIII scribit M. Aemilium Cos. Liguribus subactis uiam à placentia productam Flaminiæ cōiunxisse, ut certum sit uiam à foro Cornelij usq; placentiam inde Aemyliam appellaram. & infra innuit Liuius, Quintum Flaminium fratrem: qui ut meretrici Placentinæ placeret, gallum securi percussit: quando baccanalia Romæ sublata sunt, uiam strauisse quam Flamineā appellarit: habuerintq; fines Flaminia ab Isauro ad uaternū fori Cornelij nunc imolæ amnem, & Aemylia inde ad Trebiam Placentiæ urbis fluuium, quam longitudinē & nunc habet Rauennatis ecclesiæ exarcbatus, prouincia cuius tota id Romandiolę nomen olim obtinuit: quod quidem nomen ostendimus in historijs Carolum magnum & primum Adrianum pont. Ro. post oppressos dominioq; priuatos longobardos ea maxime ex causa indidisse: quod toto Longobardorum tempore Rauenna cum propinquis aliquot ciuitatibus & oppidis Romano populo fidem constantissime seruauit. Sed nos consuetudini adhærentes iam inueteratæ fines Romandiolæ intra Isaurum siue foliam & scultennam siue panatium amnes Apenninumq; montem, ac mare Adriaticum padusamq; paludem citra padum, & ultra illum quicquid ager Ferrariensis ad Veronensium Patauinorumq; paludes & ultima usq; padi ostia fornaces appellata mare inter Adriaticum & padum habet, constituemus. Ad dexteram Isauri amnis ripam primum habet Romandiola oppidum poccium, post montem lurum. inter Isaurum & proximum torrentem crustumium, de quo Lucanus: Crustumiumq; rapax. siue ut nunc appellant concbam: focaria est promontorium quatuor habitatum oppidis: granariolo, castro medio, gabitijs, florentiola, & uinetis & oliuetis egregie consitum. superiusq; sunt oppida: tumba, planum montis, mons caluus, pes campi, saxum corbarium, & macerata montis feretri. Sub focaria Ariminum uersus catholica uicus ad quem absorptum mari oppidum Concbam eminentes aquis muri turresq; per æquoris tranquillitatem ostendunt. Interius est gradaria Sigismundi Pandulphi uilla, superbis ædificijs, amœnisq; consitionibus & amplissimis uinetis ornata, ad sinistram sita concbæ amnis, à quo summersum oppidum nomen habuit. Suntq; superius Sanctus Ioannes in macegnano, mondainum, saluditium, mons gridolfus, metellum, mons Florum, gemanum, tauletum, planum castelli, castrum nouum, mons tauelij. certaldum Petri turchi uiri doctissimi patria, planum Ioannis: Francisci nobilis & strenui à litteris q; non abhorrentis uiri patria planum meleti, petra rubia, carpegnum, à quo nomen accepit mons arduus amplissimus'q; pascua prębens per æstatem animalibus uberrima. Qui quidem mons Arimino siue ut nunc dicitur marida fluuio ab Apennino diuisus omnium Italię Apenninū non contingentium montium est maximus. subest item illi castellatia, post sequitur mons cerognonus, monasterium sextini apud quod multa extant uetustatis monumenta. Ad concbæ uero dexteram Sanctus Clemens, agellum, corianum, mons scutulus, ubi hæc scribimus, albaretum, gypsum, tumba gaiaeni, mons zardinus, saxum, mons grimannus, mons taxorum, mons copiolus. Et mari in uia flaminia & prope mare imminet sanctæ Trinitatis ecclesia. Sunt'q; ad eius torrentis dexteram oppida & castella, in Arimini siue maridæ amnis sinistram uergentia, Seraualle, ueruculum, sanctus Marinus, sub arduo cuius monte torrens ipse ortum habet. Superius'q; in montis feretri regione Mons maius, petra

Marginalia: Flaminia; Flaminia uia; Ariminum; Boi; Aemylia; Via Aemylia; Poccium; Mons lurus; Crustumiū fl.; Focaria; Catholica; Gradaria; Certaldum; Planum Meleti; Mons scutulus; S. Marinus

tra acutula, toranum, sanctus Leo episcopi sedes, scaulinum antiquum, soane, penna, bilium, maiolum, ciconiaria, montironum, mercatum ranchi. Succedit ordine Ariminũ uetusti clarique nominis colonia Romanorum simul cum beneuento sicut Liuius XIIII lib. scribit deducta, anno quod ex Eusebio computauimus ante Iesu Christi domini natiuitatem secũdo octuagesimo & ducentesimo. ea ciuitas duram à Vitigite Gotthorũ rege pertulit obsidionem, Ioanne uitaliani partium Iustiniani imp. sicut in historijs ostendimus uiriliter defensante, & nunc Sigismundo Pandulpho malatestæ clarissimo rei militaris duci uicariatus ecclesiæ titulo est subiecta: Cuius latera irrigat eiusdem nominis fluuius mari dà nunc dictus. Scribit Liuius lib. XXI L. Sempronium cos. compositis Siciliæ rebus decem nauibus oram Italiæ legentem Ariminum peruenisse, inde cum exercitu suo profectum ad trebiam amnem. Et lib. CIX dicit belli ciuilis Cæsaris & Pompei initio Curionem tribunum plæbis peruenisse Ariminum, quam historiam Hirtius in cõmentarijs & Lucanus poëta diffuse narrant, ut eam prolixius à nobis scribi oportere nõ iudicemus. & beatus Hieronymus ecclesiæ doctor scribit concilium ætate sua & cui ipse interfuerit Arimini celebratũ fuisse, quod postea patres reprobauerint, & gesta in eo censuerint esse nulla. Eam ciuitatem suburbiumque coniungit pons, nunc solus integer ex ueteribus quatuor, quos Octauius Augustus flaminia uia ab urbe Roma ariminum silicibus strata pręter minorum pontiũ turbam maximo extruxit opere atque impendio. Qui.n. est ad tyberim miluius nomine à Marco scauro sicut Amianus Marcellinus refert constructus, multa quæ ab Octauio accepit ornamẽta omnino amisit. & qui tyberim item sub ocriculo iungebat parte una succisus in arcis fundamenta concessit: Is uero qui sub Narnia Narem amplectebatur fluuiũ, multis ut uidetur seculis uel succisum uel collapsum uetustate fornicem medium amisit. Ornata fuit Ariminensis ciuitas superioribus seculis Mastino Pandulpho & Galeoto ex Malatesta gente principibus omni uirtute ornatis. Ortique eodem Galeoto, Carolus Malatesta princeps fortissimus atque doctissimus, quem in historijs Marco Catoni superiori similem fuisse diximus, & Pandulphus qui Brixię & Bergomi dominiũ multis optinuit annis, inter ætatis nostræ Principes primarij sunt habiti: cum tamen nulla ratione eis fuerit uirtute inferior Malatesta tertius frater. Claram uero dulcemque sui memoriam seculo nostro reliquit Galeotus Robertus, qui licet paternæ hæreditatis urbes oppidaque amplum in Italia principatum iustissime simul & prudentissime administrauit, res tamen mundanas tanta eleuati in æternę salutis desideria spiritus mundicia & puritate contempsit, ut postquam adolescens in cœlum unde uenerat restitutus carnis sarcina est exutus, beatitudinis famam signaque in terris reliquerit. Ariminumque nunc habet Petrum ac Iacobum perleones fratres latinis & Græcis litteris apprime eruditos. Ad sinistram maridæ intus est ut diximus uerruculum prima Malatestarum patria, Maiolum, Bilium, & ad fontem in appenino castrum ilicis. Est etiam ut diximus in excelsi montis cacumine Samarinum oppidum, olim acer mons dictum, perpetuæ libertatis gloria clarum. ulterius uia flaminia est sancta Iustina uicus, & supra primis in collibus Sanctus archangelus nobile oppidum. & in uia item flaminia Sauignanum oppidum interfecar plusa uetusti nominis fluuius, qui sub belaëre castello mare influit adriaticum. Inde habetur paruus torrens Butrius, cui supra uiam flaminiam adiacet longianũ uiti oleaque in circuitu perpulchre consitum. sequitur magni quondam nominis torrens perexiguus rubicon, cisalpinæ galliæ & Italiæ arua disterminare solitus: pissatellum nunc qui sub flaminia uia, ruconem qui supra accolũt, uocant. fuitque olim stante & integra re publica Romana lege prohibitum, ne quispiam armatus illum iniussu magistratuum transgrederetur. Eaque lex loco mota in quo ab initio fuit posita, marmore litteris incisa elegantissimis etiam nũc uisitur, quam libuit hic ponere: Iussum mandatumue P. R. Cons. Imperator miles tyro commilito quisquis es manipularie ue centurio turmæue legionariæ hic sistito uexillum sinito, nec citra hunc amnem rubiconem signa ductum commeatumue traducito. Si quis huius iussionis ergo aduersus ierit feceritue adiudicatus esto hostis P. R. ac si contra patriam arma tulerit, penatesque è sacris penetralibus asportauerit S. P. Q. R. SANCTIO PLEBISCITI S. VE. C. Notiora sunt quæ de huius amnis & legis transgressione C. Iulij Cæsaris scripta sunt à multis quàm ut ea à nobis hic scribi oportere iudicemus, satisque fuerit & locum & legem indicasse. Incipit uero hic secundum uetustos

Ariminum *Marida* *Maiolum* *Bilium* *Plusa flu.* *Rubicon* *Epigramma*

S. Marini

ff 4 gallia

gallia cisalpina de qua M. Cicero in Philippicis. Nec uero de uirtute constantia grauitate galliæ taceri potest, est enim ille flos Italiæ, illud firmamentū imperij Ro, illud ornamentū dignitatis: & Plin. in hoc tractu interiere boi, quorum tribus C X I I fuisse auctor est Cato. Item senones qui ceperant Romam: qua rubicon torrens influit adriaticū portus est Cesenas parua admittēs nauigia, intus supra flamminiā sunt amœni & feraces agri Ariminensis castella, quorū primarium est Runchfridū: ultra Cesenatem littori propinqua est Ceruia ciuitas rarissimo habitata colono salinas faciente, quam Malatesta nouellus Cesenæ princeps præstantissimus in arctiorem restrictam orbem muro nuper ualido cōmuniuit, & quinto ab inde miliario absunt sapis fluuij ostia, adiacet que ei fluuio intus in uia flaminia ciuitas Cesena uetus habens nomen, quæ malatestæ nouelli litteris præsertim historia ornatissimi administratione nunc gaudet, à quo ornatur Bibliotheca melioribus Italiæ æquiparanda, quum tamen hospitale idem in urbe sumptuosissimum ędificet, ac mœnibus illam nouis alicubi cōmuniat, ponte lapideo & quidē insigni sapim fluuiū ad uiam flaminiam iunxerit: est que nunc plurisfacienda quàm innuerit M. Cicero, quum in ultima ad Lentulum epistola significare uolens quempiam Romanū ciuem paruifaciendū esse, dicit non satis dignum esse cui Cesena aut tabernolæ fuerint committendæ. Plinius autem Cicerone posterior uina docens Italiæ optima connumerat Cesenaticum. Ea ciuitas cum ciuilibus dissidijs tumultuaretur, ad annum salutis tricesimumoctauum supra tricentesimum & millesimum à Britonibus Romanæ ecclesiæ fidem seruare simulantibus direpta fuit. Superius ad sapis fluenta intus est emporium sarracenū uicus, & paulo supra ad appenini radices Sassina uetustissima ciuitas, quæ in bois nobilissima Plautum comicum ciuem habuit, quem Eusebius tradit propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistori ... locasse, ibi que quotiens opere uacaret fabulas scribere & uendere solitum fuisse. In eius q urbis ruinis episcopium est, cuius diœceseos & dominij sunt castella & oppida ad uiginti boibo pro boio uetusto nomine appellata, ad sapis uero fluuij fontem uel paulo infra oppidum est sanctæ Mariæ à balneis quæ intus habet lateritio opere conclusis ductum, & secundum amnis eiusdem decursum uallis est balinea castellis uicis que plurimis frequentata. obtinuerūt uero boi à principio omnem eam nunc Romandiolæ regionem, quæ à Sassina Bononiensem includit agrum, perhibet que Plinius Bononiam pro boionia dictam esse, quanquam non modo Bononiensem agrū boi, sed eos qui nunc mutinensis regiensis que dicuntur complexi fuisse uidentur, quod indicat Liuius libro X X I I his uerbis, Q. Minutius inde in agrum boiorum legiones duxit, boiorum exercitus haud ita multo ante traiecerant padum, iunxerant q se insubribus & cenomannis, quod ita acceperant coniunctis legionibus consules rem gesturos, ut & ipsi collatas in unum uires firmarent. Postquam fama accidit alterum consulem boiorum urere agros seditio extemplo orta est: postulare boi ut laborantibus uniuersi opem ferrent, insubres negare se sua defersuros, ita diuisæ copiæ, bois in agrum suum tannetum profectis. si itaque tannetum fuit boiorum, Mutina pariter & nunc regium, ultra quam ciuitatem tannetum esse ostendemus, in bois fuere. Fuerunt tum potentissimi bellacissimi que populi, quod innuit Liuius libro X X I: Boi sollicitati ab Insubribus defecerunt, nec tam ob ueteres in Romani populi iras, quàm quod nuper circa padum Placentiam Cremonam que Colonias in agrum gallicum deductas ægre patiebantur. triumuiri ad deducendas Colonias missi Placentiæ mœnibus diffisi mutinam confugerunt. Legati ad boios missi uiolati sunt Mutina obsessa, & simulatum de pace agi, missi q ad eam tractandam à Gallis comprehensi L. Manlius imp. effusum agmen ad mutinam ducit, cæsi sunt Romanorum octingenti. sex signa militaria adempta, itē Liuius X X X V I, P. Cornelius Scipio nasica cos. uir optimus à senatu iudicatus boios gallos uictos in deditionē accepit de quibus triumphauit. Prima post sapis ostia in adriatici littore loca describi digna sunt parua candiani siue uallis siue stagni ostia, documento prudentibus rerum q peritis futura qua in rebus humanis omnia fluxa omnia sunt caduca. Sapis fluuius quem octauo miliario descriptū post terga linquimus, ad annum nunc plus minus sexcentesimū ipsam illabebatur candiani uallem, efficiebat q portum in primis Italię celeberrimum, in quo sicut Sueto. tranquil. Vegetius q & plerique uetustiores scripserunt, Octauius Augu. primus Ro. imp. classem instituit, quæ sinū adriaticum Illyricū Dalmatiam Græciā Pontū Armeniā Asiā Aegyptū & omnē mediterranei maris

Marginal notes: Portus Cesensis; Ceruia; Cesena; Sapis flu.; Saßina; S. Maris in balneis; Boi; Bononia; Tannetum; Candianum; Sapis flu.; Portus

maris oram tueretur. Scribitq́ Pli. in eius portus ostijs turrim fuisse phaream omniũ maximam quas Romanũ ubiq; habuit imperium: & breui ab instituto eo portu factũ est ut à naualibus turmis conuenientibus undiq; mercatoribus ciuitas ibi sit ędificata & quidem opulentissima, de qua Helius Spartianus in Didij Iuliani uita scribit: Sed dum hæc agit Iulianus, Seuerus classem Rauennatẽ occupat. Ea uero ciuitas cũ antea tum maxime beati Gregorij temporibus episcopũ habuit: capta uero fuit à rege longobardorũ Luthprando atq; direpta, unde & urbe sublata & qđ magis crediderim fluuio sapi in remotũ auerso cursum, uidemus factum ut nec urbis mœnium nec turris pharεæ neq; portus nisi minima ex parte aliquod appareat uestigiũ, præter sancti Apollinaris in ipsa classe ciuitate Basilicam uarijs ornatam marmoribus, cæteris æquiparandam quas Italia ubiq; habeat uetustæ magnificentię speciosiores, quę Theoderici ostrogothorum primi regis opus fuit. Influunt uero ipsam candiani uallem, qui & tanti olim portus tenues conseruant reliquias parui torrentes auela & beuanus appellati: quorũ primus latera abluit Fori pompilij ciuitatis olim nunc oppidi nominis uetusti. Ea ciuitas in uia flaminia unũ fuit ex quatuor foris, quæ Plinius illa in regione simul enumerat: quã ciuitatem ad annum salutis septingentesimum Vitaliani pont. Rom. natione signiensis temporibus Grimoaldus longobardorum tyrannus dum sabbato sancto conficeretur crisma furto occupatam diripuit, solo æquauit. & eandem postmodum à Foroliuiensibus instauratam iterum destruxit, arari'que fecit ad annum salutis tredecies centenum atq; sexagesimum Egidius sabinensis Romanæ cardinalis ecclesiæ celeberrimus. supra eminenti in colle est bretenorium ciuitas, in quam destructi fori Pompilij episcopalis dignitas est translata: fuitq́; id oppidũ quod Plinius uetustiora repetens brintum appellat, umbriæ apud Rauennam ultimum: & postea inter quatuor fora enumeratum dicit esse forum brintanorum. sub bretenorij colle immi net torrenti auexæ polenta oppidum paucis habitatum colonis, ad quem locum ostendimus in historijs prælium illud Romæ & Italiæ infœlicissimum fuisse commissum, in quo lacessiti magis quàm clade aliqua confecti Visigothi omissa ad gallias quã intendebant profectione arma in urbem Rom. uictricia conuerterunt: & ea capta direptaq; ac alicubi incẽsa Ro. imperij inclinatio nostræ historiæ titulus initiumq; inchoauit. Post classensem candiani portum prima sunt bedesi amnis ostia, Rauennæ portũ efficientia. Distatq; inde secundo miliario Rauenna urbs uetusta, quã diximus fuisse oppidum sabinorũ: unde Liu. lib. XXI: Cornelius cos. quũ audisset à bois ante suũ aduentũ incursiones in agrum sociorum factas, duab⁹ legionibus subitarijs tumultus eius causa scriptis additisq; ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo C. Appiũ præfectũ suum hac tumultuaria manu per umbriam quã tribum sabinianam uocant, agrum boiorum inuadere iussit. fuit itaq; ager Rauennas hæc tribus sabiniana. & infra addit Liuius: deinde ad castrũ mutillũ, ubi nunc dicitur mutilina. cinxit Rauennam muris nunc extantibus Tiberius imperator, quod litteræ docẽt cubitales ad portam eius clausam, quæ aurea dicitur, quadrato lapide speciosam: auxit uero ipsam ostrogotha gens, cuius rex Theodoricus Italiæ omnis Dalmatiæ Vngariæ Germaniæ & partis non paruæ Galliarum dominus annis duo de quadraginta eandem incoluit ciuitatem, & quod constat superbas in ea ædes basilicasq; construxit. uisitur eius regis monumentum ab Amalasuntha filia positũ extra Rauennæ mœnia, in quo sanctæ Mariæ monasterium est ædificatum in rotundo ea ratione appellatũ, quod altare maius ecclesiæ chorusq; XX capax monachorum, ordine ut est moris in stallo psallentium, unico atq; integro rotundo lapide conteguntur: præest'que illi monasterio abbas Matthęus Blondus nobis frater germanus. populo nunc Rauenna est infrequẽs, quæ uiros olim habuit cum sanctos tum etiam doctos, Apollinarẽ, Vitalem & eius filios Geruasium & Prothasium, Vrcinum'que medicum, omnes martyrio coronatos: Ioannem nominis ordine decimumseptimum ponti. Romanũ: Petrum Rauennatẽ Foricornelij episcopum, qui multas sacri eloquij scripturas eloquẽtissime dilucidauit: & Cassiodorũ urbis Romę senatorem regumq; ostrogothorum epistolarum scriptorem, & post monachũ: qui præter scripta secularib⁹ litteris haud quaq; cõtemnẽda libros de anima grauissime ac eruditissime scriptos reliquit. Videtur etiam genuisse Faustinũ ad quẽ Martialis poeta multa scripsit. Quos faustine dies qualem tibi Roma Rauennam abstulit. Genuitq; superiori seculo Rauenna Guilielmum physicum, quem Petruspaulus uergerius notissimũ amicissimũq; sibi hominem

Forum Pompilij

Bretenorum

Polenta op.

Rauenna

Mutilina

Porta aurea

S. Maria rotunda

hominem magnis effert laudibus. Genuit etiam eodem tempore Ioannẽ grammaticum
rhetoremq; doctiſſimum, quem ſolitus dicere fuit Leonardus aretinus omni in re ſed po-
tiſſime in hac una grauiſſimus locupletiſſimusq; teſtis, fuiſſe primũ à quo eloquentiæ ſtu
dia tantopere nũc florentia longo poſtliminio in Italiã fuerint reducta, digna certe cogni-
tio quæ à nobis nunc illuſtranda Italia in medium adducatur. Vident intelliguntq; qui la-
tinas litteras uero & ſuo cum ſapore deguſtant paucos ac prope nullos poſt doctorum ec
cleſiæ Ambroſij Hieronymi & Auguſtini, quæ & eadem inclinantis Romanorum impe
rij tempora fuerunt, aliquali cum elegantia ſcripſiſſe, niſi illis propinqui temporibus, Bea-
tus Gregorius ac uenerabilis Beda, & qui longo poſt tempore fuit beatus Bernardus, in
prædictorum numero ſint ponendi. primus uero omnium Franciſcus petrarcha magno
uir ingenio maioreq; diligentia & poëſim & eloquentiam excitare cœpit, nec tamẽ eum
attigit Ciceronianæ eloquentiæ florẽ, quo multos in hoc ſeculo uidemus ornatos, in quo
quidem nos librorũ magiſquam ingenij carentiam defectumq; culpamus: ipſe.n. & ſi epi-
ſtolas Ciceronis lentulo inſcriptas uercellis reperiſſe gloriatus eſt, tres Ciceronis de ora-
tore & inſtitutionum oratoriarum Quintiliani libros nõ niſi laceros mutilatosq; uidit, ad
cuius notitiam Oratoris maioris & Bruti de oratoribus claris, itẽ Ciceronis libri nullate-
nus peruenerunt. Ioannes autem Rauennas Petrarcham ſenem puer nouit, nec dictos ali-
ter quàm Petrarcha uidit libros, neq; aliquid quod ſciamus à ſe ſcriptum reliquit, & tamẽ
ſuopte ingenio & quodam dei munere, ſicut fuit ſolitus dicere Leonardus, eum Petrum
Paulumq; uergerium, Omnebonũ ſchola patauinum, Robertum roſſum & Iacobum an-
geli filium florentinos, Poggiumq;, Guarinum ueronenſem, uictorinũ feltrenſem, ac alios
qui minus profecerũt auditores ſuos, ſi nõ ſatis quod plene neſciebat docere potuit, in bo
narum ut dicebat literarum amorem Ciceroniſq; imitationẽ inflammabat. Interea ema-
nuel chryſolora Conſtantinopolitanus uir doctrina & omni uirtute excellentiſſimus quũ
ſe in Italiam contuliſset partim Venetijs partim florentiæ partim in curia quã ſecutus eſt
Romana prædictos penè omnes Ioannis Rauennatis auditores litteras docuit Græcas: ef
fecitq; eius doctrina paucis tamen cõtinuata annis, ut qui Græcas neſcirent litteras latinis
uiderentur indoctiores. & quum magnus bene diſcendi ardor multos in Italia apprehen-
diſset, cõciliumq; apud Cõſtantiam germaniæ ab uniuerſo populo chriſtiano haberetur,
Concilium quærere ibi & inueſtigare cœperunt ex noſtratibus multi ſi quos germaniæ loca conſtan
Conſtanti. tiæ proxima ex deperditis Romanorum & Italiæ olim libris in monaſteriorũ latebris oc-
cultarent. Quintilianusq; integer repertus à Poggio primum tranſcriptus in Italiam ue-
nit, ſecutæq; ſunt incerto nobis datæ libertatis patronæ Ciceronis ad Atticum epiſtolæ:
Quintilianus cumq; hic in Quintiliani inſtitutionibus & ad atticum epiſtolis noſtrorũ Italiæ adoleſcen
tium ingenia deſudarent, Gaſparinus bergomenſis grammaticus rhetorq; celeberrimus
Venetijs meliori ſolito doctrina nonnullos erudiuit, plurimos ad ea imitanda ſtudia inci-
tauit: florebantq; iam & fama celebrabantur Petruſpaulus uergerius Omnebonũ ſchola
natu maiores. Leonardus aretinus, Robertus roſsus, Iacobus angeli, & Poggius, ac Nico
la mediceus quem præceptor domi aſsiduus erudierat Aretinus, Guarinusq; Venetijs &
Victorinus mantuæ multos cœperant erudire, cum Philippus mediolanenſis dux tertius
Gaſparinum à bergomo ſubditũ hominem inuitum mediolanenſibus edocendis Padua
& Venetia euocauit. Vbi id maxime adiumenti ſtudijs eloquentię attulit, quod repertus
Laudæ à ſummo uiro Gerardo landriano tunc ibi epiſcopo multis maximis'que in rude-
ribus codex Ciceronis peruetuſtus & cuius litteras uetuſtiores paucisſimi ſcirent legere
ad eius perueniens manus interitum euaſit. Continebat is codex præter rhetoricorum no
uos & ueteres qui habebantur tres quoq; de oratore integerrimos, Brutum de oratoribus
claris & Oratorem ad Brutum M. Tullij Ciceronis: unde liberatus eſt bonus ipſe uir Ga-
ſparinus ingenti quem aſsumpſerat labore ſupplendi quoad poterat librorum de oratore
defectus: ſicut diu antea in Quintiliani inſtitutionibus multo labore ſuppleuerat. Et quũ
nullus mediolani eſset repertus qui eius uetuſti codicis litteram ſciret legere, Coſmus
quidam egregij ingenij cremonenſis tres de oratore libros primus tranſcripſit, multi-
plicata'que inde exempla omnem Italiam deſideratiſsimo codice repleuerunt. Nos ue-
ro cum publicis patriæ tractandis negocijs adoleſcentes Mediolanum adiſsemus,
Brutus Brutum de claris oratoribus primi omnium mirabili ardore ac celeritate tranſcri-
pſimus,

pſimus, ex quo primum Veronam Guarino poſt Leonardo Iuſtiniano Venetias miſſo omnis Italia exemplis pariter eſt repleta. Quo ex tot librorum ipſius eloquentiæ fomitum allato noſtris hominibus adiumento factum uidemus, ut maior melior'que ea quam Petrarcha habuit dicendi copia in noſtram peruenerit ætatem, nec paruũ fuit cum adiumentum ad diſcendum eloquentiam tum etiam incitamentum Græcarum acceſsio litterarum, quod qui eas didicere præter doctrinam & ingentem hiſtoriarum exemplorumq; copiam inde comparatam conati ſunt multa ex Græcis in latinitatem uertere, in quo uſu aut aſsiduitate ſcribendi reddiderunt quam habebant eloquentiam meliorem, aut qui nullam prius habebant inde aliquam effecerunt. Hinc ferbuerunt diu magisq; nunc ac magis feruent per Italiam gymnaſia, plæriq; ſunt ciuitatibus ludi in quibus pulcherrimũ iucundumq; eſt uidere diſcipulos ne dum poſtquam ſunt dimiſsi ſed quouſq; etiam ſub ipſa ferula declamant & ſcribũt, præceptores dicendi ſcribendi'ue elegantia ſuperare. Ex his autem quos Ioanni noſtro Rauennati diximus fuiſse diſcipulos duo ætate priores, Guarinꝰ & Victorinus hic Mantuæ ille Venetijs Veronæ Florentiæ & demum Ferrariæ infinitam penè turbam & in his ferrarienſes Mantuanosq; principes erudierunt. Georgius trapezuntius publico Romę gymnaſio Hiſpanos gallos, germanosq; multos, ut qui nonnulli aliquando ſunt magni præſtantes'q; uiri, ſimul cum Italicis oratoriæ ac poéticæ auditores habet. Franciſcus uero Philelphus ab ipſa gente chryſolora Conſtantinopoli eruditus Venetijs Florentiæ, Senis, Bononiæ & demum Mediolani Græcas plurimos litteras docuit & latinas. quid quod ualla Laurentius nõ modo ſuis elegantijs quoſdam Neapoli implevit, ſed eas quoq; per omnẽ Italiam diſseminari optinuit, Petrus'q; perleo Ariminenſis Mediolani primũ poſt genuæ, Iacobus frater ſuus Bononię, Procellius Romæ & Neapoli & Thomas pontanus Peruſiæ, uarijs'q; ciuitatibus Seneca Camertinus, Italia bonis litteris implenda pro uiribus enituntur: auctor eſt Plinius olim nebulas nutrire uuas, diſputat Rauennæ uina pręſertim uermicula haberi optima. Sed Martialis contra ſentit his uerſibus: Sit Ciſterna mihi quam uinea malo Rauennæ. Nam poſſum multo uendere pluris aquam: & alibi dicit nullo in ſolo gratiorẽ gigni aſparagum ijs quos uidit in hortis Rauennatium, quod Martialis confirmat his uerſibus, Mollis & æquorea quæ creuit ſpina rauenna: Non erit incultis gratior aſparagis. Et alio item loco ſcribit Plinius in rauennatium mari rombum eſſe optimum. Martialis uero indicat rauennæ ſemper alias ſicut nũc eſt ranas fuiſſe multas. Cum comparata rictibus tuis ora, Niliacus habeat crocodillus anguſta, melius'que ranæ garriant rauennates. Cingunt rauennam amnes duo bedifum faciẽtes, quorum qui ad dexteram montonus, qui ad ſiniſtram olim uitis nunc aquæductus dicitur, ortum in appenini iugis propinquo tyberis fonti loco habẽs: adiacet'que illi intus meldula oppidũ, & ſuperius galeata, poſt ſancta Sophia. Ad montoni fluminis ſiniſtram in uia flaminia eſt forum Liuij ciuitas uetuſti nominis, tertiũ optinens locũ inter quatuor fora quæ innominata Pliniũ ea in regione diximus poſuiſſe. Videmus autẽ Euſebium de temporibus dicere Gallum poëtã cuius ſæpe Virgilius & Horatius meminerunt fuiſſe foroliuienſem, & Pliniꝰ in uinis Italiæ optimis liuienſe enumerat: fuit uero ea ciuitas, quod procul à uanitate mendacij de patria noſtra ſit dictum, uiris præſtantiſſimis præſertim litteratis fœcunda: quę præter Gallum poëtam Guidonem bonactum aſtrologorum principem habuit, quæ Raineríum arſendum iureconſultum celebrem Bartoli ſaxoferratenſis præceptorẽ, & per eadem ferme tempora Checho rubeo & Nereo morando uiris doctiſſimis & Franciſco petrarchæ ſicut ipſe in epiſtolis ſæpe memorat amicis ornata fuit. excelluit uero per ætatem noſtrã Iacobus de turre forliuienſis cunctos philoſophiam medicinamq; profeſſos: & Iacobi alegreti forliuienſis bucolicum carmen extare uidemus cæteris poſt uirgilianum eo in genere ſcriptis carminibus facile ut periti iudicant præponendum. quid qđ Vgolinus cognomine urbeuetanus forliuij genitus & nutritus omnes ætatis noſtræ muſicos ſine contradictione ſuperat, æditusq; ab eo de muſica liber haud ſecus omnium qui ante ſe ſcripſerũt labores obſcurabit q̃ Bonati opera uetuſtiſſimorũ ſcripta aſtrologorũ ſeponi faciũt: obijtq; nuper Ludouicus Forliuienſis & epiſcopus & ciuis philoſophorũ ætatis noſtræ theologorũq; facile princeps. Rei aũt bellicæ gnaros & in eo munere claros habuit patria noſtra Ioannẽ ordelaffum, Brandolinũ & Tybertum brandulos ac Moſtardam: quæ etiam nunc ornata eſt Nicolao haſteo recanetenſi ac maceratenſi epiſcopo

F. Philelphus

Aſparagus.

Meldula op.

Montonus

Forumliuij

Gallus poeta

Mutili tunc appellati Liuius in principio belli Macedonici, sicut in Rauenna ostēdimus meminit, fuitq́ ante quingentos annos nobilis familiæ comitum, qui Guido cognomine per Flaminiam & Etruriam floruerunt. Supra Fauentiam ad Anomonis fluenta conualis est fluuij nomen retinens populis frequentata, in qua Brasgella, fontana, grattaria, castilionum, castella: marrate & bifurcus uici, & sub appenino Crispinus. post anomonem padusam paludem influit Sennius amnis, cui ipsa in palude & in sylua quam lugi dicūt adiacet Fusignanum oppidum. Et ad dexteram Sēnij ripam Cutignola est oppidum: unde Attendula gens Sfortiorum familia fluxit in Italis nunc clarissima. Adiacet Lugo zagonaria castellum acceptæ à Florētino populo cladis in Philippensi bello, & capti in eo prælio Caroli Malatestæ, quod in historijs diffuse ostendimus memoria celebratū. Et intra secundum inde miliarium ad Sennij ripam excisum est oppidum Cunium, ex quo operis huius principio diximus familiam nobilem Cunij comitum originem duxisse, quæ multos habuit belli duces. non itaq́ duximus omittendum, quod maxime ad præsentem facit intentionem, Albricum cunij comitem, qui primus hoc nomine in ea familia fuit, fato quodam illum fuisse, qui maximam in re militari Italica fecit mutationē. Vt enim remotiora omittamus tempora, reipub. & imperatorū, qui ad inclinationem usq́ imperiū Romæ & in Italia integrū tenuerunt, ut etiam illa prætereamus, quæ per annos fermè quadringentos malo suo Italia per uisigothorū, erulorum, ostrogothorum & longobardorum tempora uidit accurate nostris in historijs narrata, magnam quietem Italia sub Carolo Magno & suis filijs ac nepotibus Romæ imperantibus per annos circiter centum habuit. Sed mox ad pristinos penè labores sub Italicis tribus tyrannis Berengarijs redacta, breui post Germanorum regū imperij titulo ornatorū tēporibus uaria uti fortuna cœpit. quæ aliquot ex ipsis tyrannos, aliquot inertes & malignos passa nil minus mali uidit, q̄ quum inter seipsam diuisa est. & parte oppressa pars astu dolis aut fortitudine usa calamitatē ad tempus potuit declinare: unicū uero tantis malis remediū aliquando excogitatū est, quum implorata Romanorū pontificū auxilia aliquos à mali regis, siue imperatoris Germani sæuitia tutabantur. Quanquā tempora sæpe fuerunt in quibus magis ipsa pontificū dissidia cū malis principibus nocuere. Quū itaq́ id Romanorū pontificum aliquando inefficax remediū esset uisum, cœpere urbes in Italia potentiores præsertim Lombardiæ & Marchiæ Taruisinæ sese in libertatē erigere, & societatibus initis inuicem se tueri. Irruerunt uero aliquotiens Germani reges, Otto tertius, tres Hērici, tertius & quartus & postea septimus. deinde primus Federicus & secundus, & demum Ludouicus Bauarus. & hinc pontificibus socijsq́ bello populis inde regibus, uel impugnātibus, uel iniuriā propulsantibus strages ubiq́ cædes direptiones incendia in Italis sunt cōmissa: ut ausim affirmare plus aliquando calamitatis ab hac gente acceptū, q̄ raro alias à barbaris omnino Christianæ fidei hostibus perpessum erat. In tātis malis ultimo penè Bauari tēpore cœperūt Ro. pont. atq́ etiā aliquæ bellorū sociæ ciuitates aduersus Germanicā tyrannorū rabiem externos milites, Francos, Hispanos, Anglicos, Brittonesq́ mercede conductos in Italiā uocare: quinetiam quotiens orta inter electores imperij quod sæpe cōtingit, aut aliter inter Romanos principes discordia uisum est tutū esse Germanorū electo imperatori inimicorum præsidia precio sunt accepta. Vnde factū est ut per annos circiter centū à Martini quarti pontificatu usq́ ad Gregorij undecimi tempora diuersis in regionibus Italia, aut Theotonicos, aut Brittones, aut Anglicos habuerit mercede cōductos. Nulla enim erat Italiæ ciuitas, quæ Italico homini stipendia penderet, sed singuli populi inter se centuriati suæ reip. munera gratis obibāt. & uexilla curru uecta, quod appellarūt Charrotiū in expeditiones ac prælia ducebantur. accciditq́ dimissos aliquādo aut alias cum prædandi libido incessit huiusmodi cōductos mercenarios milites plura maioraq́ damna nostratibus, q̄ eos à quibus timebatur intulisse. dicunt hoc maximo experti damno perusini clade ingenti XII milliū, uel ferro cæsorū, uel tyberi enectorū à Brittonibus Anglicisq́ afflicti. testantur Cæsena Fauentiaq́ crudeliter direptæ, & omnis regio affirmat urbi Romæ adiacens, in qua ferunt, qui interfuerunt supra LX oppida, & castella partim funditus, ut nunc manent excisa, partim habitatoribus pulsis spoliata fuisse, ut felices habiti sint ex ipsis, qui nihil rerū amissione durius ab Anglicis Brittonibusq́ fuerūt passi. Crescebat interim uicecomitū in Lombardis potētia, Benedicti undecimi pontificis Romani auctoritate in Bauari damnū dedecusq́ Luchino uicecomiti

Vallis Anomonis | *Brasgella* | *Marrate* | *Cutignola* | *Cunium* | *Albricus comes Cunij* | *Charrotium* | *Vicecomites*

comiti & Ioanni eius fratri Mediolanẽsi archiepiscopo attributa. & uarie per aliquot tempora inter Lombardos quod diffuse in historijs diximus est certatũ. quibus in bellis quum Brittones, Anglicíq; cõtraria Bernaboui uicecomiti sentirẽt, armauit ille cum alios in Italia tum imprimis Albricũ, de quo dicere cœpimus Cunij comitẽ, qui externo militi sæpe cõgressus superior uictorq; euasit. Et tamen uariãte ut fit fortuna exercitu Bernabouis fracto fugatoq; Albricus est captus, quẽ ut militari ætatis nostræ more dimitterẽt, quũ illi precibus rationibusq; alijs adduci nõ possent, Barnabos argento ad trutinã quãti ponderaret impenso redemit. Isq; præstantissimus ductor eam gentem externam breui expulit Lombardia quæ uicecomiti erat subdita. Barnaboue postmodum à nepote in carcerem coniecto Albricus stipendio dimissis Italis omnibus, qui arma ferre cœperant sese ducem ea ratione exhibuit, ut coacti eam in militiã præstantiores quiq; inito fœdere, quod sacramẽto firmatum est, una essent societas sancti Georgij appellata, qua cum societate adeo ardenti celsoq; animo externos Albricus est insectatus, ut nullus qui paterna auitaq; origine in Italia genitus nõ esset arma per eum circũferre sit ausus. Fuisse autẽ ad quadraginta equitum millia externos Italia tunc pulsos audiuimus: quũ Albricus sua societate repentino tumultu cõgregatos uix duodecim millia habuerit. Fomes'q; id & origo quædã fuit omniũ rei militaris ducum quos audiuimus & ipsi uidimus administrandorũ bellorum gloria excelluisse. Nam Braccius montonensis domesticus Albrico familiarisq; fuit. Sfortia cum Laurentio Attendulo consanguineo prima ductu Brandolini Foroliuiensis in Albrici exercitu tyrocinia fecit, pariter Paulus Vrsinus Mostarda Foroliuiẽsis, Tartaliaq; Lauellẽsis, & Thomasinus Cribellus Mediolanensis, Albrici ductu auspicijs & disciplina militiam sunt secuti.

Braccius Sfortia Mostarda Tartalia

Institutæ autem in Italia militiæ Albricus nouum addidit ornamentum, q; ubi thoraces, ocreas, brachialiaq; ex corio quod nos uidimus, uel externi uel ciues in tumultibus patriæ militantes induebantur, ferro ipse & chalibe totum armari hominem primus edocuit, & in sua societate curauit. Externis Italia pulsis Albricus in Neapolitanum se conferens regnum Ladislao regi à quo magni cõmestabilis dignitate ornatus fuit, talem præstitit operam, ut nedum regno à multis potentissimisq; inuasoribus occupato sit potitus, sed talia per Italiã iecerit fundamẽta, ex quibus apparuit eum nisi morte post Albricum præuentus fuisset regni Italici atq; imperij dignitates in Italiam reducturũ fuisse. Sentiãt uero quicquid alij uolũt, nostra fert opinio, tãti fuisse externos milites, Anglos, Brittones, Germanos, Italia pulsos esse, ut & opibus magis abundauerit, & maiorem certe tutiorẽ quietem postea semper habuerit. Nam etsi in bellis quę post eam externorum eiectionem sunt gesta urbium oppidorumq; direptiones cõmittuntur: ab excidio tamen incendio & sanguine nostri sæpius temperãt, & quod uni in expilatione damno est, opes alteri Italico accumulat, quas externus barbarusq; asportasset. Quinetiã ecõtra factũ uidemus ut quum multi ex Italicis magna cõducti mercede Francis & Anglicis cœperint militare, spolia inde & pecuniæ in Italiam deferantur. Nullusq; mihi ostenderet ædificãdi, uestiendi, ornandi, & cæteram omnem uitæ nostræ, quam hoc seculo uiuimus luxuriem, lauticiam, cæteros'q; magnificos apparatus certe superioribus seculis fieri solitis maiores aliunde, quàm ab hac securitate & tutela originem habuisse. Quæ omnia Albrico nostro Cunij alumno, quod excisum nunc aratur, nõ immerito laudem gloriam'q; perpetuam accumulant. Nec tamen negamus Ro. curiæ in Italiam ab Auinione reuersionẽ opulentiã Italiæ plurimum adauxisse. Nam cum per annos LXX Auinione Ro. pont. curiam tenuissent, Gregorius XI. natione Lemouicensis eandem ad annum salutis LXXX supra millesimũ & trecentesimũ in Italiã traduxit. At postquam dei munere eloquentia per uiri Romãdioli Rauennæ geniti uirtutẽ reuiuiscere cœpit, & noua tutior'q; rei militaris forma in Italia externis eiectis per Albricũ item Romandiolum est reddita, eandem quoq; Romandiolam per nostras manus tertiã in rebus maximis gloriã Italiæ speramus dedisse, qui latentẽ supra mille annos historiam tanta attingimus diligẽtia, ut omnem nedum Italiæ, sed totius olim Ro. imperij prouinciarum, regionum'q; statum, ad quorum uel regum uel principum uel nationum manus peruenerit, clare magis & quàm fieri posse uideretur diffuse ostẽderimus, quum Roma interim instaurata, Italiam quoq; abstersa errorũ obscuritatum'q; multa rubigine nouerimus illustrare.

Roma instaurata
Italia illustrata

Interius uia flaminia Sennium iungit pons proculeius, & ad dexteram in eadem uia Bolognesium est noui nominis oppidum, quod patrũ nostrorum

memoria

memoria Bononiensis populus à fundamẽtis ædificauit. Supra sunt Sofenana & in appe-nino palatiolum castella olim rei militaris gloria clarissimæ genti Vbaldinæ subdita, quæ superiori seculo simul cũ longissimi tractus appenini uicis, castellis, & oppidis ab eadem gente possessis populus Florentinus per arma cepit. In padusa itẽ Vatrenus sequit amnis, quẽ Plinius scribit solitum fuisse ostia padi, nunc primaria ubi spineticũ appellabatur ad-augere. Sed nũc auerso penè uiginti millibus cursu noui nominis ostia in padusam & pa-dum habet zaniolum appellata, ubi claræ memoriæ Nicolaus Estensis Marchio magnifi-ci operis arcẽ, & postea Leonellus successor ac filius uiam quæ duodecimo miliario per-ducit Lugum fecerũt. Intus ad Vatreni dexteram in uia Flaminia est Imola Forumcorne-lij priscis appellata, ad quod erat Æmyliæ regionis initium. Martialisq́ poeta hãc urbem inhabitasse uidetur, sicut his in uersibus innuit, Si quibus in terris qua simus in urbe roga-bit, Cornelij referas me licet esse foro. Ea ciuitas à Narsetis militibus sicut in historijs dixi-mus diruta, & breui post à Clephi immanissimo Longobardorũ rege sub nouo hoc Imo-læ nomine, ut Rauennatibus fidẽ po. Ro. seruantibus opponeretur ædificata est. habuitq́ paulo supra ætatem nostram Beneuenutum, qui grammaticus & ludi magister tũc in Ita-lia primarius, quũ historias nosset aliqua scripsit. Claruitq́ diebus nostris Ioannes Imolen-sis põtificij & ciuilis iuriũ peritissimus. Est interius ad Vatreni sinistram septimo ab Imo-la miliario Taxignanum oppidum, quod decimum Ioannem Romanum pontifcem ge-nuit ingentis certe uirtutis & famæ uirum, à quo Sarraceni mediam fermè Italiam opti-nentes in fugam primo conuersi, post ad Lirim fluuiũ magna occisione profligati Italiam reliquerũt. Fuit quoq́ Taxignanum superiori seculo ornatum Petro excellenti medico: & nuper ex uico codregnano qui tanxignano mille quingentis passibus abest, originem habuit Ioannes Ferrariensis episcopus uir cum doctus, tum omnimoda uitæ sanctimo-nia redundãs. Supra ad Vaterni dexteram Coderonchum, & superius sub ipsis appenini radicibus est Florentiola nouum oppidum à populo Florentino cui subest ædificatũ. Pro-ximo item in padusæ loco oppidũ est caput silicis appellatum, per quod transmissa lintri-bus septimo miliario padusa per zaniolum nauigatur in padũ. uia quæ ab eo oppido Imo-lam XII ducit miliario silicis nomen retinet, inde olim inditum quod silicibus Roma aue-ctis strata fuit. Quum enim Ro. Impe. florente, aliqua belli aut pacis usibus necessaria in Aemyliam deferri esset opus, ea mari aduecta per padi ostia & inde per padusam huc loci comportabãtur: unde uiam natura soli & paludis propinquitate cœnosam, & raro tunc si-cut & nunc etiam æstate plaustra perferentem sterni necessitas adegit. Silices autem Ro-ma auectos, ut dicamus facit Plinius, qui genus id lapidis nullo alio quàm circa urbem & mare Etruscum loco reperiri dicit. Dispersos uero per Ferrariam Imolam ac circũstantia loca silices ab hac nunc spoliata uia acceptos uidemus esse ex his, qui nunc in stratis circa urbem Romã uijs passim conspiciũtur. Sequitur torrens in padusam labens Siler, cui in-tus apposita sunt agri Bononiẽsis oppida sancti Petri ad dexteram, & Ducia ad sinistram. Superius uero in montibus est stagnanum oppidum secundo Honorio pont. Ro. ibi geni-to decoratum. Torrens inde habetur Claterna padusam iuxta uicum ad caballos petens, ad cuius nominis ponrem uiam Flaminiam iungentem oppidum fuit Claterna, cuius mo-dica apparent fundamẽta, de quo Cicero ad Lentulum, Erat claternæ noster hircius, ad fo-rum Cornelij Cæsar. paruo inde spatio à padusa absunt oppida: hinc medicina inde Bu-trium populo & quidem diuite frequentissimum. Supra est in collibus Varagnana. Idex inde habetur fluuius apud mulinellam uicum padusam attingẽs, unde uigesimo stadio ad padi ripas lintribus nauigatur. Ad sinistramq́ idicis primo in colle castellũ est Brittonum sub appenino, ad sinistram uisanum, ad dexteram caburatium. amni sauenæ padusam illa-benti Bononia adiacet. Suntq́ intus ad eius amnis sinistram uia Florẽtina uici planorium primo, post in montibus Loianũ, inde scarcalasinum, & in appenino caprennũ. deinceps est rheni Bononiensis pars fossa manufacta per urbem ducta, quæ auesam torrentulum ur-bem diuidentem ad pomerium augens, lintres per padusam dimittit in padum. Secũdum huius nauigationis sinistram padusæ adiacet Ocelinum turris in Ferrariẽsi uia ad limitis agri Bononiensis custodiam communita. Apud ocelini turrem padusæ finem olim fuisse, & rhenum Bononiensem eo in loco aut propinquo padum influxisse, indicant peruetusti utriusq́ amnis alueí: indicãtq́ pariter Ptolemæi ac aliorum geographorum descriptio ac

Vatrenus flu. *Zaniolum* *Imola* *Taxignanũ* *Florentiola* *Siler flu.* *Ducia* *Claterna* *Butrium* *Varagnana* *Bononia* *Loianum* *Ocelinum*

pictura:quum uero padus quatuor ferè millia passus retrocesserit,quicquid præsentem pa
di ripam & ocelinum intercedit padusæ accessit:nec ut ante consueuerant padum illabun
tur rhenus & Scultenna,sed lauinio & samogia auctus rhenus & Scultennæ & formigini
torrentulo iungitur,coactaq; huiusmodi aquarum moles per ultima padusæ ostia ad Bon
denum illabitur padum.Id uero Bononiensis agri,quod rhenum padusam & ipsam inter-
Podium cedit urbem,plurimis uicis oppidis & castellis frequẽtatur.Podio lambertinorum,prospe
Galeria rio platesiorũ,uenantio,galleria, peretulo, centhio & plebcio . Bononiã urbem uetustam
Bononia scribit Plinius, urbium quas Etrusci ultra appeninum habuere primariam boiorũ postea
caput fuisse,ut pro felsina credatur primum boionia post Bononia esse dicta.Eam Liuius
XXXVII dicit,coloniam à Romanis deductã,agrumq; eum fuisse captum de bois Gal
lis,qui ager prius fuerat Etruscorum. quam per Augusti & aliquot imperatorum tempo-
ra trium opulentissimarum Italiæ ciuitatum supero mari adiacentium unam fuisse, quum
alij dicunt scriptores tum affirmat Plinius.Suetonius autem dicit Octauianum Bononien
sibus,quod in Antoniorum clientela antiquitus fuerant, gratiam fecisse coniurandi cum
tota Italia pro partibus suis.Idemq; Suetonius scribit,Neronem imperatorem orasse Lati
ne pro Bononiensibus ad consulem & ad senatum.Iulius Capitolinus in XXX tyranno
rum gestis rebus de Cẽsorino dicit,Erat eius sepulchrũ grandibus literis circa Bononiam,
incisi sunt eius honores:ultimo tamẽ ascriptum est Felix per omnia infelicissimus. Ad an-
num salutis XXXX supra DCCC. Sergij pont. Ro. os porci prius appellati tempori-
bus,quum Lotharius tunc imperator Ludouicũ filium Romam cum copijs mitteret, Bo-
nonienses illum multis incommodis damnis q; affecerunt. Quamobrem ille conuerso qui
iam prætererat exercitu ultionis modum excessit, quod post agri uastationẽ factamq; in
insontibus per uicos uillasq; repertis cædem obsessam urbem captamq; reddidit immuni
tam.& tamen illam ad annum salutis LXXI supra ducentesimum & millesimũ tam sci-
mus fuisse potẽtem,ut aduersus Venetos liberam mari Adriatico nauigationẽ prohiben-
tes tribus annis bello contenderit, in quo Bononiæ prætor castra habens apud padi ostia
ubi castellum Bononienses ædificauerant,quadraginta millia equites peditesq; in exerci-
tu tenuerit.repulsiq; Veneti amissis aliquot copijs,cum ducis Venetiarum Laurentij teu-
poli ductu paratiores redissent,inter Bononiẽses Venetosq; pax firmata est:in qua actum
est,ut padi ostiorum custodia Venetis relicta,possent Bononienses per ea sal & frumenta
absq; uectigali ad libitum deportare. Sequẽti anno orta ciuili dissensione Bononienses fa
ctionem ciuium,ut dicebant imperialem patria eiecerunt,lambertatios,& eorũ partes se-
cutos asinellos,de andalo,comites panici,carbonesios, storletos,albaros,de uilla noua, de
principibus,de abbate,comites butrij,fuscardos,de albesio,de fratta,de la mola,de rustica
nis. exinde quum pars quæ in ciuitate uictrix manserat, extorres animosius insecuta Fo-
rumliuium in quam illi se receperant ciuitatẽ obsedisset,bononiensis exercitus fractus est
& fugatus,quo in prælio legi in Venetorum monumentis octo millia Bononiensiũ ceci-
disse.Quoquo autem modo res postea se habuerint, Bononiã anno XC uix dum elapso
fuisse à Ro.ecclesiæ magistratibus hoc nouo,quem nunc habet, circundatã muro scimus:
constatq; eam non muro magis per id temporis ac diu postea quàm opibus amplificatam
fuisse.habuit Bononia sicut tradit Eusebius. L Pomponium Bononiensem atellanarũ scri
ptorem. & paulo post per M.Tullij Cice.tẽpora sicut ipse in Bruto dicit, C.Rusticellum
oratorem haudquaquam cõtemnendum.& secundo Lucio pont.Ro. Alberti filio ciue or
nata fuit.Martialis uero eam urbem Ruso ornatam fuisse dicit his uersibus,Funde tuo la-
chrymas orbata Bononia ruso,Et resonet tota plãctus in Aemylia.Pliniusq; refert cũ Ve-
spasiani impera.edicto Italiæ census haberetur,L.Termicium Marci filium Bononiẽsem
XXV & cẽtum annos fuisse natum.Idemq; Plinius dicit nullos calamos aptiores esse sa-
gittis,quàm Bononienses:& speculares lapides breues maculososq; cõplexu silicis in Bo-
noniensi agro reperiri.Habuit autem paulo supra ætatem nostram Bononia Ioãnem An-
dreæ Calderinũ iureconsultorum ætatis suæ celeberrimũ. Gaudemusq; ætatem nostram
tulisse Nicolaum Albergatũ, qui primo cartusiæ monachus post Bononiæ episcopus, de-
mum Ro.ecclesiæ cardinalis,uir fuit cum celebris sanctimoniæ,tum etiam sapientiæ sin-
gularis.nuper quoq; Antonius claruit Bentiuolius, uir nobiliũ ætatis suæ in Bononia po
tentissimus;& potentium sui seculi,bonarum artium cæterarumq; uirtutũ præsertim libe
ralitatis

ralitatis gloria celeberrimus. Obijtq; proximis temporibus philosophorũ sui seculi præ/
stantissimus Nicolaus Faba Bononiensis. Supersunt autem Gaspar nunc episcopus Jmo/
lensis & philosophus insignis, & multi iurium ciuilis & pontificij & philosophiæ ac medi
cinę studijs ornatissimi, Ludouicus de gente Ludouisia sacri palatij apostolici auditor, Ba
ptista Floriani iurecõsultissimi filius, Gaspar Arrengherius & noster Bornius Salẽsis. Ma
trem uero studiorum Bononiam tam paucis nunc ornari elegãter doctis nullus mirabitur,
qui meminerit (quod cum horrore dicimus) ciuiles discordias plures ferro per ætatẽ no/
stram Bononiæ abstulisse præstantis ciues, his quos nunc ipsa & duæ similes in Italia ha/
beant ciuitates. Ad rheni sinistram interius oliuetum ubi conuallis rheni incipit uicus. Ad
dexterã sub appenino Casium, in appenino Granariolum arx altissima. Inter Samogiam *Casium*
torrẽtem & Scultennam amnem sunt oppida & castella Creualcorium, Persicetum, Fran *Granariolũ*
cum, ubi olim fuit forum Gallorum, apud quod oppidum M. Antonium Hircius & Pan/
sa Coss. prælio superarũt, de quo prælio sic habet Liuius libro C X I X Cum Pansa Cos.
male aduersus Antonium pugnasset, M. Hircius consul cum exercitu superueniens fusis
Marci Antonij copijs fortunam utriusq; partis æquauit. Victus deinde ab Hircio & Cæ/
sare Antonius in Galliam confugit. At Hircius qui post uictoriam in ipsis hostium castris
ex uulnere ceciderat, & L. Pansa ex uulnere defunctus in campo martio sepulti sunt. Dein
ceps intus sunt Pluinatium, Bazanum, mons uelius, agri Bononiensis castella. Est etiam
in Bononiensi agro in paludem Padusam uergenti Nouantula oppidum monasterio in/
signi ornatum quod gloriosæ Matildis comitilissæ opera impensaq; ædificatũ est. Sed iam
scultennæ ripa ad quam peruenimus, cispadanæ romãdiolæ regionis finis, ad Transpada *Transpadana*
nam eiusdem partem transeundũ esse admonet. Ad prima padi ostia Spinam urbem Dio/
medicis opibus fuisse conditam scribit Plinius, sed eius nũc parua extant uestigia partim
uallis, partim dorsum spinæ appellata, unde propinquũ padum ueteres spineticum appel/
lant, quo in spinetico tradit Suetonius Claudium imper. de Britannis triumphaturum na
uem ædificasse omniũ maximam, quæ potius magna domus potuerit appellari. Primum
ea dextera padi ripa uicum habet sanctalbertũ ubi anno nunc L X X I X atq; centesimo
Veneti castellum ædificarunt Marcomama appellatum ut Bononiensibus resisteret hosti
bus, qui aliud castellũ in aduersa padi ripa, sed inferius iuxta mare magnis sumptibus com
muniuerant. Estq; is sancti Alberti locus unde per fossam padusæ messanicum X I I mi/ *S. Albertus*
liario Rauennam itur. Ea in padi ripa frequentes & prope cõtigui intra uiginti millia sunt
uici, humana, fossa, putula, longastrinus, filus à padi rectitudine millia passus sex continua
ta dictus, rupta, blasianus in quo uillam habemus locupletẽ è regione zanioli sitã, in qua
horum partem scripsimus. & post Argenta oppidum simul cum ferraria à smaragdo exar *Argenta*
cho sicut in historijs diximus primo mœnibus cõmunitum, duo de uiginti millia passus di
stans à ferraria ciuitate: quo in spatio secundum padi ripam distat ab argenta tribus pas/
suum milibus Cosandala uilla Marchionum Estensium magnifici operis ædibus orna/
tissima. Ad eamq; uillam rectus & primarius padi cursus qui præterlabitur anno nunc
centesimo tortuosiore ueniebat aluco: quem nunc à uico coderea corrupte pro capite eri/
dani dicto secus uillam Belreguardam desiccatum uidemus. Nam pictura Italiæ quam
imprimis sequimur, Roberti regis Siciliæ & Francisci petrarchæ eius amici opus, uicuen
tiam uicueriamq; & conã uicos profluenti pado appositos habet. Quare partes ipsas pa/
di à Ferraria Cosandalum & à Coderea in mare nunc defluentes à cẽtesimo anno initium
habuisse nõ dubito. Supra Cosandalum alia est uilla, Monasteriolum appellata. At secun/
dum maris littus distant à primarijs padi ostijs passus quindecim mille stagni, quod prisci
Capresiam dixere, ostia nũc Magna uaca uulgo appellata, ad quod stagnum passus supra *Capresia*
duodecim millia in circuitu patens Comaclensis sita est uetusta ciuitas, quam per Gotho/ *Magna uaca*
rum Longobardorumq; tempora classem armare solitam Veneti ab Alberto Berengarij *Comaclensis*
regis filio Comaclensium auxilio iniuria lacessiti, ad annum salutis nongentesimum tri/ *ciuitas*
cesimumsecundum destruxerunt, ut semper postea sicut & nunc à paucis fuerit incolis ha
bitata. Mirum uero est cernere quantam id stagnum præstet pisciũ copiam. quod anguil/
larum cephalorumq; sale conditorum uis maxima inde habita, magnum Estensibus Mar
chionibus uectigal omni propemodũ Italiæ satisfaciat. Scimus uero uidimusq; hac in pi/
scatione contingere, quod Plinius de bænaco mintioq; scribit his uerbis, In bænaco Octo

bri mense glomeratæ anguillæ uoluuntur mirabili multitudine, ut in excipulis eius flumi-
nis mintij, ob hoc ipsum fabricatis singulorum milium globi capiantur. Volana sequitur
uetusti præsentisq; nominis hostia, quæ ramus auget à pado ueteri apud Codeream, siue
caput eridani scissua. Suntq; ea in insula quam bifurcatus hac scissura padua mare Adria-
ticum, ac palus Capresia efficiunt uici populis frequentissimi, & uillis ciuium, ac omnimo
Massa do agresti cultu amœnissimi: in quia eminent inferius massa & fossadalbarum, miliare mi-
Belreguardū liarinumq; & medelana, & supra portus ac Belreguardum, ingentia cuius uillæ magnifi-
centissimi operis palatia à præclaro præstantissimoq; principe Nicolao marchione estensi
in ueteri uico uicœria ædificata, cæteris æquiparari possuntomnibua, quæ in ciuitatibus
alios Italiæ principes ædificasse uiderimus: hicq; Volanæ ramus uigesimo supra mare mi
Ghorum liario dextrorsum se in alterum scindit ramum, cuiua ostia appellāt Ghorum. Sunt quoq;
Massentia in insula inde facta Codeghorium, & Massentia uici populia refertissimi. Inest quoq; cla-
rissimum, ædificijsq; superbissimum pomposiæ monasterium. Quartus dehinc habetur ra
mus padi, quem contra Ficarolum diximua primum ab eo scindi: diciturq; in ostio ad for-
naces sic à uico, uel potius ab hospitatoria taberna denominatus. Idq; ultimū padi ostium
limitem efficit, quo Romandiola secundum mare diuiditur à Venetijs. In ea uero insula
quam duo hi rami à ueteri pado quintodecimo secundum ripam superiorem distantes mi-
Ferraria liario efficiunt, Ferraria est ad secundum ueteri pado apposita: quam ciuitatem in historijs
primum fuisse mœnibus circundatā à Smaragdo patritio, & Italiæ exarcho ostendimus.
Nominis causam hanc afferunt uetusta Rauennatium ecclesiæ monumēta, q; urbis illius
archiepiscopi tria iurium ecclesiæ suæ loca à tribus metallorum nominibus appellauerint.
Aureolum Aureolum Forliuiensia agri in amœno colle situm ab auro, & argentā pado primario ap-
Argenta positam ab Argento: ferrariamq; à ferro. Ob eam autem quæ in padi ramorum scissura &
alueorum mutatione facta est locorum confusionē non satis indicare possumus, utrum ne
in hoc Ferrariæ loco, an supra ubi ramus est Ficaroli, incoluerunt assarigi, quos populos
Etruria oriundos uult Plinius assagiam fossam in adrianorum paludes deriuasse: & inde
urbis adriæ summersionem inchoasse. Sed uetera hæc ut sunt dubia relinquentes ad no-
strum redeamua institutum. Quum ferraria urba ab ipso conditionis initio in partibus Ra
uennatiū Romanorumq; simul aduersus Longobardos durasset, illis à Carolo uictis post
donationem de exarchatu Rauennate factam Romanæ ecclesiæ in eius obedientia per-
seuerauit. Tandem quo tempore germani imperatores ecclesiæ aduersari cœperunt: ipsa
Matildis quoq; ciuitas sub alterutria uacillauit. Sed ad annum salutia undecies centenum Matildis
comitissa Venetorū Rauennatiumq; auxilio eandem urbem ab Henrico III ecclesiæ ho-
ste occupatam sibi subegit. Et anno ab inde centesimo, & XXI quum Marchiones esten-
ses amicitijs diuitijsq; potentissimi in Ferraria essent: Salinguerra quidam Ferrariensis per
eorum, & Ecelini de Romano amicitiæ occasionē præsidio usus, Federici Barbarossi in-
stigationibus, auxilioq; Ferrariæ dominium occupauit: quem Innocentius IIII pontifex
Romanus Venetorum auxilio ad annum salutis duodecies centenum atq; quadragesi-
mum expulit. Et marchiones estensea ferrariam sibi paulopost subigere inceperunt. Sed
anno abinde LXVIII. Veneti ipsis marchionibus per arma pulsis ferraria sunt potiti:
eamq; ut dimitterent adduci non potuerunt: licet Clemens quintua pontifex Romanus ci
uitatem Venetiarum ecclesiastico supposuerit interdicto: unde omnia eorum bona per
Galliaa Britanniamq; direpta fuerunt, nec paruissent iussionibua Papæ Veneti, nisi lega-
tus ecclesiæ in Italiam auinione ueniena, Marchionum estensium & ferrariensium extor-
rum auxilio fretus Venetos ui & armia Ferraria primum: post castello thealdo, quod ad
pontem retinebant, magnia utrinq; commissis cædibus deturbasset. Fuitq; postea semper
Ferraria sub estensis familiæ gubernatione pontificibua obedientissima: & adeo tali domi
no fœlix, ut cum opibus & potentia creuerit per singulos annoa: tum maxime proximis
Concilium XX annis mirabile habuerit incrementum, quod tum multiplicare fecit concilium à quar
to Eugenio pontifice Romano ibi celebratum. Cui interfuerunt Ioannea Paleologus im-
perator Constantinopolitanua: & quicquid præsentis temporia græcia christianis subdi-
ta uirorum habuit excellentissimū. Inchoata namq; est Ferrariæ quam Florentiæ conclu-
sam fuisse diximus orientalis unio cū ecclesia occidentali. Habuit etiam Ferraria per æta-
tem nostram præstantissimum principem Nicolaum estensem, cui ad summam gloriā ni-
hil præ-

hil pręter literarum ornamenta defuit:quam fœlicitatis partem additam uidimus princip
Leonello,quem nuper amisimus. Et nouus Marchio Borsius,& si literarum ornamēto ca-
ret:humanitate tamen,liberalitate & prudentia genitorem Nicolaũ nobis redolet. Quod
uero præteritis temporibus nouæ,sed splendidissimæ ciuitati defuit,præsens suppleuit se-
culum,in quo uiros habemus nobiles,literis humanitatis ornatos, Nicolaum, Laurentiũ,
Robertum & Titum fratres strozzas:Lippum platesiũ, & qui peritissimus etiam est me- *Robertus*
dicus & philosophus Hieronymum castellum. Difficilis nunc nobis restat limitum huius *strozze*
regionis designatio,præsertim Adriam exarchatui Rauennæ subiectam simul cum ferra-
ria in romandiola claudere cupientibus. Pado quem ficaroli diximus appellari, decimo su
pra mare miliario ad dexteram,ubi primum tellus habetur solida,& aratri patiens, adiacēt
corbulæ uici duo,aliquot passuum milibus inter se distantes. dehinc crispinũ. post est fossa *Corbule*
pelo sella:cui intus adiacet Orchanum speciosa uilla prædictorum,Nicolai,Laurentij,Ro- *Fossa pelo-*
berti & Titi strozzarum doctrina æque ac nobilitate gentis ornatorum. multas ab ostio *sella*
fossæ pelosellę padus alienas accipit aquas. Nam paruo ducta tractu ipsa fossa paludes ex- *Valles fratta*
onerat amplissimas:utpote quas magna pars athesis fluuij Veronensium,& totus tartarus
totusq́ menacus torrentes adeo late longeq́ augent,ut maris sinum amplitudine, ac sub-
latis quandoq́ fluctibus ostentent. Insuntq́ quam plura castella & uici,quorum ad dexte-
ram primum est Fratta oppidum:in quo ad annum salutis duodeciescentenum atq́ uige- *Fratta*
simum quartum magna ac prope uniuersalis populi utriusq́ sexus cædes facta est ab Az-
zone nouello marchione estense partes Salinguerræ ferrariensis tyranni acrius insequen-
te. Ad sinistramq́ paludum pelosella ingredientibus est siluestris domus: unde Pauina
uia in arquatam uicum peninsulæ rodigiensis est passuum duorum milium traiectus: me-
diaq́ in ualle sunt tresienta,& oppidulum guilielmum,ac ipsius uetustæ adriæ fundamen- *Adria*
ta:inter quæ uicus est ecclesia una, & aliquot domibus, sed casis ut plurimum piscatorijs
frequentatus. Ea urbs olim præclarissima, quā mari Adriatico nomē dedisse ostendimus,
à græcis,lydis,sicut uult Iustinus,& ab Etruscis,sicut Liuius Pliniusq́ scribunt. originem
habuit:quæ etiam nunc ciuitatis titulum ac diocesim retinet. Oritur menacus torrens ad *Menacus*
magnanum agri Veronensis uicum ceretamq́ & prætellas uicos præterlabitur. Tartarus *Tartarus*
item in agro Veronensi ad græcianum oriundus,micarolum insulā porcariam ad sinistrā,
& gagium ad dexteram uicos habet. Athesis autem pars,quæ dictas illabitur paludes, sub *Athesis*
liniaco & uilla bartholomaca primam ad castagnarium scissuram facit. Trium uero hu- *Castagnariũ*
iusmodi fluuiorum per contiguam regionem marchiam taruisinam delabentium: ideo in
hac cursum descripsimus,ut peninsulam rodigiensem hatriensium dioceseos ac regionis,
quam claudunt,sicut par est in partibus romandiolæ colligamus. Estq́ ea in peninsula Ro *Rodigium*
digium nobile oppidum Bartholomæo ornatũ Rouerella archiepiscopo Rauennate stu-
dijs eloquentiæ ac humanitate plurimum decorato. Est & Venetium castellum antiquæ *Venetium*
Venetiæ nomen seruans. Sunt quoq́ oppida Lendenaria & Abbatia populis frequenta- *Lendenaria*
ta. Supra fossæ pelosellę ostium sunt ad sinistram Francolinus,ad quem uia paduana pro- *Abbatia*
fecti ferraria padum transmittunt. & ad dexteram pontis lacus obscuri uicus. Supraq́ per- *Francolinus*
uenitur ad padi integri ripam,unde ramus scinditur ficaroli:deincepsq́ integer est padus.
Hunc uero ficaroli ramum intra centum proximos annos inchoasse,ideo non dubitamus:
quia Roberti regis Neapolitani, & Francisci Petrarchæ pictura Italiæ,quam nos sequi su-
pra diximus,ipsum non habet ramum. Præterea monasteriũ sancti Saluatoris, in quo arx
ficaroli ædificata fuit:& eius uices obtinens sancti Laurentij de casellis ecclesia, monaste-
rio sancti Marci ferrariensis annexa,uetusta habet annorum quadringentorum iurium su
orum monumenta,in quibus facile intelligitur,ubi padus ipse nunc est ficaroli dictus fu-
isse agros. confirmantq́ nos in hac nouitatis huius rami opinione appositi singulis præ-
dijs singulisq́ iuribus monasterij ultra citraq́ padum hunc existentibus fines, quibus de-
signandis nulla unquam ipsius rami mentio facta est. Sunt ea in padi integri ripa Scraual-
læ,& Castrum nouum arces,massa, brigantinus & melaria uici tum opulen-
tissimi, tum etiam populis frequentissimi. Deinceps terra,& per
padi ripam Lombardiæ,& ad contiguas melariæ
ac brigantini agro paludes Taruisinæ
marchiæ limites habentur.

PERDVCTA est superiori libro Romandiola hinc ad sinistram scul-
tennæ amnis ripam: inde ad melariam agri ferrariensis uicum, certos
ultra citraq; padum limites suos: Lombardiæ nunc opera est impen-
denda. id nomen à Lombardis tractum esse constat. Quando enim
Carolus magnus, & Hadrianus primus pontifex Romanus nomen,
Longobardi ut diximus, Romandiolæ indiderunt, hanc quoq; partem Italiæ ali-
Gallia cisalpina quando dictam prius galliam cisalpinam, uoluerunt censeri nomine
Lombardiæ, q; à Longobardis ad X & VIII supra ducentos annos
fuerat occupata. sicq; eam Romana ecclesia ab ipso tempore citra suis in monumentis per
annos sexcẽtos quinquaginta fecit appellari. & quanq; Verona, Vincẽtia, Padua & Tar-
uisium ciuitas, ac omnis regio aquileiensis ecclesiæ ab eisdem quoq; Longobardis sem-
per fuerint possessæ: certa tamen nobis ratione quam ipsas descripturi regiones afferemus
quatuor illæ ciuitates cum aliquot alijs marchia Taruisina, & reliqua pars Italiæ illi adia-
cens: tum aquileiensis, tum foroiulij regio ab eo tempore fuerũt nominatæ. Sunt Lombar-
diæ fines scultenna & padus amnes, apeninus & alpes citra padum, & ultra eum quicquid
intra alpes bænacumq; lacum & amnem ipso clauditur pado. Igitur ad scultennæ dexterã
quã influit Formigo torrens fossæ immixtus à mutina defluenti bomportus est uicus. in-
Finale fra est Finale oppidũ, ad quod ea quã diximus aquarũ moles rheno, scultenna, formigine,
& plerisq; torrentibus coeuntibus fossam efficit fistorenã, ultima padusæ ostia facientem:
Bondenum apud Bondenũ oppidũ, ubi opinor fuisse bondomacũ, quod Plinius lingua gallica ideo sic
Scultenna appellatũ affirmat, q; immensum ibi padus profundũ habeat. Scultenna fluuius uetustũ id
nomen supra uiã æmiliã nunc retinet, infra panarius appellatur. Est is fluuius, apud quem
ad annũ salutis sexcẽtesimũ & septuagesimũ prelio inter rauennates & longobardos com
misso cecidisse in rauennatiũ partibus octo milia ostendimus in historijs. cui interius ad si-
nistram adiacent spilinbercum, uignola, maranũ: & in apenino fananũ, per quod oppidũ
Mutina arduus est in Etruriã ad pistoriam trames. Formigo torrens apud spezanũ oriundus muti-
nam attingit uetusti, & in historijs frequẽtati nominis ciuitatẽ: quã Liuius lib. XXXIX
dicit fuisse cũ pisauro & parma deductã à Romanis coloniã. & lib. CXVIII. idem Liuius
scribit M. Antoniũ obsedisse mutinæ D. Brutum: & quom missi ad eum de pace legati pa-
rum ualuissent populũ Ro. saga sumpsisse. Infra autẽ lib. CXIX. idẽ Liuius. Causa malo-
rum fuit, quom C. Octauius D. Brutum ab obsidione Antonij liberasset, senatus ipsi Bru-
to triumphũ decreuit leui mentione habita militũ Octauiani. Quare iratus, & Antonio ac
Lepido recõciliatus Romã cũ exercitu uenit, & annos agens decẽ & nouẽ, cõsul est crea-
tus. Tradit aũt Plinius exire mutinen. agro, statis diebus Vulcanũ. eam mutinã, quæ nunc
extat nouã esse, & uetustæ fundamẽta pauxillũ distare cõstat. Quis aũt uel hanc ædificaue
rit nouã, uel fuerit ueterẽ demolitus, nõ inuenimus: certũ tamẽ habemus ipsam, quæ nunc
est tricẽtesimo quinquagesimo abhinc anno nõ fuisse, & utriusq; solũ annis ante reędifica
tionẽ quadringẽtis munitionibus in urbẽ coactis caruisse. In historijs enim Gothorũ Lon-
gobardorumq; nusq; eius nomen inuenitur: quom bononiæ, tanneti, brixilli & parmę no-
mina ibidẽ sint frequẽtia. Qua ratione in ea diuisione terrarũ Italiæ, quã Carolus magnus
& Ludouicus, ac alij filij & nepotes Romana cũ ecclesia fecerũt in neutrius partiũ sortem
hæc ipsa ciuitas uenit, unde nec pon. Ro. censum pendet: nec ab imperatore aliquã depen-
dentiã habet. Fecit hactenus padusa palus, ut sinistrã padi ripã à primarijs ostijs ad bõdenũ
Stellata describere nequiuerimus. Post bõdenũ quinto miliario in padi ripa est Stellata uicus, arcẽ
habẽs, unde cathena in alterã trahit è regione pado appositã arcẽ: quibus presidijs marchi-
Sermedum ones estenses padi integri, & utriusq; eius ripæ claustra cõmuniũt & defensant. Sermedũ
in hac padi ripa sequitur uetusti nominis oppidũ, per quod Antonini Pij itinerarius liber
ostendit iter fuisse à Patauio Atestoq; Cõcordiã oppidũ, & inde Bononiã accessuris: quæ
ratio facit, ut nõ dubitẽ ramũ, qui sub ficarolo cæteris maior à pado scindit, ne dũ per An-
tonini tẽpora, sed neq; diu postea, sicut in romandiola diximus, fuisse. Post Sermedũ in pa
Reuerum di ripa est Reuerum nouũ oppidũ è regione Ostilię sitũ. quod Ludouicus Gonzaga mar-
Ostilia chio Mantuanus ualidissimis cõmunitũ mœnibus pulcherrima domo ornare perseuerat.

Intus

Intus est mirandula,& interius Corrigia oppidum nobilis corrigiorũ familiæ patria. Post *Mirandula*
est Carpum opulentissimum oppidum,nobilis Piorum familiæ domicilium.Primus dein- *Corrigia*
ceps fluuios inter solus padum illabitur Sicla:cui ad sinistram imminet Nuuolaria uicus, *Carpum*
turris, aqua longa, saxolum: & ubi torrente Dollo augetur Salcinium. & ad Dollum sub *Sicla*
apenino Fraxanorium.& in apenino Peregrinum,qua arduus item est in Etruriam & Lu- *Salcinium*
nensem agrum saltus,apud Salcinium etiam altero Sicla dextrorsum augetur torrente,cui
adiacent oppida Carponetum, Volognum, & in apenino Piolum. ad Siclæ dexteram est *Sancti Benedi-*
sancti Benedicti celebre monasterium,à gloriosa Matildi comitissa ædificatum. Intus san- *cti monaste-*
cti Martini oppidum, & ubi fossam Taram crustulus illabitur torrens regiolum. interius *rium*
ad dexteram roberia.ad sinistram,lora,bræsium.& sub apenino castrum nouum. ad Cru- *Regium*
stuli sinistram in uia æmylia est Regium lepidum ciuitas: quã cum mutina obtinet esten- *Lepidum*
sis marchio ferrariensis. Et si uero hæc ciuitas satis est uetusta, quam Lepidum per scele-
stissimi triumuiratus tempora ædificasse constat: tamen sicut de mutina diximus, nomen
eius in nullis Gothorum aut Longobardorum historijs reperitur. cum parmæ,tanneti,Bo-
noniæ,& brixilli nomina eisdem in historijs frequentia inueniantur, ut non absurde uide-
amur suspicari,ne aliquot seculis destructa manserit,aut immunita. Frontinus enim stra-
tegematibus scribit:In legionem quæ regium lepidum oppidũ iniussu ducis diruerat,ani-
maduersum est: ita ut quatuor milia custodiæ tradita necarentur. præterea S.C.cautũ est,
ne quem ex eis sepeliri,uel lugere fas esset.Superius sunt palus & Sarcha. & ad dexteram
gypsum & Canossa. in quo oppido gloriosam Matildim comitissam in historia ostendi-
mus VII Gregorium pontificẽ Ro.ab insidijs & uiolentia Henrici tertij imperatoris tuta-
tam fuisse,& Henricum postea decalciatis pedibus,& nudo capite per mediã hyemem de
niuibus & glacie ueniam à pontifice impetrasse. Sequitur in ripa padi guardastallũ olim, *Guardastallũ*
nũc guastalla, quo in oppido miratus sum pontifices Ro. Vrbanũ & Paschalem utrunq; *Guastalla*
nominis ordine secundum ante annos trecentos duo concilia celebrasse, unde crediderim
illo quod tunc fuerit oppido destructo,nouũ hoc postea ædificatũ fuisse.deinceps est Bri- *Brixillum*
xillum,uetusti & in historijs celebrati nominis oppidũ,nunc inciuile:cuius arcem corrigi-
enses nobilis lombardiæ familia magnifici apparatus ornatã ædificijs inhabitant. primus
uero omniũ Rotharis longobardorũ rex brixillũ,quod Rauennatibus suberat, quũ ui ce-
pisset demolitus.Eodemq; bello à longobardis materia, planci sq; cõmunitũ Rauennates,
iniecto igni penitus desertarunt. Tannetũ fuit oppidũ æmiliam inter uiam & brixillũ re- *Tannetum*
gio urbi propinquum.de quo Liuius libro XXI infrascripta habet,quæ potuerunt muti-
næ esse cõmunia. Triumuiri ad deducendas colonias missi placentiæ mœnibus diffisi mu
tinam cõfugerunt.legati ad boios missi uiolati sunt:mutina obsessa. & simulatum de pace
agi,missiq; ad eam tractandã à gallis cõprehensi. L. Manlius imperator effusum agmẽ ad
mutinam ducit.& in syluis,quæ tunc circa mutinam erant, cæsi sunt Romanorum octin-
genti.cæteri Tannetum petierunt.Et libro XXI.sicut in regione Romandiola Sassinam
describentes boiorum caput diximus:ostendit Liuius Tannetum fuisse boiorum oppidũ
his uerbis.Ita diuisæ copiæ,boisq; in agrum suum Tannetum profectis. Apudq; id oppi-
dum longobardi equites decem milia,quos Narses patritius copiarum Iustiniani impera-
tor dux mercede conductos primum in Italiam duxit:Totilam Gothorum regem,sicut in
historijs diximus,superatum interfecerũt.Eo deniq; paulo post in loco idem Narses Buc- *Narses*
cellinum ducem gallicũ magnas regis Merensiũ copias aduersum imperatorias legiones
ducentẽ,magna in illius exercitu facta occidione superauit.Scribitq; Liuius in censu Italię
qui Vespasiani imperatoris edicto habitus est: uirũ unũ Brixilli repertũ fuisse:qui cẽtũ XX
annos natus esset. Post Brixillũ Lentia fluuius padũ illabitur: ad cuius sinistram intus est *Lentia*
guardasionũ.superius Rossana.defluit postea in padũ Parma fluuius, ad cuius dexterã est *Roßana*
Colornium rolleratæ bis in ætate nostra durissimæ obsidionis fama notũ.Intus uia æmilia *Parma*
Parmam ciuitatẽ uetustam Romanorũ coloniam, quam Liuius libro XL simul cũ pisau-
ro& mutina deductã fuisse ostendit,idem fluuius parma diuidit. Viros habuit ea urbs præ
clara præstãtes:sed maxime duobus Cassio poeta,& altero centurione Cassio ornata fuit:
Macrobiumq;, cuius extant doctrina pleni de saturnalibus libri, parmensem fuisse legi-
mus:in cuius sepulchro parmæ celebri nostra ętate cõditus est Blasius parmensis philoso-
phus non incelebris. Quatuor ipsa urbs ornata est magnatum familijs amplissimis,eius

agri

agri oppida fermè omnia ditione tenentibus,magnumq; alentibus equitatum,rossis, cor-
rigiensibus,palauicinis,ac uitalensibus,qui cum uni domino parent,& lombardię aditum
& ipsam custodiunt ciuitatem,Quum uero quicq; in prouincia,aut inter seipsos acciderit
disturbij:diuisos secum quadrifariam ciues,& omnem prouinciā motibus inuoluūt. Au-
ctor uero est Plinius,quum imperator Vespasianus Italiæ populos describi faceret inuen-
tos fuisse duos parmæ: quorū uterq; uigintiquinq; supra centum annos uixisset. & Mar-
tialis poeta ostendit agrum parmensem semper antea,sicut nunc est,bene pascuum fuisse:
Tondet & innumeros gallica parma greges. Interius ad parmę amnis sinistram Sapellum
Brotium chæsta & Brotium oppida. & sub apenino Belforte. ad dexterā bagantiano torrenti, Par-
Tarus mam augēti Calestanum adiacet. Tarus exinde fluuius padum illabitur. Intus ad sinistrā
Conius ubi Conio torrente augetur Fornouum:superius complanum,sancta Maria, & ad ortum
Fornouum fluuij citium castella.ad dexteram solegnanum & bargum,ubi alpem bardonis olim fuisse
dictum inuenio,in quo Lutprandus longobardorū rex monasterium quod barcetum dici
tur,ædificauit. Ad conij sinistrā,& ubi ocha torrens illum influit,est Stoparinum.post Ta
mugola & Cornus, & ad conij ortum est ruinū: sub quo est Carisiū. medio quod Tarum
amnem & proximū torrentē ardam interiacet spatio, in uia æmylia burgus est dononius
Buscbetum nobile oppidū:infra est Buscbetum nouū oppidū, ad lardæ sinistrā Scargia. intus colum-
Fidentiola banium. & in uia æmylia est fidentiola oppidum nobile uetusti nominis. de quo Liuius li-
bro LXXXVIII. Sylla Carbonem exercitu ad clusium,ad fauentiā, fidentiolamq; cæso
Arquata Italia expulit. ad dexteram est nobile oppidum arquata, uinum habens omnium regionis
Nura suauissimum. Sequitur Nura fluuius: ad cuius dexteram intus carminiū Ripa & Rauen-
gonum. ad sinistram roncouetum. & sub appenino Nucetum. Post amnem Nuram pri-
Placentia mus padum illabitur fluuius Trebia. ad cuius ostium est Placentia: quam Q. Asconius Pe
dianus tradit ordine quinquagesimam & tertiam coloniam Romanorū deductam fuisse
à P. Masone asina: à Cn. Pompeio Strabone: & P. Cornelio Scipione triumuiris. Suntq;
eo missa sex milia hominum noui coloni: in quibus equites deducendi fuit causa, ut oppo-
nerentur gallis, qui eam partem galliæ tenebant. Liuius autem libro XXI. Agro gallorū
capto coloniæ deductæ sunt Placentia & Cremona. & libro XXVII. Hasdrubal quod
celeritate itineris profectum erat, id mora ad placentiam, dum obsidet magis quàm oppu-
gnat, corrupit. Crediderat campestris oppidi facilem oppugnationē esse: & nobilitas co-
loniæ induxerat eum. Et libro XXVIII, Placentini & Cremonenses questi ad senatum
de agri populationibus, quas fecerant galli accolæ: iussit senatus Manlio prætori ut cura-
ret. & decreuit senatus, ut qui ciues placentini & cremonenses erant, in colonias mitteren
tur. Trebellius Pollio in Aureliani gestis rebus. Quū autē Aurelianus uellet omnibus si-
mul marcomannis facta exercitus sui constipatione occurrere, tanta apud Placentiam cla-
des accepta est, ut Romanū penè solueretur imperiū. Scribit etiā Liuius XXI fuisse apud
placentiam emporiū ope magna munitū, & ualde firmatū præsidio, quod Hannibal expu-
gnare nequiuit. Id emporiū fuerat à Romanis bello gallico munitum: inde locū frequenta
uerant accolæ, mixti undiq; ex finitimis populis: quos prælio superatos Hannibal crude-
lissime diripuit. Ornata fuit Placentia T. Tinca oratore placentino, sicut Cicero in Bruto
dicit, dicacissimo. Idemq; Cicero pro Murena dicit patrem L. Pisonis eius qui fuit C. Iulij
Cæsaris socer, fuisse placentinū, & bello marsico faciendis armis præfuisse. & diu post ha-
buit Gregoriū X pontificē Ro. qui lugdunense concliū celebrauit. Isq; pontifex celeber-
rimus post multa gloriose in ecclesia dei gesta, arretij obijt & sepultus est, ubi sæpe miracu
lis coruscauit. Scribitq; Plinius, quū Vespasiani imperatoris edicto census Italiæ habere-
tur, uirū unū placentiæ repertū fuisse, qui XXX centūq; uixisset annos. Eaq; ciuitas ad an
Palauicini num XLIX supra ducētesimū & millesimū palauicinis nobilibus subiecta fuit, cū nunq;
prius cuiq; alteri subdita fuisset, qui nō Italiæ omnis, aut saltē longobardiæ totius dominiū
obtineret. Casus uero quos postea per ætatē nostrā ꝑtulit horrēdos referre infinitū fuerit.
sed satis superq; sit nūc clariores breuiter explicare. Post mortē Ioānis Galeatij uicecomi-
tis, qui fuit primus Mediolani dux intra duos annos Placentia octies prędę exposita fuit,
ad eāq; tūc deuenit calamitatē, ut nos ipsam pluſtrauerimus totā omni mortaliū præterq;
unius publici hospitatoris habitatiōe destitutā. & ad annū postea plus minus XL. Philip-
po duce mediolanensiū tertio uita functo, quū populus mediolan. se liberū esse parū fortu-
nato

stato consilio quæsiuisset, placentiaq; Venetis se dedisset, in eam mediolanenses arma uerterunt. Franciscusq; Sfortia mediolanensis populi ductor exercitus, illam durissima pressit obsidione. Defensabatur autem urbs à Thadeo estensi: quem Veneti cum duobus equitũ totidemq; peditũ milibus præsidio immiserant: quũ tamẽ populus inesset magnus milia uirorum octo. Mediolanensiũ uero exercitui prǽter Sfortianos milites decem milia inerant, Franciscus Piccininus, Guidacius Manfredus, Ludouicus uermes, Carolus gonzaga, & alij minores copiarum ductores, quos omnes constat supra X V milia equitum peditumq; habuisse. Oppugnata uero est Placẽtia aliquot diebus copijs bipartitis, ꝗ unis castris sfortiani, alijs cæteri omnes tenderent, & muri utrobiq; bombardis aperti sunt. Forte autem fortuna accidit padum continuis aliquot dierum imbribus auctum adeo intumescere, ut naues ad mœnia appellerentur. Quam ob occasionem tertio nauali prælio urbs oppugnari cœpta: & Guidatio gonzagæq; id muneris est iniunctũ. captaq; est magno impetu urbs præclara. Tanta autem in diripiendo fuit rabies, tam effrenis libido, ut nihil humani aut diuini iuris aliter sit seruatum, quàm si in barbariem quandã publico dei principumq; orbis christiani edicto fuisset sæuiendum. Et ne singulas percurram scelerum formas, ea quæ alias in urbium direptione miserrima sunt uisa, matronas uiolari, uirgines parentum sinu euelli, inter minima Placentiæ tunc sunt uisa. Secùs Trebiam paulo supra Placentiam locus est insigni clade Romana Sempronio cos. ab Hannibale inflicta notissimus: & Trebia intus ad sinistram habet Runchuuerũ: & superius Bobium monasterio beati abbatis Galli, quod ipse anno aduentus Longobardorum in Italiam L X X X V I I. Addoaldi Theudelindæ reginæ filij & ipsius reginæ impensa ædificauit clarum: ubi uero torrente auanto Trebia augetur, est Argonastũ: superius ad dexterã Oclunũ, iouchũ, & ad fontẽ Monbrunum, qua in ligures supra Genuam est trames. Ad torrentis auanti sinistrã, ubi torrente algretia augetur sancti Ioannis oppidum, & in appenino Talliolum est castellũ. in padi ripa sunt tuni torrentis ostia, qui torrens in uia æmylia sancti Ioannis agri Placentini oppidum attingit. Infra est ad dexteram Bosenascum. ulterius ad padum Stella. & ad torrentis copæ ostia Britolanum: ad huiusq; torrentis sinistrã intus est Clastidium illud pœnorum secundo bello punico horreum nunc mediocre oppidum: de quo Liuius X X I Hannibal inopia quæ per hostium agros euntes nusq; præparatis cõmeatibus maior in dies excipiebat, ad Clastidium uicum, quo magnũ frumenti numerũ congesserant Romani, mittit. Ibi quum uim pararent spes facta proditionis, nec sanè magno prætio nummis aureis quadringẽtis datis P. Brundusino præfecto præsidij corrupto traditur Hannibali Clastidium. Id horreũ fuit pœnis sedentibus ad Trebiã. Illud autẽ oppidũ, & adiacentes ciuitates per id secundi belli punici tempus fuisse ligurum ditionis ostendit Liuius X X I I. Q. Minutius in leuam Italiæ ad inferum mare flexit iter, geminoq; exercitu educto à liguribus orsum est bellum. oppida Clastidium & licubium utraq; ligurum, & duæ gentis eiusdem ciuitates celelates, cordiciatesq; sese dediderunt: & tum omnia cispadũ, præter gallos boios ligurum sub ditione erant. Superius sunt trochoneum & turris. Influit inde padum Staffola torrens: ad cuius ostia est Albianũ. Supra ad sinistrã nazzanum & uorcum ad dexterã: intus Vogheria oppidum nũc opulentissimũ. torrens inde habetur coronus, ad cuius sinistram intus Cassium: ad dexterã superius muleta & castellatium. Fluuius sequitur Schirmia, supra cuius ostia ad sinistrã Castrum nouum oppidum, & ipsum opulentissimũ, quo insignem Borsiũ estensem Philippus Anglus Mediolanensium dux donauit. Suprà est Terdona ciuitas uetus, quã ad annum nunc L X supra ducentesimũ Federicus imperator Barbarossus uastauit. Superius ad Schirmiæ sinistram Serauallis, quod oppidum Philippi Mediolanensium tertij ducis dono possidet Blasius agereus Genuensis, quem res maritimis expeditionibus bene gestæ clarum fecerunt. Et supra eam sunt insula Bissuda, & in apennino Torilia. Sequitur amnis Tanarus duodecim auctus torrentibus, quorum quatuor ad sinistrã, ad dexteram octo accipit. Ad Tanarum amnem ora incipit celebris nunc Monsferatus appellata, cuius fines sunt hinc padus, inde appeninus: & Tanarus ipse à fonte suo ad ostia, quibus fertur in padum, & superiori in parte mõtes Moncalerio proximi, ubi pedemontiũ incipit: ferratensisq; ora penè omnis marchionibus est subdita in Italia nobilissimis. Qui ex paleologis constantinopolitanis imperatoribus oriũdi quinquaginta iam & centũ annis eã orã possederũt. Superstuntq; fratres quatuor Ioãnes Guillielmus, Bonifacius & Theodorus

Bobium
Argonastũ
Oclunum
Taliolum
Tunus
Stella
Clastidium
Albianum
Vogheria
Castrum nouum
Terdona
Serauallis
Tanarus
Monsferatus

odorus sedis apostolicæ notarius. Et si uero omnes literis sunt ornati, tresq; natu maiores arma cum laude tractarunt: Guillielmus tamen pluribus per Italiam bellis interfuit. Locorum eius oræ ordinem sequi, & simul digniora copiosius describere operosum fuerit atq; impeditum nimis opus. Quare summatim quæcunq; uidebuntur digniora explicabimus.

Bassignana Ad padi ripam sunt Bassignana, ubi ponte iunctus est padus. & Valentia uel potius *Valentia* Valentium sicut Plinius, ubi primo forum Fuluij dicebatur: deinde pomatum, frassinetum, *Casale* casale sancti Euasij, quod per ætatem nostram ornatum fuit Facino cane præstantissimo *Moncalerius* rei bellicæ ductore. deinceps habentur pons Sturiæ, camianum, gabianum, uerrucula, san *Salutia* ctus Raphael, grassinum, & moncalerium oppida, ac salutia marchionum eius cognominis illustrium patria, in qua principem nunc habemus literis, & omnimoda uirtute conspicuum Ludouicum. & secundum amnis tanari ripam post Bassignanam sunt mons castel *Bergolium* lus & panonum oppida. Deinceps Bergolium: & altera potior eiusdem ciuitatis pars Ale *Alexandria* xandria. quam Mediolanenses, Placentini, & Cremonenses, ut Papiensibus inimicis commodius obesse possent ad annum salutis L X V supra centesimum & millesimum ædificarunt: & ut nouç urbi ac facto suo maior accederet auctoritas, eam à tertio Alexandro tunc Romano pontifice Alexandriã uocauerunt. Supra quam sunt oppida fœlicianum & mo *Asta* rum. Deinceps Asta ciuitas malo usuræ quæstu opulenta, quam nunc obtinet dux Aurelianensis francorum stirpe regia oriundus. & inde habentur oppida guarene, monticellũ, *Pollentum* sancta uictoria, & pollentum: ubi Cn. Plancus cos. à M. Antonio superatus, interfectusq; *Ceua* fuit. Superius sunt Ceua oppidũ nobile, & sui marchionatus oppida, & castella, inter quæ *Alba* tanarus fluuius ortum habet. Deinceps per tanari sinistram descendendo obuia est Alba ciuitas pompeiana à Plinio appellata. inde Rocha tanari oppidum: & supra ubi Burmida fluuius tanarum amnem illabitur, sunt ad sinistram oppida, castellatium, castine, deinceps *Aquæ* Aquæ ciuitas. Supraq; eam sunt bastanium, curtismilium, & carium oppida nobiliũ scaramporum: quibus locis oppida continentur, & castella marchionum charrectensium in appenino sita, & ad genuensium occidentalem riperiam continentia. Infra uero torrens borbus, ad dexteram damianium, ad fontem habet canachium, cui proximum est oppidũ *Carmagnola* carmagnola, quod ætate nostra ornatum fuit Francisco cognomine Carmagnola, quo excellentissimo rei bellicæ ductore Philippus mediolanensis, dux tertius, si diutius bene uti sciuisset rem Venetam Florentinamq; in maximum discrimen perduxisset. post supra di *Padus* cta padus in sinistro duorum cornuum, quæ sub ortu foo efficit, habet uncinum, in dextro Cricium. inter quæ duo oppida est ipse padi ortus: quem Plinius fontem uisundum appellat, dicitq; eum medijs diebus æstiuis uelut interquiescentem semper arescere. & arduus à quo fons ipse scatet mons uesulus à priscis est appellatus. Ex quo primum nasci, & ab *Eridanus* alpibus discedere incipit appeninus. padum amnem a Virgilio libro V I. Eridanum appellatum Seruius grammaticus scribit, ideo à poetis dici apud inferos nasci, quia nascatur in appenino in mare inferum uerso, sed contrarium esse uidemus, quum ea pars appenini ex qua ortum habet, sit in mare superum uersa. Quod autem postea Seruius subiungit uerũ est, Eridanum fuisse dictum à Solis filio in curru fulminato, quem male regebat, postea sorores flentes uersas in populos. Sed iam transeundum est ad aliam Lombardiæ partẽ, quæ olim dicta est Italia transpadana: de qua Plinius. Transpadana Italia addita faba, fine qua nihil conficiunt. & ubi de rapis libro X V I I tractat dicit. Tertius hic transpadanis fructus. *Mintius* primusq; illi est in padi ripa Mintius noti uetustiq;, & à Virgilio celebratissimi nominis *Gouernum* fluuius lacu Bænaco effusus. Mintio ad sinistram prope padum Gouernum oppidũ, apud quem locum primus Leo papa Athilam Hunnorum regem, qui flagellum dei dictus est, ne ulterius Italiam ingrederetur suæ sanctitatis grauitate deterruit. & ubi Mintius palude emittitur, Mantuam urbem circumdante, formigosa est castellum. Mantuam urbem uetustissimam ab Etruscis conditam, & unam fuisse X I I coloniarum: quas superius ex Liuio Patauino docuimus trans appeninum ab ea gente missas magis constat, quàm ut alia indigeat probatione: præsertim quum poeta insignis Virgilius ciuis suus, id orbi faciat notissi *Mantua* mum: diffusiusq; eius urbis narrat originem: Mantua diues auis, sed non genus omnibus unum. Liuius libro X X I I. Ita diuisæ copiæ, boisq; in agrum suum tannetum profectis insubres cenomanniq; super amnis Mintij ripam cõsederunt: intra mille passuum & Cornelius cos. eidem flumini castra applicuit. & libro X X I I I. prodigia enumerans, quæ anno

anno v ſecundi belli punici fuerūt dicit. Mantuæ ſtagnū effuſum mintio amni cruentum
uiſum. Paſſa eſt pridem Mantua calamitates maximas, præter illas quæ Virgiliano uerſu
ſunt notiſſimæ: Mantua uæ miſeræ nimiū uicina Cremonę. Nam ab Athila Gothis, Lon/
gobardis, & Chachanno bauarorum rege eam quandoq; dirutam, quandoq; ſpoliatam,
quandoq; mœnibus apertis immunitam fuiſſe relictam in hiſtorijs oſtendimus. Mantuæ
per Caroli magni tempora ſanguis Chriſti miraculoſus apparuit: ad quem uiſendum II *Sanguis Chri*
Leo papa ſe contulit: & inde in Germaniam ad Carolum acceſſit. Carolusq́ Caluus ma/ *ſti*
gni filius Mantuæ ueneno interijt: quod Hebræus medicus pecunia corruptus dedit. Ea/ *Carolus*
dem quoq; in urbe II Nicolaus pontifex Romanus concilium celebrauit, in quo confir/
mata eſt conſtitutio de pontificis Ro. electione à cardinalibus facienda. Interfuitq́ con/
cilio Mathildis glorioſa, in cuius poteſtate ea urbs tunc erat. Obijt in ea nuper præſtantiſſi
mus princeps Ioannes Franciſcus gonzaga bello & pace clariſſimus, uirtute cuius & pro/
ximarum Lombardiæ ciuitatū infortunijs per ætatē noſtram opibus Mantua populoq́
quàm multis ante fuerit ſeculis plenior eſt facta. Supereſtq́ Paula uxor, mulierum ætatis
noſtræ à religionis ſapientiæ & humanitatis partibus celeberrima. Et huiuſmodi parentū
laudibus reſpondentes Ludouicus marchio, Carolusq́ frater, & ſi arma cū laude tractant *Ludouicus*
literis exornantur. Quibus eos & fratres & ſorores imbuit uir doctiſſimus, ac omnimoda *marchio*
uirtute conſpicuus Feltrenſis Victorinus. Epiſcopū item & ciuem nūc habet Mantua præ
ſtantiſſimum Galeaciū Caprianum, literis honeſtate & prudentia ornatiſſimū. Mintium
amnem ponte iungit Valegiū oppidū. Supra ad lacus emiſſoriū eſt piſcaria magni porto/ *Valegium*
rij oppidū: arce & ponte magnifici operis à Scaligeris olim Veronen. conditum. Isq́ pro *Piſcaria*
Benaco Gardæ lacus nunc appellatus eſt. Virgilius. Quos patre Benaco uelatus arundine *Gardæ lacus*
glauca Mintius infeſta ducebat in æquora puppi. Benacusq́ oppida & uicos habet ad de
xteram Lagiſium Gardamq́, à quo nomen accipit: Turrim Malſeſinū & Turbolum, ſub *Lagiſium*
quo illū intrat Sarcha fluuius in tridentinis montibus oriundus. Eſtq́ is turboli uicus turri *Garda*
munitus debiliſſima, ad quē primaria hiſtoriarū noſtræ ætatis pars pro miraculo narrat tri
remes Venetorū Philippenſi bello altiſſimis traductas mōtibus in Benacū fuiſſe dimiſſas.
Sarchiæ item ad dexterā ſunt caſtella & uici, archus drenna Madruſium. & ad parui lacus
quē in montibus facit dexterā Vocianū. ſuperius in ualle pontionum: & ad fluuij Sarchæ
fontem ſancta Maria. Ad Mintij ſiniſtrā goidum Volta & Capriana. ad lacus uero ſiniſtrā *Goidum*
Riuoltella, Deſentianum, mineruium, & in ſinus quē facit lacus angulo ſalodium. poſt in *Salodium*
circuitu madernum gargnanum lucionium, & riua nobiliſſimū regionis oppidū, quod in *Riua*
hiſtorijs Longobardorū legimus ſic appellatum fuiſſe à riuo ſanguinis, qui factus eſt, cum
rex Longobardorū Grimoaldus francos Italiā per tridentū ingreſſos magna occidione in
prælio ſuperaſſet. Superius ad Sarchæ ſiniſtrā triennīū & cadarcionū. Eſtq́ in lacus inſula
Sermionū. Vltra mintiū per padi ripā eſt burgus fortis, ubi Mantuanus marchio illū mu/ *Sermionum*
nitiſſimis hincinde cuſtoditum arcibus cathena claudit: paulo ſupra ſunt amnis ollij oſtia. *Burgus fortis*
Is fluuius lacu Sebuino, quē nunc Iſei uocant, effuſus breui ſupra padum tractu ad dexte/
ram Cleſio augetur fluuio, prope cuius oſtia eſt oppidū Marcharia. & ad ipſa oſtia Calua/ *Cleſius*
tum caſtellū. Ad Cleſij uero dexterā ſunt aſola, morum, mons clarus, cui ampliſſima adia/ *Aſola*
cet planicies, & lunatum oppidū. Ad eiusq́ ſiniſtrā gauardum, buarnum, angoſeniū: ſupe *Lunatū*
riusq́ Cleſium tres augent torrentes, touerus, degnus, biocolus. Ederum inde habetur ca/ *Ederum*
ſtellum, apud ſui nominis lacum, quē ſub Ludronio caſtello altiſſimis in montibus influit
Chaffar torrens. ad Cleſij uero fontē bargatium eſt oppidulū. At ad ollij fluminis ſiniſtrā
ſunt, pons uicus, urcei noui, urcei ueteres oppida. & ſupra ad ſebuinū eſt Iſei oppidum, à *Pons uicus*
quo lacus nouū accepit nomē. Supra ubi Ollius ipſe lacū influit, eſt piſognum caſtellū. & *Vrcei*
ubi torrente augetur grinia, buenū. Superius ciuitale & brenum. ubi fontē habeat ollius, *Iſeum*
difficile eſt diffinire. Nā quom à frigidolfo lacu, qui eſt in alpibus torrentes decidant duo, *Ollius*
qui ad ſiniſtrā eſt frigidolfum nomen retinens olliū influit: qui uero eſt ad dexterā, in aliū *Frigidolfum*
cadit torrentē, à quo ollium habere initiū incolæ affirmant. Quum item alter torrens apud
poggium caſtellū oriundus duorū quos habet ramorū, altero ad ſiniſtrā per Dialengū ſan
ctum Bartholomeū, armiciūq́ & cuſiam uallis ſolis loca abduam, altero ad dexterā ollium
illabitur: cōmunē cum abdua ortū ollius habere uidetur. Sed ad inferiora amnis ollius pau
lo ſupra cleſij oſtia ad ſiniſtrā habet platinā, poſt rebechū, inde Soncinū oppidū, ſuperius

palatiolum &calebium. Ad lacusq; sinistram Sarnagũ, pranoriũ, loarium, monticulum,
Brixia Cemmium & edolium. medio quod clesium & ollium amnes interiacet spatio Brixia est præpotens ciuitas, quã Iustinus ex Trogo dicit conditã fuisse, simul cũ Mediolano, & pluribus alijs ciuitatibus à gallis, qui urbem Romã ceperunt. Sed Liuius uelle uidetur eam fuisse cenomannorũ olim, à quibus cõdita sit caput. Est autẽ uetusto nomine, & rebus apud eam gestis clara, quã Liuius libro X X I fuisse Romanis auxilio his uerbis scribit. L. Aemilius imperator effusum agmen ad mutinam ducit. & in syluis quæ tunc circa mutinã erãt cæsi sunt Romanorũ L X X X. Cæteri tannetũ petierunt. sex signa miliaria adempta. Fuere tunc auxilio Romanis brixiani galli, aduersus alios gallos & boios. Et libro X X I I. Ita diuisæ copiæ, boisq; in agrũ suum tannetũ profectis, insubres cũ cenomannis super amnis mintij ripam cõsederũt: intra mille passuum & Cornelius cos. eidem flumini castra applicuit, inde mittendo in uicos cenomannorũ brixiamq;, quæ caput gentis erat, ut satis comperit, & cætera. Nec tamen minus clara est reddita, per ætatẽ nostrã obsidione, quã omnium durissimã philippensi bello, & Francisco barbaro insigni Veneto præfecto defendente pertulit. Brixiã præterlabitur fluuius mella, scatentibus ubiq; per regionẽ fontibus & riuis potius q̃ torrentibus quatuor influentibus nõ multis auctus aquis, quas ad nullũ proximorum amniũ integer perducit. Habet mella ad dexterã mompianũ cõcisum & seretiũ castella, ad sinistrã ubi crescere incipit choriũ, subinde uillã & uncinũ, & ubi influit Broccus torrens broccium, & ad brocci ortũ lodrium. ad fontemq; mormæ torrentis pesaciũ, secusq; mellæ ipsius alueum boratũ & coium. Ad padi alueũ sequitur Dosiolum, & post uitelliana oppidũ, opibus populoq; refertissimum, quod Vitellius imperator direpta Cremona, dum Ottonis Romæ imperantis mortẽ cũ proditoribus constitutam expectat, pro castris primo habuit, postea ut pro oppido habitaret, reliquit cõmunitũ. Superius est Sabloneta oppidũ, quo familia in Cremonensibus nobilis comitũ persiceti, quæ nunc habet Brocardũ literis ornatissimũ duxit originẽ. Inde quinto miliario in padi ripa abest Casale, quod cognomine dicũr maius, oppidũ populo frequentissimũ. Inde milibus passuũ triginta abest Cremona uetus Romanorũ Colonia simul cũ Placentia, sicut Liuius X X I scribit deducta: quæ sicut Virgilius non de præterito magis uere dixit, q̃ de futuro uaticinatus fuit, multas sæpenumero calamitates incurrit, q̃ post tẽpora Virgilij à uitelliano exercitu primũ, ut diximus, direpta: & post annos circiter quadringentos a gothis, inde à Gisulpho longobardorũ rege, & Iclauis illi militantibus per diem X I I. Septembris ad annũ salutis circiter sexcentesimũ & trigesimũ euersa. & annis postea plus minus sexcẽtis inde elapsis à Federico imperatore Barbarossa spoliata ac immunita fuit derelicta. Nũc aũt Francisco Sfortiæ per Blanchæ Mariç uxoris dotẽ subiecta est. habuit ex uetustissimis M. Furiũ poetam cognomine bibaculũ, & postea Quintiliũ poetã Virgilio & Horatio familiarissimũ. Eusebiũ quoq; Cremonensem ecclesiasticorũ dogmatũ peritissimũ. Habuit quoq; Gerardum fablonetiũ excellentẽ physicum, & astronomũ, qui chaldæas græcasq;, sicut & latinas edoctus literas Auicennæ & Rasis, siue Almansoris libros, qui nũc latine legũtur, transtulit ex arabico: & nuper habuit Ioannẽ Balistariũ præceptorẽ meũ grammaticæ, rhetoricæ, & poeseos, quibus adolescens ab eo imbutus sui peritissimũ. Habuit quoq; tum multos iuri & medicinæ deditos: tum maxime Nicolaũ Placentinũ episcopũ Vincentiũ fratrẽ Amidanos ciues eloquẽtia exornatos. Supra ad dexterã est Machastorma castellum cæde caualcaboum, quos Cabrinus Fundulus crudelissime ibi occidit, notissimũ: deinde proximo loco sunt ostia fluminis abduæ. Intus ad dexterã paucis supra padũ milibus abduã influit Serius amnis: ad cuius ostia imminet abduæ Picigitonum oppidũ populo frequentatum arcem habens inter primas munitioresq; Lombardiç numerandã. Et ad Serij dexterã sunt sanctus Sebastianus Castilionũ Ruminengũ, Martinengũ, & in montibus Ghisalbagum Seriacumq;: & inde uallis Seriana uicis plurimis frequentata. Ad Serij fluminis sinistram primũ est Crema oppidũ nobile à Federico Barbarossa post afflictam Cremonã in eius ciuitatis damnũ opprobriumq; ædificatum, quo Veneti per fœdera sunt potiti, quæ cum Francisco Sfortia aduersus Mediolanenses inierunt. Supra sunt Nemberiũ & Vertorium, & ad fluuij fontẽ Bardionũ. Imminet ostijs abduæ ad sinistrã castrum nouũ cognomine bucca abduæ. interius quinquagesimo secundũ amnis decursum miliario est Lauda ciuitas, quã Federicus Barbarossus Mediolano destructo ædificauit, ornaturq; ea ciuitas Ambrosio

Marginalia: Mella; Boratum; Dosiolum; Vitelliana; Casale maius; Cremona; Quintilius; Crema; Nemberium; Vertorium; Bardionum; Lauda

Ambrosio Vignatensi iureconsulto in lombardis pręstantissimo, bonarumq́ artiũ studijs
dedititissimo:& pariter Mapheo Veggio doctissimo atq́ optimo uiro:aliquot editis operi/
bus partim metro,partim oratione soluta claro. Distat a præsenti Lauda ciuitate tertio mi/
liario,altera Lauda uetus dicta,quam uulgo ferunt Cn.Pompeium ædificasse,datis ibi co/ *Lauda uetus*
lonis primarijs piratarum, quos duxerat in triumphum : quod quidem nullo inuenimus
in loco. Quin potius Seruius in Virgilij expositione est auctor,piratas partim in græcia,
partim in Calabria à Pompeio agros habuisse : nisi forte aliter uoluisse uideatur innuere
Lucanus in primo , ubi facit Cæsarem Arimini concionantem sic dicere : Quæ sedes erit
emeritis,quæ rura dabuntur Quæ noster ueteranus aret,quæ mœnia fessis? An melius fi/
ent piratæ magne coloni. Plinius uero uelle uidetur eam urbẽ fuisse conditã à populis no/
mine Liuijs & Maricis,qui fuerunt transalpini:& tamẽ eam appellat laudem Pompeianã:
raram autẽ in ueteribus scriptis eius urbis aut loci uidimus fieri mentionẽ. Primusq́ præ/
ter Pliniũ locus, in quo Laudæ ciuitatis nomẽ legatur est,ubi nos Odoacris Erulorũ regis *Odoacer*
aduentũ in Italiã describentes diximus:quod & aliunde accepimus Orestem patritiũ Au/
gustuli imperatoris genitorem apud Laudam odoacri congressum,ab eoq́ superatũ papiã
cõfugisse. Supra Laudã abduæ imminet Cassianũ oppidũ. post regio est mons brigantius *Cassianum*
appellata,multis habitata uiculis,& uini optimi castanearumq́ feracissima . ubi uero ab/
duæ mons ipse imminet Brippiũ est oppidũ quod Veneti obtinenr. Et supra uarios inter
colles abduã dextrorsum illabitur Brembus amnis , cuius conualli inter montes insunt ca/ *Brembus*
stella & uici,sanctus Petrus,meniũ,augum,sanctus Peregrinus,sanctus Ioannes,& platia.
Contra brembi amnis ostia est uauariũ castellũ,& intus gorgontiola,attrahit ex lacu lario
nunc Comi dicto abdua sinũ,quẽ leuci lacũ dicunt. Estq́ ad lacus ipsius emissoriũ,qua flu/
uius abdua in mediterranea exit,Leucũ oppidũ:ubi pons eum iungit amnem . Et secundũ *Leucum*
lacus dexterã superius sunt Abbatia,Mandellũ.deinceps lerniũ,uarena,Bollanũ,corcenũ, *Mandellum*
prona:& ubi abdua ipse ex alpibus cadens larium influit,est colungũ. supra sunt morben/
gum,Stationa,Tiranum,machũ. & ubi cõmunẽ abduę cum Ollio fontẽ esse diximus,sub
frigidolfo burinũ. Sunt etiã ad abduæ lacũ influentis sinistrã postalesium,xundrum. & su/
pra lacunã,quæ abduæ fons à multis esse creditur posclauinum. Medio quod abduã influ/
entes serium,& brembũ fluuios interest spatio editissimis in montibus est Bergomũ ciui/ *Bergomum*
tas uetusta,à gallis simul cum Mediolano , & Brixia, & Verona,eodemq́ tempore sicut
Pompeius Trogus dicit ædificata;quæ Gasparino Bergomensi rhetore & grãmatico ex/
ornata est. Eo item spatio quod brembum,seriũ,abduamq́ amnes, & bergomenses inter/
cedit montes,regio est glarea abduæ appellata. Insunt & castella triuilium , mozanica: &
quæ supra sunt dicta,Ruminengũ,Martinengũ , & Carauagium prælio insigne omnium *Carauagium*
ætatis nostrę memorabili;in quo Mediolan.tunc rei pub.exercitus copias Venetorũ equi
tes XII pedites IIII milia fregit,fuditq́:uel potius maiori ex parte cepit. Sequitur ad pa/
di dexteram Belgiosium uilla opulentissima:quã Philippi angli mediolanensis tertij ducis
dono obtinet Ludouicus cunij comes, Albricum tertium & Malatestam comitum cunij,
sicut ostendimus clarissimorũ reliquias in ea fouens. postea habentur umbronis fluminis,
quod eupilum lacus larij siue comensis partẽ exonerat ostia. primũ habet umbro ad dexte
ram castellum uillalantem: post sanctum Angelum. Et longe supra intus Canturium oppi *Canturium*
dum,superiusq́ Comũ ciuitas uetusta lacui lario,cui dat comensem appellationem con/ *Comum*
tigua:quæ à gallis cum Mediolano, Brixia & Verona,sicut Trogus scribit , condita fuit.
Ciuem ea ciuitas habuit paterna origine Pliniũ:quem mutatus incolatus uocari fecit Ve *Plinij patria*
ronensem,qui scribit Comum & Bergomũ oromoniorũ stirpis fuisse, Catonẽ tradidisse:
qui fassus fuerit se gentis originem ignorasse. Quam postea docuit Cornelius Alexander
affirmans ortam fuisse eam gentem à græcis,interpretatione nominis indicante , ꝙ uitam
in montibus degant. Catullusq́ poeta innuere uidetur Cecilium poetã fuisse comensem
hoc epigrammate; Poetæ tenero meo sodali Velim Cecilio papire dicas: Veronã ueniat,
noui relinquens Comi mœnia lariumq́ littus. Nam quasdã uolo cogitationes Amici acci
piat sui meiq́. Quare si sapiet uiam uorabit. Isq́ Plinius Comi conuersatus fontẽ esse dicit
in Comensi,qui singulis horis semper intumescit ac residet. & idem affirmat abduam am/
nem lacum Larium supernatare. quod.q́ nunc quoq́ usu cognoscitur,lapidem esse dicit in
Comensi,qui cauatur tornaturq́ coquendis cibis. Longobardorũ quoq́ habẽt historiæ in

lacu lario inſulam eſſe,quæ Comantina appellaretur:in qua legimus Francilionem primo
ducem Romanum : poſtea aliquos Gothorum & Longobardorum reges multas confer-
uaſſe diuitias,& ſorte maiores omnibus,quæ ab illo tempore alicubi in Italia fuerint con-
gregatæ,eaq; inſula nũc nobis ignota non longe à domo aberat,uel oppido,uel uico.Scri-
bit etiam Plinius tranſpadanã Italiã iuxta alpes larium lacũ habere amœnũ arbuſto agro,
ad quẽ ciconiæ nõ tranſuolant.Sunt ad eam lacus partẽ, quæ à maioribus appellatur Eu-
pilus:dextera in parte fenium,palantium, ripa,neſium,leſeniũ : & qua ſe lacus in abduam
flectit belaſium.Ab umbronis fluuij oſtijs paruo ſupra padũ tractu ſunt ſanctus Columba-
Sanctus Co-lumbanus nus:poſt uia laudenſi à Mediolano melegnanũ oppida : inde uicus mercatus populo fre-
quentiſſimus:& ſuperius modoetia nobiliſſimũ totius Lombardiæ oppidũ . in quo ſeruat
Modoetia abſurda cõſuetudo ab trecentis annis introducta,Cæſares Germanos corona ferrea in Ro
manos reges,imperatoresq; inſigniri.id oppidũ reddidit prius ex paruo ampliſſimũ The-
odoricus rex Oſtrogothorũ primus,palatio ibi magnificẽtiſſimi operis ędificato:& The-
odelinda Longobardorum regina inſignis:ad quam beatus Gregorius dialogorum libros
ſcripſit:baſilicam beati Ioannis Baptiſtæ,ac palatium ſuperbiſſimũ ſumptuoſiſſimo opere
in eodem extruxit.Supraq; modoetiã umbroni fluuio adiacet charrarum . Secus Comum
ad umbronis ex lacu Eupilo ortum Brixia influit torrens:ad cuius ortũ caſtella ſunt mur-
gum,canoſſium & uatallum.Ad ſecundum latus larij uel Comi ſiniſtram ſunt,Sennobiũ,
arcinium,campus:& ubi torrens aqua ſeria influit,monaſium:dehinc raſonegum,gundũ,
grauidona,damaſſium,iera,ſoregium : & ubi fluuius lacum influit eſt Senolegum.Supra
Clauenna torrentẽ ſunt,larium,uictoria:& dehinc caſtellum Clauenna:apud quã Plinius dicit curiã
rhetiarum fuiſſe.Ea uero montana regio cur olim rhetia fuerit appellata:Iuſtinus in trogo
ſic docet. Tuſci à gallis pulſi ſedibus alpes occupauere , & rhetorũ gentẽ ſic ab eorũ duce
appellatã cõdidere.Fuerũtq; hi populi bifariã in primã & ſecundã rhetiã diuiſi . Ad alterũ
Caſatium uero latus caſatium,& in extremo lacus angulo megiulla caſtellum . Ad dexterã padi ri-
Ticinus pam poſt umbronem prima habentur ticini oſtia . Is fluuius Verbanum lacum,quẽ nunc
Verbanus maiorem dicunt exonerat . Adiacet huic amni ad dexteram quarto ſupra oſtium miliario
Papia ciuitas nunc Papia Ticini nomine uetuſtior:quam Plinius uelle uidetur fuiſſe conditam à
populis Leuijs & Maricis,qui fuerunt tranſalpini . Sed quantũ licet ex Liuij ſcriptis con-
ijcere Ticinum urbs,quo tempore Hannibal in Italiã uenit,nondũ erat . Nam libro XXI
ſic habet:Iam tamen Scipio padum traiecerat ad Ticinum amnem motis caſtris.& infra:
quum utrinq; ad certamen accenſi militum animi eſſent Romani ponte ticinum iungunt,
tutandiq; pontis cauſa caſtellum ſuperimponunt:& inferius:auxit pauorem conſulis uul-
nus,periculumq; intercurſu tum pubeſcentis filij propulſatũ : hic erat iuuenis Africanus.
Dicimus itaq; nõ potuiſſe abeſſe,quin ſi Papia tunc fuiſſet,aut Ticinum urbs,eius nomen
aliqualiter Liuius poſuiſſet:nec pontem Romani feciſſent , factoq; caſtellũ impoſuiſſent.
Eam ciuitatem Athila rex Hunnorum direptam uaſtauit . & quum paulopoſt inſtaurata
Odoacer eſſet Odoacer Erulorum rex Oreſtem patritiũ, Auguſtuli imperatoris genitorẽ in eo ob-
ſeſſum uiq; captum interfecit: Ticinumq; urbs crudeliter direpta atq; uaſtata eſt:ubi tunc
cædes maxima fuit ciuium Romanorum,quanta nunquam alibi poſt Romani imperij in-
clinationem commiſſa fuerat : Pariterq; ad annum inde circa centeſimum & uigeſimum
uouerat ſe facturum Alboinus rex primus Longobardorũ , nimia Papienſium reſiſtentia
faſtiditus.Sed cum ipſo ingreſſu equus ſub eo collapſus,ſurgere nequiret,admonitus à bo
no uiro comite ſuo mutauit propoſitum,equusq; illico ſurgens,illum in urbem detulit in-
columem.Rodulfo autem burgundo Italiæ regnum occupante, per VII Stephani pontifi
cis Romani tempora ungari Salodo duce Italiam ingreſſi,Papiã obſeſſam captamq;, ferro
igniq; uaſtarunt . Alunda fuit adoleſcentula nobilis, & pulcherrima papiæ incerto nobis
iure dominio potita:quã Vgo arelatenſis Italiæ rex Lothario filio dedit uxorẽ. Eoq; mor-
tuo,tertius Berengarius Vgoni in Italiæ regno ſucceſſor Papia potitus,mulierem carcere
tenuit . Interea Agapitus pontifex Ro. Italiæq; proceres & populi, Berengarij & Alberti
filij tyrannidem exoſi,Otonem primũ ex germania in Italiã uocauerunt.Isq; cum armato-
rum milibus L.ueniens Berengario & Alberto deiectis , Alundam carcere eductã matri-
monio ſibi copulauit.tumq; Italia à malis,quę diu fuerat perpeſſa reſpirare cœpit.Pertha-
rit Longobardorũ rex monaſteriũ ſanctæ Agathæ,& Theudelinda regina eccleſiã ſanctę
Mariæ

Mariæ ad perticas in ea ciuitate construxerunt. Et Luithprandus longobardorũ rex ossa
beati Augustini ex Sardinia papiam, ubi ueneratissime seruantur, deferri curauit. Idemq; *S. Augustinus*
rex monasterium beati Petri cellula aurea appellatum, & apud Holonam, ubi curiam sæ-
pe reges tenuerunt monasterium sancti Anastasij martyris ædificauit. Gondiberta regina
ecclesiam sancti Ioannis baptistæ: & Petrus episcopus Luthprandi regis consanguineus
ecclesiam sancti Sauini papiæ construxerunt. Eam urbẽ situ & aeris salubritate amœnissi-
mam reges Ostrogothorũ, & postea longobardorũ libenter incoluerũt: unde apud ipsam
multa fuerunt præclare gesta à nobis in historijs præter prædicta accuratissime scripta. or-
nauit eandẽ maximisq; prosecutus est spiritualibus adiumẽtis Episanius episcopus Aqui- *Episanius*
leia oriundus: qui sex milia captiuos mediolanen. à francorum rege liberari impetrauit. Et
duodeuigesimus nominis ordine Ioannes pontifex Ro. qui à Bonifacio ferrutij filio ponti
fice adulterino captus, in arcemq; sancti Angeli coniectus diem ui adhibita obijt, ciuis fuit
papiensis. Habet nunc papia in gymnasijs multos iuriũ ciuilis & pontificij ac philosophiæ
& medicinæ scientia claros. Sed ex ciuilibus Catonẽ Saccum, & Silanum Nigrũ ciuili de-
ditos iuri & bonarũ artiũ studijs exornatos, Adiacet ticino amni intus ad dexterã & fossæ
manufactæ ab eodem fluuio ductæ hæret Abbiagrassum. Superius est Vigiuenum Petri *Abbiagrassũ*
candidi literis græcis, ac latinis, ac editis operibus clari patria. Inde Cuccionũ & post Se- *Vigiuenum*
xtium lacui propinquũ: qua in parte Verbanũ lacum duo minores augent lacus, quorum
qui est ad dexterã lugani: qui ad sinistrã sancti Iulij appellatur. Ad uerbani siue maioris la-
cus dexteram Angleria primum est oppidũ, à quo uicecomitũ familia originem traxit. Re *Angleria*
cedit uero intus ad dexteram eius lacus partẽ Varesium oppidũ populo frequentissimũ. *Varesium*
Supra curuatus est bifariã uerbanus, siue maior lacus lugani ea in parte appellatus. cui ad-
iacent, brosiuũ, portus, caput laci, campronũ, ostenum & porlectia: & ubi Lauenus influit
amnis sunt ad lacus undas sessa morchum & luganũ, à quo lacus nomen accepit. Ticinũ
ad sinistram paruo supra padũ tractu torrens influit graualonus, ad cuius sinistrã est Gro- *Mortaria*
petum. intus sunt mortaria oppidũ nobile, & laumelum nũc exile, sed opulentissimũ olim *Laumelum*
oppidũ, multis celebratũ, pręsertim lõgobardorũ historijs. Nã Theudelinda Antaris lon-
gobardorum regis relicta Agillulfum taurinensem ducẽ apud Laumeliũ sibi in maritũ, &
longobardis ut permiserunt, in regem asciuit. A Laumeloq; nomen habet omnis peninsu-
la regio aliquot oppidulis uicisq; frequentata, in qua linũ gigni & multũ & optimũ, Plini-
us est auctor. Interius est Nouaria ciuitas, quæ Albutio Silo claro oratore, sicut tradit Eu- *Nouaria*
sebius per Octauiani imperatoris ætatẽ ornata fuit. & ad annũ salutis V I I I, & terdecies
centenũ habuit Dulcinũ hæresiarchã, in quẽ cũ Clemens V põtifex Ro. animaduertendũ
censuisset: ipse in montes qui nouariæ altissimi imminẽt cũ sectatoribus quingentis se con
tulit: quos saltuosus natura, & penè inaccessibilis locus fuisset tutatus, ni superueniens soli
to maior nix plurimã eorũ partẽ fame ac frigore mortem fecisset oppetere. Dulcinusq; &
Margarita uxor cum reliquis eo confecti incõmodo in potestatẽ uenerunt. nec tamen er-
rori ut abrenunciarent, adduci potuerũt: quin Margarita in conspectu mariti mutilata: &
ipse item pari laceratus supplicio, in proposito pertinaces, tot penè mortes, quot habebãt
membra perpessi sunt. Mons namq; bosus nomine, coctiarũ alpium promontoriũ, cęteros
superans Italiæ montes, ad ipsum uerticẽ, quẽ semper cõtinuatis etiã æstate niuibus tectũ
habet omnino inaccessibilis est: cui hæret cõtiguus paulo celsitudine demissior mons, nũc
ab hoc dulcini facto gazaronũ appellatus, in summo cuius uertice, & ad eum locũ, in quo
se cõtinuerant hæretici, sacellũ nunc est sancti Bernardi uocabulo appellatũ. Adiacentq; *S. Bernardus*
eius montis radicibus ad auersam partẽ, triuerium, cozola, & crepacorũ agri uercellensis *Triuerium*
oppida & castella. Ad ticini item undas est castaletũ: & paulo supra ad lacus uerbani, siue *Cozola*
maioris emissoriũ, à quo graualonus amnis ortũ habet, sinũ efficit ipse lacus, quẽ mergotij
lacũ dicunt. Illabunturq; torrentes duo grais alpibus defluentes: quorũ unus tonsa dicitur.
alter q sancti Iulij lacũ transeat: eius lacus retinet nomen. Nam in eo lacu insula est à sancti
Iulij ecclesia, sicut & lacus appellata. Visunturq; ibi confessoris Iulij reliquiæ miraculis co
ruscantes. Suntq; ad lacus mergotij sinistrã omagnum, acabrium, aimum, boguinũ, & ad
dexterã upaiũ atq; apeliũ. Ad tonsæ sinistrã uergonta, & supra in alpibus domussula, quã *Vpaium*
nunc domodusulam appellãt. estq; unus ex quatuor tramitibus, unde à mediolano in gal- *Domißula*
lias siue germaniã trãijcitur. Ad tonsę uero dexteram mergotiũ, à quo sinus nomẽ accipit:

& ad eandem sinus dexteram palantia. Sequunturq́ secundum uerbanum lacum oppida & castella, canobium, brisagum, ascona, carnium, gardola, & ubi Ticinus ex alpibus grais cadens lacum sebuinum influit, castellum est nomine magainum. Descripsimus supra duos amnes padum illabentes, hinc umbronem, inde ticinum: & simul docuimus quibus in locis uterq́ amnis, ex Verbano hic, ex eupilo ille, ortum ducat. Dumq́ loca explicuimus ipsis uel fluminibus, uel lacubus adiacentia, mediam liquimus intactam planiciem omniũ

Mediolanum Italiæ populis frequentissimam. In qua Mediolanum est ciuitas potentissima: quã nostro iudicio insulse opinati sunt quidã inde dictam, ꝙ in medio padi ticini, abduæ & umbronis amnium sita est. Sed alia est eiusdem nominis ciuitas in gallia, cuius fines nullis amnibus similiter sunt coerciti. Originem uero habuit mediolanum lombardiæ, quã Liuius patauinus & Trogus Pompeius narrant, à gallis, qui duce Brenno in Italiã descenderunt: populisq́ loca incolentes, in quibus est ædificata, insubres appellabãtur. de quibus L. Florus ex Liuio dicit: galli insubres ferini & immensi corporis alpium accolæ sæpe alias, sed Viridomato duce iutauerunt se non soluturos balthea, nisi in capitolio. Aemylius uictor eos domuit. nec uidemus alia fuisse Italiæ loca, in quibus facilius coaluerit mortalium multitudo tanta, quantã insubres primũ post mediolanenses per omne seculũ habuerũt: Roma enim non modo non genuit, quẽ habuit multo maiorẽ mediolanensi populũ: sed faciente aeris semper ab ipsa condita insalubris dispositione, confluentẽ ex tota Italia cõportatamq́, & ui ductam ex toto orbe mortaliũ exuberantiã male conseruauit. Quæ apud insubres mediolanenses q́ post eam conditã urbem historici gesta scribunt, hic referre operosissimum esset: sed nostro insistentes instituto indices earum rerũ ponemus. Scribit Eusebius in temporum supputationibus Statium Cæcilium comœdiarũ scriptorẽ clarum fuisse insubrem gallum, & Ennij contubernalẽ: & quosdã existimasse ipsum fuisse Mediolanensem. Scribit Liuius libro ab urbe condita XX exercitũ Romanorũ, tunc primũ ultra padũ fuisse ductum, & Gallos insubres aliquot prælijs superatos in deditionẽ tunc primũ uenisse: quod quidẽ ad annos Romanæ urbis condi. CCCCLX fuisse uidetur. XXX inde Liuij liber habet Magonẽ Hannibalis fratrẽ in agro insubriũ uulneratũ, dum in aphricã per legatos

Corsica reuocatus nauigaret: apud Corsicã obijsse. & lib. XXXI habet, L. Furiũ prætorẽ Romanum gallos insubres rebellantes, & Hamilcarẽ pœnum in ea parte molientẽ acie uicisse: Halmicareq́ occiso milia hominũ XXXVI cæsa fuisse. & lib. XXXI habet Cornelium Cethegũ cos. Gallos insubres prælio fudisse: paulo post L. Furiũ purpureonẽ, & Claudiũ Marcellũ boios & insubres gallos subegisse, Marcellũq́ triumphasse. Post eũ uero triumphum urbs Mediolanensis per annos fermè quingentos pacatissima, atq́ adeo florẽs fuit:

Traianus ut illam principes Ro. quoad per occupationes licuit, inhabitauerint Nerua Traianus, Hadrianus, Maximianus, Philippus, Constantinus III. Constans & Constantinus IIII, qui dictus est gallus. Iouianus, Theodosius, Valens & Valentianus. Iulianumq́ Galli fratrem mediolani Cæsarẽ appellatũ fuisse tradit Eusebius. post eam uero tam diuturnã fœlicitatẽ primas passum est molestias Mediolanũ beato Ambrosio adhuc superstite: Arrianis sicut ipse in omelijs scribit infestãtibus, quorũ persecutiones ut declinaret in illyricũ exul se contulit. Post serã uero, sicut Eusebius tradit, Auxentij mortẽ Ambrosio mediolani episcopo in suã sedẽ restituto: omnis Italia ad rectã Christi fidẽ est cõuersa: paulo tamen post Athila Italiã ingressus, quom omnem afflixisset Venetiã Mediolanũq́ diruit. Instaurataq́ tunc parũ quieuit bellis agitata: quæ ostrogothi cum Iustiniani imperatoris ducibus gesserunt. Quibus in bellis, ut gothis resisteret, & in partibus Iustiniani imperatoris duraret Mediolanum eas pertulit difficultates & angustias, quæ hominibus uix tolerabiles esse uidentur. & tamẽ superante famis acerbitate deditionẽ tunc etiã, sicut & nũc inuitã fecit. A Longobardis autẽ eadẽ urbs non quidẽ destructa unq́, sed maximis molestijs agitata est. Illisq́ à Carolo magno domitis regnoq́ priuatis Mediolanũ per annos LX & CCC sub Italiæ & Romæ regibus imperatoribusq́ quasi liberũ floruit, nullas interim magnas passum agitationes quousq́ Federicus imperator Barbarossus ad annũ salutis LXV, & undecies centenum eam diruit & solo æquauit. populũ autẽ in sex tribus portarũ nomine diuisum sex loca decimo ad minus distantia passuũ miliario habitare coegit. Sexto autẽ ab inde anno, quum Federicus bello à franciæ regibus pro tertij Alexandri pontificis Ro. salute agitaretur Mediolanen. à Parmensibus Placentinisq́ adiuti repetitã patriam tanto reædificarunt animorũ

animorum ardore: ut intra triennium ditior, populo frequentior potentiorq; solito facta
uideretur. Habuit uero per annos C L mirabile incrementũ, adeo ut nisi ciuilia obstitissent
dissidia turrianorũ uicecomitumq; omni lombardia faciliter fuerit potitura. Anno autẽ sa-
lutis L X X V I. supra duodecies centenũ uicecomites, pulsis turrianis, mediolani tyranni-
de sunt potiti. & anno abinde L X X I I I I. sextus Clemens pontifex Ro. quom à Ludo-
uico bauario imperatore adulterino multis agitaret molestijs, in illius damnum dedecusq;
Luchinũ uicecomitẽ Ro. ecclesiæ in mediolano uicariũ, & eius germanũ Ioannẽ Medio-
lanensem archiepiscopũ creauit: annoq; ab inde plus minus quinquagesimo Ioannes Gale
acius uicecomes primus ab imperatore dux Mediolanẽsis in ea familia est cõstitutus, prin
ceps certe regno & imperio potiusq; eo ducatu solo dignus, cũ propter insignes alias uir-
tutes, tum maxime q doctrina & uirtutibus excultos uiros apud se habere, atq; extollere
curauit. omniũ aũt externorũ quos dilexerit, primus fuit Petrus Cretẽsis patria Cãdianus,
qui Nouariẽsis episcopus, post Mediolan. episcopus, deinde Ro. ecclesię cardinalis: & de-
mum summus pontifex Alexander V nomine est appellatus. Isq; omniũ sui seculi uir do-
ctissimus, quo tẽpore Ioãnes ipse Galeacius ducatu mediolani à Venceslao Lucinburgẽsi *Io. Galeacius*
Romanorũ rege ornatus est, orationẽ habuit doctrina, & rerũ uariarũ copia redundantẽ:
quæ inter multa ornamentũ urbis mediolani cõtinentia hęc habet. Mediolanũ physico na
turali situ suo ab incẽdijs caumatũ, & frigorũ rigoribus ęqualiter abesse, ac propterea locũ
totius orbis tẽperatissimũ, aerẽq; serenissimũ, & aquarũ in puteis & fontibus salubritatem
obtinere. Quom tamẽ lacus pulcherrimi decem & septem, & L X I I I I flumina terræ su-
perficiẽ irrigantia in illius agro reperiãtur: dicitq; idẽ pontifex Barnabã Pauli cõdiscipulũ
& comitẽ primũ fuisse mediolanensis ecclesiæ episcopũ, cui paulo post successerit beatus
Ambrosius doctor ecclesiæ celeberrimus: à quo sanctus Aurelius Augustinus doctor & *S. Ambrosius*
ipse excellentissimus in ipso mediolano ad fidẽ Christi cõuersus fuit. Ioanne Galeacio, & *S. Augustinus*
post eũ duobus filijs Ioanne maria primũ, & postea Philippomaria, qui tertius dux fuit ui-
ta functis: populus mediolanen. in libertatẽ se erigẽs, post asperã insignẽq; famẽ bello per-
pessam urbẽ dedidit Francisco Sfortiæ Attendulo cutignola romãdiolæ Sfortia primo pa
tre oriundo: cuius decorat robur atq; principatũ Maria Blanca uxor Philippo tertio duce
nata, regio titulo fastuq; dignissima. Genuit mediolanẽsis urbs Alexandrũ secundũ, terti-
umq; Vrbanũ ex nobili gente cribella: ac Cęlestinũ I I I I pont. Ro. Datiũq; episcopũ suũ,
qui uir, si beato Gregorio credimus, sanctus & doctus patriæ, cuius fuit amantissimus, plu
rimũ profuit. Imperite uero scripsit Alexander V pont. Ro. Valerianũ & Galienũ impera
tores mediolani genitos fuisse. Sed Helius Spartianus scribit auũ paternũ Didij Iuliani im-
peratoris fuisse mediolanen. & Iulius Capitolinus dicit Valerianũ iuniorẽ nõ natũ, sed se-
pultũ fuisse mediolani. Et Flauius Eutropius in alterius Valeriani gestis rebus tradit acce-
ptam fuisse cladẽ sub Aureliano, à Marcomannis per errorẽ. Nam dũ is à fronte nõ curat,
occurrerunt subito erumpentibus. dumq; illos à dorso persequi parat, omnia circa Medio
lanum uastata sunt. Fuerunt etiam patrum nostrorũ memoria mediolanenses iureconsulti
excellentes Obertus de orto, qui eam composuit iuris ciuilis partem, quæ usus feudorum
appellatur. & Cristoforus Castilioneus iureconsultorum suæ ætatis facile princeps. At Io
annes itidem Castilioneus episcopus Vincẽtinus, ac paulopost ad nostrã peruenerũt æta-
tem uiri duo eleganter docti, ordinis sancti Augustini unus, sancti Francisci alter: quorum
ille Andreas Bilius, hic Antonius Raudensis appellati aliquot ediderũt opera, quid ipsi di-
cendo & scribendo ualeãt absq; nostro testimonio ostẽdentia. Ornat quoq; patriã Ioseph
Biprius sacris secularibusq; literis apprime eruditus. Sed ad propositũ iter nostrũ. post Ti
cini ostia Padus longo tractu, nullo flumine ad dexteram augetur. Est uero inter proximũ *Padus*
Sicidam, & sancti Iulij lacum torrens gogna apud cochium oriundus. & ad sanctam Mar-
tham neblosamq; cursum perdens. Ad padi ripã, ubi Sicida fluuius ostia habet Bremide *Sicida*
oppidũ, & ad eius fluuij dexterã palestrũ: superiusq; Romagnũ oppida inueniunt. Ad Si- *Romagnum*
cidæ autẽ sinistrã priusq; Saruus influat torrens sunt Vercellæ ciuitas uetus Apollineæ *Vercellæ*
à Martiali poeta appellatæ, & quas Plinius à Saluijs, Libicis ortas tradit. Tenuerũt autẽ
Saluij populi montes Niceę supereminentes. de hac urbe Plinius: Extat lex censoria Vin-
timiliarũ aurifodinæ, quæ in uercellensi agro cauabat, ne plus quinq; M hominũ in opere
aurum faciendi publicani haberent. Et Eusebius Cæsariensis in temporũ supputationibus

tradit Euſebium Vercellen. epiſcopum ſacrorum dogmatum peritia claruiſſe. Noſq́; hi-
ſtoriarum ſecundo oſtendimus Valentinianũ tertiũ Conſtantij comitis ex Galla Placidia
filium miſiſſe ardaburum orientis præfectũ aduerſus Caſtinum comitẽ Ioannis adulterini
imperatoris ducem. & prelio apud uercellas cõmiſſo Caſtinum ſuperatũ captumq́; fuiſſe.
Burgus Superius ad eandẽ ſiniſtram Sicidæ adhæret burgus: ſaruoq́; ad dexterã andurnum. ad ſi-
niſtram eſt bedulũ. dehinc ad padũ eſt Triduũ oppidũ, Brolia patrum noſtrorũ ętate cele-
berrimo militũ ductore ornatũ. & monaſterio locedi duria baltea proxime habetur amnis
apud haſtubiã in alpibus oriundus: cui amni inferius cõtinet Creſcentinũ nobile oppidũ,
Salugiæ ſuperius ſalugiæ, & paulo ſupra eſt eporedia à bonis equorũ domitoribus lingua gallica,
ſicut Plinio placet appellata. Quam idem affirmat populũ Ro. ſibyllinis libris admonitũ,
ac iuſſum condidiſſe. Dehinc aſcendendo per uallem auguſtæ prætoriæ itinere unius diei
eſt mons iouettus. & ſupra eſt Auguſta prætoria iuxta geminas alpium fores ſita graias
atq́; peninas, quibus Herculẽ & pœnos trãſiſſe Plinius aſſerit graios opinari, apudq́; eam
inciſus fuit marmore titulus ille pergrandis populos enumerans, quos Cæſar Auguſtus
in alpibus ſubegit. dicitq́; Plinius coccianas ciuitates XII non fuiſſe additas titulis Augu-
ſti, quia nil hoſtile commiſerant. geminas autẽ fores graias atq́; peninas nunc appellant al-
S. Bernardus teram montem Iouis, ubi monaſterium eſt nobiliſſimũ, ſancto Bernardo dicatum. alteram
Iſera columnam Iouis, qua uia iter eſt ad uallem tarantaſiæ allobrogũ, quã quidem uallem Iſera
Mazadium amnis excipit. ad ſiniſtramq́; duriæ oppidũ eſt mazadium. Orcus dehinc fluuius padum
Orcus illabitur, cui ad oſtium eſt Danaſium nobile oppidum, & ſuperius ſancti Martini ad dexte-
ram. ad ſiniſtramq́; ſancti Benedicti de fructeria habentur oppida. duriæ ripariæ amnis pa-
Taurinum dum deinceps illabentis proxima hæret oſtio Taurinũ ciuitas uetuſtiſſima, per quam pri-
mum hannibalem Italiã ingreſſum ueniſſe, Liuius XXI oſtendit. Taurini galli proxima
gens erat in Italiã digreſſo. & infra popportune Taurinis proximæ gẽti aduerſus Inſubres
motum bellum erat. Inde ex ſtatiuis mouerat Hannibal, taurinorumq́; unam urbem caput
eius gentis, quia uolentis in amicitiam nõ uenerat, ui expugnauit. duriæ ripariæ fluuio ad
Lancium dexteram oppida Lancium & Bellegerium, ad ſiniſtrã Cariacum & Druentum ſunt pro-
Bellegerium xima. Eoq́; in terrarum ſpatio quod padum binasque durias & alpes interiacet, eſt regio
Canapicium appellata, in qua tres nobilium familię oppida poſſident & caſtella, Valper-
gani, ſancti Martini, & ſancti Georgij comites. Nec lõge abſunt à taurino Sangoni amnis
in padum labentis oſtia, cui ad dexteram hærent oppida Ripolum Auiliana: inter quæ eſt
celebre monaſterium ſancti Antonij de renuerſo. ſanctus Ambroſius oppidum. & paulo
ſupra ciuitas eſt Secuſa. ſuperiusque ad Sangoni amnis ortum eſt Seſanna. Cluſiola poſt
Pinnarolum hac amnis padum illabitur, cui proximum ad ſex milia paſſus eſt pinnarolum nobile op-
pidum, nobili item monaſterio exornatum. Superius Petroſa oppidum, & ad fontem ſi-
niſtrorſum eſt oppidum pragellatum, cum amni Bricariaſium primo poſt mons Bobius
Pelix dextrorſum hæret. poſt Cluſiolam Pelix fluuius cluſono auctus, padum illabitur pancale-
Panchaleriũ rium inter, & uillanfrancham oppida populis frequenrara. fuitque panchalerium Augu-
ſta taurinorum antiquæ ligurum ſtirpis, apud quam Plinius dicit padum primo nauigabi-
lem eſſe. & uillafrancha primum ponte padum ſubliceo eſt complexa. Pado autem fonti
ſuo iam propinquanti oppida ſunr proxima, Reuellum & Paiſana. & ad ſupremi ultimiq́;
torrentis illum illabentis fontem, ut diximus, oppidum eſt Circium. Deinceps ſunt alpiũ
iuga: & ea quidem quæ Hannibal Italiam ingreſſurus aceto rupit.

REGIO OCTAVA VENETIAE.

LOMBARDIA ad finem perducta, ſi hactenus ſeruatum morem ſe-
qui uolumus, ad proximorum pado amnium oſtia reuertendũ eſſet.
Sed quum ab ultimis padi oſtijs ad fornaces appellatis Venetiarum
urbis ducatus fines ad aquas gradatas ſtagnãtes mari Adriatico aquę
ſalſæ obtineant, in quas Atheſis fluuius, poſt Meduacus, deinde Ti-
mauus defluunt amnes, ipſam Venetiarum ciuitatem eiſdem ſalſis
circundatam aquis, prius quàm Marchiam Tsruiſinam, ſiue Foro-
iulienſem regiones deſcribi neceſſe eſt. Poſtmodum namq́; oſtia cur-
ſusq́; fluuiorum in ſicco melius proſequemur, ſecundum ripas, quorum ex noſtro inſtitu-
to eaſdem

to easdem regiones,& earum particulas certius inuenimus. Venetias ciuitatem in intimo *Venetiæ*
Adriatici maris sinu sitam,ad annum salutis quinquagesimum sextum supra quadringen-
tenum fuisse conditam,quo anno Athila rex Hunnorum Aquileiam diruit, docuimus in *Athila*
historijs. Habet autem eius ducatus regio terminos longitudine miliũ octoginta ab aquis
olim gradatis,ad Lauretum oppidum à Vitali Faledro ædificatum:nunc autem pado pro *Lauretum*
ximum,ubi ad fornaces diximus padi ostia appellari. Latitudo autem uaria nullos habet
alios terminos quàm quousq; cedentes recedentesq; maris aquæ ad siccũ stagnando per-
ueniunt. Eius regionis diuerso modo nonnulli meminerũt uetusti scriptores. Antoninus
enim Pius in Romani imperij prouinciarũ regionumq; itinerario, quũ à Rauenna Aqui-
leiam per Altinum iter describeret:hæc nunc Venetiarum stagna appellat septem maria, *Septẽ maria*
q̃ à Rauenna Altinũ usq; septem uada essent naui transmittenda.Et Virgilius quod diffu-
se in Patauij descriptione infra ostendemus:ubi Patauij ædificationem ab Antenore factã
narrat,sic habet. Et fontem superare timaui. Vnde per ora nouem uasto cum murmure
montis It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti. Mare enim quod per ora no-
uem it præruptum,& premit arua pelago sonanti:est hoc totũ quod à pado ad aquas gra-
datas littus rumpens,colles eius poetice à Virgilio montes appellatos inter ipsa uada lin-
quit:quæ nunc littora appellamus.Insulæ eo conclusæ spatio, quæ habitantur uarios ha- *Insulæ Vene-*
buerunt conditores,qui in unicam hanc Venetiarum ciuitatem opes & consilia contule- *tiarum*
runt. Vnde hanc Venetiarum ciuitatem pro una regione non immerito à nobis positam *Opes Veneti-*
esse intelliget,qui considerabit nõ modo opes eius cuiuscunq; alterius regionis Italiæ opi- *arum*
bus æquiparandas esse:sed multas fuisse urbes,multa oppida, quorum excidio hæc unica
sit condita: Aquileiam, Altinum, Concordiam, Patauium, Montemsilicis, Opitergum,
Eracliam,Equilium,Gradum,Caprulas & Lauretum: quanquam & ex Vicentia, Vero-
na, Mantua, Brixia, Mediolano & Papia ab Athila afflictis, & ab alijs Italiæ ciuitatibus,
præsertim urbe Roma diuersis in persecutionibus nobiles & potentiores quosq; Vene-
tias à principio confugisse,in historijs abunde docuimus. Igitur Aquileienses primi gra-
dum, Concordienses condidere captulas. Altinates sicut urbem suam in sex portas diui-
sam habebant: sex quoq; in stagnorum insulis oppida condiderunt, Torcellum, Maior-
bum,Burianum,Amoriacum,Constantiacum,& Aimanum:Patauinorum pars, Riuum
altum,& postea dorsum durum.Montesilicenses,Atestiniq; methamauchum, Albiolam, *Metamau-*
Palestrinam:siue,ut Plinius appellat,Philistinam, & fossam Clodiam, quæ nunc est ciui- *chum*
tas Clugia. Creuit autem ilico ab ipso conditionis initio Veneta ciuitas,quia non à pasto- *Clugia*
ribus,sicut Roma,sed à potentioribus, ditioribusq; regionis olim Venetiæ fuit à princi-
pio, sicut diximus, habitata. primus externorum Venetijs ornandis attulit adiumentum
Narses eunuchus patritius primi Iustiniani imperatoris copiarum in Italia aduersus Go- *Narses eunu-*
thos missarum dux: qui q̃ Veneti eum traducendis à Taruisio Rauennam copijs nauigio *chus*
iuuissent,postquam subegerat Gothos,ecclesias sancti Theodori & Geminiani de capite
Brolij in Venetijs ædificauit.Quinetiã anno ipsius conditæ centesimo & trigesimo secun
do Arnulfus rex Longobardorũ Patauium ciuitatẽ post rothilense excidium à prædicto
Narsete eunucho,Rauennatibusq; instauratã,igni ferroq; absumpsit: & quotquot primæ
cladi superfuerant,ac in patria coaluerãt,Patauini secunda transmigratione in stagna Ve-
netiarum cõfugientes,riuũ altum implerũt:& oliuolense castrũ, ubi nunc castellanum est
episcopiũ, cõdidere:atq; eo tempore sancti Martini,& sancti Ioannis in bragula ecclesias
cõstruxerunt,Mirum uero est,& summo extollendũ laudis præconio potuisse à tot tamq;
diuersis urbium & oppidorũ populis conditam ciuitatẽ per annos propemodũ mille hanc
quam retinent rem pub.conseruare.Nec tamen rerũ humanarũ conditionis adeo fuit ex-
pers hæc ciuitas, quin per singulas quasq; ætates suos, ut inquit poeta, manes fuerit per-
pessa.Quamobrẽ eius incremẽta summatim,sicut in cæteris facimus Italię ciuitatibus ex-
plicando:labores quoq; & difficultates pariter ostendemus.& ne in aliarũ urbiũ, quas in
hac cõdenda destrui contigit, negocio ulterius laborandũ sit, omnia simul cõtexemus,ut
facta inter condendũ destruendumq; uariatio certius habeatur. Nec incongruũ uidetur à
scissa patriarchali dignitate inchoare,q̃ eam scimus in rebus Italiæ semper momenti plu-
rimum habuisse.Ad annum salutis sexcentesimũ decimũ Gisulfus dux foroiulianus con-
sensu Agilulfi Longobardorũ regis elegit Ioannem abbatẽ in patriarchã ueteris Aquileiæ

Candiano ſuperſtite patriarcha nouæ Aquileiæ, quæ apud Gradũ fuerat à Romanis pon-
tificibus conſtituta. Et anno inde quinto partium conſenſu conſtitutum eſt, ut qui eſſet
Aquileiæ patriarcha omnem cõtinentis regionem moderaretur: qui eſſet apud Gradum,
omni huic quæ nunc eſt Venetiarũ ducatus regioni præeſſet. Quartodecimo abinde an-
no quum Rotharis Longobardorum rex Opitergium ciuitatẽ diruiſſet. eius ciuitatis epi-
ſcopus nomine Magnus ad ſtagna cõfugiens conſenſu & autoritate Seuerini pont. Ro.
ac Eracliј imperatoris ciuitatem condidit, quæ ab ipſo imperatore Eraclea eſt appellata.
Eodemq; anno Paulus Altini epiſcopus cũ populo ſuo qui cladibus ſuperfuerat, Torcel-
lum ſe conferens, ſedem ibi Seuerini pont. Ro. auctoritate firmauit quæ nũc extat. Cuius
pontificis conſenſu pariter Patauinus epiſcopus Arrianã hæreſim, quæ tunc in multis Ita-
liæ locis feruebat, declinans ſedem epiſcopalem in Methamaucũ tranſtulit. Quo anno fœ-
dere inter Longobardos regem & duces ac Venetiarũ ciuitatem icto declaratũ eſt, ut to-
ta terreſtris Venetia ab abdua ad aquas ſalſas Lombardia, & quicquid in ipſis eſſet ſalſis
aquis Venetiæ appellarentur. Ad annum uero ſalutis ſexcenteſimũ & quinquageſimum
Conſtantius imperator Eracliј filius Torcellum ueniens ut Romam accederet, uicum qui
Eraclea eſt in Torcello primarius Conſtantiacum de ſuo nomine uoluit appellari. Eraclea ciuita-
Equilium te interim aucta eius populi pars in uicinam commigrans inſulam Equilium condidit ciui-
Paulinus tatem. quumq; annis triginta duobus ſupra ducentos Venetiæ uariã ſub tribunis habuiſ-
Dux Ve- ſent gubernationis formam: primus earũ dux in Eraclea & ciuis Eraclianus Paulinus an-
netiarum no ſalutis ſexcenteſimo nonageſimoſeptimo à patriarcha epiſcopis clero tribunis proceri-
Vrſus dux bus & plebeis creatus eſt, qui dux fœdere cum Longobardis inito Eracleæ fines à plane
maiore ad minorẽ produxit. Et anno inde undeuigeſimo Vrſus item Eraclianus dux mor-
tuo Paulino ſuffectus eſt, qui anno ſeptimo ducatus ciuili in tumultu occiſus eſt, ſicq; la-
borum ſuorum Veneti initia habere cœpere. Nam eo ducatus nomine antiquato Domi-
nicus Leo magiſter militum attributa ducatus poteſtate creatus eſt, cui poſt annum pri-
mum defuncto ſuffectus Felix Cornicula magiſter militum pariter eſt dictus. Et tertius
item Iulianus Ceparius ac quartus Ioannes Fabriciacus magiſtri militum ſunt dicti. Sed
hic ciuili item tumultu magiſtratu depoſitus oculisq; priuatus eſt. Ad annũq; ſalutis po-
ſtea ſeptingenteſimum quadrageſimumq; ſecũdum, Deusdedit Vrſi quondam ducis in-
Eraclea terfecti filius mutata ab Eraclea in methamaucum ſede & magiſteriј militum nomine ex-
ploſo dux eſt dictus, qui anno ducatus tertiodecimo quum ad Brintæ amnis oſtia caſtel-
lum ædificare cœpiſſet in tyrannidis ſuſpitionem uenit, & tumultu exorto depoſitus fuit
excæcatus, eiq; in ducatu ſuffectus Galla, anno quartodecimo tumultu captus, oculosq;
eſt effoſſus, nouaq; ſubinde regiminis forma eſt facta. Nam creato duce Dominico Mo-
negario Methamaucenſi duo annales tribuni ad annũ pari poteſtate conſeſſuri fuere crea-
ti. & tamen hic etiam dux poſt annũ in tumultu oculos ſimul cum ducatu amiſit. Ad Era-
Mauritius dux cleanosq; item res Veneta rediјt & Mauritius dux eſt factus, qui poſt annum malo exem-
plo filium ducatus conſortem aſſumpſit. Quo anno primus Adrianus papa Obeliabatum
oliuolenſi eccleſiæ primum dedit epiſcopum, à quo ſancti Moyſi eccleſia ædificata eſt. In-
iecit uero Mauritius dux in Ioannem patriarcham Gradenſem manus adeo uiolentas ut
breui ille obierit, ſuffectusq; patriarcha Fortunatus conſpiratione contra ducem in præ-
deceſſoris ſui ultionem inita exorto tumultu pulſus in Franciam ſe contulit. deiecti tamen
Pipinus ducatu ſunt Mauritius dux & filius: & illis unicus obelerius tunc tribunus Methamau-
Carolus cenſis in Venetiarum ducatu eſt ſuffectus, eodem anno qui erat ſalutis octingenteſimus
Magnus quartus Obelerius dux ciuili tumultu patria pulſus Taruiſium ſe contulit, ubi ab exuli-
bus Venetis iterum dux creatus fuit, qui Beatum fratrem ducatus conſortem accepit. In-
terea Pipinus Caroli Magni filius rex Italiæ à primo Adriano pontifice Romano conſti-
tutus anno ſalutis L X X X in Italiam ueniens hinc patriarcha Fortunato inde Obelerio
& Beato inſtigantibus bello Venetos agitare cœpit: qui prælio apud Taruiſium com-
miſſo ſuperati cum Carolo Magno & Pipinio filio Italiæ rege per fœdera conuenerunt:
quibus in fœderibus eſt, ut Obelerius Beatusque duces apud Methamaucum exularent:
nec tamen inuenio aliquem à Carolo & Pipino magiſtratum adminiſtrandis Venetia-
rum rebus fuiſſe impoſitum. Eodem autẽ anno Eracleam Veneti deſtruxerũt: unde maxi-
ma nobiliũ pars qui poſtea Venetias uſq; in hæc tempora gubernarũt, in urbem cõfluens

illam

illam auxere, pariterꝗ eodem anno Aquileienſes in Venetiarũ urbem populariter cõmi- *Aquileienſes*
grarunt, ut tunc ſecũda Venetiarũ urbis cõditio fuiſſe uideatur. Eoꝗ anno Agnellus par-
ticiacus heracleanus primus dux fuit, qui in riuoalto inſula electus palatium ducale nunc
extans ædificauit: pariterꝗ eodẽ anno apud oliuolenſe caſtrũ exiſtẽs cathedralis eccleſia *Riuusaltus*
ab eo caſtello appellata eſt caſtellana, & pro Veneta riuuſaltus ciuitas dici cœpta. Agnel-
lus exinde dux tertio qui ſecutus eſt anno heracleam reædificans ambitu ſtrictiorẽ appel-
lauit ciuitatẽ nouam, quod & nũc ratione epiſcopatus magis, ꝗ habitationum retinet no- *Ciuitas noua*
men. Idemꝗ Agnellus filijs ſuis duobus aſſumptis in ducatus cõſortes monaſteriũ ſancti
Zachariæ ædificauit, inibiꝗ eiuſdem ſancti corpus reliquiasꝗ locauit. Vrſus aũt epiſco-
pus eccleſiã ſuam caſtellanã ſancti Petri uocabulo decorauit, quo tẽpore eius cõſanguinei
ſancti Seueri & S. Laurentij eccleſias in geminis inſulis cõſtruxere. conſpirarunt uero ad- *S. Laurentij*
uerſum hos tres duces patrem & filios, Ioannes Tornaricus, & Bonus Bragadinus, qui ca- *eccleſia*
pti cõuictiꝗ & appenſi patibulo interierũt: & tamen eorũ de quibus ſumptum erat ſup-
plicium agnati per id temporis ſancti Danielis eccleſiam conſtruxerunt. ad octingenteſi- *S. Daniel*
mum autem uigeſimumſeptimum ſalutis annum defuncto Agnello Iuſtinianus particia- *Iuſtinianus*
cus in ducatu ſolus eſt ſuffectus. Anno cuius ſecundo beati Marci corpus ex Aſia eſt de- *dux*
latum, eoꝗ qui ſecutus eſt anno quũ Iuſtinianus obijſſet dux, Ioannes frater eſt ſuffectus, *S. Marci trãſ-*
quo anno beati Marci eccleſia eſt ædificata. Et per id temporis ducto in methamaucũ ex- *latio*
ercitu Obelerius ibi exul occiſus & ciuitas eſt deſtructa, cuius demolitionis cædisꝗ Obe
lerij cauſa factum eſt, ut uocatus in Franciam Ioannes dux acceſſerit, eo'que abſente Ca-
ſtellanus epiſcopus duo'ꝗ ciues riuialti ciuitatis curam adminiſtrationis ducali attributa
poteſtate geſſerunt: Ioannes autẽ dux Francia reuerſus ciuili'ꝗ tumultu ducatu deiectus,
& tonſoratus mœſtitia diem obijt. anno poſtmodũ qui ſecutus eſt trigeſimoſexto & octin
genteſimo Petrus Trundonicus Pola oriundus dux eſt creatus, qui Ioannem filium duca
tus cõſortem habuit, eccleſiamꝗ ſancti Pauli ædificauit: quarto'ꝗ abinde anno Sclaui Ca *Caprulæ*
prulas Venetorum urbem ui captam deſtruxerũt Sergio, qui dictus eſt os porci, tunc pon
tifice Ro. In quo anno epiſcopus Maurus eccleſiã ſanctæ Margaritæ extruit. Petro Trun
donico uita functo Ioãnes filius ducatum ſolus obtinuit, quem à ſancti Zachariæ eccleſia
redeuntem populus tumultu concitato occidit, & in eadem eccleſia ſepeliuit anno ſalutis
octingẽteſimoquarto: eratꝗ Vrſus particiacus ſolenni tũc more electus, quũ defuncti du
cis famuli palatium populo non prius reddidere, quàm pupuliam ſibi inſulam certa cum
immunitate habitandam impetrauerunt. Vrſus'ꝗ dux anno ducatus ſui tertiodecimo Io
annem filium ducatus cõſortem accepit. qui campanas duodecim anno ſalutis octingen
teſimo ſeptuageſimo imperatori Græcorum miſit: fuerũtꝗ hæ cãpanæ quas primũ Græ
cia uidit. Geſſit uero Vrſus iſte dux maximas res non minus Italiæ, quàm Venetis glorio
ſas. Nam Sarraceni ſpoliata inflammataꝗ Ancona omnẽ Italiæ oram, quæ inde ad Idrun
tum intercedit pariter afflixerunt, in quos ſinus Tarentini oram uaſtare parantes quũ Vr
ſus duxiſſet ſuperarunt Chriſtiani, fugataꝗ inde claſſis Sarracena gradum urbem inuaſit.
Tunc'ꝗ Vrſus qui illorum terga fuerat inſecutus, repulſos à Grado non prius perſequi
deſtitit, quàm omnis Italiæ ora in ſuperum mare uerſa reddita eſt pacatiſſima. Vrſo duce
mortuo, Ioannes filius dux ſolus comaclum ciuitatem de Rauennatibus cepit: & anno
inde tertio Petrum fratrem ſuum ducatus conſortem habere obtinuit, qui nouus dux ec-
cleſias ſanctorum Cornelij & Cypriani in Methamaucenſi littore ædificauit. Sed ambo
duces intra tertiũ qui ſecutus eſt annum ducatu ſe abdicarunt. Creatus eſt autem ad an-
num ſalutis octingenteſimum octuageſimumſeptimum Petrus Candianus uir præſtan- *Petrus Can-*
tiſſimus, quem Sclaui uno ſuperati altero redintegrato prælio interfecerunt, Ioannesꝗ *dianus*
Particiacus quem ducatu ſe abdicaſſe oſtendimus, ut ſeditioni occurreret in urbe fati- *Sclaui*
ſcenti ducatum reſumpſit, quumque eum ſexto depoſuiſſet menſe ſuffectus eſt dux ad an
num octingenteſimum octuageſimumoctauum Petrus cognomine Tribunus, quo an-
no reges duos Italia poſthabitis Francis ex Italicis habere cœpit, Berẽgarium Foroiulien
ſem, & Guidonem Spoletanum ducem. Anno autem qui inde tertius eſt ſecutus, hic dux
Petrus tribunus urbis Venetiarum partem muro cinxit à riuo caſtelli uſꝗ ad ſanctã Ma-
riam in Iubanico, ibique cannale maius ferrea clauſit cathena, cuius capita hinc in prædi-
cta eccleſia inde in ſancto Gregorio obſerabantur, qui annus Italiæ infeliciſſimus fuit,
quod

quod Vngari à Taruisio Mediolanū usq; omnia cædibus incendijsq; fœdarūt, & stagna Venetorum pelliciatis nauibus tumultuarie fabricatis ingressi ciuitatem nouā clugiamq; & caput aggeris populati sunt: eos tamen Berengarius rex cum quindecim armatorū millibus aliquantulū repressit. Et tandem omni penè amisso exercitu ingenti data pecunia, ut in Vngariam redirent deliniuit. Petro tribuno ducatus sui anno uigesimo tertio uita functo successit Vrsus particiacus secūdus, per cuius tēpora Conradus Alemānus ex ea gente primus licet papali confirmatione caruerit, imperium inuasit, & rebus per Italiam fluctuantibus Sarraceni maiorem eius partem occupauerunt. Successitq; huic post uigesimum annum in ducatu alter Petrus Candianus, qui nactus per debilitatem imperij, & Italiæ occasionem primus Venetorum potentiā in lyburnis dalmatisq; auxit, & genua tunc a Sarracenis spoliata Veneti in Italis mari potentiores esse cœperūt, quam quidem potentiam usq; in hæc tempora per Imperij Romani, tam Græci quàm Latini inclinationem auxerunt. Nam Germani imperatores & si terra quādoq; aliqualem, nullam tamen aliquando mari potentiam habuerunt. Itaq; deinceps in hac Venetiarum regione breuitati consulentes nihil aliud, quàm motus intestinos aut fabricas locorum, quod nostri est propositi attingemus. per Ottonis secūdi imperatoris tempora ad annum salutis nongētesimum septuagesimum quartū Veneti Petrum Candianū ducem deijcere cupiētes, quum ille se in palatio tuerer iniecto igni pice & sulphure mixto, & palatiū & ecclesias S. Marci S. Theodori sanctæ Mariæ in Iubanico, & plusquam trecentas ciuium domus funditus combusserunt, duxq; cum filio & cōplicibus est interfectus: hæcq; omnia ædificia suffectus illi dux Petrus Vrseolus uir optimus instaurauit, qui & Gradū ciuitatem instauratam muro cinxit: quo item tempore monasterium sancti Georgij à Ioāne Mauroceno monacho est amplificatum. Ad annum uero salutis millesimum & nonum adriēses magnæ olim adriæ urbis reliquias apud Lauretū superatos Veneti tanta confecerunt occidione, ut dies ille ultimus fuerit ciuitati à qua mare Adriaticum est appellatum. Quo item anno Pepus patriarcha Aquileiensis Gradum ciuitatem dolo captam destruxit, quam Veneti iterum illico restaurarunt. Anno inde XX Dominicus Vrseolus pulso Petro Barbolano per arma dux fit, & tertio die Rauennā metu cōfugit. Dominicusq; Flabonicus tūc exul in patriamq; reuocatus dux est factus: & ad annū XXXXIII supra millesimū Pepus patriarcha Aquileiensis noni Benedicti pont. auctoritate atq; cōsensu gradum sibi subijcit, ecclesias diruit, urbem spoliat, & Veneti eiusdem pontificis autoritate eandeminstaurarūt. Annoq; inde XXXX Dominicus Contarenus dux, monasteriū S. Nicolai in littore & propinquo loco monasterium sancti Angeli ædificauit. Ad centesimū uero atq; millesimum salutis annum incendia bina Venetijs fuerunt, quibus parrochiales ecclesiæ ad uiginti simul cū parrochianorum domibus arserunt, quo tempore methamaucensis ciuitas inundatione maris atq; incendio uastata & penè summersa est, terræmotusq; superueniēs Venetias ubiq; afflixit. Tertiodecimo autē abinde anno, Quintus Henricus impe. Verona Venetias ueniens, situmq; & regionem ciuitatis admiratus, Venetias regnum appellari decreuit, eoq; qui secutus est anno Marcus Iulianus monasterium uirginis de caritate extruxit. Duodecimo deinceps anno Veneti Motonio peloponesi sunt potiti, Petrus'que Gatilosus ecclesiam sancti Clemētis, & hospitale in cannalis orphani ripa ædificauit: undeuicesimo inde anno turris campanaria sancti Marci excitata est. Sed nec adeo cōtinuare potuit quies inchoata, quin ad annum salutis LXXI supra undecies cētenum Vitalis Michael dux fuerit interfectus. Augebantur tamen indies Venetorum opes mirabili incremento. Nam ad annum quartū de duodecies centeno Veneti Francis bello sociati urbis Constantinopolitanæ dominio sunt potiti. Et anno inde XXXX ecclesia sancti Frācisci Venetijs, & monasterium sancti Cypriani in Torcello ædificatum, undetrigesimoq; inde anno pons riui alti subliceus est constructus, quo tempore quum duplicatum esset Venetijs molituræ uectigal populus in tumultum concitus arma cepit. Sed his qui se duces incētoresq; ingerebant captis eculeoq; appensis, quies illico ciuitati reddita est. Maiorem uero plurimiq; faciendum anno inde undequinquagesimo tumultū urbs Veneta sensit, quum Baiamons Teupolus rerum nouarū cupidus unà cum Quirinis, Barocijs, doris, badoarijs & basilijs regnum affectauit, in quos pro demeritis publico consilio animaduersum est, quiesq; ciuilis & concordia in hæc usq; tempora annis duodequadraginta atq; centum Venetijs fuit. sed

Petrus Candianus — *Incendium* — *Mare Adriaticum* — *Monasterium S. Nicolai* — *Sancti Frācisc.* — *Pons riui alti* — *Baiamons Teupolus*

ſed iam ſatis multa de Venetiarum origine,ac inter ipſam conſtituendam tempu. uel ædi
ficatis uel dirutis ciuitatibus & oppidis ſunt dicta. Ad uiros itaq; eiuſdem ex noſtro more
inſtituto ꝗ ueniamus : habuit ſemper hactenus urbs Veneta uiros maritimorū bellorum
& mercaturæ gloria claros. Sed ante patrum ætatem nullo decorata eſt uiro litteris orna/
to, præter quàm Andrea dandulo duce, quem Fran. petrarchæ teſtimonio doctum fuiſſe *Andreas dan*
ſcimus. Patrum uero memoria Carolus zenus uir inter Venetos nō ſolum ætatis ſuæ ſed *dulus*
priorum ſeculorum litteris ornatiſſimus , & rebus bello geſtis ita clarus fuit , ut alter Ca/ *Carolus zenus*
millus meritò à Venetis appelletur, quandoquidē clugienſi bello quod cum Venetis ge/
nuenſes difficillimum ac periculoſiſſimum geſſere, unico nauali prælio fœliciſſime geſto
genuenſes à Venetis etiam eo bello uinci poſſe primus docuit, & omni eo bello hoſtium
ferociam ſua fortitudine conſtantiaq; compeſcuit, demumq; Bucicardum regis Franco/
rum naualis exercitus ſupremum ducem,dum opem Patauinis afferre cuperet,prælio in/
genti glorioſiſſimoq; ſuperauit , quæ omnia Leonardus Iuſtinianus funebri luculentiſſi/ *Leonardus*
ma oratione & Petruſpaulus uergerius elegantiſſimis duabus epiſtolis copioſiſſime pro/ *Iuſtinianus*
ſecuti ſunt. fuit & paulopoſt Zacharias Taruiſanus uir doctrina conſilioq; celeberrimus, *Zacharias*
oratio cuius extans coram Gregorio pont. Rom. habita pro eccleſiæ unione ſuadenda il/ *taruiſanus*
lum eloquentiſſimum fuiſſe oſtendit. hoc autē ſeculo multos præſtantiſſimosq; uidimus,
Petrum emilianum epiſcopum uicentinū litteris multum , plurimum prudentia decora/
tum , Leonardum Iuſtinianum magni nobiliſq; ingenij uirum qui inter alia humanitatis
Latina & Græca ſtudia muſicæ adoleſcens iuuenisq; deditus dulciſſimis carminibus &
peritiſſime uulgariter compoſitis omnem repleuit Italiam, & poſt natu grandior ſcripto
& pronuntiatione tam latina quàm uulgari eloquentiſſimus & ſenator grauiſſimus in ad
miniſtratione reipub. potentiſſimus fuit. Marcus quoq; lippomannus iureconſultus Græ *Marcus lippo.*
cas Chaldæas Hebræas litteras æque ac latinas egregie doctus erat. Paulusq; Venetus re
ligioſus dialecticos noſtri ſeculi ſuperauit, qui & paucis in philoſophia cedens theologus
quoq; inſignis eſt habitus . Franciſcus Barbadicus grauis optimus ac propemodum ſan/ *Franciſcus*
ctus, & Daniel uictorius ciues ſplendidiſſimi fuerunt humanitatis litteris haud quaquam *barba.*
mediocriter eruditi. Petrum lauredanum rebus bello geſtis clariſſimum,quem Veneti al/ *Petrus laure.*
terum Claudium Marcellum in ſua patria appellare poſſunt,hoc in loco à nobis poni mi/
rabuntur qui meminerint eum latinas litteras grammaticales penitus ignoraſſe. Sed eius
ingenium non duximus merita fraudandū laude,quod omnia quæ per ætatem ſuam ma/
ri geſta ſunt, quorum ipſe magna pars fuit, & maris portuoſitatis nauigandiq; rationem
uulgari ſcripto copioſiſſime proſecutus eſt . ſed dum eos ex mortuis qui in patria clarue/
runt doctos perquirimus , dignitatem maximam Venetorum narrando poſtpoſuimus.
Fuerunt ex gente corraria XII Grego. pont. Rom. & Antonius nepos ſuus Romanæ ec *Grego. XII*
cleſiæ cardinalis ea uterq; morum & uitæ ſanctimonia quæ priuatos quoq; celebres red/ *pont.*
dere potuiſſet. Fuerunt ex maurocena & landa gente cardinales duo uirtutibus litterisq;
ornatiſſimi: Alterum uero pontificem paulopoſt habuere Veneti ex condulmaria gente *Eugenius*
Eugenium quartum,cuius geſta per hiſtorias noſtras orbi notiſſima, pont. Rom. qui an/ *papa.*
te ſe fuerunt præſtantiſſimis parem & aliorū turbæ multo digniorem eum reddiderunt.
Quantum autem ad doctrinam litterasq; attinet,quibus hoc in catalogo primas partes tri
buimus, & ſi Eugenius pont. nec iuri nec alicui ſcientiæ particulariter perdiſcendæ ani/
mum adiecit, doctorum eccleſiæ oratorum hiſtoricorumq; latinorum libros omnes & le/
git aſſidue, & quo erat mirabili ingenio ſubtiliſſime intellexit. ornauit autem cardinala/
tus dignitate Petrum barbum ex ſorore nepotem, qui adoleſcens optimus tanta duode/ *Petrus*
cim hactenus annis humanitate atq; etiam integritate & ſimul liberalitate eſt uſus, ut & *barbus*
alter Titus Veſpaſianus , & quod illi tribuebāt delitiæ humani generis ſit appellatus, uir
autem factus titulo ſancti Marci eſt ornatus, & patrio cognomine cardinalis Venetiarū
dictus. Superq; ſunt Venetis dux Franciſcus Foſcharus omni uirtutum prçterquam litte *F. Foſcarus*
rarum gloria ornatiſſimus, & ciues Franciſcus barbarus excellentiſſimi uir ingenij, cuius *dux*
litterarum Græcarum & latinarum doctrinæ an eloquentię editis operibus celebratę, aut *F. Barbarus*
in adminiſtranda repub. ſapientiæ & pietatis aut geſtarum præſertim apud Brixiam re/
rum gloriam anteponas haud facile poſſis diſcernere . Andreasq; maurocenus bonarum
artium ſtudijs ornatus, ſapientię & gubernanda repub. peritiæ gloriam habet, & Hermo/

laus donatus & si gerenda repu. fuit occupatissimus in litteris adeo est imbutus, ut cũ hi-
storiam teneat, tum heroicos uersus sæpe composuerit elegantes. Pariter Zacharias triui
sanus superioris Zachariæ filius ac uirtutis hęres. Barbonus Maurocenus, Ludouicus fo
scharenus, Vitalis landus, Candianus bolanus iureconsultissimi, Nicolausq; canalis & si
iuri ciuili & simul reipu. sunt dediti, tamẽ oratores poëmataq; & historias egregie callẽt.
Laurus Quirinus magnæ Græcarum latinarumq; literarum peritiæ iuris cognitionẽ ad-
Io. cornarius didit. Ioannem uero Corneliũ siue ut nunc corrupte eam appellant uetustam gentem cor
Paulus barbus narium doctum elegantemq; moribus Venetiæ habent. Et Paulus barbus equestris ordi-
nis germani fratris sui Petri barbi Romanæ ecclesiæ cardinalis integerrimi humanissimi-
que ac ductæ ab Eugenio pontifice originis maternę gloriam bonarum artium in quibus
excellit studijs accumulat. Andreas Iulianus bono uir ingenio, Bernardus Iustinian⁹ Leo
nardo genitus, Hieronymus barbadicus Francisci prædicti filius, Nicolausq; barbus litte-
rarij ornamenti gloriam laudem habent. Quid quod alterũ in narrationis ordine errorem
incurrimus, qui prælatos ecclesiæ Venetos secularibus postposuimus. Sunt ex Venetis
Laurentius castellanus, Fantinus paduanus episcopi uiri doctrina & grauitate ac sapien-
tia uenerandi, Gregorius patrui pontificis nomen referens sedis apostolicæ prothonota-
Hermolaus barbarus rius, Hermolaus barbarus Francisci nepos taruisinus, Petrus mõteus brixianus, Iacobus
zenus seltrensis & belunensis, Dominicus torcellanus episcopi non modo iurium ciuilis
& pontificij ac theologiæ doctrina sicut eorum decet professionem abunde pleni, sed elo
quentia quoq; ornatissimi sunt, ut ei mancipatorum studio peritiorum multos ætatis no-
stræ scribendo dicendoq; æquent. Petrus thomasius medicorum non magis Venetorum
quàm cæterorum ætatis nostræ eloquentissimus habetur. Sed iam nos inuidiæ nimis ex-
posuit breuitatis respectus, qui multos præteriri facit, quos tanta ciuitas habet litterarum
studijs uel imbutos uel operam impendentes.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS ITALIAE illustratę Marchia Taruisina.

TRIBVS earum quæ supra à nobis descriptæ sunt octo regionũ con
tinentem esse ostendimus Marchiam taruisinam, Romandiolę scili-
cet ad melariæ brigantiniq; paludes, Venetæ urbi ad aquas salsas,
& Lombardiæ ad mintium & Bænacum: fecit tamen bęnaci certius
& copiosius describendi necessitas, ut ad eius dexteram littoralem
sita oppida & castella Lombardiæ regioni cuius esse non debent ad-
iunxerimus. Prædictis itaq; trium regionũ & alpium & padi atq; li-
mini amnis contra caprulas insulam in mare adriaticũ defluentis fini
bus conclusa erit Marchia Taruisina, eam regionẽ quãdoq; alias gallię cisalpinę quãdoq;
transpadanæ Italiæ partem quãdoq; Venetiam appellatã Romanæ ecclesiæ monumenta
esse uolunt partem dalmatiæ supra mare: ut nihil absurdius potuerit excogitari, cum nulla
ex parte dalmatia ad huius regionis fines unquàm pertinuerit: quamquam par esse uide-
tur absurditas barbaro marchiæ uocabulo maximas atq; amplissimas urbes ueronam pa-
tauiumq; titulo subijci Taruisio: quam ciuitatem illæ opulentia potentatu & dignitate
semper antea sicut & nũc longissime anteierũt. Posterior tamen fuit indita ab ecclesia ap-
pellatio. Nam longobardi omnium qui Italiam inuaserint externorum superbissimi, Ro-
Longobardi mani imperij & Italiæ dignitatem euertere, ac omnino delere conati, leges nouas quæ ali
cubi in Italia extant condidere: mores ritus gentium & rerum uocabula immutauere: ut
affirmare audeamus locutionis Romanæ latinis uerbis qua nedum Italia sed Ro. quoq;
imperio subiecti pleriq; populi utebantur, mutationẽ factam in uulgarem Italicam nunc
appellatam, per longobardorũ tempora inchoasse. Idq; incognitum nobis quando opus
de locutione Romana ad Leonardum aretinũ dedimus: postea didicimus uisis longobar-
dorum legibus, in quibus de mutatione facta multarum rerum uocabuli tituli tractatusq;
sunt positi. Quinetiam publicæ administrationis & priuatim uiuendi instituta accuratissi-
me ab eisdem sunt mutata, & eo usq; ipsius gentis processit insania ut Romanorũ chara-
ctere litterarum penitus postposito, nouas ipsi & sua ineptia gentis barbariem indicantes
cifras pro litteris adinuenerint. Econtra uero ostrogothi æque ac ciues Romani latinis de-

lectati

lectati litteris, nullam in illis barbariem offuderunt. Nam Theodoricus rex primus latine *Theodoricus*
& Græce doctus, Amalaſciuntha eius filia doctior, Theodatus rex tertius & primi nepos *Amalaſciuntha*
doctiſſimus fuere: quod longobardorũ regum uel principũ uirorum nemini contigit. Nul
lam uero aliam ab oſtrogothis factam fuiſſe mutationẽ hinc maxime credimus conſtare: *Theodatus*
quod Theodoricus & eum imitati reges cæteri oſtrogothorum cuſi ſua imagine nummi
ambitione abſtinentes, aurum, æs, argentum, priſco cudi Romanorum ſigno uoluerunt.
ſed ad rem: longobardi in ea Italiæ parte maxima quam obtinebant regiones habuerunt
quatuor à ducibus adminiſtratas, in quibus nullũ ſucceſsionis ius filijs & nepotibus com
petebat: beneuentanam, ſpoletanam, taurinenſem, & foroiulienſem: duasq; opulentia &
amplitudine ſuperioribus pares anconitanam, atq; Taruiſinam eſſe uoluerunt ea affectas
legis conditione: ut qui regum aut gentis longobardorum concilij permiſſione & decreto
impetraſſet, eas filijs & agnatis ſucceſſione poſſidendas relinquendi ius facultatemq; ha-
beret. Nomenq; hunc ſignificans perpetuum magiſtratũ in longobarda barbarie marchio *Marchio*
natus eſt appellatum. Quo autem tempore Carolus magnus ſicut ſupra diximus nomine *unde*
indito Romandiolæ lombardiam uoluit appellari regionem, in qua regni ſedem gens illa
diutius habuerat: Romana eccleſia hanc de qua nunc agimus regionem de longobardis
ſumptam appellauit ut diximus dalmatiam ſupra mare. Sed credo factum eſſe à minori no
minis abſurditate, ut hæc ipſa manſerit appellatio Marchiæ Taruiſinæ. Mintio eiuſq; ut
inquit Virgilius patre benaco ad ſiniſtrã relictis, noſtræ deſcriptionis padotenus initium
faciemus. Cui primum ad mintij oſtia imminet Sachetta uicus familiæ nobilis caprianen *Sachetta*
ſium uilla, quam ſucceſſione annis ducentis in cognatione continuata poſſederunt. Infe- *Serauallis*
riuſq; eſt ſerauallis arx principũ mantuanorũ munitiſſima. unde paſſus mille abeſt oſtilia *Oſtilia*
oppidũ in regione primariũ, ſuperbi operis arce mœnibus & ductis in circuitu foſſis con-
cluſiſq; paludibus munitiſſimum, quod à ueronenſi populo cuius agri iurium fuit ad an-
num ſalutis quinquageſimum decies'q; centenum ædificatum Marchiones poſtea man-
tuani diutiſſime poſſederunt. Ampla'q; & recta eſt uigeſimo inde miliario ueronam uſq;
uia aliquot apud oſtiliam locis ſucciſa: impoſitis pontibus arcibuſq; & caſtellis munitioni
oſtilienſibus præſidioq; futuris, pertinentq; ad hos pontes paludis initia, quã in Romãdio
læ finibus deſcriptam melariæ brigantiniq; agro diximus continere. Augentq; ſicut oſten
dimus eam paludem tartarus & menacus amnes: quorum tartarus in ueronenſi agro ad
Græcianum oriundus habet ad ſiniſtram Nugarolum, quod nobili familiæ ueronenſi nu- *Nugarolum*
garolæ uilla & primæ originis patria fuit. Inſulaq; porcaritia & Gagium uicus eidem flu- *Inſula*
uio dextrorſum adiacent. At menacus amnis ortum ad magnanum habens Ceretam ui- *porcaritia*
cum prætellas'q; præterfluit. Inferius uero eadem palus, ſicut in adriæ urbis uetuſtiſſimæ
deſcriptione oſtendimus, augetur ab atheſis fluuij ſciſſura ad caſtagnariũ appellata eam'q;
nos ſciſſuram pro noſtro hactenus omni in Italia ſeruato more pro oſtio atheſis ſiniſtror-
ſum cogimur accipere. Is autem atheſis famæ celebris fluuius de quo Virgilius in buco-
licis, Atheſin uel propter amœnum: primum habet ad ſiniſtram uicum uillam Bartholo- *Villa bar-*
meam appellatum. Paulo'q; ſuperius atheſi ſiniſtrorſum hęret liniacum oppidum populo *tholo.*
opibus'que plenum. Inde atheſi Zeuedum adiacet oppidum braſicæ & multæ & dulciſſi- *Liniacum*
mæ feraciſſimum: adeo ut Plinium credamus ſi ſuam nunc incoleret ueronam nec ſabel- *Zeuedum*
lam in admiratione ut ſcribit Criſpam nec pullulantem cauliculis aricinam niſi à ſuis uero
nenſibus uellet diſſentire præpoſiturum. Eos uero uicenos mille paſſus quos ueronam o-
ſtiliam'que diximus intercedere, campi quaqua uerſum excipiunt ampliſſimi æquiſſimiq;
in quibus rectæ imminet uiæ uicus inſula ſcaligerum appellatus, communito præſidio ec
cleſijs'q; & ueronenſium uillis adeo ornatus, ut accedente populi quem habet multitudi-
ne urbis potius quàm oppidi ſpeciem præ ſe ferat. Campos'q; hos ut diximus patentiſſi-
mos manufacta ab agricolatore raro impedit foſſa, adeo ut eos natura committendis ma-
ximos inter exercitus prælijs de induſtria feciſſe ac complanaſſe ſit uiſa. Eſt'q; hic locus de
quo Liuius undeſeptuageſimo ea habet quæ L. Flori breuiatoris uerbis libuit apponere.
C. Marius cimbros per hiemem alpibus deuolutos in campis Venetis uſu iam uini & co-
ctarum carnium mitigatos aggreſſus eſt. Et illis petentibus proximum diem pugnæ ſta-
tuit: inde L X milia ceciderunt, hinc tertio minus. rex eorum Volerius pugnans interijt.
non inultus: uxores eorum acerrimo bello captæ libertatem non impetrantes ſuffocatis

eliſiſq; infantibus mutuis uulneribus & capiſtris capilleis ſe necarunt. Quæ uictoria eo-
dem die Romæ per laureatos caſtorē & pollucem ſcita & celebrata fuit. Tigurini qui no-
ricos alpium tumulos inſederant fuga diſperſi in latrocinia euanuerunt. Theodoricus
quoq; oſtrogothorum rex primus Odoacrem erulorum regem qui Romam & Italiam an
nis iam octo occupauerunt, apud Soncium amnem ubi primum occurrit recedere com-
pulit. Deinde in campis ueronenſibus ingenti prælio, quod tres continuatum eſt dies, ſu-
perauit: factaq; eſt maxima in utroq; exercitu, ſed in odoacris partibus maior cædes. Ar-
nulfus etiam bauoriorum dux ductis aduerſus ugonem Burgundum Italię regem copijs à
ueronenſibus in urbem receptus atq; rex appellatus eſt: quomq; ugo ad ueronæ recupera
tionem maximas duxiſſet copias, prælium his in ueronæ campis eſt commiſſum: in quo
ſuperauit ugo, & Arnulfus fugiens ueronæ portis à ciuibus eſt excluſus. Veronenſes ue-
ro rebellionis culpa in Racherium epiſcopum ſuum reiecta ueniam deprecati impetraue-
Verona runt, & epiſcopus Papiam relegatus eſt. Sed ut iam atheſim redeamus, is fluuius qua cam
pi ad primos colles deſinere incipiunt, ueronam diuidit penè mediam: quam urbem autor
eſt ex trogo Pompeio Iuſtinus gallos qui urbem Romam ceperunt & pariter Mediola-
num Brixiam & Bergomum ædificaſſe. Nec tamen minus cingit quàm diuidit Veronam
atheſis, ut cuſtodiæ ſimul ornamento'que & ſubuehēdisq; mercibus & frugibus magno
ſit uſui ueronenſibus: quandoquidem ſupra infraq; & circum ager eſt præcipuæ bonitatis
multa gignens in urbem conuehenda, olei uim maximã, frumenta incolis in mercaturam
ſuperabundantia, uinorum uarietatem atq; prętantiam, pomorũ omnis generis copiam,
& lanam cæteras Italiæ ſubtilitate ſuperantem: ut nulla ſit Italiæ regio quæ partem inde
non accipiat indumentorum. oleumq; quom cæteræ agri partes tum maxime benaci la-
cus dextera præſtat ora, olearum conſitis in ſiluæ ſpeciem ampliſſimæ contecta: frumen-
taq; ſeminarius ager ampliſſimus undique patens mittit. uinorum præſtantia cum multis
Theodatus poſſit alijs oſtendi rationibus tum maxime uno extollitur argumento. Theodatus oſtro-
rex gothorum rex tertius quom ſciret in ueronenſi agro eſſe uinum ſicut Caſſiodorus appel-
Caſſiodorus lat accinaticum odoris ſaporiſq; ſuauiſſimi, illud Romam nauibus atheſi in ſuperum ma-
re delapſis cōportari curauit. Libetq; Caſſiodori uerba apponere: uinum etenim illud co-
lore purpureo regium, ſapore pręcipuũ: dulcedo cuius ineffabili ſuauitate ſentitur, quom
tamen tactus eius denſitate pingueſcat, ut carneus liquor aut potio edibilis uideatur. po-
morum copiam & ſi nonnullæ habent aliæ ciuitates Italiæ ueronenſi parem, nullo tamen
in loco tam odorantia tam'q; uaria ſpęcie inueniuntur, quę perpetuitatem habent plurimi
faciendam, quom ſeneſcentia tam ſeruentur ſolida & illæſa, ut florentibus & nouellis im-
mixta manducentur. lanæ præſtantiã greges à paſtionis proprietate accipiunt: quam pra-
ta campiq; proſpectu quoq; amœniſſimi naturaliter præſtant: quom tamen mons altiſſi-
mus urbi ſupereminens balbus nomine & eandem herbis ſuis ingenitam & multo maio-
rem uirtutem præſtet, quod herbilegi undiq; confluentes multa herbarum radicumq; ge-
nera animantium ſaluti opitulantia inde legant. diuerſæ etiam per agrum ueronenſem per
quæ oppida ſcaturiunt aquæ, non minus ornamento à natura quàm uſui attributæ, ſeu ir-
rigationis ſeu innumerabilia artificiorum genera ſeu hauſtum ipſe conſideres: è quibus ce
Policella lebrem unius uim non reticendam eſſe cenſuimus. In ualle quam à telluris uirtute & fru-
uallis gum præſtantia policellæ appellant, ubi negarinę loco eſt nomen, mãmæ ad iuſtam mulie
brium formam de ſaxo fabre ſunt ductæ. ſub quarum papillis perpetuæ ſtillant aquæ. Et
ſi lactans mulier papillas aſperſerit atq; lauerit, exſiccatus aliquo ut fit uel morbo uel ca-
ſu alio illi humor lacteus reuocat. Sed iam ſolidiora ueronæ ſicut & cæteris urbibus orna-
S. Zeno menta uiros omnis ætatis præſtantes attingamus. Zenoq; ſicut religionem chriſtianam
& ſuam ipſius decet ſanctitatē primus erit, qui ueronæ præſul celebris ſanctimoniæ mul-
ta ſcripſit extantia ſacras utriuſq; teſtamenti litteras declarantia: & ambroſianam quam
Macer imitatus eſt eloquentiam redolentia. Aemiliũ Macrum ueronenſem poëtam Euſebius in
Plinij Aſia obijſſe aſſerit. Paulopoſt Catullus poëta, ſubinde uterq; Plinius ſæpe à nobis hac in
Italia celebrati ueronenſes fuere: & longe poſteriores ætate genuit Verona Rainaldum
inſignem ſicut F. petrarchæ placet grãmaticum, deinde Ioannem madium iureconſultum
non incelebrem. iſq; madium genuit nobis adoleſcentibus familiaritate coniunctum iuri
ediſſerendo defendendoq; addictum: qui legum peritiæ eloquentiam coniunxerat: adeo

ut ſcriberet

ut ſcriberet ornate, pronunciaret ſuauiter: & in cunctis ſeſe quantum noſtra ætatis noſtræ
patitur exigitq́; conſuetudo bonum oſtenderet oratorem, medicosq́; genuit uerona ſui ſæ
culi præſtantiſſimos Auantium & Iacobum lauagnolum, cuius nomen refert & cogno/
men Iacobus equeſtris ordinis Lauagnolus humanitatis ſtudijs & eloquentia exornatus,
Bernardus quoq; honeſto genitus campaniæ loco non parũ ueronæ attulit ornamentum:
qui medicus & philoſophus inſignis tanta uiguit memoria, ut themiſtoclis inſtar nihil illi
exciderit: quod aut diſcere aut eum attentius legere contigiſſet. Ioannes etiam ſalernus ad *Ioan. ſalernus*
equeſtris dignitatis inſignia doctrinam & facundiã ſocias addidit. At res militaris præcla/
ros nobis oſtentat uiros qui ueronæ laudes accumulant, quorum memoriæ altior repeti/
tio efficiet ut uarios eius urbis caſus referre cogamur. Floruerunt in ea præclaræ familiæ *Monticuli*
monticulenſes & ſancti Bonifacij comites. hiq́; illos quom eieciſſent Azzonem marchio *S. Bonifacius*
nem eſtenſem urbis dominio præfecerunt. Iſq́; ad annum duodecies centenum & duode
cimum ab Ecelino de Romano per arma eiectus, armis mantuanorum reſtitutus eſt. Qua
in reſtitutione duriſſimum in braida ueronæ uico prælium eſt commiſſum. Azzone mor
tuo Ecelinus ad annum duodecies centenũ & uigeſimum quintũ ueronam optinuit: qui
immaniſſimus omnium tyrannus ducentos ueronenſes ſimul cum eo carcere in quo tene
bantur uno combuſſit incendio. Cumq́; ſibi ueronæ agenti, quod in patauio referemus,
eſſet allatum patauium ſibi rebellaſſe, duodecim milia Patauinos quos militiæ prætextu
obſides ſecum duxerat diuerſis affectos cruciatibus in uerona occidit. Eo autem apud
Soncinum cremonenſis agri oppidum interfecto Veronenſes reductis ſancti Bonifacij co *Soncinum*
mitibus in libertatem erecti quietem nacti ſunt, quæ paucis cõtinuata eſt annis quod ſca/
ligeri ciues & ipſi ueronenſes ſed noui per capitaneatus populi occaſionem tyranni ſunt
effecti. primusq́; omnium Canis grandis ſcaliger Dantis Franciſciq́; petrarchæ amicitia *Caniſgrandis*
magiſquam ſua potentia notus cum anno uno & quinquageſimo ueronæ dominium te/ *Dantes*
nuerit: ciuitates interea Cremonam Parmam Regium Vicentiam Patauium Feltrum Ci *F. Petrarcha*
uitatum Taruiſium in poteſtatẽ redegit: Gonzagamq́; familiam ditioni Mantuæ eiectis
paſſarinis impoſuit. Sed & ſcaligeri cum annis L X X ueronæ ſummo cum ſplendore do/
minati fuiſſent ob uarias in familia diuiſiones ter quaterq́; ſubortas quandoq; à uicecomi/
tibus mediolanenſibus quandoq; à charrarienſibus Patauinis patria pulſi ſunt, per quas
contentionũ occaſiones Veneti ea urbe quam annos iam X L V. optinent ſunt potiti. Lu/ *Luchinus uer.*
chinus uermes ueronenſis uir bello inſignis Cretam inſulam Venetis rebellem ſua uirtu/
te recepit. deinde in turchos Chriſti dei noſtri hoſtes pugnans cecidit. Eiusq́; filius Iaco/
bus uermes patri haud quaquàm diſſimilis rem primi ducis mediolani Ioãnis Galeacij ab
imminentibus periculis fortitudine & conſilio ſæpe tutatus eſt. Qui armeniaci comitem
& Ioannem haucut anglicum aduerſus mediolanum maximo cum exercitu ruentes præ/
lio apud Alexandriam commiſſo profligauit, & maxima cæde commiſſa armeniacum ce
pit. Ea quoq; expeditione in qua Luchinus uermes cretam Veneto reparauit imperio Ge *Georgius*
orgius Caballus Veronenſis eques præſtantiſſimus militares ducens ordines nauatę for/ *Caballus*
titer operæ id retulit decus ut ſenator à Venetis fuerit conſtitutus. Sed iam claudat Vero/ *Veronenſis*
nenſium gloria digniorum aciem Guarinus quem ſupra in eorum catalogo quos eloquen *Guarinus*
tiam in noſtrum ſæculum longo poſtliminio reduxiſſe oſtendimus merito laudum præco
nio decorauimus. Pictoriæ artis peritum Verona ſuperiori ſæculo habuit Alticheriũ. Sed
unus ſupereſt qui fama cæteros noſtri ſæculi faciliter anteceſſit, Piſanus nomine, de quo
Guarini carmen extat qui Guarini piſanus inſcribitur. Geſta uero ſunt uario euentu uero/
næ multa à nobis in hiſtorijs celebrata. Alboinum namq; primum longobardorũ regem
libro quarto oſtendimus uxoris roſmondæ inſidijs ab helmechilde in uerona occiſum fu/
iſſe, & utroſq; adulteros rauennæ quo confugerant ueneno mutue dato interijſſe. Et in o/
ctauo diximus Theudelindam grimoaldi bauarorum regis filiam, ad quam quom in præ/ *Theudelinda*
claram reginam deuotiſſimamq́; Chriſtianam euaſiſſet beatus Gregorius dialogorum li/
bros inſcripſit, Veronæ in ſardicenſi campo deſponſatam fuiſſe. Eſtq́; in X I Veronenſes
Aldegiſio deſiderij longobardorũ ultimi regis filio ciuitate quam firmo tenebat præſidio
ui eiecto Carolo magno deditionem feciſſe: quorum exemplo omnis regio Carolo & ſuis
illico manũ dedit. ædificijs Verona mediocribus publice priuatimq́; ornata theatrum ha/
bet cæteris quæ ubiq; extent præter Romanum amphitheatrũ nunc coloſſeum operis ma

 gnificentia

gnificentia conspiciendũ: habet & põtes quatuor superbi operis athesi impositos & cathedralem ecclesiam non minus uetere decoram ædificio quàm nouo insignem. Supra Veronam athesis sinistrorsum Pontonem oppidum habet appositum, superius castrum barchum nobile item oppidum, inde cadenũ, & qua torrens uallem solis interſecans in athesim labitur Mecium est oppidum. Supraq; illud ignatum, superius formigarium. Ad fontem uero athesis in alpibus paruo sub lacu quem fons ipse efficit, est oppidũ lamium. Diximus supra sinistrã athesis ripam describentes, eius ostium ad castagnarij scissuram quã in Adrianorũ paludes labitur necessario accipi designariq; oportere: nec aliter dicere aut scribere debuimus, quia quicquid ab ea scissura ad mare pertinet in Romãdiolæ partibus est cõprensum. Dexteram uero eiusdem amnis ripam ab ipso mari Adriatico ad fontem usq; totam Marchiæ Taruisinæ cuius est possumus applicare. Igitur qua athesis in mare labitur ostium efficit portuosum, ubi appellant fossiones. Idq; primum est eorum quæ priscos septem maria diximus uocitasse. adiacent intus huic amni paludibus stagnisq; immixto, hinc turris noua præsidio & uectigalium custodię apposita, inde caput aggeris quod item præsidium ducatus Venetiarum finibus ea in parte institutæ respu. initio fuit impositum. Interius athesis bifurcatus peninsulam rodigij efficit quæ sinistrorsum in Romandiola superius est descripta. Athesiq; dextrorsum qua fluuius illabitur nouus adiacet castrum baldũ. supra est portus oppidũ, quod athesi à liniaco diuisum ponte illi coniũgitur, ut unum idemq; oppidũ censeantur. Influit paulo supra athesim amnis nomine Albus: cui dextrorsum Cereda hęret uicus in regiõe primarius. Sinistrorsum uero sunt arcella, supra Sanctus Bonifacius oppidum à quo nobili Veronensium familiæ fluxit cognomen. Et superius Villanoua. Deinceps supra fluminis albi ostium adhęret athesi porcilę oppidum, à quo parum distat amnis quem montis aurei nomine appellant ostiũ: isq; amnis fonte oritur uberrimo cui in montis aurei uico omnium regionis amœnissimo uilla est ea ratione superædificata, ut fons ipse media in aula scatens eam euomat uim aquarum, quæ subito intra lapidis iactum molis sufficit conuoluendis. Suntq; atterendo in farinam frumento & bombicinis in scriptum coagulandis tam frequentia amni superimposita ædificia, ut uix stadio colligendis aquis inuicem separentur. Sextoq; inde abest Verona: supra quam dextrorsum item hæret athesi pelusium oppidum à quo uallem uulgus dici existimat pelosellam: licet eam à telluris uirtute & frugum præstantia pollizellam Guarinus existimet appellari. Licena deinceps est oppidum, & superius Rouere dum apud quod oppidum uia scalpris monte excisa arctum uiatoribus præbet iter, ualidumq; Veronensi agro ea in parte à germanorum insultibus est munimẽ. Besenum deinde habetur oppidum, & superius qua fluuius à perginæ oppido defluens in athesim cadit est tridentum, quam urbem Iustinus scribit à gallis qui urbem Romam ceperunt sicut & Veronam Vicentiãq; fuisse ædificatam: apudq; eam urbem auget athesim amnis iuxta pineam oppidum in alpibus oriundus: Cui dextrorsum hæret Seceonzanum, supra parclasium & uisum ac chanazium. Athesim item supra influit amnis apud personorium oppidũ nobile oriundus: Cui amni ualesium fœspergum & eeuedonũ oppida dextrorsum: sinistrorsum uero clusa corrupte sed latino uerbo clausura, ubi arctissimo aditu trames alpium est conclusus. Bolgianum'q; oppidum nobile parum ab athesi recedens torrenti est appositum, qui à firentino oppido breuem cursum habet. domus inde noua oppidum, & superius est maranum populo frequens oppidum, quod & si in Italia situm est, gentis locutione & moribus totum est theotonicum potiusquam Italicum. Deinceps sunt alpium iuga, quorum aditibus & quidem arduus in germaniam est accessus. Athesis cursu ab hostio in fontem undiq; descripto, amnem quo eum superius auctum esse diximus, & cui nouo flumini est appellatio, describi necesse est priusquam meduacum, siue ut nunc appellant bachilionem assumamus ordine ostendendum. is fluuius nomine nouus quem apud castrum baldum athesim illabi diximus, sinistrorsum attingit intus coloniam oppidum populo opibus'q; plenissimum, superius'q; eidem hæret fluuio mons bellus nobile item oppidum: & ad fontem sunt brendulæ oppidum populo opibus'q; refertum: brendulis'q; paulo infra ad amnis dexteram propin quum est leonicum populi opum'q; exuberantia ciuitatulæ æquiparandũ. Quod Omnebono ciue ornatur litteris Græcis latinis'q; apprime erudito, & præse mores ferente quos à feltrensi Victorino nutritus imbibit. Ab colonia'q; in subiectas paludes Atesto oppido uicinas

Margin notes: Mecium; Turris noua; Castrum baldum; S. Bonifacius; Verona; Pelosella; Roueredum; Tridentum; Bolgianum; Maranum; Alpes; Athesis; Leonicum

uicinas fossa est in currentem fluuium manufacta, apud quam Rouetedum & Montagna
na oppidum regionis primarium sunt sita. Ad eiusq; fossæ ostia quibus in paludes labitur,
& paulo infra locium castellum, Meduacus siue bachilio amnis proxime à nobis descri
bendus alterum habet ostium. attingitq; primo bachilionem sinistrorsum custodia oppi *Meduacus*
dum populo frequentatū, medio in cuius suburbio fodinas esse inspeximus per quas lon- *Bachilio*
go tractu in subterranea penetratur. estq; lapidis eius montis minera tiburtino lapidi adsi
milima: ut quod nullo in loco scriptum inuenimus, nequaquam dubitemus saxa constru-
endæ conseruandæq; urbi Patauinæ uetustissimis olim temporibus inde excauata sum-
ptaq; fuisse: & cum ea in cauerna noxij olim seruari consueuerunt custodia inde uicus est
appellatus. Estq; locus apud quem Bononienses milites, quorum opera Guilelmus Ra-
uennas archiepiscopus sedis Apostolicæ legatus Ecelinum de Romano eiecerat patauio,
eundem deseruerunt legatum, unde factum est ut paulopost Ecelinus reassumptis uiribus
uires ecclesiæ retuderit, legatumq; apud gambaram Brixiani agri oppidum prælio supera
tum in carcerem coniecerit. Superiusq; meduacus siue bachilio Vincentiam diuidit penè *Vincentia*
mediam, quæ urbs à gallis Romæ incensoribus sicut sæpe supra diximus cum Mediolano
Brixia Bergomo & Verona fuit principio ædificata. Et altero item fluuio urbem Vincen
tiam illabente, tesina appellato, apudq; landrigum oppidum oriundo meduacus augetur
amnis. Qui tesina apud luxianum oppidum scissus, alterum ramum cui barcanum hæret
oppidum facit. isq; meduacum priusquam brentellas attingat ingreditur. Genuit ex uetu-
stis Vincentia Palæmonem, sicut Eusebio placet insignem grāmaticum, qui interrogatus
quid inter stillam & guttam interesset. Gutta inquit stat: stilla cadit. Nostra autē ætate illu
strata est Vincentia Antonio lusco: qui uir doctissimus eloquentissimusq; & primus & so
lus in orationibus M. T. Ci. duodecim ars rhetoricæ practicæ qua ratione à Tullio fuerit
applicata tam clare tamq; diffuse cōmentus est: ut nihil magis nostros homines perdiscen
da eloquentia iuuisse uideatur. extant etiam uiri eiusdem heroica quædam carmina Virgi
lianam maiestatem carminum redolentia. Mathacusq; bissarius iureconsultus eloquentia
& bonis artibus apprime eruditus patriam exornat. multa suppeterent in Vincētinorum
laudem dicenda à ducentis annis gesta dum Patauinorū Veronensiumq; pariter penè ui-
cinorum uiolentiæ iniurijsq; resistunt. Sed unicū eos facinus abunde reddit ornatissimos:
Quandoquidem primi fuere qui Venetorum imperio sese sponte sua subijcientes præcla
ras urbes Patauiū Veronam Brixiam Bergomumq; & quicquid aliud illi nunc optinent
de Italia in potestatem uenire plurimū adiuuerunt. Supra Vincentiam meduaco adhæret
caldogium oppidū, & superius fonti eius imminet oppidum Porcelletū. Meduacusq; pri *Porcelletum*
usquam custogiam attingat oppidū supra descriptū altero scissus ramo fossas attingit qui
bus brentellis est appellatio, munimento Pauauij circūductas. Inde apud ingentionū dela- *Brentella*
psus fertur ad oppidū pubolentam: defluens postea ad pontem longum continuato cursu
stagnis se immiscet. à quibus alterno fluxu refluxuq; retractus uel repulsus in fossam clo-
diam se exonerat: quæ urbis Clugiæ ab ea fossa appellatæ portum efficit omniū regionis
profundissimū. Plinius namq; Meduacum amnē in fossam clodiā labi docet. Fuisse etiam
bachilionē amnem Meduacum Liuij Patauini uerbis ex decimo libet ostendere. Eodem
anno classis Græcorū Cleonymo duce lacedæmonio ad Italiæ littora appulsa thuriorum
urbem in salentinis cepit: aduersus hunc hostem Cos. Aemilius missus prælio uno fuga-
tum cōpulit in naues. Thuriæ redditæ ueteri cultori, salentinoq; agro pax parta. Iunium
bubulcum dictatorē missum in salentinos in quibusdā annalibus inuenio, & Cleonymum
priusquam confligendū esset cum Romanis Italia decessisse. Circūuectus inde brundusij
promontorium medio sinu adriatico uentis latus cum leua importuosa Italię littora dexte
ra illirici liburniq; & histri gētes feræ & magna ex parte latrocinijs maritimis infames ter-
rerent, penitus ad littora Venetorum peruenit. Ibi expositis paucis qui loca explorarent,
quom audisset tenue prętereundū littus esse, quod prætergressis stagna ab tergo sint irri-
gua hostijs: maritimos agros haud procul proximos campestreis cerni, ulteriora colleis ui
deri: esse hostium fluminis prealti, quo circumagi naues in stationē tutam uidissent: (Me-
duacus amnis erat) eò inuectam classem subire flumine aduerso iussit. grauissimas naui-
um non pertulit alueus fluminis, in minora nauigia transgressa multitudo armatorum
ad frequentes agros tribus maritimis Patauinorum uicis colentibus eam oram peruenit.

ibi egressi præsidio leui nauibus relicto uicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt, & dulcedine prædandi longius usque à nauibus procedunt. hæc ubi Patauium sunt nunciata (semper aût eos in armis accolæ galli habebant) in duas partes iuuentutem diuidunt: altera in regionē qua effusa populatio uidebatur: altera ne cui prædonum obuia fieret altero itinere ad stationem nauium, milia autem quatuordecim ab oppido aberant, ducta: in naues paruas custodibus interemptis impetus factus, territique nautæ coguntur naues in alteram ripam amnis traijcere. & in terra prosperū æque in palatos prædatores prælium fuerat, refugientibus ad stationē Græcis Veneti obsistunt. Dicimus itaque præteritum à Cleonymo tenue littus, transgressa stagna, ostium amnis prælati in quem circūacta sit aduerso flumine classis & ad quatuordecim milia oppido patauio propinquata, satis ostendere meduacū fuisse amnem descriptum: cui bachilioni fuit postea estque nunc indita appellatio. Neque enim alium habet regio fluuiū ex agro Patauino in stagna marisue ostia delabentem: nisi forte eum quis proximū illi amnem nunc brintam esse opinabitur, qui suam & ipse paucissimis cognitā fecit nominis mutationem. Est enim timauus priscorum scriptis præsertim Virgilij celebratus: quem sæpe miratus sum uiros nostri sæculi doctrinæ fama celebres in histris & liburnis quæsiuisse errore adductos atque ignoratione sensus Virgilij: quem uolunt nouem timauo fontes in suo carmine attribuisse: quom potius Antenorem ille faciat à troia Italiam petentem regna liburnorū & timauum superasse amnem, in ipso fontis nomine poëtico more indicatū. Seruius enim id uerbum exponens sic habet: fontem timaui: amant poëtæ rem unius sermonis circūlocutionibus ducere: ut pro Troiam dicant urbem troianā: sic modo pro timauo fontem timaui, & paulo post urbem pataui pro patauio, & ora nouem multi septem esse dicunt. Superesse aūt ea parte unde, pro qua per ora nouem mare it præruptum: & premit stagnorum arua pro campis & planitie posita sonanti pelago, sicut semper sonare uidemus quom littoris aut portus cuiuspiam fauces paulo uiolentior commotiorque ingreditur: eaque nouem ora etiam nunc notissima sunt, littoris Veneti aperturæ, quarum partem maximā à Rauennati agro in Altinum prisci & imprimis Antoninus pius imp. in itinerario septem maria appellauere. uersus Virgilij licet notissimi sint subijciemus: cum prius Lucani de timauo testimonium attulerimus. Euganeo si uera fides memorantibus augur Colle sedens, aponus terris ubi fumifer exit, Atque antenorei dispergitur unda timaui. Si ergo unda timaui antenorei dispergitur prope aponum nunc etiam notissimum & patauio propinquū, non oportuit in histrijs illum aut foroiuliensibus à nostris hominibus requiri. Virgilius. antenor potuit medijs elapsus achiuis Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus Regna liburnorum & fontem superare timaui: Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis It mare præruptum, & pelago præmit arua sonanti: Extant quoque carmina musati Patauini poëtæ tragici sepulchro inscripta, timauum affirmantia Patauij propinquum esse: Condita à troiugenis post diruta pergama tellus: In mare fert patauas unde timauus aquas: Hunc genuit uatem. Et Martialis Laneus euganei lupus excipit ora timaui. Si ergo timauus fuit euganeus necessario erit brinta nunc Patauij fluuius: nam idem Martialis appellatione telluris aponæ Patauium significat hoc uersu: censetur apona Liuio suo tellus. Et L. Florus infrascripta habet uerba: ex quibus licet conijcere timauum ab arsia & finibus Italiæ in quibus nuper requirebatur plurimum distare: illirici ab alpium radicibus inter arsiam & timauum per Adriaticum littus effusi regnante Teutana muliere. Timauusque ubi salsas attingit aquas bifurcatus parte dextera pupiliam methamaucumque petit: ubi portum efficit cum amplitudine tum etiam profunditate optimum. Rectiore autem ad sinistram cursu Venetam urbem mediam scindere solitus portum efficit Venetum: cui munitissimæ arces duæ hinc & inde præsidio sunt appositæ. Sed hæc pars occlusis pridem ad luciafusinam meatibus in stagna paludesque diffunditur. non fuisse autem meduacū quem timauum esse dicimus aut econtra præter rationes supradictas hinc maxime uidetur cōstare: quod plinius scribit contra timauum amnē insulam fuisse paruam in mari cum fontibus calidis: qui pariter cum æstu maris crescerent minuerenturque. & recto brintæ amnis cursui quē naturaliter per mediam urbem Venetā habebat oppositā fuisse constat insulā cui castellū Oliuolense appellatum fuit impositū. Vnde cathedralis ecclesia dicit̄ castellana. Si uero calidi non apparent nunc fontes minime mirandū: quod nedū littoreis & maritimis locis in quæ maris sæpe deseuit uiolentia: sed

Timauus *Seruius* *Septem maria* *Musatus* *Portus Venetus*

tia. ſed in mediterraneis montaniſq; firmioribus multos aruiſſe fontes inuenimus. Tima-
uuſq; ſupra luciafuſinam integer primũ habet ad dexteram uicum Auriganũ tabernis ho- *Luciafuſina*
ſpitatorijs frequentatum: ibiq; timauum illabitur tegola torrens cui adiacet rus peragum.
Deinceps timauo ſiniſtrorſum adiacet ſtrata oppidulum: à quo ſexto miliario foſſa manu-
facta paduam compendio nauigatur. Eam urbem Italiæ uetuſtiſſimam clariſſimamq; ma-
gis certum eſt antenorem Troia profugum condidiſſe: quàm ut indigeat teſtimonijs: uer-
ſibus enim quos ſupra poſuimus ſic addit Virgilius: Hic tamen ille urbem pataui ſedeſq;
locauit. & Liuius Patauinorũ decus in primo idem ſerioſe narrat. Cicero autem in philip- *Patauium*
picis Patauinos dicit Romanis amiciſſimos fuiſſe: qui R.P. difficillimis temporibus pecu-
nia & armis iuuerunt. Et Macrobius in ſaturnalibus ubi de fide ſeruorum tractat: innuit
Patauinos fuiſſe per humanos qui cum ſeruis clementiſſime atq; indulgentiſſime ſe habu- *Serui*
erunt: quandoquidem aſſerit Aſinio Pollione Patauinos cogente ut tributa conferrent, &
propterea dominis latitantibus, neminem ſeruorum fuiſſe inuentum qui libertate propoſi-
ta dominum proderet. Fuit autem poſtmodum Padua per feliciſſima ſtantis R. P. tempo- *Padua*
ra Romanorum colonia non eo modo deducta quo cæteræ deducebãtur ductis nouis po-
pulis in coloniam. ſed datum eſt paduanis ius latij ut in deſignandis Romæ magiſtratibus *Aedificia*
ferendi ſuffragij ius haberent:. quod à Q. Aſconio Pediano in expoſitionibus orationum *Paduæ*
Ciceronis habetur: ea uero deſcribenda urbe ſi prolixiores erimus ſua nos dignitas excuſa-
bit. Nullam enim ædificiorum pulchritudine præſertim publicorum in Italia ſibi ſimilem
eſſe tenemus. Sunt tamen noua quæcunq; in ea nunc extant uel publica uel priuata, quan-
doquidem ad trigeſimũ & quadringenteſimum ſalutis annum Athila rex hunnorum fer- *Athila*
ro igniq; uaſtatam reliquit immunitam: & à Narſete Eunucho Rauennatibuſq; inſtaura- *Narſes*
tam anno à prima dirutione uix dum centeſimo longobardi incenſam penitus deſertarũt.
aucta uero eſt mirabili incremento per Caroli magni & filiorum nepotumq; imperij tem-
pora: nec aliquod poſtea incommodum ſub germanis imperatoribus accepit; quouſq; Fe-
derici primi Barbaroſſi temporibus Ecelinus de Romano, tyrannorũ omniũ qui unquam *Ecelinus*
fuerunt crudeliſſimus, ad annum ſalutis trigeſimum ſeptimũ & duodecies centenum eam
ſibi ſubegit, qui præter commiſſas cædes alias proſcriptioneſq; prope innumeras ciuium
ea uſus eſt, de qua in Verona diximus, crudelitate raro alias audita cædis per uaria crucia-
tuum genera perpetratæ duodecim milium Patauinorũ, quos Mantuanorũ ingreſſurus fi-
nes ſub militię prætextu obſides ſecum duxerat. paulo tamen poſtquam is tyrannus apud
ſoncinum interijt charrarienſes ſub capitaneatus titulo rerum in patauio potiti ſunt, qui *Charrarieſes*
eam urbem annis paulo plus minus centum per uarias ſucceſſiones poſſeſſam opulentio-
rem ornatioremq; reddiderunt. Nam gentis charrarię opera maiori ex parte excitata orna-
taq; fuerunt mœnia, quibus triplici circuitu patauium cõmunitur. Et licet eam per urbem
timauus ſemper fuerit delapſus: quod Liuius in x li. oſtendit, multis tamen uarijſq; foſſis
magno & ingenti opere manufactis aquę circum urbem & per diuerſa agri loca ornamen-
to urbi cõmodoq; futuræ ab eiſdem charrarienſibus ſunt perductæ, quom arx in urbe mu-
nitiſſima & coniunctũ illi perductis brachijs palatium facile in Italis primarium ſuperbiq;
operis nonnulli in urbe pontes gentis eiuſdem fuerint opera. Henricus autẽ quartus imp. *Henricus*
germanicus cathedralem patauij eccleſiã quæ extat ædificauit: prætoriumq; quo nullum *IIII*
in orbe pulchrius eſſe tenemus, quom eſſet caſu crematum ſpecioſius Veneti conſtruxe-
runt, oſſaq; T. Liuij conſpicuo in eius faſtigio collocarunt. Inſignis uero & cui rariſſimæ
ſunt in Italia ſimiles beati Antonij baſilica à Patauinis ſub Ro. imperio ſemiliberis ædifi-
cata eſt. Parrochiales eccleſias quadraginta & mendicantium quatuor loca magnifici cer-
te operis ciues Patauinos diuerſis ædificaſſe temporibus conſtat. Eſt ea in urbe Iuſtinæ
uirginis templum, ampliſſimæ cuius ædes mille in circuitu paſſus amplexæ aquis circum-
luuntur, quod in uetuſtæ ædis ueſtigio ædificatum fuiſſe hinc conſtat, quod effodientes
ubiq; pulcherrima inueniunt lithoſtrata: eodemq; in loco T. Liuij ſepulchrũ ætate noſtra
repertum fuiſſe conſpeximus, ut credere liceat uetuſtum Iouis templum ibi fuiſſe, in quo
ipſe Liuius in x narrat ſpolia de Cleonymi Lacedæmonij piratæ uictoria patauium repor-
tata fuiſſe. Seruat uero nunc idem templum Iuſtinæ ipſius uirginis, Lucæ Euangeliſtæ,
Maximi & Felicitatis: Mathiæ Apoſtoli ſuper quem ſors cecidit, Proſdocimi'que tutela-
ris Patauinorum ſancti corpora & reliquias. Areas Patauium publicas quinq; habet, no-

bilium

Gymnasium patauinum bilium scilicet & herbaticam frumentariam lignariam palearem. In eius quoq; gymnasio omnium Italiæ celeberrimo ædes sunt amplissimæ, studentium quibus opes sint tenuiores auxilio deputatæ. Viros Patauium doctrina clarissimos genuit, T. Liuium: cuius sepulchri priusquam Romam accederet sibi & filijs duobus uxoriq; positi saxum nuper uidimus litteras haud quaquam elegantes inscriptum. T. Liuius Cai filius sibi & suis Tito Liuio Titi filio prisco F. T. Liuio. T. F. longo F. Cassiæ Sextiæ primæ uxori. Aliudq; elegantiores maiusculas marmore incisas, sepulchrum etiam patauij in Iustinæ uirginis uestibulo extat titulis ornatum: & militiæ cui ad decus utilitatem'que fuit ascriptus: & uirtutis suæ qui dissidentes Patauinos ciues in patriam reuersus ad cōcordiam reuocauit. Viuens *T. Liuij epitaphium* fecit T. Liuius Liuiæ T. F. Quartæ legionis alis cōcordialis Patauij sibi & suis omnibus. Ratio autem quæ nos adduxit, ur futuram in minore uiro uanam huiusmodi diuersitatis sepulchrorum curiositatem adhibuerimus, illa fuit quod in primo sepulchro omnes quos habuit patauij degens uxorem & filios in successionem annotauit. In altero autem omnibus dixit, qui filia Romæ esset auctus, quæ Lucio magio nupsit oratori Romano: de quo Seneca declamationum octauo sic habet: Non puto quomodo Lucius magius gener Titi Liuij declamauerit, quamuis aliquo tempore suum populum habuit: quom illum homines non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri efferrent. fuitq; is magnus uir Liuius ad quem nobiles ex ultimis Hispaniarum partibus uenisse, & quos Romani nominis fama non mouerat, eius hominis famam perduxisse beatus Hieronymus ex Plinio sumptū scribit. Paulusq; iurisconsultus apud uetustissimos celebratus fuit Patauinus. Er Martialis poëta duos dilexit Patauinos poëtas Stellam & Flaccum his uersibus. Verona licet audiente dicam, Vicit maxime passerem Catulli. Tanto Stella meus tuo Catullo Quanto passere maior est columba. Et infra: O mihi curarum precium non uile mearum Flacce antenorei spes & alumne laris. Catullus uero Volusium poëtam Patauinum: qui ad Ennij exemplar rerum gestarum populi Romani annales carmine scripsit, damnare & uituperare conatus est his epigrammatibus. At Volusi annales paduam morientur ad ipsam, Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas. Item alio loco: Annales Volusi cacata charta: Votū soluite pro mea puella. Nā sanctæ Veneri cupidiniq;, Vouit si sibi restitutus essem, Desissemq; truces uibrare iābos, Electissima pessimi poëtę Scripta tardipedi deo daturam Infelicibus ustilanda lignis. Et hæc pessima se puella uidit Iocose lepide uouere diuis. Nunc ô ceruleo creata ponto, Quæ sanctum idalium urosq; apertos, Quæq; ancona gnidumq; arundinosam Colis, quęq; amathunta quęq; aleos, Quæ'q; dirachiū adrię tabernā, Acceptum face redditum'que uotum, Si non illepidum neque inuenustum est. At uos interea uenite in ignem Pleni turis & inficetiarum Annales uolusi cacata charta. Petrum etiam de Apono conciliatorem appellatum philosophiæ & astronomiæ usque ad magiæ suspitionem peritissimum: Musattum'q; & Lonattum iureconsultos poësi ornatos Patauium ciues habuit. Franci. zabarella iureconsultissimus & Pileus de prata Romanæ ecclesiæ cardinales dignitatem litteris & prudentia ornauerunt. Marsilius quoq; & paulopost Io. galeatius'q; & Guilelmus sophilici. Ioan. quoq; horologius: & paulopost Antonius cermisonus excellentes medici patauium patriam exornarunt. Agrum etiam habet patauium non minus quàm urbis ędificia conspiciendum. quandoquidem montes in illo sunt excelsi nec alpes & appenninū quod nullo in Italiæ loco alibi cernitur contingentes: & usq; summa cacumina uinetis oliuetis'q; & consitis tecti: in quibus uina gignūtur: quæ Plinius in intimo adriatico sinu optima describit. Gemulam unum in cuius summitate mulieres deo dicatæ monasterium habent à Beatrice estensi uirgine nobili ædificatum: & Vendam alterum appellanr monasterio ornatum quod montis oliueti fratres inhabitant: hisq; adiacent montibus colles euganei fama apud latinos uates notissimi. Eam enim uatibus sedem fuisse innuit Martialis poëta his uersibus: Si prius euganeas clemens eliconis in aras Picta'q; pampineis uideris arua iugis. & Lucanus in primo: Euganeo si uera fides memorantibus augur colle sedens. & quom uici uillæ'q; multæ hos contegant colles, tum maxime Arquatum populo frequentem uicum decorat Fran. petrarchæ prædiolū: apud quod diutissime uixit: multa'q; scripsit, estq; eius sepulchrū marmoreo in sarcophago columnis quatuor sustentatū. Balneaq; apud rus euganeum etiam nunc appellatū plurima uisunt: quæ Theodericū regem ostrogothorū muris cōclusisse ac ornasse Cassiodorus est

 autor

autor, in eisq́ herbas gigni scribit Pli. de quibus poeta Martialis. Nullæ sic tibi blandien/tur undæ Ac fontes aponi rudes puellis. Quibus uero ea opitulent̄ morbis Michael sauo narola opere in id ædito disseruit. Sed iam ad Timauum est redeundum. Is fluuius supra limiuum uicum, ubi incipit esse integer, primum habet ad dexteram oppidum Citatellam: *Citatlles* quod patauini ad annum salutis quartum de duodecies centeno ædificarunt. deinceps est *Marostica* marostica. superius Bassianū quæ duo oppida populis sunt frequentia. supraq́ Bassianum *Baßianum* timauus, ubi cisinum est oppidum, cisino flumine augetur, in quod arciuagus nauoriusq́ torrentes exigui ex alpibus delabūtur, cisinusq́ apud pemechum oppidulū habet ortum. Timauo supra cisinum ad dexteram Grignum adiacet oppidum à torrente ibi augente di ctum. Vlterius oppidū habetur Iuanum supraq́ illud oritur Grignus. & superius emisso/rium lacus incubat Tusopum. Caldonacium deinceps oppidum & uni imminet lacui, & alijs subiectum est binis lacubus, à quibus tribus originem timauus habet. Primus post Ti mauum Musio fluuius stagna Venetorū apud Mestre oppidum illabitur, cui ad sinistram *Mestre* Villa noua primum est proxima. Supraq́ paulo remotius Campus sancti Petri oppidum *Campus S. Petri* adiacet opulentum: eiusq́ fonti in montibus oppidulum imminet collis musonis ab ipso fluuio appellatus. ad dexteram uero Musoni intus continent Castrum franchū nobile op/ *Castrum francum* pidum, superiusq́ Asola longe nobilius. deinceps amnis est Silus, quē Plinius asserit oriri in montibus taruisinis, apud Torcellum in stagna cadens: Torcellumq́ ciuitatē, nunc epi *Asola* scopo ornatā doctissimo Dominico de Dominicis, supra Venetā describentes regionem *Silus flu.* diximus ædificatā fuisse ex ruinis excidioq́ Altini. Cuius uetustæ urbis parua admodum *Torcellum* uestigia ad eam cōtinentis partem, quę sinistrorsum Sili amnis ostio est apposita, nunc cer nuntur. Altiniq́ nomē primus apud ueteres ponit Plinius. Et post Martialis poëta tanti se cisse uidetur Altini oppidi situm: ut dicat Aemula baianis Altini littora uillis. Antoninus uero pius in itinerario uias describens à rauenna aquileiā, dicit aut septem maria recta à ra uenna secundū adriatici littus ad Altinū transmitti: aut eos qui per Bononiam fermedum Atestum Patauium q́ terrestri petant itinere, altinum primo & post aquileiam accedere. In eo autem quod Musionem & silum amnes interiacet spatio nouale est oppidum nobile *Nouale* Silusq́ supra in mediterraneis Taruisium urbem diuidit, cuius nomen prior inter uetu/stos habet Plinius. per tempora uero ostrogothorum dignitatem inchoasse uidetur quam nunc habet. Nam cum Totilæ pater Veronam æque ac Taruisium dominio possideret. *Taruisium* Taruisij tamen cōtinuo est moratus. Vnde Totila qui postea quintus fuit ostrogothorum *Totilas* rex & quidem præstantissimus Taruisij natus educatusq́ est. postea longobardorū initio regni quom Alboinus rex eius gentis primus Italiā esset ingressus: aquileiamq́ qualisqua lis tunc erat, & cæteras regionis urbes per deditionē cepisset: Taruisium quia eius incolæ deditionem tardiusculе obtulissent spoliare ac diruere constituerat: nisi Felix illius episco/pus uir timoratus rauenna oriundus regis barbariē sua prudentia & precum instantia de/linisset. Ornataq́ nunc est ea ciuitas altero præstāte episcopo Hermolao barbaro, qui sicut decet episcopū populo magis prodesse adnititur quàm pręesse. Regionē uero quam nunc describimus sub nomine absurdo Marchię Taruisinę & pariter proximā forumiuliū olim galliæ cisalpinæ partem Pli. in regione Italię decima posuit: quam carnorū fuisse affirmat. Nam quom multa dixisset de fluuio Silo, oppido altino, flumine liquentia, colonia concor dia, taliauento, anaxo, alsa, natisone: deq́ aquileia colonia, subiungit: carnorum hæc regio fuit: quod uocabulum regiones ipsæ alicubi etiam nostra ætate retinent. Ad Sili fontē op/pidulum est Casacorba. deinceps anaxū est flumen cui nunc plaui uulgatissima est appel/latio. ad eiusq́ ostia equilium est insula stagnis paludibusq́ à cōtinenti diuisa, fuitq́ ea in/sula ciuitas eiusdē nominis ab eracliēsibus uicinis ędificata namq́ eracleā in historijs & in Veneta huius Italiæ regione ostendimus fuisse post aquileiæ concordiæ & altini demo/litionem à dictarum urbium populis ædificatam: qui ab Eracleo illius tempestatis imp. id nomen indiderunt ciuitati. Sed eraclienses inde Venetias cōmigrarunt ut nunc urbis ue/stigia requirantur: equileiq́ pariter, ubi mutato nomine ciuitas dicitur noua episcopio & quidem tenui nota, paruæ & tenues reliquiæ uix sciuntur. Anaxo seu plaui fluuio ad sini/stram adiacent oppida Venetium limina & aquorium. & superius arduo in monte est Fel *Feltrum* trum ciuitas episcopo nunc Iacobo ornata zeno non minus doctrina quàm gentis nobili/tate conspicuo. Ad dexteram plaui primum hætet oppidulum madirium, inde mediter/

Victorium raneis Vetorium. Superius ubi Varianus olim nunc calorius auget flunius est oppidum
Belunum Tesega, eidemque amni uariano siue calorio apposita est Belunũ ciuitas uetustissima, quam Plinius cæterique scriptores uelunum appellant: eidemque nunc cum feltro in eundem con-
Varianus flu. iunctæ episcopatum idem Zenus præest episcopus. Varianum uero siue Caloriũ amnem in alpibus oriundum quas germanicæ incolunt gentes quinque augent torrentes: quorum conuallibus marginibusque castella uicique plures insunt barbaris nominibus appellati. Sed & ubi plauum diximus Variano siue calorio incipere augeri alter influit Cordoualus amnis & ipse ex summis defluens alpibus: cui Falchachiũ Tabuliumque oppida, & quamplures uici germanica potius quàm Italica nomina habentes adiacent. Liquentia ad mare sequitur amnis uetusti nominis, quẽ ex montibus opiterginis nasci Pli. est autor. eum nunc
Liuentia flu. Liuentiam appellant, habetque ostij bifariam diuisi partem ad easdem paludes quibus equilium insulam à continenti diximus separari: alteraque parte ad proxima caprularum insulæ stagna paludesque delabitur. ubi uero in dictas scinditur partes ad dexteram Turricium est
Opitergium castellum. Interiusque ubi liquentiam sinistrorsum torrens auget muttegus opitergium est nunc oppidulum: quam uetusti nominis ciuitatem simul cum aquileia altino & cõcordia ab Athila destructam, & postea quom esset reædificata à longobardis eodem anno quo &
Conilianũ op forum Popilij deletam fuisse in historijs ostendimus. Ad mutegique amnis fontem Conilianum est nobile ditissimumque oppidum. Liquentiam item dextrorsum Meduna auget fluuius supremis in alpibus Iulijs oriundus. Cui dextrorsum Corua & supra ad imeuli torrentis fontem portoneum, superiusque prata, & in mediterraneis portilium, oppida sunt ap-
Portilium posita: prataque & portilium duabus ut in regione præstantibus nobilium familijs patrij co-
Sacilum gnominis exornantur. Vbi uero liquentiam ipse auget meduna amnis Sacilum nobile ditissimumque est oppidum. Ad liquentiæ sinistram supra mutegi torrentis influxum est oppidum Buffolettum. & supra ubi mesulus auget torrens ciuiolonum est oppidum: supe-
Seraualle rius Seraualle. Sequitur Alsa uetusto nomine fluuius, nunc Liminius appellatus, quod nomen eum inde crediderim nactum esse, quod sicut huius regionis principio diximus, & eius & foroiulij limes à barbaris fuit dictus. habetque ad ostium quo in paludes stagnaque ex-
Caprulæ oneratur Caprulas insulam, in quam opiterginos Athilæ sæuitiam declinantes sæpe alias ostendimus confugisse. habetque Alsa siue Liminus ad sinistram oppidũ nomine Sextum.

REGIO DECIMA FORVMIVLIVM

Forumiulium SEQVITVR regio Foroiuliensium, quos Plinius dicit dictos esse cognomine transpadanos. Id foroiulij nomen notissimũ & quod ante C. Iulij Cæsaris tempora in ipsa regione in que supereminentibus eidem alpibus iulijs inchoasse constat, unde post factam lapidum aut cisalpinæ galliæ mutationem habuerit originem ignoramus. undecunque autem sit natum nostræ inhærentes diuisioni regionis ipsius quam tamen nonnulli aquilegensem appellari uolunt initium ad alsæ
Portus gruarius seu Limini fluuij dexteram inchoabimus. Cui portus gruarius oppidum, post cordeualum, & superius porclanũ oppida sunt apposita. deinceps est Taliauentum prisci præsentisque nominis flumen, quod Plinius dicit maius minusque fuisse cum nunc unico in Adriaticum ostio feratur. Sunt ei ad sinistram primum à ripa remotius oppidum
S. Vitus sanctus Vitus, post ualua castellum, & superius in montibus Spilimbergum natura loci munitionibusque ualidissimum & populo frequentatum. Dextrorsum uero hæret taliauento tisana nobile munitissimumque item oppidum, & supra ab amnis margine semotum cu-
S. Daniel chagna, superius in monte arduo sanctus Daniel præstans in regione oppidum, & ad fontem in alpibus Dugonia est castellum. In ea littoris ubique inæqualis & maiori ex parte sta-
Palazolum gnosi ora torrens est in mare cadens, cui Palazolum in mediterraneis castellum hæret, & stagno magnum in sinum recessumque curuato piscosissimoque imminet Maranũ oppidum populo frequentissimũ. Torrenti autem id illabenti stagnum continet castellettum. Interius in mediterraneis oppidum nobile est Belgradum, superiusque Coldroitum. At in maritimis est stagnis circũfusa Gradus insula alter Venetiarũ regionis & urbis limes, in quam & in historijs & ipsa in Venetiarum descriptione sæpenumero diximus aquileienses patria profugos sese cum opibus & sacra supellectile recepisse, & urbem ædificasse graden-

sem

sem, quam pluries dirutam reædificatamq́ tandem pauci nunc inhabitāt. Aquileia etiam urbium quondā Italiæ transpadanæ primaria potentissimaq́ atq; etiam pulcherrima quin todecimo ut inquit Plinius à mari semota nunc penè derelicta est. Nam præter sacerdotes canonicos numero haud quaquam multos: ornatissima speciosissimaq́ in basilica diuinæ faciendę rei addictos, præter pastores piscatoresq́ rarissimos, nulli nunc incolūt populi: ut uix castellulum tanta olim urbs nunc possit appellari. Suntq́; & ecclesia superius dicta & patriarchale atrium & muri oppidulo circūducti & monasterium uirginibus deputatum Peponis patriarchæ operum reliquiæ. Eam urbem qui prius condiderint non est memoriæ proditum. Liuius autem in bello macedonico sic habet. Romæ litteræ Fabij magnam trepidationem fecerunt: eo maiorē quod paucos post dies Marcellus tradito exercitu Fabio Romam quom uenisset, exercitum in ligures traduci posse negauit, quia bellum cum histris esset prohibentibus coloniam Aquileiam deduci. Et paulo infra. Aquileia colonia latina eodem anno in agro gallorum est deducta. Florere aūt cœpit quo tempore primum Romani subigendis barbaris ad Danubium incolentibus manū apponere cœperunt. Vnde Octauius Cęsar Augustus etsi maiorem bellorum partem per legatos administrauit ut illis propinquior esset in his Italię partibus frequenter obuersatus est. Nam Suetonius: Reliqua bella per legatos administrauit, ut tamen quibusdam pānonicis atq; germanicis aut interueniret aut non lōge abesset, Rauennā uel Mediolanū uel Aquileiā usq; ab urbe progressus est. & Iulia eū comitata aquileię abortu facto puerū amisit. Gloriosissime de Aquileia scribit Iulius Capitolinus in uita duorū maximinorū his uerbis: Prætereundū ne illud quidem est quod tanta fide Aquileienses contra maximinos pro senatu fuerunt ut funes de capillis mulierum facerent quom deficerēt nerui ad sagittas emittendas. & inferius asserit Capitolinus nuntium qui ex aquileia ad significandam maximini mortem Romam fuerat missus, tanto impetu mutatis apud Rauennam animalibus cucurrisse, ut quarta die Romam uenerit. Eius uero urbis amplitudo maxima unde processit non iniucundum aut inutile fuerit explicare. Primum legiones Romanas ibi obuersatas ut claustra Italiæ tuerentur, eam non peperisse opum affluentiam quæ fuit Aquileiæ: hinc constare uidetur φ nec Rauenna neq; Mediolanū neq; in Gallis Marsilia aut in Hispanis Taraco, apud quas urbes Romanę legiones diutissime fuerunt moratæ, ad id opulentiæ aut diuitiarū potuerunt peruenire. Auxit igitur mirabili incremento & immense ditauit Aquileiam orientalium occidentaliumq́ mercimoniorum mutua cōportatio ibidem instituta: quod nullus stante Aquileia locus alter circa adriaticū mare fuit in cuius portu & diuersorio occidentales orientalesq́ pro cōmutandis mercandis coēmendisq́ & uendendis inuicē rebus conuenirēt. Eademq́ ratio Spinam olim urbem ut inquit Plinius iuxta padum & Rauennam à Diomede conditā, & ea omnino destructa Adriam quæ mari adriatico nomen dedit, & postremo diruta Aquileia Venetias crescere augeri & mirum in modum ditari fecit. Longum nimis atque superfluum fuerit res apud Aquileiam gestas ex nostro instituto recensere: quia id à nobis multis in locis diligenter est factum. Sed uirorum eius urbis ornamenta non duximus omittenda. Euangelista Marcus dum à beato Petro & Apostolorū Christi principe in Alexandriam mitteretur, nauigaturus'que naues illic ex more ut diximus operiretur: Aquileienses ad Christi fidem conuertit, sanctum'q; Euangelium suum cuius codex manu exaratus sua Venetijs nunc ueneratissime seruatur scripsit. Hermacorasq́; & ipse sanctus ad Marci prædicationem conuersus à beato Petro Aquileiæ & omnis Venetiæ protopræsul institutus omnem eam regionem deo nostro lucratus est: quem Nero imperator & simul Fortunatum subdiaconem securi percussit. Syrus exinde uir Aquileiensis doctissimus Papiam ab Hermacora missus mira sanctitatis opera ibi edidit. Fuit & Aquileiensis Chromatius ad quem gloriosus Hieronymus multa inscripsit opera, multasq́ extantes dedit epistolas, nihil'q; fecisse uidetur glorius Chromatius quam quod beati Hieronymi notarios atq; librarios sustentauit. Præstantem ultimo loco Aquileiensem uirum ponimus Ruffinum præsbyterū latinis Græcis'q; litteris adeo eruditum: ut eius quæ extant cum opera tum translationes nullis cuiuspiam ecclesiæ doctoris operibus secunda eloquentia ornatu'q; ducamus. Visitur Aquileiæ marmoreus lapis grandes elegantes'q; litteras huiusmodi incisus. Imp. Cæs. Augu. Aquileiensium restitutor & conditor, uiam, quoque geminam à porta usque ad pontem, per tyrones iuuentutis nouæ Italiæ sui delectus

Aquileia

S. Mar. Euangelium

S. Syrus

Ruffinus

ctus posterioris, longi temporis labe corruptam muniuit ac restituit. Adiacet sinistror-
Lisontius flu. sum Aquileia natisoni fluuio cui nunc Lisontio est appellatio. Et eo quod ad talliauentũ
amnem proximum intercedit campestri in spatio supereminet Aquileiæ ad triginta milia
Vtinum passus Vtinum præstans ditissimumq; regionis oppidũ noui nominis, quod nec in gotho
rum neq; in longobardorũ aut proximioribus ætati nostræ rebus gestis id inuenitur: hinc
quod uulgo fertur, austrinos id ad trecentesimum ab hinc annum condidisse credo. eam
enim regionem duces Austrię tunc temporis obtinebant. Habet uero nunc Vtinum Iaco
bum ciuem & Aquileiæ canonicum eloquentia ornatissimum. suntq; superius ad primos
colles Fasagna, superiori loco in montibus glemona uetusti quod gothorum longobardo-
rumq; historiæ habenr nominis oppidum. & ad natisonem est in monubus Ventionum.
Mons falco Natisoni sinistrorsum est propinquum Mons falco oppidum regionis egregium arduo in
monte situm: quod Theodoricus rex ostrogothorum primus ædificauit. Superius cælsos
Ciuidale inter montes est ciuitas Austrię nunc Ciuidale appellata, quam urbem & aspectu ueterri-
mam & ut montuosa in regione speicosam, ciuilitq; cultu habitatam fuisse crediderim op-
pidum illud à gallis prope Aquileiam ædificatũ, de quo Liuius lib. XXVIII sic habet.
Eodem anno galli transalpini transgressi in Venetiam sine populatione & bello haud pro
cul inde ubi nunc Aquileia est locum oppido condendo ceperunt: legatis Romanis tran-
salpis missis responsum est: neq; profectos ex autoritate gentis eos: nec quid in Italia fa-
cerent se scire. Dirimitq; urbs ipsa germanos ab Italis certiore atq; etiam celebratiore mo-
do cæteris omnibus limitaneis uel urbibus uel oppidis: quæ aut Gallis aut Germanis aut
sclauonibus ubiq; in alpibus sunt conterminæ, quod mores in illa & omnis uitæ appara-
tus à Germanis omnino est dissonus. Supra ciuitatem Austriæ natisoni cõtinet Sofimber-
Tarrus flu. gum. tarro amni sub ciuitate Austriæ natisonem illabenti, & quem Plinius cum natisone
Aquileiam profluere dicit, ad fontem in alpibus adiacet Vapochum. & infra ad medium
Dogrium sui cursum cælso in monte appositum est Dogrium. & supra montem falconem cælsiore
item sub alpibus loco Cromona est oppidum in nostris longobardorum historijs celebra-
tum. Sed ad ea quæ maris littoribus sunt propinqua post montem falconem cęlso item in
Duinum op. colle est Duinum nobile munitissimumq; oppidum, & minore in colle mocolanum. dein-
ceps urbs tergestum Romana colonia, cum uetusta, tum etiam apud uetustos scriptores
C. Cæsarem in cõmentarijs Plinium & alios cum historicos tum cosmographos celebra-
Tergestum ta, tertioq; & tricesimo miliario ut inquit Plinius distans ab Aquileia: ultraq; Tergestum
Cisanus flu. sex milia passus esse dicit Plinius phormionem amnem cui nunc Cisano est appellatio, &
uno de ducentesimo passuũ miliario à Rauenna distantem, qui quidem amnis fuerit anti-
quus Italiæ terminus. Labitur aũt is amnis phormio siue cisanus inter muglã proximum
Tergesto oppidũ & Iustinopolim urbẽ caput histriæ haud quaq; improprie appellatum,
quando ad prædictũ phormionem histria incboetur. Sed priusquã nouę huic nobis regio-
ni manũ apponamus, paucula explicemus quæ retro in montibus de foroiuliensibus sunt
Goricia omissa. In ea montium parte quæ in adriaticũ è regione duini oppidi est uersa, Goricia est
Castrum sub alpibus: quod oppidum familiæ nobili patriũ comitatus titulum referenti subditũ po
nouum pulo & opibus est refertum. supraq; Tergestum pariter sub alpibus est castrum nouum.

VNDECIMA REGIO HISTRIA

Histria HISTRIAM nunc non quidem nouam quæ ante Cæ. Aug. tempora
Italiæ censebatur, sed inter cæteras oras ultimo additam incboemus.
Eam Pli. ut in peninsulam excurrere dicit latitudine quadraginta mi-
lium circuitu uigintiquinq; & centum. & quidem à phormionis siue
cisani ostio ubi ultima est Tergestini sinus pars, ad phanatici sinus:
quem nunc carnariũ appellant, intimã concauitatem, ubi est castrum
nouũ siue arsię fluminis ostiũ, uia difficilior quidẽ per arduos montes
sed breuior uix quadraginta milia passus implet: quum circuitus mari
secundum littora factus supradicta XXV & centum amplissime complectatur: hinc pul-
chrum est cognoscere: oram adriatici maritimã supra à uenetijs iustinopolim usq; à no-
bis descriptam, ubiq; sinuosissimam & adeo tortuosam esse, ut dimidio breuius sit mari q;
terra directum è regione centum milia passus iter. A phormione autem fluuio ad fanatici

siue

siue carnarij promontorium ea sicut dicit Pli. peninsula histriæ se in mare Italiam uersus dextrorsum flectit. Sed ad rem. Histriam regionē lapidiam prius simul cum foroiulio ap/ pellatam uult ex Trogo Pompeio Iustinus sic fuisse appellatam ab histri amnis qui & da/ nubius accolis,qui cum argo nauim ab argonautis à danubio in Adriaticum mare hume/ ris deferri adiuuissent,in ea lapidum regione consedentes histriam de patriæ regionis no/ mine appellarunt. Pli. uero quom aliquorum confutasset errorem dicentium & quidem absurdissime histriam dici à parte histri fluminis in Adriaticū delabente: subinfert argo na uim flumine in mare Adriaticū descendisse non procul Tergesto: nec iam cōstare quo flu mine: alpinosq̃ diligentiores affirmare humeris fuisse trauectam: subisse aūt histro,dein sa uo, dein nauporto cui nomen ex ea sit causa inter emoniā alpesq̃ exorienti. Prima histriæ urbs est ut diximus Iustinopolis, quā Iustinus Iustiniani primi imp. filius atq̃ imperij suc/ cessor in insula tunc capraria sed prius pullaria appellata ædificauit. Causam aūt eius con dendæ urbis in historijs fuisse ostendimus ut in eo natura loci munitissimo loco tuti essent histriæ populi: uarijs diutinisq̃ barbarorum incursionibus agitati. Iungitur tamen conti/ nenti ea insula brachio mille passus longitudine & ad decem latitudine ducto, in cuius me dio arx ualida Leoninum appellata castellum oppidanis à terrestri oppugnatione præsi/ dio est imposita. Magno fuit per ætatē nostram Iustinopoli ornamento Petruspaulus uer/ gerius iureconsultissimus & philosophus, quodq̃ supra sæpenumero diximus inter pri/ mos huius sæculi eloquentissimus. primum à Iustinopoli v. milia passus semotum est In/ sula oppidum. & post tantundem inde distans Piranum ciuitas. & tertio loco salodi pro/ montorium totidem abest passus,quartumq̃ paris à superiori distantiæ Humagum nobi/ le oppidum cursu prope recto & ad Italiam transuerso per medium pelagus incuruari fer tiq̃ uidetur. Deinceps æqualiore ad fanaticum siue carnarium promontorium & tamen sinuosissimo inter se prospectu, cætera histriæ maritima oppida habentur, ab humagoq̃ quinq̃ pariter milia passus abest Emonia ciuitas, cui nunc ciuitati nouæ est nomen: pro/ pe quam nauporti sunt ostia fluminis, quieti nunc appellati: in quem alpibus exorientem argo nauim Pli. asserit fuisse dimissam. post nauportū prima est Parentium ciuitas uetu/ sta: cui orsarium continet & mons & oppidum prominens illi impositum: post hæc Ru/ uignum oppidulū,deinde sinu supereminet amplo colli imposita arduo naturaq̃ loci mu/ nitissimo urbs Pola Romana colonia,& histriæ ac Italiæ urbium postrema. Ab ea uero ur be incipiens fanaticum promontorium postquam longo tractu contra Ariminum, uel si/ cut Plinio placet contra anconē in mare se proripuit, sinum eiusdē nominis efficit quem nunc Carnarium diximus appellari. estq̃ eiusdem sinus nouum prisco correspondens uo/ cabulum, quod fanaticus à priscis à tempestatum frequentia, atq̃ ut ita dixerim insania, nunc uero carnarius à multitudine cadauerum, quæ frequentibus ibi tempestatibus fiunt, est appellatus: prius uero quàm ea describimus quæ fanatico sinu apposita ad arsiam am/ nem certissimum atq̃ notissimum Italiæ ad liburnos terminū pertinent mediterranea quę altissimis in montibus à Iustinopoli ad Nauportum siue quietum amnem interiacēt expli cabimus. Suntq̃ in montibus Iustinopoli supereminentibus iurisdictionis suæ castella ra/ sponum & rogium. Sunt item in montibus à mari longius quàm prędicta recedentibus in ea quam diximus flectentis se ad Italiā peninsulæ curuitate, bulea, mimianū, sanctus Lau rentius, portulæ, grisana, & superiori loco, pimontium, pigmentium & petra pilosa: quæ omnia Iustinopolitanorum sunt oppida & castella, medioq̃ fermè eorum omnium spatio petram pilosam inter & portulam ac primontem est oppidulum nunc nomine Sdrigna, quod fuisse constat olim Stridonis oppidum. Vnde gloriosissimus ecclesiæ dei doctor illu strator q̃ Hieronymus originem duxit. & trans nauportum siue quietum amnem ad arsi/ am usq̃ amnem castella nunc in montibus oppidaq̃ extant uallis duocastra Iustinopolita nis supposita: superiusq̃ montona & pisium. Ne etiam superius promissum ulterius dif/ feramus à fanatico promontorio ad arsiæ amnis nostri limitis Italiæ ostium, quo se in car/ narium siue fanaticum sinum exonerat, oppida ipsi supereminent sinui Albona & terra/ noua: quæ duo & superius dictum pisinum quod arsiæ & sinui fanatico propinquent hi/ striæ atq̃ Italiæ ultima sunt censenda. Adhibita est nobis superiori loco describēdis histrię montium oppidis & castellis solito maior diligentia: quod quidem nulla alia fecimus ra/ tione, quam ut rem minime nobis peritisq̃ regionum dubiā, sed de qua multos ambigere

Lapidia

Iustinopolis
Capraria
Pullaria

Insula op.
Piranum

Humagum
Emonia
Parentium

Ruuignum
Pola

Carnarius

Sdrigna
Stridon

uidimus præstantissimos Italiæ atq; orbis christiani aliarum prouinciarum uiros, docere/
Diui Hieron. patria mus: Siridonem oppidum gloriosi Hieronymi patriam in Italia & quæ nunc & quæ Octa
uij Aug. imperatoris & multomagis Plinij atque etiam naralium ipsius Hieronymi tem/
poribus erat, situm esse: ut tantum uirum plane Italicum & non alienigenam fuisse con/
stet. Idq; uerba sua de seipso scripta in libro de uiris illustribus certissimum efficiunt. Hie/
ronymus presbyter patre natus Eusebio ex oppido Siridonis: quod à gothis euersum Dal
matiæ quondam pannoniæq; confinium fuit, usq; in præsentem annum id est Theodosij
principis quartumdecimum hæc scripsit: uitam Pauli monachi, epistolarum ad diuersos li
brum unum. &c. Visitur uero apud Sdrignam siue stridonem prædicti Eusebij genitoris
sancti Hieronymi sepulchrum, & fama per ætatis successiones tradita & litteris laminę in
Sclaui scriptis plumbeæ in eo ut ferunt repertæ notissimũ. Videmus uero multos in eam de qua
diximus opinionẽ ductos fuisse, ut crederent beatum Hieronymum Dalmatã fuisse, quia
litteras illis adinuenerit composueritq; à latinis Græcisq; diuersas: quæ sint postea appel/
Boemi latæ sclauonicæ à sclauonibus germaniæ olim populis quos nunc appellãt Boẽmos, à qui
bus sicut in historijs ostendimus regio Dalmatiæ Histris contermina paulopost functum
Sclauonia uita ipsum beatum Hieronymũ fuit occupata, & semper postea sicut nunc quoq; fit Scla/
uonia est dicta. & quidem non solum eas prędictis composuit, deditq; sclauonicas litteras:
sed officium quoq; diuinũ quo catholici utuntur christiani ex Græco in id nouum idioma
traduxit: quod gloriosus pon. Eugenius quartus per nostras manus illis cõfirmauit. Quo
tempore apud Florentiam & Græcorum unio cum ecclesia occidentali est facta, & arme/
nij Iacobitæ Nestorini ac æthiopes acceperunt ab eodem Eugenio catholicæ ecclesię do/
cumenta. Illis uero qui pertinaces contenderent beatum Hieronymum si in patria sua idio
mate ab Italico penitus alieno usus fuit & suos contribules histros uti docuit atq; uoluit,
uideri fuisse alienigenam: respondemus maiorem melioremq; quam sit histria partem esse
Italiæ calabriam atq; brutios: quibus in regionibus sine controuersia Italicis & semper an
rea uiguit & nunc quoq; uiget græcanicæ linguæ usus. Quinetiã circa Hastam Taurinos
Eporedienses & omnem eam alpibus subiectam Italiæ regionem cui gentes diu præfue/
runt gallicæ alieno magis populi illi quàm proprio idiomate Italico abutuntur: pariter a/
pud Vincentiã Veronamq; pręclaras elegantissimasq; moribus Italię urbes, licet à germa
nia sint remotissimæ, multi sunt uici multa oppida ipsis subdita ciuitatibus: quorum popu
li theothonica frequentius quàm Italica locutione utuntur. Sed iam ad nostrum ordinem
reuertamur. Gesta in histris particulatim referre non expedit: sed satis fuerit ea quæ supra
diuersis in locis sunt dicta in suum hunc locum colligere. primam scilicet inuasionem fa/
Teutana ctam in regionem ab histris qui lapidas uel expulerunt uel dominio oppresserunt. Teuta
naq; muliere pręstantissima in histris regnante barbaros superuenisse: qui omnia in histris
ferro igniq; uastarunt: tertiamq; his populis fuisse maximam & horribilem cladem illam
à uisigothis illatam: de qua nos in Romanorũ imperij inclinatione initio scripsimus: quæ
quidem clades illa fuit de qua gloriosissimus ipse Hieronymus apud Bethleẽ degens uo/
luit intelligi, & supradicto in libro de uiris illustribus & in expositionibus minorum duo/
decim prophetarum: ubi textum declarans prophetę Abacuch multas in urbes prouinci/
asq; desolationes spiritu prophetico prædicentis in hanc maxime sententiam commenta/
tus est. Nonne hoc impletum esse audiuimus in nostræ originis regione finium Panno/
niæ atq; illyrici: ubi post uarias barbarorum incursiones ad tantam desolationem est per/
uentum: ut nec humana ibi manserit creatura, nec animal superesse cõuersariq; dicatur ex
his quæ hominibus amicari & conuiuere consueuerunt: quæ quidem desolatio quom ad
annos centum continuasset: Iustinum impulit ut sicut supra diximus Iustinopolim muni/
tissimo & tuto à barbarorum incursionibus loco ædificari curauerit. Proximæ uero ætati
nostræ in bello quod Venetos inter & genuenses acerrimũ fuit, & Iustinopolis de Vene/
tis in potestatẽ genuensiũ est facta, & ea adiacentesq; urbes maxima calamitate aliquam/
diu pressæ & conculcatæ fuerunt. Finita iam ad hanc alpium per milia passus quadringen
ta & quinquaginta ab uaro ad arsiam amnem externis nationibus munimento Italiæ op/
positarum partem sit Italiæ nostræ latitudo in recentem gloriosissimi Hieronymi docto/
ris commemorationem, qui sic eam & me sibi deuotum ab omnibus tueatur aduersanti/
bus, sicut ad hos limites originem illum in ea habuisse ostendimus.

REGIO XII APRVTIVM, SAMNIVM, CAMPANIA, APVLIA Lucania, Salentini, Calabria & Brutij.

ABSOLVTA Histria regionum Italiæ ad alpes liburnicas ultima, breuis à phanatico eius sinu promonrorioq; nunc Carnario per liburnicum mare in troenti amnis ostia est traiectus: ut alias à nobis describendas septem regiones aggrediamur: Samnium, Campaniam Apuliam, Lucaniam, Salentinos, Calabros, & Brutios. Licet uero mihi in hac parte quod Liuius Patauinus septimo libro habet usurpare: maius solito negotiũ meis impendere humeris, cui maiora deinceps sint peruestiganda, quod his in regionibus celebriora bella quàm alibi in Italia fuere gesta & uiribus hostium & longinquitate temporũ quibus bellatum est. Facile tamen erit Alexander epirota Pyrrhus Annibal Alaricus Totila uetustiores earũ regionum hostes quas res & quibus in locis gesserint à maiorum aut nostris historijs sumere, & per singulas ciuitatũ locorumq; descriptiones sicut supra fecimus edocere. Quæ uero à quadringentis annis postquã septem hæ regiones in unicam regni appellationem sunt confusæ in eo acciderint: & qua ratione facta sit ipsa regni constitutio, uidetur unico contextu diligentius enarrandũ, ne singulis postea in locis cogamur sæpe dicta identidem replicare. Per Ludouici francorum regis tempora Tancredus miles normanus generosi uir animi quod liberorum duodecim ex duabus procreatorum uxoribus pondere premeretur: nouas quærere sedes constituit, fortunam meliorem & opes sub alio cælo uiribus sibi & ingenio facere confisus. Qui quom in Italiam peruenisset, primum in Romandiola substitit. Pandulfus per id temporis capuanus princeps bello aduersus Guaimarum Salernitanum principem multum implicitus: qui quom auxilia undiq; conquireret, hanc gentem armis deditam promisso stipendio accersiuit: tantaq; ilico & talia Normanni gessere facinora, ut uiros fortes præstantissimosq; eos suo malo senserint hostes. Pandulfus uero hebetioris ingenij ingratusq; ipsos spernebat. Vnde factũ est ut tempore stipendij de quo in Romandiola conuenerat finito transiuerint ad Guaimarum: cuius principatum multis præclare gestis breui auxerunt: premebat uero Normanos duces ut assolet aulicorũ Guaimari inuidia, quom peropportune accidit imperatoris Constantinopolitani in Calabris, Brutijs, Lucanis, & Neapolitana urbe magistratus petere Salernitanum illi subditum imperio auxilia aduersus saracenos Siciliam opprimentes: cuius insulæ pars maxima Græcis per id temporis erat subdita. Græciq; forti ac fideli Normanorum opera usi saracenos omni penè Sicilia deturbarunt. Sed & ipsi Græci Normannorum uirtute per singulos dies cum admiratione considerata in eorum inuidiam suspitionemq; quàm in accepti beneficij munerationem procliuiores esse cœperunt. Id quom normani qua erant prudentia peruidissent cupientibus Græcis faciliter persuaserunt dimittendum esse in pinguis uberrimæq; rerum omnium Apuliæ hiberna uictorem exercitum, qui exhaustam belli diuturnitate & barbarorum crudelitate Siciliam instanti hyeme consumpturus uidebatur. Traductis in Italiam copijs Normanni in Apuliam delati magnam illius partem sibi subegerunt. Qui ut sedem haberent in qua mulieres pueros impedimentaq; tuta conseruarent: Melphim urbem arduo & natura communito loco ædificauerunt. Erat tunc temporis Constantinopoli imperator Michaël etbiriachis, qui magnis per legatos ex Græcia Siciliaq; & Italiæ sibi subditæ regionibus cõparatis exercitibus in Normannos duci curauit, commissumq; est secus Aufidum cannarium Apuliæ amnem & oliuentem oppidum ingens prælium, in quo Normanni superiores uictoresq; euaserunt. Multa hic de Normannorum successibus & gestis rebus dicenda omittimus, quæ tertiodecimo historiarum nostrarum libro continentur. Tancredo patre & post parum Drogone filio comite ut tunc dicebant Apuliæ mortuis Hunfredus fratrum unus in eo comitatu successit. Hicq; quom annis septem comitatum tenuisset moriens Gotfredum fratrem habuit successorem, per quod tempus Leone quinto Pon. Ro. Guaimarus Salerni princeps à suis interfectus est. Gisulphusq; Normannus Salernitanum optinuit principatum: qui pauloposť Beneuentum Ro. ecclesiæ urbem ut caperet est adnixus: quod cum rescisset Henricus II. imperator è germania Romanus Leoni ponti. per litteras & nuntios suasit ut theotonicorum copijs quas ipse Vercellis Italię præsidio reliquerat acceptis duceret in Normãnos. Id quom

Aprutium · *Tancredus* · *Apulia capta*

fecisset Leo Pontifex, superatus prelio & cum aliquot Cardinalibus captus fuit. Normanni tamen sicut decuit principes Christianos maxima usi erga pontificem reuerentia eum comitesq; honore prosecuti ad urbem Romam qua uenerat deduci curauerunt: feliciorq; fuit Normannis & melius in Romano pontifice quam in cæteris quibus ad eam seruiuerant diem collocata liberalitas, quod Romanę ecclesiæ & pontificis autoritate ea permissi sunt gubernanda tenere quæcunq; de Italia tunc temporis obtinebant. Exinde Gotfredus fato functus Bagelardum filium reliquit hæredem, quod quom ægre tulisset Robertus cognomine Guiscardus filiorū Tancredi ordine sextus uir ingentis animi nepote deiecto gentis Normannæ principatum assumpsit. Erat tunc secundus Nicolaus pontifex Romanus. Is à capitaneis Romæ quos nunc barones appellant agitatus, Guiscardum ad Aquilam urbem parum ante conditam in colloquiū accersiuit: & quom Guiscardus Beneuentum & cætera quæ iurium ecclesiæ tenebat restituisset, papa illum terræ Apuliæ & omnium quæ in Italia optinebat sub ducatus Apuliæ titulo legittimū instituit possessorem. Robertusq; ligium se, quod arctissimum seruitutis uocabulum est, pontifici & ecclesię iureiurando addixit: pauloq; post in capitaneos ducens Romanos proceres eos omnes edomitos pontifici parere fecit. Nec multo post auctus animis Guiscardus Guilelmum fratrem Apuliæ præfecit, & in Calabriam ducens sancti Marci urbem communire aggressus est. Inde progressus & castra secus amnem mocatū ad aquas calidas metatus cōsentinos martiranensesq; subegit. secundum quam uictoriam Sillaceum siue ut appellant Squilaceum accedens per Ionij maris littora peruenit Rhegiū: quam dum obsidet ciuitatē leucastrum maiam & cannalem pactione recepit. Rogerius interim fratrū Guiscardi natu minimus castris aliquādiu in uibonensi monte habitis uallem salinarū & multa in circuitu Normannorum ditioni adiecit. Nicesolā uero oppidum cōmuniens proprio curauit præsidio conseruari. Quo item tempore Guiscardus Ganfredo etiam fratri Guilliniacū & totam teatinam in nunc Apruttij regione occupata attribuit gubernandā. Inde reuersus ad regij obsidionem Guiscardus Calabris Brutijsq; omnibus & ipso regno in suam & fratrum potestatem redactis tunc primum dux Calabriæ & Apuliæ fratrum consensu appellari cœpit. Forte per id temporis Bettieminus Bescauetti maurorū principis Siciliam pro saracenorum soldano administrantis admiratus, Rogerium Guiscardi fratrem in Brutijs agentem occultus adijt: & præmio proditionis impetrato eum impulit ut in Siciliam rebellare paratissimam duceret: quē Guiscardus nauigio est subsecutus: & prima de siculis in Normannorum potestatē uenit urbs Messana. & ne plura hic quàm tempus locusq; postulet dicamus, omnis Sicilia in Guiscardi fratrisq; Rogerij potestatē breui est facta. Tuncq; Rogerius Alexandro secundo ponti. Ro. qui defuncto Nicolao suffectus erat camelos quatuor prædæ de saracenis Sicilia pulsis factæ partem dono misit. Fuit uero mirabilis dicti Roberti & fratrum cursus uictoriarum: quandoquidem intra decem & octo annos quorum ultimus fuit septuagesimus post millesimum salutis annum prædictis Italiæ regionibus & Sicilia sunt potiti. Paulopost quom Henricus tertius imperator germanus Gregorium septimum pon. Ro. acerrimo persequeretur bello contulit se Aquinū dictus pontifex. & eandem concessionem quam secundus Nicolaus fecerat Roberto confirmauit: ea tamen adiecta conditione ut marchiā anconitanam paulo ante picenum appellari solitam à suis Normannis occupatā dimitteret. unde factū est ut quom Greg. pontifex in mole Hadriani castello sancti Angeli ab Henrico obsideretur, accedens cum copijs Guiscardus & Romam per portā flumentanā siue flaminiam ceperit, & Henrico ui expulso pontificē obsidione liberatū deduxerit salernū, ubi diē post parū obijt. Tantis tam multisq; in Italia & Sicilia gestis rebus pellendo Constantinopoli Alexio imperatore Græco & quidē sceleştissimo, qui christianis inimicaretur, Guiscardus animū adiecit: sed dum Dyrrachio plurimisq; Epiri & Acarnanię ac Gręcię oppidis castellis & insulis ui captis maiora in dies molitur, apud Cassiopā insulā febri per Iuliū mensem ex caumate correptus interijt: cuius filio natu minore Rogerio Vrbanus secūdus pōtifex Ro. in Melphiensi cōcilio paternū in Italia Apuliæ & Calabrię ducatū cōcessit. Alter uero Roberti filius natu maior Boemūdus patris quē semper secutus fuerat dominij in trāsmarinis hęres & exercitus ductor relictus est. Qui quom in Rogeriū fratrē dominio Italico eū excludere cupientē traduxisset exercitū, meliorem sibi à casu oblatā secutus est fortunā. Gallicos eñ germanos hispanos & anglicos proceres in christia-

Robertus Guiscardus

Henricus III. imperator

in christianam expeditionem, ab Vrbano secundo pontifice Ro. apud clarum montẽ Aluerniæ institutã, secutus, Antiochiam durissima obsidione cepit: cuius ducatu & amplissimo principatu ab expeditionis magistratibus donatus fuit. Rogerio normanno post quintum & uigesimũ annũ defuncto, Guilielmus filius successit. Qui Alexij imperatoris Constantinopolitani filiam in matrimoniũ promissam habere sperans, in græciã profecturus suos Apuliæ & Calabriæ ducatus Calixto secundo pontifici Romano cõmendauit. Sed Rogerius altero genitus Rogerio normanno Guiscardi germano fratre, comes Siciliæ, nihil pontificem ueritus Calabriam inuasit: & prius dimidiam cepit ꝙ pontifex de ferenda ope potuerit cogitare: misit tamen Vgonem cardinalem Calixtus, per quem sedis apostolicæ legatum Nicephorim arcem, quam obsideret in Calabris Rogerius conseruare, & ipsum uerbis comminationibusq; ab incepto deterrere sperauit. Ipseq; põtifex cardinalium collegio, & Romanorum copijs tumultuarie contractis sociatus Beneuentum usq; se contulit: qua infausta in expeditione multos sibi carissimos febribus correptos amisit: & ipse mala pariter usus ualitudine lectica in urbem æger mœstusq; relatus est. Qua fretus bene gerendæ rei occasione Rogerius Calabriã omnem apuliamq; subegit. Guilielmus uero uxoris spe fraudatus, quum ad affines salernitanos in Italiã reuersus confugisset: diem ibi nullis relictis filijs obijt. Ex eoq; tempore Rogerius tantarũ rerum successu elatus, non se ultra apuliæ & calabriæ ducem, siciliæq; comitem, sed Italiæ regẽ appellare cœpit. Secundus uero Honorius pontifex, Calixto defuncto suffectus, eam dissimulauit indignitatẽ, quam secundus Innocentius Honorij successor ferre non potuit: adeo ut iracundia magis ductus ꝙ uiribus ad tantã rem aggrediendã necessarijs fretus tumultuario contractũ impetu exercitum in illũ duxerit. tanta uero profectus est celeritate, ut Rogerium, qui nullos audisset à pontifice factos apparatus, apud sancti Germani oppidum ex improuiso adortus repulerit. & eo oppido ui capto, tyrannum in castro gallutio, in quod se de fuga receperat, obsederit. Sed Calabriæ dux Rogerij filius cum exercitu ueniens, & patrem obsidione liberauit: & pontificem cum cardinalibus, fusis eorum copijs, cepit. Vsus tamẽ modestia Rogerius, pontifice cũ suis omnibus liberato, quicquid uoluit ab eo, præter ꝙ regni titulũ, impetrauit. Reuersus Romã Innocentius, adulterinũ pontificem nouum sibi suffectum reperit Petrũ Petrileonis filium, qui se Anacletũ Pontificem appellaret. Quare pisanorũ triremibus cõscensis in franciam nauigauit. Rogerius nouo & adulterino Anacleto in pontificẽ adorato, regni titulum & coronã ab eo obtinuit, primusq; omnium normannorũ absurdũ utriusq; Siciliæ regni titulũ habuit. Ad tertium inde annum Innocentius pontifex pisanorum auxilio Romã reuersus, Lotharium theotonicũ imperatorem Romanũ declarauit, & in lateranensi ecclesia coronauit: amboq; primarij christianorũ principes aduersus Rogerium cum exercitu profecti, omnibus eum spoliarunt, quæ citra frerum siculum occuparat. Nec multi intercesserunt anni, quum Rogerius Innocentij pontificis occasione mortis fretus secundo Celestino primum, post secundo Lucio, pontificibus Romanis rem suã frigide administrãtibus, & demũ Eugenio tertio præstanti Romano pontifice multis agitato difficultatibus, omnia de Italia receperit, quæ Innocentius sibi Lothariusq; abstulerãt. Is ad annũ regni Siciliæ assumpti quartũ & uicesimũ panormi moriens, Guilielmũ filium habuit successorẽ, cui ab Hadriano quarto primũ, post à tertio Alexandro, Romanis pontificibus regni Siciliæ, & ducatus Calabriæ, ac Apuliæ titulis ornato, ad annũ sui principatus quintumdecimũ panormi defuncto, alter Guilielmus filius hæres successorq; fuit. hic uero pacis quietisq; amator, quum in multitudinem pontificum Romanorũ intra annos XXV inciderit, tertium Lucium, tertiũ Vrbanum, tertium Clementem, nulla ab eorum quoq; molestia agitatus, Boni cognomine est ornatus. Tandem & ipse panormi sine liberis est defunctus. Erat tunc panormi Tancredus, quem Rogerio supradicto ex concubina genitum omnes ad eam diem spreuerant: sed regni Siciliæ proceres, ne in Romani pontificis suum id regnum recipere adnitentis potestatem fierent, uel potius, ut hoc in regnum sublato & prætenso signum suam conseruarent tyrannidem, huic regni titulum demandarunt. Iamq; Tancredus pro rege habitus, Siciliam retinebat, & Calabriæ Apuliæq; manum inijcere conabatur, quum Celestinus III pontifex Ro. illi obsistere constituit. Sextũ is Henricũ Sueuũ tunc in imperatorẽ electum, ea confirmauit conditione, ut regno Siciliæ proprijs recuperato sumptibus, & censum solueret annuũ, & terras iuris ecclesiastici sibi redderet

Alexius imperator

Rogerius

Honorius pontifex

Anacletus pontifex

Lotharius imperator

Guilielmus rex

redderet. idq; quo facilius assequeretur, Constantiã Rogerij regis supradicti filiam uirginem in monasterio panormi agentem, natu grandiorẽ q̃ quæ uix filios procreatura uideretur, dispensatione apostolica ab eo uxorẽ traduci permisit. Ingressi cũ exercitu rex & regina primo imperij sui anno Neapolim obsederũt, sed quũ pestilentia exercitũ inuasisset, re infecta abeuntes, in Alemanniã se contulerunt: qui anno inde quarto cũ paratiore exercitu reuersi, uniuerso regno potiti sunt: Tancredo & Margarito Epirotarũ rege, qui præsidio illi aduenerat interceptis. Henrico ad octauũ imperij annum mortuo electores imperij dissidentes, pars Philippũ Henrici defuncti germanũ fratrẽ: pars Otonem Saxoniæ ducem delegerunt: quẽ Honorius III pontifex Ro. coronauit. Et quia paulopost contra eius uoluntatem regnũ Siciliæ hostiliter aggressus est, excõmunicauit. Id enim regnũ Federicus Hen-

Federicus imperator Henrico sexto, & Constantia monacha genitus obtinebat: qui adolescens bonæ, ut uidebatur indolis saracenos omni Sicilia deturbauerat. Sed hic secundus Federicus ab Honorio prædicto pontifice, post Otonis excommunicationem in imperatorem declaratus Federico primo Barbarossa immanior tam multa in pontificem Honorium machinatus est: ut qui coronauerat eum bonus pontifex, imperio ac regno priuare atq; excommunicare fuerit compulsus: quem Gregorius IX pontifex Honorio suffectus, pariter priuatũ excommunicauit. Isq; sceleratissimus Federicus pontifici Gregorio per annos XIIII, quibus uixit, adeo infestus molestusq; fuit: ut diem ille mœsticia confectus obijsse sit creditus: ferunt Senebaldum de fisco cardinalem Genuensem, per tempora Honorij & Gregorij pontificũ supradictorum non uulgari cum Federico amicitia usum esse, & quum is in Romanũ pontificem Innocentium quartum Gregorio successisset: dixisse Federicum malo euentu bonum se amicum cardinalem in uehementem hostem Romanũ pontificem permutatũ habere: quod quidẽ ipse rerũ successus uerũ fuisse ostendit. namq; Innocentius cõcilio apud Lugdunũ cõgregato his quæ prædecessores sui in Federicũ gesserant approbatis lantgrauium Hassiæ illi in imperatorem primo, & paulopost eo defuncto, Guilielmum Hollandiæ comitem subrogauit: solenniq; sanciuit decreto, quod distinctione quarta & sexagesima extat: nullum de cætero qui imperator sit Romanus regno Siciliæ, quod peculiare est ecclesiæ Romanæ membrum, præfici posse. Superuixit postea Federicus annis quinq;, quo tempore multis agitatus est calamitatibus. primo namq; Henricũ filiũ, quẽ sibi Cõstantia regis Aragonũ filia uxor pepererat, ob ancillę zelotypiã in carcere necauit. Inde apud Parmam urbem prælio superatus, ditissima impedimenta, & decẽ milia milites ferro occisos

Enisius amisit: alterq; filius legitimo matrimonio ex eadẽ uxore genitus nomine Enisius, à Bononiensibus, quorũ infestaret agrũ, occisus est. tandem à Manfredo filio ex ancilla suscepto, quẽ Tarenti præfecerat, quũ leuiter ægrotaret, suffocatus interijt: post cuius mortẽ electo-

Conradus imperator res illico Conradũ dicti filiũ, quẽ ex filia Ioannis hierosolymitani regis uxore susceperat, imperatorẽ declarauerũt, qui nullo deterritus paternæ priuationis exemplo regnũ Siciliæ uiolenter ingressus est. & Neapolim accedens, cũ ciues excõmunicato deditionem facere obstinatius recusassent, urbe per obsidionẽ famẽq; potitus, mœnia multis in locis aperuit: ciuesq; præsertim primarios male habuit. subtractus tamẽ est paulopost morte, quã Manfredus frater dato ueneno accelerasse dictus est. At pontifex Innocentius quartus, qui sub ipsum necis Federici tempus exercitũ parare cœpisset: peropportune Conradi morte intellecta, Neapolim se cõtulit, quẽ apparuit etiã aduersante magnis conatibus Manfredo potiturum regno, nisi eũ mors breui apud Neapolim subtraxisset: per cuius mortis occasionẽ Manfredus prætenso Conradini ex Henrico, quẽ patrẽ Federicũ mori coegisse diximus, & Constantia Aragonensi nepotis tutelæ titulo regnum omne mirabili celeritate subegit: adeo ut prius rem confecerit q̃ Conradini pueri in Alemannia agentis tutores ueri tantæ uictoriæ certiores facti, aut uenire potuerũt, aut oratores mittere principibus regni, ac populis factæ celeritet deditionis gratiã à rege puero, sicut decuit relaturos: quod quidem ne

Manfredus rex posset accidere, Manfredus dolo ex sua ingenij malignitate usus nuntios de repente simulantes aduenisse subornauit: à quibus in regno palàm est factũ pueri regis Conradini interitũ, luctu omnia lachrymisq; in Alemãnia, ipsis pręsentibus, repleuisse. Moxq; sub ipsum rumorẽ accurate disseminatũ, Manfredus regio procedens apparatu, sese regem appellari salutariq; curauit. Id quũ rescisset quartus Alexander pontifex Ro. qui Innocentio successerat: & Manfredũ de mote excõmunicauit: & paratissimũ aduersus eum duxit exercitũ.

Manfredus

Manfredus uero pecunia abundans, quã in suorum cædibus, & regni direptione cumulauerat: & multos ex Aphrica saracenos & Florentiæ, aliarumq́ lombardiæ urbiũ extorres: qui tunc multi erant, mercede cõduxit: quo fretus exercitu Alexandrũ papã cum ignominia repulit. Creatus post Alexandri mortẽ, quæ tunc forte accidit pontifex IIII. Vrbanus ex trecis gallicus saracenos à Manfredo in Italiã Siciliamq́ perductos per crucesignatos undiq́ ex christiano orbe coactos primũ repulit. post Carolũ Ludouici regis francorũ sancti fratrem germanũ, prouinciȩ & andegauorum comitẽ, regni Siciliȩ citra ultraq́ fretum regem declarauit. Carolus uero Romã ueniens, senatoriam dignitatẽ tamdiu administrauit, quousq́ suus ex gallijs uenisset exercitus. coronamq́ Carolus & Beatrix uxor regnorum Siciliæ & Hierusalẽ accepturi, per solennẽ stipulationem annuos duo de quinquaginta mille aureos pontifici, & eius successoribus spoponderunt. Delatus ad Casinensem saltum cũ copijs rex Carolus eo ui superato, Mamfredũ quoq́ resistentẽ repulit: quẽ retrocedentem patibus castris usq́ Beneuentum insecutus est: paresq́ animis & uiribus præstantissimi duces ad diem quartũ calendas maij, anni sexti & sexagesimi supra duodecies centenum salutis cõflixerunt. Manfredus uero quẽ aliquando uariante prælio uicisse apparuit, superatus occisusq́ est: in cuius exercitu duo mille hominũ ceciderũt. Quarto Clemente paulopost in defuncti Vrbani locũ subrogato, quum Carolus adeptus, nullo post Manfredi mortẽ resistente, regnũ quietissime possideret, Conradinus adolescens suis alemannorum uiribus, & quidẽ maximis fisus, ut auitum reciperet regnũ adnixus est: ferũtq́ pontificem, qui habitus sit sanctus, cũ alemanno adolescenti ipse in gallijs oriũdus, manifesti periculi audaciã dissuadere sit ueritus, multis dixisse contraria in Romana curia & urbe sentientibus, puerũ pro uictima ductũ ingredi regnũ. Sed erat tunc Romæ senator Henricus castellæ regis frater, ex cuius sorore Constantia Conradini genitorem natũ fuisse ostendimus: quo suadente, atq́ ex urbe Roma tunc sub banderesijs semilibera auxilium subministrante alemanni furentes ingressi sunt regnum, cõmissoq́ in campis palentinis prælio: cui Henricus ipse senator interfuit, Carolus superior euasit, quũ cædes in alemannis maxima cõmitteretur senator Romanis deducẽtibus in tuta euasit. Conradinus & dux austriæ seruorum habitu fugientes ad Asturã peruenerũt: ubi ad diem cõmissi prælij octauã recogniti sunt, ad Carolumq́ perducti: in quos Carolus publice animaduerti iussit. Ad annũ postea regnorũ Caroli circiter octauũ gallis suis in Sicilia pudicitiã mulierũ lasciue nimis & petulanter pertentãtibus, siculi omniũ penè urbiũ, ac oppidorũ populi cõiurarũt, q̃ primũ die cõstituta aduesperascere cãpanis significari cœpisset cõfodiẽdos esse à singulis gallos intra mœnia repertos. quod quũ esset nõ minus crudeliter q̃ cõstanter factũ dominio gallis publice abrogato, Petrus Aragonũ rex accersitus est, qui demandatũ sibi Trinacriæ regnũ secundo octogesimo & duodecies centeno salutis anno ea prætensa ratione audẽtius accepit, q illud Constantiæ uxori hæreditario patris Manfredi iure diceret deberi, Carolo ad duo de uicenũ q̃ regnare inceperat annũ defuncto & Neapoli sepulto successit alter Carolus qui regni Italiæ partẽ Siciliæ regnũ nihilominus appellatũ quatuor & uiginti annis obtinuit. Is nulla re alia notior q̃ quia proletarius in regno quieuisse uidetur, anno ætatis quadragesimo moriens quatuordecim filios ex Maria uxore regis Vngariȩ filia: nouem mares, fœmellas quinq́ reliquit. quorũ notiores fuere Carolus cognomẽto martellus Vngariæ regni titulo insignitus: Ludouicus qui ordinis minorũ in sanctorũ numerũ translatus fuit. Et tertius Robertus, qui illi & patri in regno successor Francisci Petrarchæ amicitia nobis est notus, huicq́ ad annũ Christi tertiũ & quadragesimũ supra tredecies centenũ diem obeunti Ioanna, quæ prima est dicta in regno successit. Ladislaus exinde diebus nostris, post secunda Ioanna, dehinc Ludouicus, demũ Renatus extrẽmi galliarũ ex andegauis regũ nostri huius regni gubernacula diuersis rationibus successibusq́ usi, quod in nostris historijs diffuse apparet obtinuerũt. Et duodecimo iam anno quieta eius regni & neapolitanæ urbis possessione gaudet Alphonsus Aragonũ rex inclytus: cui inter prædictos omnes soli cõtigit, ut de capto maximis XX annorũ laboribus & periculis tãto regno curru aureo Neapolim inuectus triumphauerit. Si uero quod factitãt mercatores calculum in summas redigere uolumus, normãni quinq́ & centũ triginta, germani sex & septuaginta, galli octo & cẽtũ septuaginta, Alphõsus aragonũ XII annis quadringẽtos, & unũ cõficientes has, de q̃bus dicturi sumus, septẽ Italiȩ regiões sub unico regni quãdoq́ neapolitani quãdoq́

Alexander IIII papa

Coronati Carolus & Beatrix

Conradinus

Carolus

Galli in Sicilia cæsi

Ioanna prima

Ladislaus

Ludouicus

Renatus

Alphonsus

quandoq; Siciliæ citra fretum dicti titulo tenuerunt. Sed iam nostrũ continuaturi ordinẽ
Troentum ad troentum amnem redeamus. Continet eius fluminis sinistræ samnitum regio cum am-
plissima, tum etiam uarijs populis orisq; distincta. Siquidem precutini pinnenses Ferenta-
ni peligni marrucini furconenses amiternini uestini plurima possidentes loca populi in
Samnites Samnitibus annumerati sunt. pertinuitq; omnis ea regio (ut tandem nostræ ætatis nomini
bus utamur) ab hoc troento amne ab aquilaq; amiternensium, à fregellis, ubi nunc dicitur
Suessa pons coruus, ab reate ab suessaq; pometia uestinorum nunc sessa, hinc ad Beneuentũ, quã
inclusit ciuitatem, inde ad larinates apulorũ fines. Mutatumq; ex Samnio præsentis apru-
tij nomen magnam illius partem cõplectitur. Absurda uero est hæc facta mutatio, & pro-
Aprutium pter quã multi ex doctioribus uiris, sed regionũ imperitis credant Aprutiũ esse quod olim
Brutij brutij fuere, cum trecentis, & alicubi pluribus passuũ milibus aprutiũ distet à brutijs. To-
leranda uero uel ea ratione uidetur ipsa mutatio, q; ex particula licet tenui, tam amplæ sa-
Precutium mnitium regionis, id aprutij corpus sumpsit nominationem. Siquidem ubi precutinus di-
ci fuit solitus ager, facta ab imperitissimis mutatione dici incepit aprutinus. & quod prima
inchoauit samnij ad picentum fines particula, cæteræ samnitium particulæ atq; oræ sunt
complexæ: ut omnis regio nõ precutium, sed corrupte aprutium uocaretur. Nam Plinius
ubi hanc describit regionem, à superioribus inchoans, ut ad picenum ueniat, sic habet. Ab
aterno amne, ubi nunc ager præcutinus pennensisq; idem, castrũ nouũ, flumen iuuatinũ,
truentum, cum amne quod solum liburnorũ in Italia reliquũ est, flumen albula tessuinum,
quo finitur præcutiana regio, & picentum incipit. Est uero hæc uia, per quã duo omnium,
Hannibal qui arma tractarunt, exercitusq; duxerunt præstantissimi duces Hannibal primũ, & post
Cæsar C. Cæsar gerendis rebus maximis, in huius regni loca regionesq; uenerunt. namq; Liuius
libro XXII scribit Hannibalem post cladem ad trasumenũ Romanis inflictam Spoleto
nequicq; oppugnato duxisse in agrũ picenum, & præda omnifariam rerũ per aliquot dies
facta profectum per precutinũ & adrianum agrum marsos inde marrucinosq; & pelignos
deuastasse. Caius autem Cæsar sicut elegantissimis cõmentarijs suis habetur maximo pro
gressu omnem agrum picenum percurrit, cunctæ earum regionum præfecturæ libentissi-
mis animis eum receperunt, exercitumq; eius omnibus rebus iuuerunt. inde Cæsar septẽ
omnino dies ad corfinium commoratus per fines marrucinorũ, ferentanorũ & larinatum,
in Apuliã peruenit. Sed iam urbes, oppida & flumina, quæ Plinius hic in precutianis nunc
aprutij initio fuisse dicit nostris nominibus declarare pergamus. Illudq; imprimis nõ omit
Truentum tamus Truentũ oppidum, quod Plinius à liburnis Dalmatiæ populis secus truenti amnis
ostia ædificatũ fuisse indicat nõ extare, nec aliquod in eius uestigio parum apparente sub-
rogatum esse uel oppidum, uel castellum. Est uero primũ ad dictã Troenti amnis sinistrã
Columella oppidum Columella, deinde sequuntur contraguerra, ancaranum, morrum & minotrassi-
Ancaranum nium, quod uetus oppidũ Plinius tessuinũ appellat: cui proximũ est castellani amnis ascu-
Asculum lum ambiẽtis ostiũ, quo se in troentũ exonerat. Et ad ipsius castellani sinistrã castella sunt
monssanctus macula buffarium sanctus Vitus: cui oppido hæret uallis castellana ab eius
fluuij fonte, quẽ ibi habet, appellata, & aliquot uiculis habitata. Ab eaq; ualle ad amatricẽ
nobile precutinorũ oppidũ troento amni montes imminẽt altissimi, nullis castellis, aut op-
pidis habitati. Secundus sequitur in precutinis fluuius librata, quẽ ab aquarũ colore albu-
lam maiores appellauere. Estq; passus quinq; milia secundum littus à troento semotus. cui
dextrorsum ignobilia hærent oppida & castella Carapolis, Neretium, & ad sinistram tor-
turetum, Sanctomerus, & sanctus Egidius, ad quod castellũ libratæ siue albulæ amnis fon
Salinus tes origoq; habentur. Salinus deinceps est amnis ab appenino defluens, à quo amne uix
duo milia passus à librata recedente, remotiora sunt ad dexteram in mediterraneis monti-
Rochetta bus Rochetta castellum, & ciuitella oppidum, arcem habens omniũ eius oræ, natura loci,
mœnibusq; munitam. Sinistrorsum uero castella illi adiacent montoriũ, & superiore loco
Tordinus poggium morelli, superius Troia. Quinq; dehinc milia passus abest Tordinus amnis, quẽ
Plinius Viuantiũ appellat, habetq; in appenino ad radices corni montis originem. Hæret
uero ei dextrorsum in maris littore oppidum Flauianeum olim nobile, nunc paucis habi-
tatum colonis: quod Ptolemæus Pliniusq; castrum nouum appellant. Supraq; Flauianeũ
in mediterraneis Tordino dextrorsum proxima sunt oppida, mosanũ, ripatoni & Villan-
tum, Sinistrorsum uero eidem amni, & pariter littori proximũ est castellũ mons paganus.

supraq;

fupraq; XII à mari miliario uiciola fluuius in appennino ad cornum oriundus tordinũ au-
get. Ibiq; Teramũ eſt nobiliſſimum regionis oppidũ, quã Ptolemæus Pliniusq; interamni- *Teramum*
am appellant. Paulo enim ſupra teramum torrens nomine flumicellus influit Tordinũ, ut
tot circundatum amnibus oppidũ interamnia debuerit appellari. Genuit is locus magnũ
regioni ornamentũ Simonẽ patrem & Theodorũ filium iureconſultiſſimos gente proge-
nitos Lælia: quorũ ille in piſana Conſtantienſi & Baſilienſi ſynodis, pontificumq; Roma-
norum curia cauſas egregie perorauit. hic ſacri palatij cauſarum auditor eſt: genitorq; Ve-
netias natus Romã nunc incolunt. Ad proximumq; flumicelli ortum, tria ſunt proxima,
& prope contigua, ut unicum oppidum ſolo campli uocabulo nominentur. Supraq; uici-
olæ ortum caſtella ſunt Biſignum & Rugnanum. Tordinum autẽ ſiue iuuantinum inter
& proximum ueruſti præſentisq; nominis Vomanũ amnẽ ſex in littore milia paſſus inter-
cedunt, oppidaq; & caſtella inter utrunq; ſunt plurima partim pariter ab utroq; diſtantia,
partim alterutris pro montiũ, in quibus ſunt inæqualitate & alueorum utriuſq; amnis in-
flexu proximiora, quæ ab infimo ad ſupremum, quo ſita ſint ordine ſatis fuerit explicare,
morrum, locbariſtum, cuſtodia uomani, caſtrum uetus, transmundũ, cautianum, forcella,
mianum, rapinum, collis uetus, ſornariolũ, montorium, ripa montorij, poggiũ umbrechi,
& roſſenum. Ad uomaniq; fontẽ uici ſunt in appenino populis frequẽtes, campus toſtus,
poggium caſtellum & maſſionum: habetq; uomanus ſiniſtrorſum in mediterraneis caſtel- *Maſsionum*
la motullã, montem uiridem, & montẽ gualchum. Hucuſq; fuerunt prætutini: quãdoqui-
dem Plinius ad agrum hadriæ coloniæ, & ad aterni amnis fines agrum prætutinũ finiri di-
cit, deinceps uerſabimur in marrucinis: quos Liuius libro XXVIII dicit dediſſe uolunta- *Marrucini*
ria nomina in claſſem, quã Scipio in Aphricã duxit. & lib. LXXII bellũ deſcribens Itali-
cum dicit marrucinos marſis rebellibus cõſenſiſſe. & lib. LXXVI ſcribit Sulpitiũ legatũ
marrucinos cecidiſſe. Poſt Vomanũ amnẽ fluuius plumba ſequitur: cui caſtellũ hæret ha- *Plumba*
driæ portus appellatũ. ſuperius eſt Silua oppidũ, & Troia, ſicut Plinius: ut nũc aũt quinq; *Silua*
milia paſſus à mari, & ab utroq; fluuio pariter diſtat Hadria uetus Romanorũ colonia ar- *Troia*
duo in colle ſita: quæ ciue ornatiſſima fuit Hadriano imperatore Romano: de quo Helius *Hadria*
Spartianus. Hadrianus Hadria ortus maiores ſuos in Hiſpania ortos, per tempora Scipio- *Hadrianus*
nis in Italia reſediſſe in libro uitæ ſuæ ſcribit. & infra: Hadrianus apud Neapolim demar- *imperator*
chus in patria ſua Hadria quinquẽnalis fuit. Liuius libro XXIIII. Anno quinto belli pu-
nici ſecundi hadriæ aram in cœlo, ſpecies que hominũ circa eam candida ueſte uiſas eſſe.
ſupra hadriam plumbæ fluuio ad dexteram caſtellum hæret celinum: Superiusq; ad ipſius
fluuij fontẽ oppidũ eſt Schiranũ. eidem autẽ plumbæ fluuio ſecundo ſupra mare miliario
ſiniſtrorſum imminet oppidũ nobile, ciuitas ſancti Angeli appellata: idq; Plinius & Pto-
lemæus angolum dixere: quod enim in multis cõtigiſſe uidemus tam facilis quam pia fuit
Angoli ad angelum chriſtianis temporibus facta mutatio: & ſupra illud plumbę amni ilex
oppidũ pariter eſt propinquum. Diſtat à plumba fluuio ſecundum mare tria milia paſſus
amnis Salinus. Eiq; ad dexteram in littore hæret caſtellum, portus ſancti Angeli dictum:
ſupraq; in mediterraneis Salinus fluuio augetur nomine fino in appenino ad corni radi- *Salinus*
ces oriundo: cui dextrorſum octo imminent oppida & caſtella, quæ ſatis fuerit ordine re-
cenſere: caſſilentum, mons ſiccus, pignanum, biſentum, coruignanum, ferra, & ualuianũ:
paulo etiam ſupra fini amnis oſtium alterо Salinus augetur flumine tauo: quod pariter in
appenino ad cornum exoritur. Interq; hæc flumina pari penè diſtantia, & quarto à mari
miliario oppidum eſt in regione primarium ciuitas penne appellata, pennenſium nomine *Penne*
apud uetuſtiſſimos notiſſima. Sunt enim hi quos ſuperius Plinium poſt prætutinos pen-
nenſes diximus poſuiſſe. Eaq; in fluuiorũ peninſula tauo dextrorſum imminet collis cor-
uinus & lauretum nobile oppidũ. Sequitur in littore aterni amnis in regione primarij oſti
um, quem amnem nunc piſcariam uocant. Is fluuius Nuria apud monaſteriũ caſæ nouæ *Nuria*
ſecus appeninum oriundo dextrorſum augetur. Suntq; ad nuriæ dexterã mons ſiluanus
caſtellum, ſpoltorium oppidum, & moſcuſum, planellumq; & capagattum caſtella. & ſub
ipſo fonte abbatia caſanouæ ædificijs & cætero ornatu, ut in ea montium aſperitate, con-
ſpicua. Supra Nuriam fluuium aterno ſiue piſcariæ amni dextrorſum adiacent, Roſanum *Roſanum*
Alandum, Petranicum, turris Antonelli, & ſuperius eſt Caſtilionum. deinceps aſcenden-
ti obuius eſt fluuius caput aquæductus uberrimo manans fonte, cui fluuio ad ſiniſtram
caſtella

Capistranum castella Buxum primo, & superius ad fontem offenum adiacet: interq; ea Capistranũ duo milia passus ab eodẽ fluuio est semotũ: quod oppidũ uiro nũc ornatur celeberrimo Ioanne Capistraneo seraphici Francisci ordinis, quem decorat, alumno, miraculis & quidem frequentibus, quod post apostolorum tempora rarum ac prope inauditum fuit, in uita coruscante. Supraq; Capistranum in mediterraneis est oppidum carapellũ. dehinc arduo ascen
Aquila su aterno amni adiacent uetoritum & raianum: & superius est Aquila urbs præclara. eius originem relaturi quædam nostri huius operis intentioni accõmodata altiuscule repetemus, ut minori sit miraculo nostris hominibus tantam ciuitatem potuisse in ea montium asperitate tam breui tempore coalescere. Roma sub consulibus, atq; etiam postea sub principibus florente, hi montes, in quibus Aquilã nunc esse uidemus, duas habuere urbes, qua
Amiternum rum unam nomine Amiternum populo, quàm nunc sit Aquila frequentiorem fuisse constat. Liuius enim libro x scribit Spurium Caruilium alterum consulem amiternũ oppugnatum de samnitibus cepisse: cæsaq; oppidanorum duo milia octingentos, captos quater mille ducentos octuaginta. & tamẽ postea idem Liuius populos Italiæ enumerans, qui Lucio Scipioni in Aphricam traducturo spõte auxilio fuere, dicit amiterninos simul cũ umbris nursinis & reatinis milites illi dedisse. Virgilius uero amiternas appellat turrigeras: fuitq; situm amiternum in continuato ac plano montis dorso quinq; milia passus ab Aquila distans, cuius theatri templorumq; & turrium ingentis, ut apparet, urbis reliquiæ funda
Salustius menta cernuntur. Habuit uero ea urbs magni ornamenti ciuem Salustium Crispum nobi
Furconium lem historicum. Altera urbs in montibus Aquilæ adiacentibus fuit Furconium appellata, quæ & si amiterno nominis uetustate populi frequẽtia, & opum magnitudine fuit impar: suam tamen temporibus christianis habuit dignitatem: ꝙ omnibus concilijs quæ ante annos sexcentos Romæ, aut alibi per Italiam celebrata fuere episcopũ Furconensem ascriptum legimus. Eratq; Furconium diuersa ab amiterno regione octo milia passus ab Aquila distans in aterni amnis fluenta procliuior: ubi etiam nunc extantia quadrati lapidis fundamenta furconium appellatur, uideturq; eius urbis agrum fuisse illum maiori ex parte, quem nunc possident Aquilani. Itaq; amiternis ab ignoto nobis hoste, & furconio quod scimus à longobardis solo æquatis, ipsarum urbium & suorum agrorum populi, quos soli montuosissimi aerisq; salubritas multos gigneret cõseruaretq;, in grumosis arduisq; ascensu montibus, cõmunitis oppidis, & castellis sese cõtinuerunt. & quum dispersi ea in locorum asperitate ipsi populi nullam regiminis formam cõmunem possent continere: in tyrannorum subiectionẽ potestatemq; uenerunt, à quibus diu multumq; lacerati oppressiq; sunt: crediderimq; ꝙ tradita per quatuor, aut ad summum quinq; ætatum successionẽ publica nunc fama Aquilani affirmant factum esse, ut quum diu inuisum tyrannidis iugum excutere statuissent: singuli castellorum populi, quod prius coniuratione unita se facturos spoponderant suos quisq; tyrannos eadem trucidauerint hora. Quod autem magis cõstat liberati tot populi nihil duxere antiquius, quàm hoc murorũ orbe, quẽ nunc habet Aquila inchoato singulis castellorum populis, quos futura in urbe tenerent inhabitarentq; uicos, qui hodie quoq; internoscuntur distribuere, ut eo quisq; ardentius operi intenderet, quo sese domui & rei suæ familiari studium impendere intelligeret, operamq; nauare. Nomen uero Aquilam non ab augurio, sicut gentiles olim, sed à similitudine indiderunt: quia sperauerint eam urbem omnibus circa populis haud secus quàm aquila cæteris auibus potentiorem dignioremq; futuram. Quo autem anno Aquila urbs condi cœperit, incertũ omnibus esse uidemus, sed eam scimus minus nouam esse quàm incolæ opinentur & prædicent. Namq; in secũdi Nicolai põtificis Romani gestis rebus habetur, quod supra ostendimus, Robertum Guiscardum ad annum salutis decies centenum & sexagesimum accepisse ab eo pontifice in Aquila ciuitate ducatus Apuliæ cõcessionem. Cœperat uero eius urbis fortuna rei publicæ proximis temporibus à ciuium discordia labare, adeo ut ad pri
S. Bernardinus stinam calamitatem reditura uideretur, nisi maximo dei munere sanctum Bernardinũ Senensem apud eos diem obire contigisset: tantus namq; ex omni orbe christiano populorũ concursus ad sancti eius sepulchrum, miraculaq; uisenda est factus: ut quum urbs Aquila opibus sit aucta, tum maxime ciues concordes unanimesque sint facti. Supra Aquilam amnis aterni siue piscariæ fonti subiacet in apenino oppidum mons regalis, cui oppido incolæ affirmant, nobisque ostenderũt pirum esse proximam, colli innatam taliter fastigato:

ut aqua

ut aqua in eam pluens arborem, triplici facta diuisione in tres magnos amnes, diuersas petentes regiones, uelinum, troentum aternumq́, siue piscariam delabatur. Habet sinistrorsum aternus ostio in maris littore proximum Piscariam oppidum, cuius nomē sicut fluuij est mutatum. Siquidem aternum eam uetustissimā urbem Plinius Ptolemæusq́ appellāt. Superiusq́ urbs theatina marrucinorū à Plinio dicta septimo miliario à mari recedit, episcopo nunc & ciue suo ex nobili Volognanorū familia oriundo ornata: quā Pipinus Caroli magni filius ꝗ longobardis obstinatiore fauisset animo demolitus est: & tamen anno abinde paulo plus minus ducentesimo normanni eam duxerunt dignam, apud quā Aprutinorum gubernationis sedem tenerēt. Nam quod supra ostendimus Gaufredus Roberti Guiscardi frater, per secundi Nicolai pontificis Romani tempora occupatæ regionis caput hanc urbem guillianicumq́ oppidū faciebat. Auget superiore loco Aternū Alba fluuius binis auctus torrentulis ex maiella oriundis, inter quos oppidū est manuplellū, urso ornatum comite, ex patritia ursinorum gente Romana oriundo, & literis decorato. & paulo superius maiellæ adiacet rocha morisij: inferius cusanum, & ad aterni ripam est oppidulū turris dictū. Lucus deinde oppidū aterno est proximū ad fluuij unius ostium: quē hinc rufeus inde orta torrentes ex maiella cadentes efficiunt: intercq́ eos torrentes Caramanicum est oppidum non exile. Cantalupum deinde oppidulum ab aterno recedens, monti hæret, sub quo fons olei Petronici perennis scatet: quod quidē oleum Theotonici Vngariq́ diligentius ꝗ Italici & colligunt & asportant. proxime ad aterni ripam Tochū est oppidum, & quatuor inde abest milia passus populiū natura loci munitionibusq́, & populi frequentia nobilissimū. Nam cum eo cōfluant aternū cōficientes fluuij hinc ab aquila, siue à monte regali, inde à sulmone labentes, pons aterno primū integro, & nusquā inferius uadoso apud populium est impositus: & arces ductaq́ utrinq́ ad amnē murorū brachia claustrū efficiunt, ut in regione montuosissima munitissimum: hicq́ peligni marrucinis continere incipiunt, ad eam aterni partem hinc inde appositi, quam labi diximus à sulmone. primum uero ad hunc amnem oppidum fuit Corfinium, cuius diruti ruinis tertio miliario à populio distantibus scimpelini in campis, & pentinia est appellatio. fuitq́ id Corfinium, in quo Domitius Enobarbus sese C. Cæsari, ne Pompeiū persequeretur, opposuit. Ostendit uero Lucanus pontem, qui eum iungeret fluuium fuisse prope Corfiniū: ut non liceat suspicari eum fuisse, qui nunc est subliceus ad populium. Ite simul pedites ruiturum ascendite pontem. Pelignosq́ quod diximus continuisse marrucinis, & his ferentanos, postea larinates, Hircius in ciuilis belli cōmentarijs sic ostendit. Cæsar septem omnino dies ad Corfinium cōmoratus per fines marrucinorum & ferentanorū & larinatum in Apuliā peruenit. Sed aterni amnis quod est reliquū, & illi adiacentes pelignos, priusq́ ferentanos describamus. Ea aterni pars, quam diximus, ad sulmonem labi, geminum habet fontem, unū apud pacentrum, alterum apud uallem obscuram: delabentesq́ inde fluuij apud Sulmonē coeunt, & aternus à populio sulmonem usq́ integer planiciem X I I milia passus longitudine & uix dimidio latitudine patentem intersecar, nec ipsi integro amni præter Corfinij, ut diximus, diruti ruinas, aliud quàm Pratula castellum adiacet. Sulmoq́ proximum fluuio ad uallem obscuram oriundo oppidū est celebre: quod ciuibus opificibusq́ præstantibus, & populi multitudine frequētatur, eoq́ nos uiso Nasoni Ouidio poetæ excellentissimo congratulati sumus, qui patriam se dignam tantopere exornauerit. Isq́ eam scribit ædificatā fuisse à quodā Solymo Aeneæ comite his uersibus. Huius erat Solymus phrygia comes unus ab ida: A quo sulmonis mœnia nomē habēt. Erat uero Ouidius exul in scythia, quando dictos & alios qui sequuntur uersus in fastis scripsit. Sulmonis gelidi patriç Germanice nostræ: Me miserum scythico quàm procul illo solo est. Ergo ego tam longe, sed supprime musa querelas. Supra Sulmonem pectoranū oppidum: superius est uallis obscura, uicus planiciei quinummilium, & in ea montium celsitudine tam mirabili, quàm amplæ adiacens. Fuit uero ea planicies aliquot habitata uicis, quod extantes ruinæ ostendunt. & Plinius eos populos superequanos pelignorum appellat. Fluuius autem apud pacentrū oriundus, quum maiellam montem, à quo cadit linquere, & in campos Sulmonenses labi incipit, monasterium attingit ædificijs ornatissimum: quod frater Petrus de morrono, quando in papam Celestinum electus fuit, inhabitabat. Hanc oram, & eam quæ à populio Sulmonem usq́ campestris est, & ipsam unde geminos diximus fluuios aternū efficere, mon-

Piscaria *Theate* *Pipinus* *Alba* *Oleum petronicum* *Corfinium* *Pratula* *Sulmo* *Ouidius*

tes undiq; altiſſimi ſiniſtrorſum maiella appeninus dextrorſum claudunt: adeo ut paucis,
& quidem arduis præſidioq; communitis aditibus in eam ſit acceſſus : unde factum eſt,ut
Valuenſis ab octingentis annis citra antiquato pelignorum nomine dicta ſit ualuenſis , qua ratione
præpoſitum ſulmonenſi eccleſiæ,& omni olim pelignorum oræ epiſcopum Romana ec-
Peligni cleſia ualuenſem dicit. Sed hæc iam de aterno fluuio ſatis.alia quæ de pelignis ſuperequa-
nis reliqua nobis ſunt ultra maiellam ad dexterã, fari nũc Sangri amnis melius deſcriben-
Lentus tur. Aterno ſiue piſcariæ amni proximus eſt ad mare Lentus fluuius ex maiella oriundus
ferentanorum oræ primus:cui dextrorſum & ſub ipſo monte maiella adiacet monaſteriũ
ſancti Liberatoris, templo, ædificijs, & quod nos illuc traxit, multis & elegantibus libris
uetuſtiſſimis longobarda ſcriptis litera ornatiſſimum. eiusq; fluuij ſiniſtræ in maris littore
hæret nunc Franchauilla:quam priſci frentanam appellauere urbem frentanorum prima-
riam:de qua Liuius in I X . Aulus conſul frentanos uno ſecũdo prælio debellauit, urbemq;
ipſam quo ſe fuſa contulerat acies obſidibus imperatis in deditionem accepit . & infra de
equis triumphatum,exemploq; eorum fuit,ut marſi,marrucini, frentani mitterent Romã
oratores:his petentibus fœdus datum eſt.Frentanos uero omnium populorum ſolos fu-
iſſe fortiſſimos nonnulli opinantur in eam adducti ſententiam male conſideratis uerbis
Plinij,hanc regionem quæ ſibi fuit quarta deſcribentis.ipſe enim ordine procedens noſtro
huic contrario , & à ſuperioribus inchoans dicit à tiferno amne ſequi regionem quartam
gentium uel fortiſſimarum Italiæ in ora frentanorum:ut intelligi uelit & ipſos frentanos,
& qui ſequerentur adiacerentq; marrucinos, pelignos, & precutinos eſſe fortiſſimos:no-
tiſſimum uero eſt hiſtorias callentibus Romanas , cohortes pelignas cæteris latini nomi-
Buchianicum nis fuiſſe prælatas . Lento amni in mediterraneis hæret Buchianicum nobile ditiſſimumq;
olea oppidum. Superius item ſub maiella eſt rocha montiſplani,& ſupra fontem Lenti eſt
caſtrum menale. Ad Lentum in littore ſequitur forus amnis maiella pariter oriundus. Cui
quinto à mari miliario proximum eſt dextrorſum uilla maina oppidum : & ſuperius ſub
maiella Prætorium item oppidum , foroq; ſiniſtrorſum eſt proximum milianicum, & ſu-
pra ad ipſum torrentem aliud oppidum fara:ſuperius rapinum caſtellum , & ad maiellam
Morus penna. Recedit in littore à foro Morus alter fluuius octo milia paſſus : & quum eo in ſpa-
tio littori immineat , & foro proximum ſit caſtellum Tullum , moro proxima eſt ad duos
Ortona mille paſſus,mariq; contigua uetuſtiſſima urbs Ortona:quam Ptolemæus ſimul cum ater-
ni amnis oſtio in pelignis enumerat:ſed Plinius,cui in rebus Italiæ magis credimus , quic-
quid eſt ab aterni amnis oſtio in larinates frentanorum oræ attribuit:quin ipſe etiam Pto-
lemæus ſicut & Plinius Frentanam urbem aterno ſiniſtram,ubi nunc eſt Villafrancha,po-
nit:ut aut Ptolemæi picturam eſſe deprauatam , quæ contraria habeat , aut eos qui retule-
runt ſibi erraſſe non dubitemus . Inter urbem Ortonam & Forum amnem ad uſq; maiellã
montem multa ſunt oppida & caſtella,quæ ab infimis ad ſuprema,quo ſint ordine ſita,do
cebimus. Tullo iuianum ſupereminet,& ortonæ ad dexteram arum, arouacrum: ſupraq;
ea oppida eſt caſa candidella caſtellum . ſuperius ſanctus Martinus, & illi ſiniſtrorſum eſt
Flettum . Ortonam uero inter & Morum fluuium in mediterraneis eſt crechiũ. ſuperius
ſunt Ariellum atq; Orſogna, Moroq; fluuio ad ſiniſtram hæret ſanctus Apollinaris : ſupra
Caſtrũ nouũ eſt Friſium , & ſuperius Caſtrum nouum lanciani . At ſupra eius fluuij fontem ad duos
Guardia galli mille paſſus oppidum eſt guardia galli dictum. paruus deinceps fluuius ad Morum ſequi-
Lancianum tur Feltrinus:cui unicum hæret in littore caſtellum , ſanctus Vitus Lanciani dictum, & in
eo quod quatuor milia paſſus ad Sarum amnem intercedit ſpatio Lancianum oppidum
præſtantiſſimum quatuor item milibus à mari recedit : quod Anaxanum à maioribus ap-
pellatum magna populorum ad nundinas quotannis conuenientium frequentia celebra-
tur. Lancianoq; dextrorſum ad maiellæ radices palumbarium procul abeſt , cui oppido
Sarus penna caſtellum in montibus ſupereminet. Saro amni quem nunc corrupte ſangrum di-
cunt , dextrorſum in maritimis proximum eſt monaſterium ſancti Ioannis, ubi celeberri-
mum fuit Veneris templum. Supra ſunt caſtella, foſſa cæca,& rocha ſancti Ioannis uene-
re:ſuperius que Saro ſunt proximæ ingentes reliquiæ urbis dirutæ, quam Ptolemæus &
Plinius bicam nunc ſecam incolæ appellant. Auget dextrorſum amnem Sarum, ſiue San-
Auentinus grum Auentinus fluuius , in ſuperequanis pelignorum apud furcham palenæ oriundus:
in ipſum que Auentinum item dextrorſum ſe exonerat Viridis torrens inter monaſteriũ
ſancti

sancti Martini, & Faram oppidum ex maiella monte oriundus, & supra sanctum Martinum Viridisq; torrentis ortum maiellæ radicibus proxima sunt oppida, Ciuitella & Lama. Auentino autem amni postquam uiridi auctus est dextrorsum proxima sunt oppida, Tarantum lectumq; Paleni, & palenum pro pelignum corrupte appellatum. Nam ea est pelignorũ altera pars quos diximus superequanos à maioribus uocari: sicq; paulo superius Furca oppidum, ubi Auentinus oritur, palenæ pro peligna nunc dicitur: cui cernuntur proxima oppidi, ut apparet, uetustissimi fundamenta. Ornatum uero fuit Furca oppidum sancto & celebris famæ Anachorita Nicolao Furcensi: qui proximo anno apud urbem Romam centenarius est defunctus, miraculisq; plurimis coruscauit. Apudq; hæc loca, ut in amplissimis montibus ampla & plana finit mons Maiella: quem ut diximus separatum ab appenino Samnitium olim nunc Aprutij regio habet altissimum. Ad Furcam uero palenæ siue pelignam planicies sinistrorsum continet furcæ appellata, in qua sunt peschum, Constantium & Riuus sonulus oppida populis frequentata: quæ quidem loca breuibus, sed arctissimis inter scabros montes semitis aditum habent ad planiciem quinummilium: quam supra in superequanis pelignorum primariam esse diximus. Auentino amni sinistrorsum, qua eum influit torrens Viridis proximum est casale oppidum, superius collis macinarum & salascusium. Inde altissimi montes piciorum Auentinum amnem usq; ad fontem magnis & inaccessibilibus rupibus superincubant. Sed amni Saro siue Sangro supra Auentini amnis influxum item dextrorsum plurima adiacent oppida & castella, quæ ascendendi ordo faciet notissima, Altinum, Rocha scalogna, Gipsum, Turricella, Penna hominis, mons Niger, Bonanox uilla ubi ponte amnis est iunctus Mons lapianus Fallũ. & paulo superius arduo inter montes altissimos aditu petitur Ciuitas luparella oppidum, natura loci additis operibus, & populi frequentia munitissimum. Supra sunt Quatrum, Misferatum, Ganbatarum, Petra ansuria: & secus sarri siue sangri fluenta est oppidum sancta Maria de quinq; milibus, superius Rocha quinquemilium. deinde influit Sarum rasinus torrens ad planiciem Furcæ pelignorum oriundus: cui castellum hæret rocha rasini dictum. superius ad Sarum sunt item dextrorsum Scontronum, post uilla uallis regiæ sari ipsius, siue sangri amnis fonti proxima. at iuxta mare saro amni sinistrorsum eiusdem nominis ciuitas uetusta erat apposita: cuius pridem destructæ uestigia dinoscuntur: superiusq; castrum Palietti proximis temporibus nouum est suffectum à palearum copia dictum, q in eum campestrem locum montanæ adiacentis oræ segetes demessæ ad trituram à uillicis congregantur. prius uero quàm adeatur proximus mons arduus Palani dictus, oppidum cui archæ appellatio est saro proximum inuenitur. In monte autem Palani oppida sunt & castella, Bomia, collis medius: & trans riuum Mons ferrandus, inde petra ferracina. pertinent uero superius ad sarum plurima item oppida & castella, quæ ascendendo in fontem ordine describemus. petræ ferracinæ supereminet castrum pili, & post est ciuitas bucelli: deinde sunt pesulum pineatarij sanctus Angelus pesculi Castrum iudicis clarum in regione memoria Iacobi caudolæ magni per ætatem nostram exercituum ductoris: qui ex eo oppido duxit originem. supraq; est sinistrorsum arduo in colle oppidum capracotta: & interius in depræssa ualle adiacet maiellæ Anglona, quod oppidum nunc in regione primarium prisci aquiloniam appellauere. inde sanctus Petrus de auelana, & postea ad sari amnis fluenta oppidum est præstantissimum Castrum sangri appellatum, opificibus uarijs, sed imprimis fabris ferrarijs frequentatum: hi enim minima quæq; & maiuscula cuiusque usus instrumenta ex ferro tam fabre ducunt, ut paris ponderis ac mensuræ argentea pulchritudine, ac precio uel superent, uel æquent. Supra Castrum sangri eidem fluuio hæret oppidum Aufidena: de qua Liuius in decimo. C. Fuluij consulis clara pugna ad Bouianum fuit. Bouianum inde aggressus, nec multo post Aufidenam ui cepit: deinceps sunt castella, uallis regia, ciuitella, rocha: inter montes opum & pesculum, asserulum in appenini iugo amnis sarni fontibus subiectum. At in littore maris sequitur Sentus fluuius in monte palario oriundus: cui in mediterraneis dextrorsum Atissa & Tornaticum oppida adiacent, & Sentum inter ac proximum asinellam fluuium sancti Stephani monasterium est in littore. Intus uero castella sunt & oppida, turinum, casale, burdinum, polutrum, fernium, casalangra, pilicornum. Ad asinellæq; sinistram in littore est penna castellum: superiusq; uastum aimonis nobile & uetus oppidum, quod prisci dixere histonium,

Furca — *Mons maiella* — *Quatrum* — *Iacobus caudola* — *Anglona* — corrige Palano

idq; theatri uetustissimi uestigijs & palatio est ornatū : quod Iacobus caudola, ut in ea ora superbissimum ædificauit. Asinellæq; fluuio in mediterraneis dextrorsum adiacet mons dorisius oppidulum, comitatus ampli titulo insignitum: superiusq; ad asinellæ fontem tendenti, castella sunt obuia, gipsum, carpinionum, basilica, gelinum & tripalum. Deinceps Trinius asinellæ proximus est in littore Trinius amnis portuosus a Plinio appellatus. finistrorsum uero trinius habet montem nigrum oppidum quatuor milia passus à mari, & totidem ab Triuentum ipso fluuio semotum. superiusq; sunt, castellutium, rochauiuara, Triuentum nobile oppidum, comitatus ampli titulum ditionemq; habens: quod nunc Antonius Iacobus caudola, & ipse fortissimus ductor possidet. Inde sunt Salcitum, Fossa cæca, Bagnodum & Ciuitas noua. deinceps in ipsius triuij amnis ortum, montes altissimi appenino continuantur: quibus in montibus castella sunt rara, & ipsa populis infrequentia. post triuium amnem tifernus Samnitium in mare adriaticum ultimus illabitur: qui fluuius apud Bouianum urbem uetustissimam in monte item tiferno habet originem: de quo monte Liuius in decimo. Volumnius in samnio interim res gerit. Samnitiumq; exercitum in tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci fundit fugatq;. Est in tiferno amni ad dexteram oppidum termole mari proximum, quam Guido rauennas interamniam uult fuisse dictam, ut locus uideatur fuisse, in quo magnus philosophus Plato libros de ideis scripsit: quos in locis Italiæ eius oræ, & in urbe interamnia illum scripsisse constat. Intus octauo à mari miliario amni tiferno ad mille passus hæret Guillimacum oppidum nobile: & superius VIII. item miliario est guardia alferi dicta. Inde luparia, carchabotatium, lucitum, lumesanum, castrum pignani, ochetta, casale riparandi, lispinetum, tornaquisium. Et supremo, ut diximus, loco Bouianum, quæ urbs ditissima, & penè omnium totius samnij prima Bouianum ria aliquando fuit habita. Liuius enim libro IX. Consules egregia uictoria parta protinus inde ad bouianum oppugnandum legiones ducunt, ibiq; hiberna egerunt, & infra. Inde uictor exercitus bouianum ductus. captū hoc erat pentheorum samnitum longe ditissimū atque opulentissimum armis uirisq;. spe prædæ milites accensi, oppido potiuntur, prædæ plus ibi quàm ex omni samnio unquam est egestum: benigneq; omnis militi concessa. & infra quum bouianum rebellasset, C. Fuluij consulis clara pugna ad bouianum fuit. Bouianum inde aggressus, nec ita multo post Aufidenam ui cepit. Sed iam finis adest Samnitium regionis, quæ à troento ad tifernum amnem apulis continentem, appenino & mari supero, siue adriatico concluditur: quamq; nunc aprutium, ut diximus, corrupto à precutinis uerbo appellant: ad aliam transeundum est partem samnitum, qui transappeninum incoluere. Difficiliorem uero habet hæc regio cæteris omnibus descriptionem, non solum ꝙ multis abundat rebus in ea gestis: uerum quia hæc sola appeninum hincinde complexa est, ut flumina, quibus diuiditur designaturq; proxima regio campania prius dimidiata in montibus huic ipsi samnio, post in campos deducta campanię sint attribuenda. habebit tamen id commodi ipsa descriptio, ꝙ faciliorem reddit campaniæ descriptionem: quia quæ samnium ad hanc partem in montibus terminant flumina, eadem quoque campaniam in Liris mediterraneis, & ad mare complectuntur. Liris itaq; nunc Gaurianus duos in Samnio habet fontes, unum ad capistrellum, in appenino castellum, & octauo supra soram miliario: alterum ad postam castellum, quatuor à sora milibus distans: fonsq; hic aquis copiosissimus esse uidetur ille, quem Plinius asserit uideri à lacu fucino originem trahere. duo hi ra- Insula mi quum infra Soram coeant insulam efficiunt. In qua sunt castella Peschum, posta & lo- Peschum brottulum. Soram autem uetusti præsentisq; nominis urbem Samnium primam hac in Posta parte habet: de qua Liuius in septimo: L. Genutio Sergio Cornelio consulibus Soram atq; Sora Albam coloniæ deductæ. sora agri uestini fuerat. sed possederant samnites. eò quatuor milia hominum missa. ꝙ autem soram dicit Liuius fuisse agri uestini hac ratione certum est: quia quum Vestina urbs fuerit ad Lirim in campis, qui nunc sessæ dicuntur: sicut in campaniæ descriptione dicemus: quicquid ab ostio Liris, quo in mare defluit, ad Soram usque ipsi adiacebat fluuio, uestinorum uocabulo est comprensum. unde Lucanus Lirim describens dicit uestinis impulsus aquis. & suessa pometia, quæ nunc est sessa, uestinorum appellata est. Cum uero Sorani ad suos samnites defecissent: sic de eis dicit Liuius. Mutata tamen belli sedes est ad soram, & ex samnio apuliaq; traductæ legiones. sora ad samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum; quo quum prior Romanus exercitus ad ulciscendum

scendum ciuium necem, recuperandamque coloniam magnis itineribus peruenisset: sparsi per uias speculatores sequi legiones Samnitium, nec iam procul abesse alij super alios nun tiant. obuiam itum hosti, atque ad lausulas ancipiti prælio dimicatum est. Soram inde re/ ditum: nouique consules M. Petilius, C. Sulpitius, quia per difficilem urbis situm Soranus transfuga decem Romanos in arcem duxit: & ciuibus per noctem refractis ui portis fugi/ entibus ingressus est Romanus exercitus: trecenti x x v. qui omnium consensu designa/ bantur nefandæ colonorum cædis & defectionis auctores uincti, Romam ducti, & uirgis in foro cæsi, & securi percussi summo gaudio plæbis, cuius maxime intererat tutam ubi/ cunque in colonijs multitudinem esse. Soram uero quum post prædictam cladem dedu/ cta à Romanis fuisset noua colonia, & diu satis floruisset: Federicus secundus imperator germanicus per tempora Gregorij noni pontificis Romani eam destruxit. Nihilominus ipsa nunc ducatus titulo & duce optimo literisque decorato ornata mediocris oppidi po/ pulum diuitiasque habet. Insulæ quam bifurcatus in samnio liris, sicut ostendimus, efficit: montes supereminent altissimi ad appenini iuga pertinentes, in quibus nulla est hominū habitatio. Eisque dextrorsum adiacet plaga, ut in ea montium asperitate amœnissima, cui nunc Cominum est appellatio. montibus enim circumsepta altissimis, castella habet ad octo populis frequentia Vicalium, Aluetum, sanctum Donatum, Septem fratres, Picine/ stum, Galinarium & Casaliuerum. Eam uero plagam uetustissimi Comminium appella/ uere ab urbe eius nominis, cuius locum incolæ nunc ignorant: de qua Liuius in decimo. Inde Caruilius ad Comminium captum: cæsa quatuor milia octuaginta. accepta in fidem x v milia c c c c. Sed hac eadem in ora montibus dextrorsum subiecta est Atina urbs ue tustissima: secus quam Melsa fluuius labitur, ex appenino oriundus, & apud Fregellas in Lirim defluens. Estque Atina, quam Virgilius facit arma Aneæ fabricasse. Quinque adeo magnæ positis incudibus urbes Tela nouant, Atina potens. & Liuius in nono. C. Petilius dictator, quum audisset arcem fregellanam ab Samnitibus captam, omisso Bouiano, ad fre gellam pergit. unde nocturna Samnitium fuga sine certamine receptis fregellis, præsi/ dioque ualido imposito, in campaniam reditum maxime ad Nolam armis repetendam, quę capta est à C. Cassio consule: à quo etiam Atina & Calatia captæ. Descendendo ad infima prædictæ regionis montanæ, fluuio Melsæ sub casaliueri castello sinistrorsum hæret Schi/ aui oppidulum. Inferius celso item in loco est Arpinum, fama celeberrimum M. Tullij Ciceronis, & C. Marij, quos habuit gloriosissimos ciues: de qua Liuius in nono. Eo anno Sora & Arpinum recepta à Samnitibus. & libro decimo. Arpinatibus & trebulanis ciui/ tas data. & sub Arpino Melsæ fluuio sinistrorsum proxima sunt castella, Fontana & Ar/ ce. At sub sora, ubi bina liris capita coeunt, est Insula oppidum, ab ipsis duobus fluuijs cir/ cumdatum: quod maiores interamniam appellauere. & secundum eius fluuij decursum castella, Turris, Campus latus, & Insuletta inueniuntur. est etiam nunc paulo superior par ua nunc, sicut semper fuit insula magno eloquentibus gaudio inuisenda: apud quam na/ tus est & non arpini M. Cicero. sic enim ipse in suis legibus scriptum reliquit. Sed uen/ tum in insulam est. hac uero nihil est amœnius. Vt enim hoc quasi rostro finditur Fibre/ nus, & diuisus æqualiter in duas partis latera hæc adluit: rapideque dilapsus, cito in unum confluit: & tantum complectitur quod satis sit modicæ palestræ loci, quo effecto tanquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis effecerit sedem ad disputandum statim præ/ cipitat in lirim. & quasi in patritiam familiam uenerit amittit nomen obscurius: liremque multo gelidiorem facit. Nec enim ullum hoc frigidius flumē attigi, quum ad multa acces/ serim, ut uix pede tentare id possim, quod in Phædro Platonis facit Socrates. & infra se/ cundo libro, Quia si uerum dicimus, hæc est mea, & huius fratris mei germana patria, hic enim orti stirpe antiquissima sumus: hic sacra, hic genus, hic maiorum multa uestigia: quid plura: hanc uides uillam, ut nunc quidem est lautius ædificatam patris nostri studio: qui quum esset infirma ualitudine hic ferè ætatem egit in litteris. Sed hoc ipso in loco, quum auus uiueret, & antiquo more parua esset uilla, ut illa curiana in Sabinis, me scito esse na/ tum. Quare id est nescio quid quod latet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus for tasse delectet. Succedit ordine describendus à nobis fluuius apud pontem coruum, ubi olim fregellas fuisse diximus, cadens in Lirim, & apud montis Casini radices labens. Cui fluuio haud longe remotum, & Casino ad quinque milia proximum est campestre oppi/

Cōminium

Atina

Melsa

Arpinum

Insuletta

Aquinum dum gloria Arpino nullatenus cedens, Aquinum Thoma primum sanctissimo atque doctissimo ecclesiæ doctore, & Pescenino Nigro imperatore Romano, certe præstantissimo, ac Iuuenale poeta satyrico ciuibus decoratum. Gregorius quoque septimus pontifex Romanus, anno salutis tertio septuagesimo, supra millesimum, Roberto Guiscardo Apuliæ & Calabriæ ducatum in Aquino oppido solenniter concessit. at ultra Aquinum hinc est sinistrorsum rocha sicca oppidum, inde celso in monte, ubi urbs olim fuit Casinensis, est monasterium casinense à sancto celebriq; monachorum patre Benedicto ædificatū, quanquam ea quæ nunc extant ipsius monasterij ædificia non sunt illa, quæ bonus ipse pater Benedictus extruxit, quod paulo post illius obitum Longobardi omnia funditus demoliti sunt. contulit se ad id monasterium Totila rex Ostrogothorum fama ductus sanctimoniæ tanti uiri: & tentare uolens, si quod sibi dictum erat, Benedictus spiritu prophetico occulta cognosceret: sese famulum indumento mentitus alium præmisit, qui regio ornatu & apparatu regem Totilam simularet: quem recognitum sanctus abbas, cum placido uultu ad cæterum famulatum reiecisset, regem digito significatum, ut erat sordide indutus, ad se in monasterij uestibulum uocauit. nec tamen hæc & alia sanctitatis signa, quæ Longobardi à Benedicto uiderunt, adeo eos continere potuerunt, quin præscito, & per sanctum ipsum monachis prædicto dei iudicio, crudelis & effera gens prædicta celebre id cœnobi-

S. Germanus um diruerit. Ad Casini quoque montis radices nouum est oppidum sanctus Germanus, à sancti abbatis conditoris sui nomine appellatum: intra cuius mœnia, & per circuitum scatentes uberrimi fontes, amnem augent quarto supra miliario apud oppidum sanctum Eliam oriundum: qui tertius Lirim amnem in samnitibus efficit. isq; amnis duodecim expletis passuum milibus, in maiorem Liris cursum apud castellum pontem coruum, sicut ostendimus, cadit. Vrbs uero quam fuisse diximus in Casino monte, re publica florente, fuit Romana colonia: de qua Liuius in nono: Volsci pontiam insulam sitam in conspectu littoris sui incoluerant: & uicerunt, ut casinum deduceretur colonia. sicut factum est. tradit q; Plinius, Lucio Crasso, Caio Cassio longino consulibus casini puerum factum ex uirgine sub parentibus: iussuq; aruspicum deportatum in insulam desertam. & Liuius libro XXII: imperat duci, ut se in agrum casinatē ducat, edoctus à peritis regionis, si eum saltum occupasset exitum Romano ad opem ferendam socijs interclusurum. Liuius quoque uiam describens, qua Hannibal ex campania Romam petijt, sic habet in XXVI: per suessulam alisanumq; & casinatem agrum in uiam latinā ducit: sub casinum biduo statiua habita, & passim populationes actæ: inde præter interamniā aquinumq; in fregellanū agrū

Interamnia ad lirim fluuium. Interamniam uero fuisse credimus, ubi sub sancto Germano ad duo mi-

Fregellæ lia passus eidem fluuio magnæ ingentesq; uetustorum operum ruinæ continent: & fregellas fuisse, quem nunc pontem coruum dicimus satis constat. ultimo supra dicti liris fonti

S. Elias apud sanctum Eliam oriundo, haud longe Vulturni amnis origo distat. Nam quum intra

Vulturnus duodecim milia passus uallem rotundam, & aquam fundatam oppidula ad appeninū pergens, post tergum reliquerit, sancti Vincentij oppidum reperit: quod monasterio eiusdem nominis, à quo id accepit nomen, ad mille passus est proximum: idq; monasterium olim frequentia monachorum opumq; affluentia & magnificentia ædificij celeberrimū omnibus penè nunc temporum malitia spoliatum est. Circumdatū uero est nascentis loco uulturni fluuiolo, qui breui cursu maximum à scatentibus circumquaq; fontibus accipit incrementum. Isq; amnis superiore parte, sicut diximus, per samnites delapsus campaniam postea in mediterraneis & maritimis penè dimidiā diuidit. qua ratione cum ab ostijs, quibus in mare defluit, nunc ex more nostro non liceat descriptionem, è contra à fonte incipimus. Primum descendentes ad dexteram oppidum Vulturno adiacens montaquilum inueniunt: post Rocham rauimolam, deinde sanctam Mariam de olivieto. deinceps obui-

Venafrum um est Venafrum in campaniæ partibus describendum. In montibus autē appenino contiguis, qui Vulturni amnis fonti dextrorsum supereminent sunt castella, mons niger & riuus frigidus. & inferius est forulum uetusti nominis castellum: Postea secundum uulturni decursum descendentes fornellum ipsi amni ad tria milia passus proximum inueniunt: quod oppidū noui nominis populo opibusq; plenū uini præstantiā in regione habet. uulturnoq; è regione fornelli cōtinet uallis, quā porcinā appellant: in qua uetusti, & ut apparet, magni olim oppidi ruinæ conspiciuntur: pauloq; inferius uulturnum influit amnis ab

eserniа

Esernia delapsus uetusta olim Romana colonia, de qua Liuius in belli Italici siue socialis L X X I I. Esernia & Alba coloniæ ab Italis obsessæ. Ad eum uero Eserniæ fluuium paulo prius quam in uulturnum labatur uestigia cernuntur ingentia urbis usq; ad fundamenta dirutæ. quam fuisse constat Telesiam urbem samnitium potentissimam: de qua Liuius in X X I I Annibal ex hirpinis in samnium transit: beneuentanum depopulatur agrum: Telesiam urbem capit. Et in X X I I I I. Fabius in samnio oppida ui recepit Compulteriam Telesiamq;. & compulteria quidem Telesiæ dextrorsum uicina fuit: in ea tamen procliuior loca quæ nunc trapiatam & pratum appellant ac mastratum. deinceps beneuentana sequitur ora totius samnij primaria, & cęteris de Italia rerum gestarum multitudine ac magnitudine copiosior: quæ montes habet Apenninum sua cælsitudine superantes, riuis alicubi rupibusq; omnino insuperabilibus separatos. Est tamen fluuijs torrentibus lacu fontibus quàm irrigua: protenditur uero hæc ipsa samnij pars si Apennini iugum sequimur milibus passuum octuaginta ab ipsis uulturni fontibus ad silaris Lucaniæ fluuij ac limitis ortum. & qui ipsi insunt oræ fluuij præter admodum paucos unico amne sabbato excepti defluunt in uulturnum, ut sabbatum parte infima stipes cæteri amnes arboris rami esse uideantur: unde cogimur ab ipso incipientes stipite ramos qui ad dexteram ascendendo inueniuntur primum, postea eos qui sinistrorsum Apennino dilabuntur ex superiore instituto nostro describere: intraq; eam arboris amnium descriptionem quicquid regionis samnitium nobis est reliquum comprehendemus. Attingamq; prius eos amnes qui dextera sabbati confluentia quam longe ab Apennino in mediterraneis oriuntur: primusq; post Eserniensem pratellus fluuius à proximo eius nominis oppido appellatus ex infimis mathesij montis radicibus ortum habet. Nam Mathesium Apennini promonto- *Mathesium promontoriū* rium & in sublime surgens & longe in mediterranea lateq; diffusum sterile ut plurimum atq; petrosum unico ad hanc partem castello habitatum est gallo pratelli amnis fonti proximo: fuitque mons in quo primarij samnitium habitauere uiri fortes utpote montani. unde montesij prius appellabantur à quibus facta uerbi corruptela Mathesium dicitur promontorium. Hi autem montes sunt de quibus habet Liuius I X. Samnites ea tempestate in montibus uicatim habitantes campestria & maritima loca contempto cultu molliore atque ut euenit loci dissimilitudine ipsi montani atq; agrestes depopulabantur. Quæ regio si fida samnitibus fuisset, haud peruenire Arpos Romanus quiuisset exercitus. sub Mathesio lacus est decem milia passus circuitu complexus: ad cuius inferiora parum à uulturno distantia Aylonum est oppidum, inde sancti Angeli castellum de rupe canina appellatum: à quo haud longe recedit pes montis oppidum colli superimpositum arduo, ex quo fluuius oritur breui quatuor milium cursu secus aliphas urbem decidens in uultur- *Aliphæ* num: ut eum collem esse oporteat illum in quo Fabius Maximus Annibalem insecutus arduo consedit loco: sicut Liuius in X X I I I. per hæc uerba habet. Annibal transducto per saltum & quibusdam in ipso saltu hostibus oppressis in agro aliphano posuit castra. Fabius quoq; mouit castra: transgressusq; saltum super alipbas loco alto ac cōmunito consedit: & de aliphis in I X. Dum hæc in etruria geruntur, consul alter C. Martius Rutilius alipbas de samnitibus ui cepit. & infra: Fabius consul ad urbem aliphas cum samnitium exercitu signis collatis conflixit, minime ambigua res fuit: fusi hostes atq; in ca[illegible] compulsi. postera die deditio fieri cœpta: & pacti qui samnitium forent cum singulis [illegible]stimentis emitterentur: hi omnes sub iugum missi. socijs samnitium nihil cautum, ad septem milia sub corona uenierunt: qui se ciuem bernicum diceret in custodia habitus. Fluuius inde sequitur supra petram roiam oppidum ex Mathesio oriundus cusanum correctum babens oppositum, qui prope puianellum oppidum labitur in uulturnum: habetq; sinistrorsum is fluuius oppidum fauiculum, & loium in mediterraneis propinquum: sed iam ad sabbati stipitem est peruentum. Is amnis primo dextrorsum Seritella augetur ex *Loium* caudinis montibus oriundo: & in ualle quam Seritella toto efficit cursu hæc sunt oppida: *Seritella* Castrum potonis, Pesolia, Mons saticulus, de quo Virg. in V I I. saticulus asper. & Li. X X I I I. Marcellus à casilino calatiam petit. Inde uulturno amne traiecto per agrum saticulanum trebulanumq; super suessulam peruenit Nolam. Et superius uallis est caudina in qua apparent uetustæ urbis caudij fundamenta. Nec longe abest harpadiū nunc quod prius hirpinum dicebatur. Id oppidum furculis proximum est caudinis clade Romano-

rum insignibus. De hisq; duobus locis sic habet Liuius in IX. samnites eo anno consu/
lem C. Pontium herennij filium habuerunt. exercitu educto circa caudium quàm potest
occultissime ducit: Inde ad Callatiam ubi iam consules Romanos castraq; esse audiebat
milites decem pastorum habitu mittit: pecotaq; diuersos alium alibi haud procul Roma/
nis pascere iubet, præcipiens ut ubi inciderint in prædatores idem omnibus sermo con/
stet: legiones samnitium in Apulia esse: Luceriam omnibus copijs circumsedere, nec pro
cul abesse quin ui capiant. Saltus duo alti angusti siluosiq; montibus circa perpetuis inter
se iuncti: latet inter eos satis patens clausus in medio cāpus herbidus aquosusq;: per quem
medium iter est. sed antea quam uenias ad eum intrandæ primo angustiæ sunt: & aut ea/
dem qua te insinuaueris retro uia repetenda: aut si ire porro pergas per alium saltum altio
rem impeditioremq; euadendū. T. Veturius caluinus Spurius Postumius consules erant.
Item Liuius de hirpino lib. XXIII. Annibal post cannensem pugnam ex Apulia in sam
nium mouerat accitus in hirpinos à Statio pollicente se compsam traditurum. Item infra.
Eadem æstate Marcellus à nola quam præsidio optinebat crebras excursiones in agrum
hirpinum & samnites caudinos fecit. & infra Annibal profectus harpis ad tiphata. Et Li/
Liuius uius item in bello sotiali lib. XXV. Lucius Sylla hirpinos domuit: Samnites fudit. Ab/
sunt hæc loca à Beneuento fluuijs ubi expedit transmissis decimo uallis caudina miliario
& furculæ quatuordecimo. Ad alteramq; uallis caudij partem oppida sunt sanctus Mar/
tinus: penna, scurmina & Sanctangelus ad scalas. fluuius deinde sequitur dexterum illa/
bens Sabbatum ex monte uirginis arduo quidem & late diffuso nascens. Ad cuius ual/
lem alta uilla primum est oppidum: post mons freddunus castellum. & in proxima ualle
Auelinum Auelinum ciuitas uetusta, quam Ptolemæus Abellam: Plinius Abelinum uocat. & ta/
Mercuriale men ab auelana nuce appellatum dicit, quæ ibi plurima habebatur. Superius est Mercu/
Virginis mo riale castellum, & longe supra uirginis monasterium: quod ex magnæ matris deûm fano
nasterium in gloriosæ uirginis Mariæ dei genitricis ecclesiam christianis temporibus est mutatum.
Nam Antoninus pius in itinerario uiam describens à Beneuento ad columnas, ad Mer/
curialem primum post ad magnam matrem posuit. Altera iterum uallis superior torrenti
apposita in Sabbatum defluenti, hinc Atram paludem inde Serenum oppida habet. dein/
ceps sunt Apennini iuga montes tremuli appellata à quibus Sabbatum habet ortum. In/
ferius ad Sabbati sinistram urbs est Beneuentum: quam urbem Seruius in Virgilij octa/
uum super uerbo Diomedis ad urbem, dicit à Diomede conditam fuisse, de qua Liuius
Beneuentum IX. Ad Beneuentum quod tunc maleuentum triginta milia samnitum cæsa aut capta
Sulpitio & Petilio consulibus. & libro decimoquarto scribit coloniam à Romanis cum
arimino fuisse deductam. Et libro XXII. Annibal ex hirpinis in samnium transit, Bene
uentanum depopulatur agrum. Et libro XXIIII. ubi & amnis proximi mentio est. &
ad Beneuentum inquit parte altera hanno ex brutijs cum magna peditum manu, altera
Gracchus à Luceria accessit: qui prius oppidum intrauit. Inde ut Hannonem ad amnem
Calorē tria milia passus ipse egressus mille fermè passus ab hoste castra locat. Nec hostes
moram dimicandi fecerunt. decem & septem milia peditum erant maxima ex parte Bru/
tij & Lucani, equites tria milia ducenti: pugnatum est quatuor horis. Volones facti sunt
liberi, minus duo milia hominum ex tanto exercitu euasere, ex uictoribus Romanis fer
duo milia ceciderunt, quam pugnam Gracchus Romæ pingi fecit in atrio Libertatis
in auentino. Et Liuius uigesimoquinto. Hanno ex Brutijs cum Beneuento appropin/
quasset ad tria miliaria castra communiuit: quo campani duo milia plaustrorum duxe/
runt ut frumentum Capuam deferrent. Fuluius consul ex Bouiano Beneuentū quom ue/
nisset castra ui cepit. cæsa sex milia. capti septem milia. Et libro XXVII. Beneuenta/
nos Liuius ponit inter colonias ex rebellibus decem & octo quæ in potestatem senatus
sunt factæ. Beneuentanam urbem nos historiatum sexto ostendimus à Totila ostrogo/
thorum rege destructam fuisse. Et libro XII. scripsimus sarracenos montem garganum
tenentes Beneuentum, quæ pridem fuerat instaurata, & à longobardis ducibus per annos
supra ducentos possessa, iterum spoliatam dirutamq; solo æquasse. Et infra diximus Gui/
lielmum Normannum Siciliæ regem ab Adriano tertio pontifice Romano in ecclesia san
cti Martini apud Beneuentum sese ligium hominem fecisse Romanæ ecclesiæ, & dimis/
sa urbe ipsa pro peculari & propria Rom. ecclesiæ in regno fuisse quod occupauerat con
firmatum

firmatum. Est autem Beneuentum in campestri solo cui colles sunt proximi fertiles uil/
lis longe ac late frequentati: bis'que in collibus sexto à Beneuento distat miliario mons
fusculus oppidum: supra quod est turris & oppidum mons nitidum appellatum. Sabba
ti amnis uallis quam sinistrorsum efficit castella hoc ordine continet. Mons falconus est
primitus, Candida deinde & serpitum. Superioribus'que in montibus arduis tremulis
appellatis uulturaria babetur oppidum. calor fluuius tertio fermè supra Beneuentum
stadio Sabbatum influit: ad cuius dexteram in colles montes'que uergentem quos Bene/
uento diximus supereminere castella & oppida inueniuntur: Iapygium, cusanū. castrum *Iapygium*
uetus, & superius montella oppidum nobile. Calori'que amni secundo supra Sabbatum *Cusanum*
miliario Valentinus pons fuit in uia appia positus à Valente inperatore appellatus, nunc *Valentinus*
dirutus. & ipsi fluuio sinistrorsum adiacent oppida primo apicium ubi alter dictæ uiæ *pons.*
pons fuit eximius, post mirabella taurasum cusanum balneolum Cassianum nuscus, &
superiori loco insurgit Apenninus ubi dictus oritur calor amnis. Quo item in loco alter
fluuius habet originem Aufidus: quem per Apuliam labi in mare Adriaticum ostende/
mus. Tropoaltus inde fluuius calorem dextrum influit: Cui tropoalto dextrorsum sil/
ua eiusdem nominis latissima continet: Supra quam castella eidem fluuio hærent: Bone/
tum, Grypta mamardi. flomarium & uicus ciuitas. sinistrorsum uero castella babet is
fluuius apposita Miletum Amandū Iunculū. & superius in Apennino grumus est mons *Miletum*
Crepacorius appellatus: ex quo is fluuius ortum ducit. Muscanus inde fluuius à crepaco/ *Amandum*
rio nascens Calorem eodem loco quo & superior tropoaldus influit. Cui dextrorsum ad/ *Crepacorius*
iacent cursanum & mons caluus. Eo'que quod prædictos muscanum & tropoaltum in/
teriacet spatio, in colle est Arianum ciuitas, Ara Iani priscis temporibus appellata. &
muscani dexteræ ualli insunt oppida & castella mons malus: bonus albergus, Casale al/
bulum Castrum franchum. sed & calorem paulo priusquam ipse Sabbatum ingredia/
tur ad Valentini pontem Tamarus influit amnis, nulli prædictorum quos auget aqua/
rum copia inferior. Ab ipsis'que duobus fluuijs pari penè spatio abest Padule oppidum
in regione primarium. Superius'que dextero hærent Tamaro oppida & castella: San/
ctus Georgius, Molinaria, Casale Ioannis, Reganum, sancta Maria, Collis apud quem *S.Geor.*
Iacobus caudola apoplexi interijt: cercellum, cossianum, Sancta crux: quo in loco sil/ *Molinaria*
ua incipit amplissima Apenninum hincinde complexa, ut pars in fortorium apuliæ am/
nem, pars in hunc Tamarum se extendat: quæ cum latitudine quatuor miliaria tum lon/
gitudine X X. implet. sunt'que illius quernæ arbores sublimitate insignes ramis omni/
no in uertice carentes. Tamaro sinistro hæc adiacent loca: petra pulcina, pauum, pe/
stulum, farnetrum, campus lotarius, monasterium Guiletti, marconum, saxum hono/
rij, & in Apennino Sepinum uetusti nominis oppidum: de quo Liuius X X I. Papyrio
ad sepinum maior uis hostium obstitit: obsidendo'que ui ac operibus urbem expugnat.
uno de quadringentis captis minus tria milia cæsi. & post sequitur alta uilla: & supra
est castrum uetus in grumo ad quem Tamarus fontem habet. Sed iam ad sinistram stipi/
tis Sabbati amnis est redeundum. Telesia urbs uetusta colli in planicie subiacet miliario
uno à Sabati stipite remota. Ea'que in urbe fluuius oritur cadens in Sabbatum tantæ fri/
giditatis ut nullos gignat pisces: de qua Liuius X X I. Annibal ex arpinis in samnium
transit: Beneuentanum depopulatur agrum: Telesiam urbem capit. Limata'que oppi/
dum proxime Sabbato hæret: quatuor dehinc torrentes ad castrum pontis oppidum uni/
cis ostijs in Sabbatum cadunt: quorum torrentum fontibus ab Apennino remotissimis
quatuor hærent castella: Sanctus Laurentius, Sanctus Lupus, pons landulphi & casalto/ *S.Laur.*
num. Sabbato amne cum suis fluuiorū torrentum'q; ramis descipto ad finem *S.Lupus*
Samnitium regionis est peruentum: ut campaniā ab ipso Sabba
to in capuanam urbem uerso hac in parte inchoan/
tem describendam aggredi possimus.

Illuſtratæ Regio Tertiadecima Campania

SAMNII regione ad utramq; apennini partem abſoluta ad proximam
continentemq; atq; connexam illi in ciſapenninis campaniam eſt tran/
ſeundum,uel ea maxime ratione ut inchoatos in ſamnitium montibus
fluuiorum curſus qui campaniam quoque interſecant, expediamus.
Felix cãpania Cur autem eam felicem campaniam poſtea alij terram laboris appel/
lauerint, ſuo tempore & loco dicemus. licet uero tota hæc regio uetu/
ſtiſſimis celebrata ſit omnium dignitatum monumẽtis, nullum tamen
locũ nec ipſa nec alia pars Italiæ habet,in quo maior quàm in hoc campaniæ initio digna/
rum relatu rerum mutatio ſit facta. Inchoat campania ad dexteram liris fluuij quem nunc
gaurianum diximus appellari: quem quidem lirim Strabo dicit ferri deſuper ex apennino
& à ueſtinis: labiq; in mare ad fretealas uicum,q̃ fuerit urbs præclara. Cui concordat Lu/
Marica canus & umbroſę liris per regna maricę Veſtinis impulſus aquis.Et cur maricę regna Lu
Veſtini canus dicat Seruius in Virgilij ſeptimo ſic oſtendit. Marica fuit uxor Fauni: quæ eſt dea
Minturnæ littoris minturnenſium iuxta lirim fluuium.De ueſtinis & minturnenſibus qui fuerint di/
cturi prius auſones docebimus, à quibus Italia olim auſonia fuit appellata, & proximum
Auſones mare auſonium pelagus eſt dictum. de his tribus populis Liuius ſic habet in nono: conſu
Liuius les Sora profecti auſonibus bellum intulerunt. & infra: Auſonũ gens proditione ciuium
ſicut ſora in poteſtatẽ uenit.Auſonia & ueſtina & minturnæ urbes erant, ex quibus prin/
cipes iuuentutis duodecim numero in proditionem urbium coniurati ad conſules uene/
runt. Quibus autoribus mota propius caſtra, miſſiq; milites partim armati partim iner/
mes.ita portæ occupatæ triaq; oppida eadem hora eodemq; conſilio capta,ſed quia abſen
tibus ducibus impetus factus eſt nullus modus cædibus fuit: deleta Auſonũ gens uix cer/
to defectionis crimine. Auſonibus & eodem impetu ueſtina urbe deletis ueſtinum nihilo
minus nomen ab ipſo liris oſtio uſq; ſotam manſit regioni, & Auſonum omnino interijt,
minturnaq; quam liris diuideret fuit Romana colonia: de qua Liuius in decimo.Ita placu
it ut duæ coloniæ circa ueſtinũ falernumq; agrum deducerentur.una ad hoſtium liris flu/
Marcellinus uij, quæ tunc minturnæ appellata.Fuit Marcellini papæ temporibus generali concilio ec
Concilium cleſiæ decorata,cuius ingentia nunc ueſtigia cernuntur, ubi ad turrim ſcaphaniq; gauria/
ni prope traiectum oppidum extat theatrum penè integrum & aquæductus forma. incho
auit uero pridem minturnarũ urbis deſolatio. Nam in beati Gregorij regiſtro epiſtola eſt
quã ſcribit Bacardę epiſcopo Formiẽſi in hęc uerba:Et ideo quoniã minturnenſiũ eccleſi/
am funditus tam clericis q̃ plebeijs deſtitutã deſolatione cognouimus, tuã pro eo petitio/
nẽ quatenus formianæ eccleſiæ in qua corpus beati Eraſmi martyris quieſcit,cuiq; frater/
nitas tua pręſidet,adiungi debeat exaudiri neceſſariũ duximus.Fuit minturna una ex urbi
bus quę propter aëris grauitatẽ ſacroſanctã uacationẽ à Romanis habuit,eſtq; locus apud
Valerius quẽ C.Marius ſicut Valerius Maximus ſcribit urbe profugus quom in paluſtri canna de/
Maximus liteſceret,uiſo aſino aquas hilarius petente, bonũ concepit omen. & inde tranſuectus ma/
re copijs reparatis uictor in patriã eſt reductus,de quo Liuius ſeptuageſimoſeptimo ſic di/
C.Marius cit.C.Marius pater quom in palude minturnenſium lateret,extractus eſt ab oppidanis:&
quom miſſus ad occidendũ ſeruus natione gallus maieſtate tanti uiri perterritus receſſiſ/
ſet,impoſitus publicæ naui delatus eſt in Aphricam. hunc eundem locum duodecimo hi/
ſtoriarum docuimus illuſtratum fuiſſe inſigni prælio,quod decimi Ioannis Romani pon/
tificis temporibus geſtum fuit in ſaracenos maxima occidione ibi ſuperatos:& tunc Italia
penitus exactos.Sicq; uidemus duas urbes olim pręclaras primo fretealas poſt minturnas
ad liris oſtia interijſſe,& pariter omnino deletam eſſe omnem memoriã Auſonum & ma/
ricæ.Mons uero prędicto liris oſtio in campanię initio proximior uarias & fama celebres
Maßicus habet nominationes.qui alicubi gaurus alicubi maſſicus alicubi gallicanus eſt dictus. pri/
Gallicanus maq; pars & eidem oſtio proximior gaurus dicta gaurelianum ut diximus illum appellari
Plinius facit:quem quidem gaurum montem Plinius dicit ſicut & ueſeuum campaniæ item mon
tem ſulphura ſudare, quod aquæ oſtendunt calidæ paulo ſuperius etiam nunc ſcatentes:
ubi turrim balneorum & balnea nunc uidemus. cæteræ montis nominationes cum adia/
centibus locis & urbibus oſtendentur. Secundum adiacens minturnis oppidum in gauro
&

& campaniæ initio fuit Trifanum: quem locum Liuius in octauo dicit medium fuisse inter minturnas & Sinuessam. tertio loco fuit Sinuessa stadijs quadraginta sicut Strabo: sed sicut nunc octuaginta à minturnis semota, de qua habet Liuius in octauo quod supra de minturnis diximus. ita placuit ut duæ coloniæ circa uestinum falernumq́ agrum deducerentur: una ad ostium liris quæ nunc minturnæ: altera in saltu uestino falernũ agrum contingente, ubi Sinope Græca urbs dicitur fuisse, Sinuessa deinde à colonis Romanis appellata. Huius uero ciuitatis ad caput nunc montis draconis deletæ ingentes & late diffusæ in continenti sed maiores in mari quæ portus moles fuerunt apparent nunc ruinæ. Liuius etiam XXII. scribit Fabium Maximum per iuga massici montis ducentem prohibuisse Annibalem ad Romanæ coloniæ mœnia tendentem, quom supra dixerit Annibalis milites prædatũ iuisse usq́ ad aquas sinuessanas: unde patet aliam montis partem quæ à suessa pometia uel aurunca nunc sessa ad calenũ oppidum nunc carinulam protenditur, fuisse massicum per cuius iuga Fabius tunc ducebat. Supplet autem uices sinuessæ oppidum arx mons draconis dictum uel potius eius suburbium mille passus à mari semotũ. & paulo inde absunt supradicta gauri balnea quæ Strabo dicit morbis quibusdam prodesse plurimũ. Post montis draconis arcẽ in massico monte uicis uillisq́ plurimis frequẽtato ad partem in mare uersam nullum est oppidũ uel castellũ. Ad eam uero partem qua aduerso liri & dextro massico itur, solũ est octo milia passus quaqua uersum inter mare uiam appiam lirim & massicũ patens, nuncq́ cultissimũ & uicis uillisq́ frequentissimũ: quæ suessæ casa lia appellant, quod quidẽ solum stante Romana republica silis siue trifolijs herbis prata cõficientibus optima abũdauit: unde Valerius Martialis poëta. Ceruleus nos liris amat, quẽ silua maricæ Protegit: hinc silæ maxima turba sumus. & quidẽ etiam nunc ea regio maximum habet in fœno quæstum. M. Cicero in oratione contra legem agrariã rulli secunda, quom uellet dissuadere uenditionẽ agri campani montis gauri prædictiq́ cãpestris soli in pratis tũc culti, & uiæ berculaneæ à gaieta ad ipsa prata productę, sic habet: Hac lege tribunitia decemuiri uendent agrũ campanũ. accedit & mõs gaurus: accedent silleta ad minturnas. adiungit & illa uia uendibilis berculanea multarũ diuitiarũ & magnæ pecuniæ. In uia aũt appia ubi ea primũ attingit massicum montem urbs est uetus Suessa olim pometia & quandoq́ auruncorũ dicta, quæ uarias fecit regionum mutationes: quod auruncorũ olim qui & Ausones sidicinorũq́ & post Volscorũ, demum fuit uestinorũ, prout ex sequentibus faciliter apparebit. Liuius in primo: Anci liberi suessam pometiã exulatũ ierant: & infra de Tarquinio superbo: is primũ uolscis bellum in ducentos amplius post suam ætatem annos mouit: suessamq́ pometiã ex his ui cœpit. Et infra idem Liuius eandem suessam rebellem prędæ militi Romano datam ostendit. Et in octauo arunci metu oppidum deserue runt: profugiq́ cum coniugibus ac liberis suessam commigrarunt: quæ nunc aurunca appellata: mœnia eorumq́ urbs ab sidicinis deleta. Item in nono: suessam eodem anno colonia deducta: fuerat aruncorum. progressi suessa pometia siue aurunca per appiam silicibus stratam & per cauas uias dextro massico Calenum octauo miliario inueniunt uetustã urbem: quæ nunc carinula dicitur. Estq́ hinc falerno agro inde massico monti contigua. quamquam uetusta caleni oppidi uestigia aliquantulum à nunc carinula sunt remota: de qua urbe Horatius: molle calenum. continet sinistrorsum appiæ uiæ qua calenum urbem à suessa peti diximus & ipsi pariter ciuitati mons item massicus supra teanum ciuitatem ut diximus calesq́ usq́ ad calatiam continuatus. & licet mons ipse dorso uno à calibus sinistrorsum ad uenafrum & inde ad uulturnum recto cursu protendatur, altera pars fracta alicubi uijs cauis & siluosa ad caliculam siue nunc caianellum se dextrorsum flectit: & uulturnum sed inferiori loco petit: adeo ut inter prædictos montes & uulturnum sed superiorem samnitibus continentem campi relinquantur uenafrani semper antea sicut & nunc à ciuitate illis contigua appellati. Namq́ Plinius de oliuis tractans uenafranos campos dicit glareosos sed pingues feracissimosq́ oleæ esse: hisq́ campis adiacent hinc mignanum pe santianum uarianumq́, inde sextum & superius sicut diximus ultra uulturnũ sunt Alifæ. sed alia parte uulturnum inter interiorem contra caianellum labentem quousq́ per capuam & olim casilinũ fertur in mare, & omnem superius dictum montis tractum & alteram eiusdem massici partem quæ à carinula ad maris littora & sinuessanum olim agrum nunc montis draconis suburbiũ pertinet: campestre est solum totius Italiæ amœnissimũ quem olim

Trifanum *Sinuessa* *Annibal* *Liuius* *Calenum* *Campi uenafrani*

De campo ſtellate olim campũ ſtellatẽ appellauere: eidemq́ꝫ campo partim imminẽt partim inſunt calenum primo ſiue carinulla turris frãcoliſij, teanũ ſidicinũ, cales ſiue calui & calicula ſiue caianellum. ſed quod maſſico monti contigiſſe diximus, ut ad liris oſtia pars eius appellaretᷣ gaurus, pariter ad aliam contigit partem, ut inter carinullã turrimq́ꝫ francoliſij galicanus olim *Caſcanum* ſit dictus: ubi caſcanũ incolæ nunc appellant. de campo aũt ſtellate ſic habet Liuius in no*Liuius*no: in campum ſtellatem agri campani ſamnitium incurſiones factæ. idem in decimo: Samnitium legiones quom partem Appius Claudius prætor partem L. Volũnius proconſul perſequeretur in agrum ſtellatem conuenerunt. pugnatũ infeſtis animis. cæſa ſamnitum ſexdecim milia trecenti. Item x x t t. Annibalem teleſia potitũ auditis capuanis duobus alternis fidentem ac diffidentem ut campaniam ex ſamnio peteret monuerunt. ipſe imperat duci ut ſe in agrum caſinatem ducat, edoctus à peritis regionũ ſi eum ſaltum occupaſſet, exitum populo Romano ad opem ferendam ſocijs intercluſurum. ſed pœnum abhorrens ab latinorum prolatione nomen caſilinum pro caſino ducem accipere fecit. auerſuſq́ꝫ ab itinere per aliſanum calatinumq́ꝫ & calenum agrum in campum ſtellatem uſqꝫ ad caſilinum deſcendit: ubi cum montibus fluminibuſq́ꝫ clauſam regionem circunſpexiſſet: uocatum ducem uirgis cæſum in crucem ſuſtulit. caſtris ad uulturnum amnem communitis Maharbalem cum equitibus in agrum falernum prædatum dimiſit: uſqꝫ ad aquas ſinueſſanas ea populatio peruenit: ut uero ad uulturnum amnem caſtra ſunt poſita exurebatur amœniſſimus Italiæ ager: uillæq́ꝫ paſſim incendijs fumabãt per iuga maſſici montis Fabio ducente: ut uero in extrema iuga maſſici montis uentum eſt hoſtes ſub oculis erant falerni agri colonorumq́ꝫ ſinueſſæ tecta urentes. qui ergo à Teleſia nunc etiam id retinente nomen & à nobis in ſamnio ſupra uulturnũ dextro eſernienſi amne deſcripta mouebat Annibal ut ad caſinum iret: per aliſanum quidem primo, ſed inde dextrorſum ad uenafrũ, ab eoq́ꝫ oppido caſinum fuit ducendus. ſed dux errore nominis, auerſo ſicut proprie dicit Li*Caiatia*uius itinere ſiniſtrorſum flexit in calatinum, cuius urbem nunc Caiaciam pro calatia dicunt: & tranſmiſſis quod euitari non potuit anguſtijs cannarum ſiluoſarumq́ꝫ uiarum quę ad caliculam nunc cauanellum ducunt, peruenit ad calenum agrum eius ſcilicet ciuitatis quæ pro cales ſidicino dicta eſt calui. & per ipſum ſtellatem procedens campũ non prius uiæ intellexit errorem, quàm ad propinquum caſilini quod nunc caſtellutium appellant uulturnum perductus clauſam montibus & fluminibus uulturno ac ſaono regionem mœſtus circumſpexit caſtris. Itaqꝫ ad caſtellucium uel ibi prope poſitis facile fuit maharbali uſqꝫ ad aquas ſinueſſanas, ubi ſcilicet ſaonus in ſtagnum effuſus labi incipit in uulturnum, prædatum ire. Vt uero ad prædictum uulturnum caſtra ſunt poſita exurebatur amœniſſimus Italiæ ager, is ſcilicet qui falernus tunc appellatus pertinebat à carinula ad caſtellutiũ ſiue tunc caſilinum: quod Liuius agrum falernũ à campano diuiſiſſe aſſerit: per iuga maſ*Liuius*ſici montis ea uidelicet quæ à carinula ad maritimam oram protenduntur Fabio ducente. Vt uero ad extrema ipſius maſſici montis peruenit Fabius hoſtes ſub oculis erant: quod ab ipſo monte maſſico uix quatuor milia paſſus caſtellucium & uulturni fluenta diſtant. Prius uero quàm Annibalis reditum in ſamnites deſcribam, aliqua referre libet ex quibus campus ſtellas qualis quãtuſq́ꝫ fuerit patebit. Marcus Cicero legem diſſuaſurus agrariam qua Rullus Cornelius decemuir & collegæ agrum campanum ſtellatemq́ꝫ campum & ſupradicta ad gaurum lirimq́ꝫ & ſileta quoqꝫ cum uia herculanea uendere intendebat, ſic habet. At enim ager campanus hac lege amittitur orbis terræ pulcherrimus. & infra: adiungit ſtellatem campum agro campano & in eo duodena diſtribuit in ſingulos homines iugera, quaſi uero paulum non differat ager campanus à ſtellati. Nam dixi antea lege permitti ut quę uelint municipia quas uelint ueteres colonias colonis ſuis occupẽt: calenum municipium complebunt: tranũ opprimẽt & atellam. Oſtendit uero prędictis in orationibus Cicero non ſolum uiam herculaneam gaurumq́ꝫ & ſileta ad minturnas: ſed campum quoqꝫ ſtellatem peculiares fuiſſe Populi Romani fundos, ex quibus alerentur exercitus. *Suetonius* Quod quidem Suetonius Tranquillus innuere uidetur quom dicit C. Cæſarem in conſulatu ſuo ad gratiam Romani populi comparandam diuiſiſſe campum ſtellatem uiginti milibus ciuibus Romanis quibus tres ſiue plures filij eſſent. ut autem ad Annibalem redeamus: dicit Liuius Fabium tamdiu extraxiſſe reliquum æſtatis, ut Annibal deſtitutus ab ſpe ſumma appetiti certaminis iam hibernis locũ circunſpectaret: quia ea regio præſentis

erat

erat copiæ non perpetuæ, arbusta uineæq; & consita omnia magis amœnis quàm necessarijs fructibus. Itaq; quom sciret Annibali per easdem angustias quibus intrauerat redeundum esse, gallicanum montem & casilinum occupat modicis præsidijs. & infra: inclusus deinde uideri Annibal & ad casilinum obsessus. cum capua & samnium & tantum à tergo diuitum sociorum Romanis commeatum subueherent, pœnus tunc intra fortunæ minas saxa ac linterni arenas stagna per horrida situ hibernaturus esset. Itaq; quom per casilinũ euadere non posset, & iugum caliculæ superandum esset, ludibrium oculorum in speciem terribile ad frustrandum hostem commentus, duo milia boum cornua fascibus sarmentorum igni accensorum in montem gallicanum, nunc cascanum turri sicut diximus francolisij imminentẽ, à Fabio præoccupatum egit. & interea Romani qui ad transitum saltus insidendum locari erant, ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes conspexerunt, præsidio excessere. Interea toto agmine Annibal transducto in agro alisano posuit castra. Fabius quoq; mouit castra: transgressusq; saltum super alisas loco alto consedit. Tum Annibal simulans se per Samnium petere Romam usq; in pelignos peruenit: fuitq; uia nunc etiam trita, & qua nuper Neapolim iuimus ipsi: ab alisis traiecto amne uulturno sub forβmelo monasterij sancti Vincentij sicut in samnio ostendimus castello ad castrum sarni siue ut dicunt sangri: eo exinde superato qui adiacet colle profectus Annibal amnem rasinum sinistrorsum relinquens ad furculas pelignorũ nunc palenæ dictas peruenit, unde flexo itinere per frentanos ortonenses aprutinos retro Apuliã repetijt. Sed iam ad nostrum ordinem redeamus. Vulturni amnis ostio dextrorsum urbs olim adiacebat ipsius nomine uulturnum appellata. Liuius uigesimosexto. Capua interim summa ui à consulibus obsideri cœpta est: quæq; in eam rem opus erant comportabantur parabanturq;: Casilinum frumentum cõuectum: ad uulturni ostium ubi nunc urbs est castellum communitum, ante Fabius Maximus communierat: præsidium impositum ut mare proximum & flumen in potestate esset. Item Liuius libro trigesimosecundo ostendit coloniã Romanam fuisse deductam uulturnum urbem ad ostia uulturni amnis sitam, ubi nunc oppidũ Castellum ad mare dictum, uidemus: supraq; castellum ad mare uulturno dextrorsum adiacet uiculus castellutium appellatus, ubi casilinũ fuisse non coniecturis modo sed multis quoq; ducimut argumentis: primumq; nominis similitudo in cæterarũ concursu rationum non parum ualet: sed & cætera habet castellutium quę de casilino apud Liuium scripta uidemus: propinquitatem castello quod Fabius ad uulturni ostium cõmunïuerat ut in his duobus maritimis oppidis uix tertio inuicem distantibus miliario frumentum deponi potuerit sardinia auectum, quod postea Capuam importaretur. Castellutium quoq; diuidit supra descriptum falernum agrum à campano, & propinquũ est Sinuessano olim nunc montis draconis agro Nec moueat quẽquam ruinarum ueteris ædificij paucitas: quæ nunc in Castellutio apparet. casilinum enim parua urbs nequaquã mœnium structurarumq; munimento sed prænestinorum perusinorumq; qui forte præsidio inerant uirtute eam pertulit durissimam obsidionẽ. Si uero fuerint qui apud uicos superiore loco appositos uulturno cancellum & arnonum fuisse casilinum ideo opinentur, quod in prædictorũ aliquo maiusculæ cernantur uetustates, considerare debebunt, solam eorum à mari & à uulturno castello distantiam ne maritima appellari potuerint aduersari: & præter id esse apud Castellutium non apud cancellum aut arnonum eam amnis uulturni tortuositatem, quam Liuius apud casilinum fuisse dicit. Arnonum etiam paululum à prisco mutatũ est uetus Romanum nomen quo & non casilino Liuius si uoluisset uti potuisset. Nam Petrus noster candidus in parallelarum Plutarchi translatione uitam Fabij Maximi & gesta Annibalis ad casilinum describens sic habet: In ultimas campaniæ oras casilinũ usq; delatus est, quà uulturnus fluuius quem natoronum Romani appellant defluit. Ea regio montibus undiq; obsessa uersus mare duntaxat importuosum ac fluminis ostia aperitur. Cætera de casilini obsidione notiora sunt quàm ut ea hic poni oportere iudicemus. Sed id unum in casilini præconium libet dicere: casilini obsidione factum esse ut salua fuerit ab Annibale res Romana: quandoquidem eius loci obsidionis causa Annibalis animi ex recenti uictoria cannensi ardentes refrixerunt: & inclusus Capuæ exercitus ille ferocissimus campanis delitijs eneruatus est. Ne etiam Arnonum post amissam casilini nominis uetusti gloriam, qua à nonnullis ornari consueuit, suo etiam careat præconio, rem nouam ipsius uici occasione dicemus,

Formelum

Rasinus

Castellutium

Falconis auis aëreç & rapaciſſimæ aucupium, quo inclytus Rex Alphōſus arago apud ar
nonum plurimo utitur, ante ducentos annos omnino incognitū fuiſſe. Nam & ſi Seruius
grammaticus Capuam dicit ab augurio Falconis eo nomine appellatā : quod etruſci eius
urbis conditores capim inaugurantes uiderint quo nomine Falconem appellabāt : tamen
quis fuerit hominibus dictæ auis uſus non ſcribit. pariter Plinius quom multa ponat rapa/
cium auiū nomina, accipitres ſcilicet maiores & minores ac chiluones quos aliqui Falco/
nes fuiſſe uolunt: tamen nullam aucupij uſus earundem auium facit mentionem: ut etiam
non ſit dubitandū quin ſi temporibus Virgilij eius aucupij uſus fuiſſet Aeneam facturus
fuerit & Didonem eas quoq; aues in uenationem tuliſſe ubi dixit Maſſiliq; ruunt equites
& odora canum uis. Audemusq; confidenti aſſertione dicere ante ducenteſimum ut dixi/
mus annum nullā gentem aut nationē conſueuiſſe rapaci aliqua aue manſueta alias aues
terreſtres aut aquatiles aut aerias capere. Supra Caſtellutium ſiue caſilinum & duodeci/
mo à mari miliario amni uulturno adiacet urbs Capua nouo quidem loco : qui duo milia
Capua passus à priori Capua eſt ſemotus. Nec id multis diſſeri oportet: quando uetuſtę urbis fun
damēta portæ theatra templa & cætera ædificia moles magnæ apud ſanctæ Mariæ baſili/
cam cui de gratia eſt cognomen internoſcuntur. De Capuæ autem origine & nomine ſic
habet Liuius in quarto: Peregrina res ſed memoria digna traditur eo anno facta: Vultur/
num etruſcorum urbem quæ nunc Capua eſt ab ſamnitibus captam : Capuamq; ab duce
eorum Capuo uel quod propius eſt uero à campeſtri agro appellatā. cepere autem prius
bello fatigatis etruſcis in ſocietatē urbis accepti. deinde feſto die graueis ſomno epulisq;
incolas ueteres noui coloni nocturna cęde adorti. Notiſſima uero ſunt & relatu lōgiuſcu/
la quæ Liuius de Capua tradit : ſed digniora ſummatim accipiemus. libro XXIII. dicit
Annibalē quom deſcendiſſet ad mare inferū oppugnatutus Neapolim flexiſſe iter in Ca/
puam luxuriantem longa felicitate ac indulgentia fortunæ, eamq; recepiſſe. & infra eun/
dem Annibalem caſtris apud Caſilinum cōmunitis præſidioq; modico impoſito in hiber/
na Capuam conceſſiſſe, ubi exercitus ille campanis emarcuit delitijs. quem uero finem ha
buerit Capuanorum cum Annibale amicitia & ſi uulgo notiſſimū eſt paucis dicemus. Ca
pua à Romanis capta dicit Liuius quoſdam ex Romanis cenſuiſſe delendum eſſe urbem
præualidam propinquam inimicam: cæterum præſens uicit utilitas: nam propter agrum
quem omnium fertilitate terræ ſatis conſtabat in Italia primū eſſe urbs ſeruata eſt: ut eſſet
aliqua aratorum ſedes. urbis frequentandæ multitudo incolatum libertinorumq; & inſti
torum opificumq; retenta: ager omnis & tecta publica populi Romani facta. cæterum ha
bitari tantū urbem Capuam frequentariq; placuit, corpus nullum ciuitatis nec plebis con
ſilium nec ſenatus eſſe, ſine conſilio publico ſine imperio. nec ſæuitum incendijs ruiniſq;
in tecta innoxia muroſq;. Marcus autem Cicero quom legem agrariam ſupradictā diſſua/
deret, qua Capuam deduci coloniam uolebant, oratione prima habet aliqua, quæ non du/
bitamus Titum Liuium quando ſupradicta ſcribebat perlegiſſe. Capuā deduci coloniam
uolunt, illam urbem huic urbi rurſus opponere. Qui locus propter ubertatem agrorum a/
bundantiamq; rerum omnium ſuperbiam & crudelitatem genuiſſe uidetur. maiores no/
ſtri Capua magiſtratus ſenatum conſilium cōmune omnia deniq; inſignia rei pu. ſuſtule/
runt : neq; aliud quicquam niſi inane nomen Capuæ reliquerunt : quod uidebant ſi quod
rei pub. ueſtigium illis mœnibus cōtineretur, urbem ipſam imperio domicilium præbere
poſſe. & in oratione item in Rullum ſecunda. At enim ager cāpanus diuiditur orbis terræ
pulcherrimus: & Capua colonia deducitur urbem ampliſſimā atq; ornatiſſimam. & infra.
unum ne fundum pulcherrimum populi Romani, caput ueſtræ pecuniæ, pacis ornamen/
tum, ſubſidium belli, fundamentum uectigalium, horreum legionum, ſolatium annonę di
ſperire patiemini? At uero hoc agri campani uectigal quom eiuſmodi ſit ut domi ſit, & o/
mnibus præſidijs oppidorum tegatur, neque bellis ſit infeſtum, nec fructibus uarium, nec
cælo & loco calamitoſum. Et infra. campani ſemper ſuperbi bonitate agrorū & fructuum
magnitudine, urbis ſalubritate ac pulcbritudine : ex hac copia & omnium rerum affluētia
primum illa nata eſt arrogantia quæ à maioribus noſtris alterum conſulem poſtulauit, de/
inde ea luxuries quæ ipſum Annibalem armis etiam tunc inuictum uoluptate uicit. hanc
ipſam urbem contra ac Cicero ſuaſerat Iulius Cæſar coloniam deduci uoluit: de quo Sue
tonius: quom in colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad extruēdas uillas uetuſtiſſima

ſepulchra

sepulchra disijcerent, idq́ eo studiosius facerent, quod aliquantum operis antiqui scrutan
tes reperiebant, tabula ęnea in monumento in quo dicebatur Capis conditor caput sepul
tus inuenta est. eandem uero Capuam urbem quam Romanus populus in tam iusto odio
seruauit, & quam Cicero tantis extulit laudibus, rex Vandalorum gensericus ad annum
sexcentesimũ postquam Romanis fuerat subdita ferro igniq́ destructam reliquit habita-
toribus destitutam: & cum ostrogothis à Narsete omni potentatu deiectis eodẽ loco eos-
demq́ inter parietes & muros Capua rehabitata esset: ad annum inde circiter centesimũ à
longobardis sub triginta ducibus tunc agentibus iterum destructa fuit. Quis autẽ & quo
tempore postea eam ad hunc in quo nunc est duos mille passus remotũ transtulerit locum
nec alicubi legimus, nec ab his qui inhabitant ciuibus scire potuimus. Plinius in Italiæ de-
scriptione quom ad Capuam peruenit campum illi adiacere dixit leborinum totius Italiæ
amœnissimum. & libro septimodecimo de terrarum diuersitate tractans, leborinum Ca- *Campus lebo*
puæ campum nobilem appellat: eiusq́ solum dicit arduum opera & difficile cultu bonis *rinus*
quàm uitijs uberius pascere. est uero hoc totum campestre solum quod à tiphatis monte
urbi imminente ad Neapolitanos puteolanosq́ colles pertinens uulturno ab ipsa urbe Ca
pua ad eius ostia quibus se in mare exonerat est clausum. & periti regionis Capuani ciues
affirmant, campos qui Aduersam urbem nouam ad Atellæ urbis uetustæ ruinas ædifica-
tam circunstant in trecentorum annorum publicis priuatisq́ monumentis dici leborios:
eam uero uim habuit leborinæ terræ appellatio ut campaniæ nomen in suum mutari opti
nuerit. Idq́ nos meliuscule quàm à prauis chronicorum scriptoribus est traditum referre
confidimus. Capua urbe uetusti in eam Romanorum odij & binæ desolationis execrabili
infamia laborante uicini urbium oppidanorumq́ populi campanos se appellari ignomini
osum periculosumq́ ducentes id declinarunt patrium nomen, & sese leborinos pro cam- *Terra leboris*
panis dixere, effecitq́ obstinata eorum perseuerantia, ut quicquid urbium & locorum in
campania censeri solebat de terra leboris diceretur. Sed corruptum nunc laboris uerbum
in eam partem ab ignorantibus accipitur: ut laboris terram cui labor utiliter impendatur
dictam existiment: quamquam non desunt qui magis absurde dicant terram hanc à labore
quem illi capiendæ & dominio subigendæ impendi oporteat sic à maioribus appellatam.
Atella uero urbs cuius sæpe meminit Liuius: & quam Cicero supra de lege agraria cum *Atella*
teano opprimi ægre ferendũ ostendit, fuisse ubi nunc est noua urbs Aduersa præter alias
rationes hoc uno constat argumento, quod sanctæ Mariæ ecclesia haud longe ae Aduer-
sa cognomen in Atella uetustum retinet. Liberq́ utriusq́ urbis & ueteris & nouæ dignita
tes referre: primũ Atella haud quaq́ minora in re parua quàm Capua in magnis præbuit
campanæ luxuriæ documenta. si quidem pro superbiæ & crudelitatis origine, quam Cice
ro tribuit Capuæ hæc Atellanarum carminum lasciuiam modulationemq́: quod nomen *Lasciuia*
indicat, & Macrobius affirmat inuenit: quid uero hæ fuerint Atellanæ M. Varro Aulus *Atellanarum*
Gelius Macrobiusq́ & Iuuenalis satyricus sæpe indicant, earumq́ artis cum non expedi-
at nec sit huius temporis & loci inquirere documentũ, satis supraq́ fuerit obscœnam no-
tare lasciuiam. Pueri & puellæ luxuriemq́ spumantes natu maiores compositum metro
ac musica modulatione lasciuis & omnia dictu factuq́ pudenda exprimentibus uerbis car
men motu quoq́ corporis & gestu quaqua uersum etiam resupinato ita in choreis & ad
impudicorũ mensas pronuntiabant gesticulabanturq́, ut nihil præter ipsum coeundi ex-
quisitissimũ deesset effectum. meliora autem originis & disciplinæ rudimenta habuit urbs
Aduersa. Robertus Guiscardus uir gloria & laude dignissimus magnam & præstantem
eam Italiæ partem quæ regnum Siciliæ aut Neapolitanum est appellata, à sarracenis græ
cisq́ laceratam ad regni ipsius formam primus redegit: qui Neapolim Capuamq́ una ea-
demq́ premens obsidione castra apud Atellam habuit cõmunita: in quibus quom aliquot *Atella*
perseuerasset annis ciuitatem condidit, ab ipsoq́ aduersandi præclaris & potentibus urbi-
bus affectu Aduersæ illi nomen in rei gestæ memoriã dedit. Sed iam ad maris littus est re- *Aduersa*
deundum. Post uulturnum sequitur clanius apud Suessulam oppidum medio pene inter
Capuam & Nolam urbes tractu in montibus oriundus. estq́ is fluuius de quo Virgilius
Clanius non æquus acerris: quia acerrarum urbis agrum sicut & Capuanum olim Atel- *Clanius flu.*
lanum nunc aduersanum multis inundat in locis: adeo ut longiusculis pontibus eum Ca-
puam inter & Aduersam urbem oporteat iungi; ad quos pontes molas esse multas uide-

mus. eidem clanio haud longe à mari infero turris apposita eſt parum uetuſta nunc patriæ
appellata, & in ruinis Linterni Scipionis Aphricani uillæ ædificata. Namq; Ptolemæus
Pomponiusq; Mela Plinius & Guido Rauennas Iginij imitator Linternum inter uultur-
num & cumas ponunt. Liuius autem uno in loco cum ſupradictis ſentire, in alio diſcrepa-
re uidetur. Nam libro uigeſimoſecundo quom difficultates afferret quibus Annibal coa-
ctus uideretur ex falerno agro qua uenerat anguſta uia in Samnium rediturus quod ſu-
pra diximus ſic habet, pœnus tunc intra fortunę minas ac Linterni harenas per horrida ſi-
tu hibernaturus eſſet. Quom ergo ad ſiniſtram uulturni tunc ageret Annibal nec ipſum a-
mnem ibi præaltū uado neq; ponte ad caſilinum cōmunito ac præſidijs firmato tranſmiſ-
ſurus uideretur, oportuit ad falerni agri partem eſſe Linternum: ubi eum Liuius niſi angu
ſtias ſuperaſſet hyematurum fuiſſe dicit. & libro uigeſimotertio idem Liuius cum frau-
dem ſcribit qua Capuani cumas ſuis partibus adijcere ſint conati ſic habet: Interim Titus
Sempronius conſul Sinueſſæ quo ad conueniendū diem edixerat exercitu luſtrato tranſ-
greſſus uulturnum flumen circa Linternum poſuit caſtra. Ex quibus nulli dubium fuerit
conſtare Linternum fuiſſe ſicut dicti aſſerunt coſmographi ad eam uulturni partem quæ
ſpectat in cumas: neceſſariumq; erit & dicere & tenere Liuium, qui loca perambulauerit
& Linterni ſicut infra oſtendimus Scipionis ſtatuam tempeſtate diſiectam uiderit ſci-
uiſſe uillam quidem ultra uulturnum ſed eius agrum harenoſum ſtagnoſumq; citra exti-
Linternum tiſſe. Eſt uero Linternum locus in quo P. Scipio Aphricanus uoluntarium egit exilium:
quem fama eſt morientē ſepulchro inſcribi iuſſiſſe: Ingrata patria ne oſſa quidem mea ha-
bes. Quæ facta in monumento ingratitudinis patriæ inſcriptio effecit ut locum nuper cer
tius exploratiusq; inuenerimus. Namq; ad dictum amnem clanium paulo ſupra oſtium
quod habet in mare turris eſt ruinis ædificiorū ueterum ſuperædificata: quam ut diximus
turrim patriæ uocant, ubi id monumentum fuiſſe tenemus. Et præter id patriæ uocabu-
lum, præterq; ſupradicta Ptolemæi Plinij Liuij & aliorum teſtimonia, certitudinem quoq;
attulit nobis euidentiorem fons aquæ acidulæ: quem Plinius Linterni fuiſſe dicit: cuius
aqua uini modo faciat temulentos. Scatet enim nunc etiam inter prædictas ædificiorum
ruinas aqua quam paſtores affirmant epotam omnes capitis langores curare. Nos eaq;
accurate guſtata ſaporem quidem ut cæterarum quæ bibuntur bonum eſſe cognouimus.
ſed quamuis fumos ab ea in nares ſicut à uino conſueuit non ingratos olfauerimus, quos
Seneca potatio habeat effectus forte ob hauſtus moderationem intelligere nequiuimus. Seneca
epiſtola. L I. Linterni honeſtius Scipio quàm baijs exulabat. Sepulchri autem eiuſque
inſcriptionis & monumenti ac ſtatuæ ſi nullum nunc extat certum indicium minus mi-
Liuius ror quod Liuius Patauinus qui minus centum annis ab illius ætate abfuit quid ipſe uide-
rit lib. XXVIIII. ſcribit. Scipionem alij Romæ alij Linterni mortuum & ſepultum fe-
runt. utrobiq; monumenta oſtenduntur & ſtatuæ. Nam & Linterni monumentum, mo-
numentoq; ſtatua ſuperimpoſita fuit: quam tempeſtate diſiectā nuper uidimus ipſi. & Ro
mæ extra portam capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt, duæ Publij & Lu
cij Scipionum dicuntur eſſe, tertia poëtæ Q. Ennij. & Seneca epiſtolæ LXXVII initio
uidetur id ignoraſſe ſepulchrum. Nam dicit in ipſa Scipionis uilla iacens hæc tibi ſcribo
Cume adoratis manibus eius & ara quam ſepulchrū eſſe tanti uiri ſuſpicor. Linterno Cumę ad
Vacie uilla quintū adiacent miliare, interq; utrunq; locum qua in parte littus inter ſtagnum & mare
incuruatur uilla fuit Seruilij Vaciæ: quā Seneca epiſtola L V deſcribit. dicitq; prætorium
hominem illum diuitem nulla alia re notum fuiſſe quàm eius uillæ otio in quo conſenue-
rit: ut occupati aliquando clamauerint O Vacia ſolus ſcis uiuere, quom tamen ille iudicio
Senecæ ſciret latere non uiuere: Vnde dicit de ſe ipſo Seneca ſolitum quotiens illac tran-
ſiret iocando dicere non de uiuo ſed tanquam de mortuo: hic ſitus eſt uacia. Cumanæ ur-
bis originem hanc tradit Liuius in VIII. Cumani à Chalcide euboica originem trahunt:
claſſe qua aduecti domo fuerant multum in ora maris eius quod incolunt potuere. primo
in inſulam Aenariam & pytacuſas egreſſi, deinde in cōtinentem auſi ſedes transferre. Vir
gilius: Et tandem euboicis cumarum illabitur oris. &, Hic ubi delatus cumæā acceſſeris ur
bem: ſuper quo Seruius euboea inſula eſt: de cuius ciuitate chalcide profecti ſunt ad no-
uas ſedes quærēdas: & haud longe à Baijs qui loco à Baio Vlyxis filio hic ſepulto nomen
accepit, inuenerunt uacuum littus, ubi uiſa muliere grauida ciuitatem cōdiderunt. Liuius
in ſecundo

in secũdo. Accersita deinde auxilia & à latinis populis & à cumis. Cumanę cohortes arte
aduersus uim usæ declinauere paululum : effuseq; palantes hostes conuersis signis à ter-
go adortæ sunt. & infra: Insignis hic annus nuntio Tarquinij mortis:mortuus est Cumis
quo se post fractas opes latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat. & libro quar-
to: eodem anno à campanis Cumæ quam Græci tunc urbem tenebant capiuntur. & o-
ctauo Cumanos Suessulanosq; eiusdem iuris conditionisq; cuius Capua esse placuit. Est
uero cælsus in urbe Cumana collis in cuius cacumine fuit templũ Apollinis: de quo Vir- *Templum*
gilius Arces quibus altus Apollo præsidet. Et quidẽ nunc ea in urbe quam uidimus omni *Apollinis*
destitutã habitatore præter rupes saxo stupendas uiuo pinnæ cernuntur murorum excel-
sæ. & ubi Apollinis arx fuit sacellum est christianum & ipsum uetustate consumptum:
nihilq; extat integrũ nisi cauerna frontispitio decorata manufacto : quam Sibyllæ antrum *Sibyllæ*
fuisse socius itineris nostri Prosper camuleius uir doctus eam ingressus quibusdam conie- *antrum*
cturis affirmauit. Fuit quoq; cumis propinquus ad tria milia passus Hamarum locus sacer *Hamæ*
de quo Liuius uigesimotertio: Campani adorti sunt rem cumanam suæ iurisdictionis face
re primo sollicitantes ut ab Romanis deficerent: ubi id parum processit dolum ad capien-
dum eos comparant. Sacrificium ad Hamas nocturnum erat: huius uero olim celebris lo-
ci mons arduus qui à balneis nunc tripergulanis uix mille quingentos abest passus ruinis
ad uerticem tegitur conspiciendis: & quibus nulla est propior tripergulis hominum habi-
tatio aut cultura. ad partem uero, qua cumæ spectant in auernum & baias, distat pariter
ab utrisq; urbibus fornix lateritio opere sublimibus columnis sustentatus cuicunque Ro
mano operi comparandus. Abest deinde quinto à cumis Misenus mons Virgilij carmine
celebratus: Et nunc Misenus ab illo dicitur. Eidemq; qua spectat in cumas lacunæ adia- *Misenus mons*
cent nunc mare mortuum appellatæ: circa quas in continentis supercilio ruinæ & funda-
menta cernuntur eximia. Fuit namq; locus in quo Suetonius Tranquillus scribit Octauia
num Augustum classem apud Misenum instituisse ingentem : quæ uersas in tyrrhenum
mare imperij Romani prouincias hinc Galliam & utrãq; Hispaniam inde Mauritaniam
Aphricamq; & interiectas insulas tutaret. Eratq; eius classis præfectus Plinius Veronen-
sis: quando apud uesæuum montem incendio est absumptus. Distant à miseni promonto
rio hinc cumæ sicut diximus quinto inde Lucrinus auernusq; totidẽ mille passus. & cum
à cumis uix quatuor milibus terrestri uia absit auernus, illa quinum undiq; milium ma-
ritima longitudo terram ambit omniũ olim Italiæ pulcherrimam in qua Baiæ fuerunt ci- *Baiæ*
uitas opulenta. Idq; omne solum & si quinis ut diximus productum est milibus, latitudine
tamen parum uariata duo alicubi & minus alibi milia explet, ut digiti unius speciem præ
se ferat: quo in terrarum ut ita dixerim digito tam multa cernuntur, partim integra in
subterraneis, partim superius semiruta, partim in ruinas collapsa ueterum operum monu
menta, ut extra urbis Romæ mœnia nihil illi toto in orbe terrarũ ædificiorũ magnitudine
ac pulchritudine par credã: existimemq; fuisse ut nõ iniuria dicat Horatius, Nullus in orbe
locus Bais prælucet amœnis. Quomq; Misenus è regiõe Puteolos spectet, mare quo inui-
cem dirimunt ex Suetonij Tranquilli in uita Caij Caligulæ sententia uix tria milia passus *Suetonius*
& sexcentos implet, unde sinus utrobiq; dictus olim Baianus à Miseno in intimum auer- *Sinus baianus*
ni sinum quinis & totidem ab auerno in Puteolos milibus est productus. Fuerit uero ope
rosum singula describere quæ aut digitus ille terrestris, aut sinus Baianus habet. sed digni
ora quantum fieri poterit breuiter attingemus. Primum Misenus ipse mons qua in pro-
montorium coarctatur & si natura cauernosus fuerit: tamen tantis excauatus est operum
laboribus, tantis uel marmoreis uel lateritio & lapide quadrato compactis in sublime du-
ctis sustentatur columnis, ut ubiq; pensilis uideatur. erantq; ut apparet intus balnea, erant
natatoria, erant ad cœnas luxumq; triclinia. superius uero in continenti, & quà uergit in
prædictum Misenatium classis locum, fundamenta uisuntur his qui non uiderint incredi
bilia: ubi Piscinam uulgo mirabilem dicunt. nam cum ea pulcherrime ut constat ædis de- *Piscina mira*
super destructæ fundamenta fuerint, pars hæc extans subterranea sublimibus sustentata
lateritijs columnis ducentos quinquaginta longitudine centum'que & sexaginta latitudi-
ne passus patet. & ita est integra ut noua uideatur: quam Lucij luculli domum quæ illi *L. Luculli*
erat in Baiano fuisse tenemus. & quia in loco omnium Italiæ calido est sita, uidetur esse *domus*
illa de qua Plutarchus scribit Lucullum perbelle cum Cn. Pompeio ac Marco Cicerone

& plerisque illius sæculi principibus uiris iocatum fuisse: cum ipsis omnibus Romanis
in Lucullano nunc frascato apud Lucullum æstate cœnantibus, Pompeio imperitiam
ædificandi in Lucullo damnanti, quod domum pulcherrimam sumptuosissimam'que ni/
mis multis porticibus fenestrisq; apertam, æstati quidem idoneam sed hyemi omnino in/
habilem fecisset: ille respondit, uirtuti suæ Pompeium detrahere qui grues se prudentio/
res existimet, æstiua loca hyemaliaq; alternis inhabitantes. Sese enim dicit qui hanc in Lu
cullano æstati idoneam fabrefecerit, alteram in semper uernanti Baiano hyemalem pul/
cherrimamq; exædificasse. sepulchra uero & uillarum aliorumq; monumentorum uesti/
gia partim omnino prostrata: partim semiintegra tam multa eo in quinum milium penin/
sulæ & digiti territorio cernuntur: ut continuatam ibi urbem potiusquam dispersas per
agrum uillas fuisse appareat. Sed iam sinum describamus Baianum: de quo nihil est quod
admirabilius dicere possimus quàm quod omnia eius littora decem milia passus à Mise/
no ad Puteolos in circuitu protensa ædificijs & quidem omnium quæ raro alibi uideri/
mus maximis contecta ac continuata fuerunt: quom eorum pars collibus imposita cæl/
sissimis & in apertum prominentibus pelagum brachijs sustentata fuerit insanarum mo/
lium opere in profundissimum mare iactis. extant tamen aliqua penè integra, thermæ sci
Baianus si. licet ad ipsum Baianum sinum intimum: qui unicus nunc locus priscam Baiani appella/
tionem memoriamq; conseruat. sunt & aliæ penè similes thermæ illis propinquæ: qua/
rum conditoris & nominis notitiam habere nequiuimus. Sed balneum longe infra auer/
num petentibus & Lucrinum est obuium, nedum ædificij structuram sed & picturam
quoq; aliqua ex parte integram conseruans: in quo uersuum pars pictotum extat, ex quo
rum uerbis carptim lectis conijcere licet, id fuisse Ciceronis balneum: cui id carmen liber
tum eius adscripsisse Plinius asserit. supraq; illud idem Ciceronianum aliud est balneum
in longam tortuosamq; fossam saxo excauatum: quod sine aliquo aquæ calentis usu solo
uapore sudores prouocat copiosissimos: & sicut ferunt medici saluberrimos. Fuit uero
Frictole maioribus thermarum huiusmodi usus quas ab actu fricandi tergendi'que necessario fri/
ctolas appellarunt: eas'que æque ac balneas uiduis & uirginibus christianis euitandas
esse gloriosus ecclesiæ doctor Hieronymus admonuit. Tritolam nunc corrupte appel/
lant. Incipitq; ad eam sinus Baiani partem Lucrinus esse: De quo in Virgiliani uersus
expositione. An memorem portus lucrino'que addita claustra: Seruius sic habet. in Ba/
Lucrinus iano sinu campaniæ contra Puteolam ciuitatem lacus sunt duo Auernus & Lucrinus:
Auernus qui olim propter copiam piscium uectigalia magna præstabant. Sed quom maris impe/
tus plerunque perrumpens exinde pisces excluderet, & redemptores grauia damna pa/
terentur, supplicauerunt senatui. & profectus Cæsar ductis brachijs exclusit partem maris
quæ ante infesta esse consueuerat: reliquitq; breue spatium per auernum quo & copia pi/
scium posset intrare & fluctus non essent molesti: quod opus Iulium dictum est. de eo/
dem Suetonius. portum Iulium apud Baias immisso in lucrinum & Auernum mari la/
cum effecit. Et Seruius in uirgiliani uersus expositione Diuinosq; lacus, sic dicit Auernus
& Lucrinus lacus antea siluarum densitate sic ambiebantur, ut exhalans inde per angusti/
as aquæ sulphureæ odor suauissimus superuolantes aues necaret: unde & Auernus di/
ctus. Quam rem Cæsar audiens deiectis siluis amœna reddidit loca. & infra in Virgilia/
num uersum Acheronte refuso, Acheron fluuius dicitur infernorum. Sed constat lo/
cum esse haud procul à Baijs undique montibus septum: adeo ut nec orientem solem
possit aspicere nec occidentem sed tantum meridionalem. Baiani sinus latitudinem de
qua diximus, Suetonius in Caligulæ uita sic ostendit: Baianum medium interuallum
Pons trium & Puteolanas moles trium milium & sexcentorum fere passuum ponte iunxit, con/
milium tractis undique onerarijs nauibus & ordine duplici ad ancoras collatis, superiecto agge/
re terreno ac directo in Appiæ uiæ formam. per hunc pontem ultro citro'que commea/
uit biduo continenti. primo die falerato equo, insignis quoque ciuica corona, & scu/
tum tenens, & gladio aurea'que clamyde. postridie quadrigario habitu, curriculo'que
bijugi famosorum equorum. sed & Nero illius successor maiores circa Baianum exco/
gitauit insanias: de quo Suetonius. inchoabat piscinam à Miseno ad Auernum lacum
contectam porticibus quasi conclusam: quo quicquid totis Baijs calidarum aquarum
esset conuerteretur. fossam ab Auerno ostiam qua nauibus necnon uia iretur, longitu/

dine centum sexaginta milium, latitudine qua contiguæ quinqueremes commearent. De eodem & scelestissimo imperatore Suetonius: agrippinam matrem litteris Baias euocauit ad solēnia quinquatriū simul celebranda: datoq; negocio trierarchis qui liburnicam qua aduecta erat uelut fortuito concursu confringerēt, protraxit conuiuiū, sed quom nando euasisset iugulari fecit. Seruius Virgilianum exponens uersum, Inferniq; lacus: dicit Lucrinum & Auernum significari: inter quos est spelunca per quam ad inferos descendebatur. Sed iam satis de uetustioribus, ad recentiora ueniamus: Helius Spartianus de Alexandro imperatore optimo Mammeæ christianæ filio sic habet: In Baiano palatium fecit cum stagno Mammeæ matri: quæ Mammea tunc dictum hodieq; uocatur. fecit & alia opera in Baiano magnifica in honorem affinium suorum & stagna stupenda admisso mari. fuit Baiano sinui propinquus Bauli locus Herculis. quem Seruius dictum putat quasi bouali quod illic habuerit animalia. hæc sunt quæ de Baiano sinu siue uetusta siue recentiora duximus dicenda: restat ut ea præsentibus applicemus. ad Frictolas nunc Trito iam Lucrinus incipiebat: cernuntur enim regione illius in littore brachia murorum, quæ Cæsar ut uiolentum excluderet mare iecit. Auernus uero à Lucrino nunc separatus est quod breue spatium à Cæsare relictum quo piscium copia posset intrare mare superinducta harena conclusit: quæ quidem clausura diligentissime de industria conseruatur ne crescentes accedente mari aquæ balneis officiant: quæ uicus nunc tripergula appellatus plurima & ut medici perhibent omnium Italiæ saluberrima habet. Adiacent uero ea omnia Auerno lacui salsum in aquis retinenti saporem: quas quidem aquas ita habet altas ut nullis etiam longissimis funibus saxo aut plumbo magni ponderis ad perpendiculum colligato eius profunditas tangi possit. mirum'que est cernere stupendi & insani operis ædificia quæ aut in circuitu Auerni aut in eius aquis ripæ proximioribus fuerunt iacta: quom tamen uiæ silicibus in circuitum stratæ & aquarum formæ dulcium superioribus in collibus penè sint integræ. Egressi depressa hæc Lucrini & Auerni loca & Puteolos petituri, uia incedunt silicata, ad quam undique maiorum supradictis ædificiorum in Baianum superne despectantium ruinæ cernuntur, quousque ad uiam est uentum atellanam: quæ ab urbe Roma atellas per Appiam & post ab atellis ducebat ad Baias: qua quidem in uia haud longe à Puteolis & Baiano medio'que ad nunc Aduersam spatio tam integra adhuc sunt ueterum operum monumenta, ut si ostia addantur & fenestræ, uideantur habitationem non incommodam præstatura: eadem'que uia ad Baiani supercilium ubi sanctæ Mariæ sacellum est post tergum relicta, maiorum etiam omnium quæ hactenus circa Baianum descripsimus ædificiorum ruinæ in sublimi erectæ cernuntur: quas incolæ belgermanum appellant. fuerunt'que opera sicut litteræ pila incisæ marmotea ostendunt, quæ Tiberius Cæsar bello Germanico feliciter perfecto, unde Germanicus est appellatus ad facti eius famam memoriam'que extruxit. Ei'que pulcherrimo etiam nunc operi proximum est penè integrum extans theatrum, cuius occasione factum esse dicit Suetonius, ut cum celeberrimis ludis quibus Cæsar interesset Augustus senatorium uirum frequenti consessu nemo recepisset, idem princeps spectandi modum correxerit. Dehinc sunt Puteoli, de qua ciuitate uetusta sic habet Liuius in quarto. exitu eius anni Q. Fabius ex autoritate senatus Puteolos per bellum captum frequentari fecit: emporium'que communiuit, atque præsidium imposuit. & infra de Annibale: ad lacum Auerni per speciem sacrificandi ut ipsa ut tentaret Puteolos descendit. sacro deinde perpetrato ad quod uenerat, & dum ibi moratur peruastato agro cumano usq; ad Misenum promontorium, Puteolos repente agmen conuertit ad opprimendum præsidium Romanum. & infra: P. Cornelius Scipio Aphricanus & C. Aelius pætus magna inter se concordia senatum sine ullius nota regebant: & portoria naualium capuæ Puteolis'que instituerunt. & infra: consul Atinius tulit ut quinque coloniæ in oram maritimam deducerentur: quarum una fuit deducta Puteolos. Helius Spartianus dicit Adrianum imperatorem quom mortuus esset apud Baias sepultum fuisse Puteolis in uilla Ciceroniana: ubi Antoninus successor templum pro sepulchro illi consecrauit. Puteolis nostro ordine transmissis locus occurrit medio inter ipsam & urbem Neapolitanam spatio fama apud ueteres celebratus. namque uilla quam Plutarchus tradit Lucium Lucullum habuisse prope Neapolim, & apud eam montem excidisse, atque ita excauasse ut mare introduceret, unde

Bauli

Tritolla.

Puteoli

Villa Luculli

Xerxes togatus. Cn. Pompeius & M. Cicero illum appellare soliti fuerunt Xerxem togatum, ea est cuius ruinæ ingentes balneo supereminent agnani dicto. quamquam non balnea loco sed alteræ sunt Frictolæ superioribus meliores: & qui rerum huiusmodi magnarum ingenio uiribus'que factarum peritiam habent, facillime scissuram præuident, intelligunt'que manufactam unde defossus reiectus'que mons uiam præbuit, nunc etiam leui opera reparabilem qua mare nunc agnani lacum ita impleret: ut ad uillæ muros porticus'que nauigari posset. procedentesq; eo itinere ad cauernam perueniunt griptam nunc appellatam: ubi pausilypus pulcherrimis olim sicut Plinius tradit uillis habitatus ad sexcentos passus excauatus planum uia Puteolana curribus iter præbet. quis autem id memorabile opus fecit ignotum est nobis, qui tamen legimus factam apud Senecam cordubensem ipsius loci mentionem epistola quinquagesimaseptima, ubi dicit: excepit me Cripta Neapolitana: nihil illo carcere longius, nihil illius faucibus obscurius, quæ nobis præstant non ut per tenebras uideamus, sed ut ipsas cernamus: si locus haberet lucem, puluis auferret, in aperto quoq; res grauis & molesta: quid illic ubi in se uolutatur, & quom fine ullo inspiramento sit inclusus in ipsos à quibus excitatus est recidit? & Donatus in Virgilij expositione tradit ipsum poëtam sepultum fuisse Neapoli uia Puteolana ad secundum lapidem, quod sepulchrum circa prædictam Criptam sæpe quæsitum nequiuimus inuenire.

Cripta Neapo.

Neapolis Sequitur Neapolis urbs uetusta atq; præclara, cuius originem Liuius in octauo refert in Cumanos his uerbis: Palæpolis fuit haud procul ubi nunc Neapolis est: duabus urbibus idem populus habitabat, Cumis erant oriundi: Palæpolim'que quam tenerent Græci dicit infra Liuius à Publio Plautio consule captam fuisse. & infra iam publius inter Palæpolim Neapolim'que loco opportune capto diremerat hostibus societatem auxilij mutui. & infra item dicit Neapolim auxilio nolanorum Romanis deditam fuisse. usi uero sunt semper postea Neapolitani erga Romanos & alios dominos constantissima fide, primum Romana republica Cannensi clade consternata cum ad Gerionem iam hyeme impendente consisteret bellum Neapolitani legati Romam uenerunt, ab his quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam delatæ, quas quidem senatus contra morem suum accepit, & Neapolitanis gratias egit. Quomq; Annibal Neapoli summopere potiri quæsiuerit, Neapolitani in Romanorum partibus perstiterunt. Liuius in XXIII. de Annibale. ipse per agrum campanum mare inferum petit oppugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet. & infra. Annibal Capua recepta cum iterum Neapolitanorum animos partim spe partim metu nequicquam tentasset, in agrum nolanum exercitum duxit. & infra quarto: Inde ad populandum agrum Neapolitanum magis ira quàm spe potiundæ urbis duxit. Floruit autem semper postmodum Neapolitana urbs Romana re sub consulibus & pariter sub principibus integra: adeo ut apud eam graues uiri animorum à curis laxamentum quærerent, & discoli lasciuiæ diuersorium. Suetonius de Nerone: Reuersus è Græcia Neapolim quod in ea primum artem Musicam protulerat albis equis introijt disiecta parte muri. & infra: Nero de motu galliarum Neapoli cognouit die ipso quo matrem occiderat. Sed & uiros uidemus litteris celebratos Virgilium diu Titum Liuium aliquando, & Horatium Neapoli moratos fuisse. & Seruius asserit Virgilium scripsisse Georgica Neapoli: quam Parthenopem appellauit: ac otij ignobilis notauit. Franciscus quoq; petrarcha præstanti uir ingenio à Roberto rege Neapolitano gallicana oriundo progenie rogatus Neapolim bis se contulit, nulla quidem maioris lucri spe suasus: quàm ut optimo atque humanissimo regi doctos & uirtuosos uiros unice amandi gratificaretur: eamq; uim habuit inita inter diuitem regem & doctum integrumq; sed rerum inopem uirum, & tamen animo & uirtute diuitem poëtam, ut per unicam eiusmodi amicitiam conseruatus nunc uiuat rex Robertus. Nam quod omnibus in quorum manus hæc uenient faciliter ostendere, ac quoad uixerimus probare poterimus, extra urbem Neapolitanam paucissimi ac pene nulli sunt uiri quantumuis docti, qui Robertus rex quis & unde aut quo tempore fuerit alia nouerint ratione uel causa: quàm quod eum in amicissimi Francisci petrarchæ operibus siue latinis siue uulgaribus legendo recognouerunt. Seruius in Virgiliani uersus expositione: Nec tu carminibus nostris indictus abibis Oebale: dicit Oebalus filius est Thelonis & nymphæ Sebetridis. Hic autem est iuxta Neapolim, sed thelo regnauit capreis: filiusq; eius transijt ad campaniam, & multis subiugatis

Robertus rex

gatis populis,suum dilatauit imperium. At postq̃ Romani imperij inclinatio cœpit, crebrescentibus barbarorum insultibus Neapolitani partes Romanorum pro posse, supraq̃ secuti sunt. & quod in historijs copiose ostendimus, rex Vandalorum Gensericus classe ingenti ab Aphrica ducta,Romanam urbem captam spoliatamq̃, & omni humano habitatore destitutam reliquit:qui & Capuam quoq; euertit: ad Neapolim uero quũ uenisset, eam diu obsidione pressam capere nequiuit.Paucis ab inde annis Belisario Iustiniani imperatoris duci adeo constanti animo restiterunt Neapolitani:ut quum postea per lapideũ aquæductus foramen scalpris dilatatum urbs in eius potestatẽ facta esset,Neapolitani sola principis humanitate ab excidio sint seruati. Multis postea interiectis annis, quum sarraceni omnem oram maritimam,quæ à Caieta Rhegium usq; protenditur per bellũ obtinuissent,Neapoli quoq; sunt potiti,quã ad annos triginta possederunt: quousq; Ioannes decimus pontifex Romanus uir excellentissimus, pellendis Italia sarracenis animũ adiecit: quo hortante,& auxilia subministrante, Neapolitani omniũ primi id diu inuisum abiecerunt iugum,secutiq; eius urbis exemplum,cæteri campaniæ,lucaniæ,& brutiorum populi eam scilicet incolentes oram,quæ à Neapoli continet freto siculo,dominio sarracenorũ abiecto,sese in christianã uindicarunt libertatem.Qua afflicti clade sarraceni auxiliaribus copijs ex Aphrica Mauritaniaq; accersitis,oppida & urbes,quæ sibi erant in Italia reliquę præsidijs confirmatas maioribus retinere conati sunt, phormias, minturnas, sinuessam, uulturnum,linternum,cumas,atq; baianum:nam puteolani neapolitanis ab initio in rebellione consenserant. Perstitit uero perseuerauitq; sanctissimus pontifex in sua expellendæ barbariei æternis digna laudibus uoluntate:& Italos omnes quantumuis inter se alijs rationibus laceros atq; discordes in fidei christianæ tutelam orando suadendoq; magis quàm q̃ nequisset iubendo,armari obtinuit.Quibus in magnum coactis exercitum, pontifice Ioanne duce,uentum est ad minturnas.& quod in eius urbis descriptione diximus,prælium apud eam gestum est:in quo sarraceni maxima clade superati sunt. unde factum est, ut ea gens impia,& non magis christiano quàm Italico nomini inimica regionem prædictam à phormijs ad baianum:& quicquid urbium,oppidorum munitorum locorum in ea præsidijs obtinebant,incendijs & toto conatu reliquerint dirutum, adeo ut ea quã huculq; uix conando potuimus singulis in locis ad nominis antiqui noticiam perducere manserit solitudo.Aucta uero est semper postea opibus urbs Neapolitana:& fœliciter sub Ioanne decimo inchoatas in barbaros inimicitias fœlicissime retinuit. Namq; quum Leonis quarti papæ temporibus sarraceni sanctorum Petri & Pauli apostolorum utrasq; urbis Romæ basilicas ui captas incendio absumpsissent, urbemq; Romam diu obsessam capturi uiderentur,nullis maioribus ex omni Italia quàm Neapolitanorum uiribus, & seruata est Roma,& barbari sunt expulsi.Nimis multa huic operi & loco essent illa, quæ de Neapolitanorum uarijs casibus scribi possent, dum Guiscardis Germanisq; & Gallicis regibus, qui Neapolim à trecentis annis regia ornarunt dignitate obedientissime parent. sed omnes eorum laudes accumulat gloriosa calamitas in magnam conuersa fœlicitatem, dum pro seruata gallico Andegauensi principi Renato fide durissimã ab Alphonso aragonũ rege obsidionem pertulerunt: quousq; pari cum Belisarij temporum euentu per aquæductus cuniculum ab ipso rege capti,atq; ad hanc,in qua nunc beati florent fœlicitatem eiusdem regis præsentia clementiaq; seruati sunt:ut non immerito is rex triumphi consuetudinẽ diutissime intermissam,longo tandem postliminio in Italiam reuocauerit.Habet urbs neapolitana basilicas,mœnia,& arces,& publicas priuatasq; ædes superbas,& cęteris Italiæ maioribus comparandas: in quis præclarum est uirginis Claræ monasterium:quod à Sancta Aragone regina Roberti regis inclyti uxore ædificatum facile omnia Italiæ monasteria antecellit,eiq; proximum esse uidetur sancti Martini extra urbis mœnia cartusiense cœnobium ædificij magnificentia pulcherrimum.Constat tamen arcem unam castellum nouum appellatum,mari imminentem Alponsi regis laude & memoria dignum opus,cæteris quæ in Italia nunc extent ueteribus siue nouis operibus monumẽtis & structuris præferendũ esse, siue turrium eius murorumq; altitudinẽ & crassitudinem & pulchritudinẽ, siue aularum cubiliumq; & singularum eius partium amplitudinem, & ornamenta peritus eiusmodi rerum existimet. Ornata fuit neapolis patrum nostrorum ætate Bonifacio nono pontifice Romano ex Tomacella gente oriundo:qui primus non modo urbem Ro

mam, sed & ipsum quoque pontificatum in dominij potestate continuit. Pauloq; post alterum Neapolis pontificem Romanum habuit Ioannem XXIII ex gente Cossea: quem alioquin prudentem Sigismundus imperator in Germaniam seductum à concilio Constantiensi, pro ecclesiæ facienda unione priuari curauit. magno item per id temporis ornamento Neapolitanæ urbi fuit Ladislaus rex Galliæ regum prosapia, Neapoli genitus & nutritus: qui militiæ omnino deditus, præter id Neapolitanum omne regnũ armis quæsitum, urbem quoque Romam Perusiamq; & Assisiam de iuribus ecclesiæ & Cortonam de Etruria cepit: quam uendidit Florentinis: constansq; fuit omnium eius ætatis prudentium opinio, ipsum Italico regno, & quod postea facillimum erat imperio Romano, nisi florentem eum mors intercepisset breui potiturum fuisse. Neapolitanæ urbi secundum littus Pompeij à uetustis scriptoribus proximi describuntur: qui uicus olim fuit amoenissimus, Romanisq; gratissimus: adeo ut M. Cicero legem, de qua sæpe diximus, dissuadens Rulli agrariã ægre ferendum ostendat Pompeios à decemuiris uenundari. & quia doctos qui hoc tempore Neapoli apud regem in pretio habentur errare uidemus, Pompeios & Herculaneum ubi nunc turris est octaui fuisse affirmantes, uetus testimonium ostendendo certius Pompeiorum loco afferemus. primumq; dicimus, ubi nunc annuntiata & castellum est ad mare Pompeios uicum oblongum uillisq; speciosissimis frequentissimum fuisse. Liuius in nono. Per idem tempus classis Romana à P. Cornelio, quem senatus maritimæ oræ præfecerat, in campaniam acta: quum appulsa Pompeios esset socij nauales ad populandum nucerinum agrum profecti, facta præda exuti sunt. qui ergo nucerinum prædaturi fuerunt agrum, nauales milites Sarni ostia potius ingredi oportuit, quàm ad distantem sexto miliario turrim octaui facere excensionem. Herculaneum uero ulterius & multis distans milibus fuisse infra ostendemus. & quidem turris octaui nominis noui uicus, cui distantia ab urbe Neapolitana dederit appellationem, nullas habet uetustatis reliquias, præter superioris Plinij mortis locum, quem ibi fuisse necessarium tenemus. Nulla enim in parte alia uesæui montis incendia, quibus imprudẽter inspiciendis Plinius est necatus, naui potuerunt adiri: & quidem ea omnis ora ubicunq; saxa etiam in littoris supercilio terræ supereminent, incendij uestigia ostendit adeo certa, ut nihil præter flammã fumumq; desit, quo illa passim nunc etiam ardere aduena suspicetur: fuitq; id incendium, de quo Suetonius Tranquillus in Titi Vespasiani uita sic dicit: Quædam suo tempore tristia acciderũt, ut conflagratio Vesæui in campania: curatores restituendæ campaniæ consularium numero sorte duxit: bona oppressorum in uesæuo, quorum hæredes non extabant, restitutioni afflictarum ciuitatum attribuit. Vesæuum uero montem uitium agrorumq; cultura ditissimum nunc appellant summum, quod in conspectu Neapolitanæ urbi positus, & hinc campis, inde mari maiore parte circumdatus uidetur esse summus. In mediterraneis campestribus, quæ Aduersam urbem uesæuumq; montem interiacent: duo extant loca, ueterum memoria celebrata. Merelanium olim nunc Marlianum oppidum, & urbs Acerræ, de qua Liuius XXIII. Hannibal Acerras cepit uacuas, & incendit. & libro XXVII: Acerranis permissum est, ut ædificarent, quæ incensa erant: ad quam historiam allusit Virgilius in georgicis, ubi terras laudans culturæ excellentioris dicit: Talem diues arat Capua, & uicina uesæuo Ora iugo, & uacuis clanius non æquus acerris. Quo in loco Virgilius id quod supradiximus de terra leboris innuit, omnem eam regionem quæ undique clanio amni adiacet, leborinam olim appellatam, feracissimi esse soli: sicut de ea Plinium scripsisse ostendimus: qui tamen de terris tractans ad sationem uitium optimis, dicit campaniam ubiq; optimam uitibus esse, quæ tenues exhalat nebulas: & cretam in pompeianorum agro, ac argillam cũctis ad uineas generibus anteponi, quoniã excipitur cum illis inuicem sabulum album. Sed iam uentum est ad superiorẽ clanij amnis partem: quum ab acerris distet quatuor milia passus Suessula oppidum nunc uacuum, iuxta quod sicut à principio diximus, fontem is fluuius habet. Sarnusq; post hac nobis describendus ordine uidetur occurrere, quum cætera explicuerimus de Suessula: de qua Liuius in septimo. Tertia pugna ad Suessulam commissa est; qua fugatus à M. Valerio Samnitium exercitus. & in octauo. Cumanos Suessulanosq; eiusdem iuris conditionisq;, cuius Capuam esse placuit. & infra: Inter Capuam & Suessulam castra castris cõferamus. & libro XXIII Hannibal super Suessulam per montes Nolam peruenit, & infra. M. Claudius proconsul ad eum

Margin notes: *Ladislaus rex* (beside "mento Neapolitanæ urbi"); *Vesæuus mõs* (beside "restitutioni afflictarum"); *Marlianum* (beside "ca, ueterum memoria"); *Acerræ* (beside "Acerræ, de qua Liuius"); *Suessula* (beside "ab acerris distet").

ad eum exercitum qui ſupra Sueſſulam Nolæ præſideret miſſus. Et inferius Claudiana
caſtra erant ſupra Sueſſulam. Sed iam aliqua de campanis propter dimidiatum in Samnio
ſicut oſtendimus, uulturnum ſuperius omiſſa repetēda ſunt. Ea in parte ad quam Sabbati
amnis ſtipite utrinque deſcripto, Samnium omne finitum eſſe oſtendimus, Iſclerus ſequi- *Iſclerus*
tur omnium campaniæ hac in parte fluuiorum primus in uulturnum ſupra Capuam quin
to fermè miliario cadens: qui iſclerus ex montibus Caudinam uallem claudentibus ortum
habet. & inter Soritellam fluuium ſuperius in Samnio deſcriptum: & ipſum iſclerum ſunt
montes altiſſimi: in quibus primum eſt gripta oppidum, cui ſupereminet mons nunc Ta- *Tabor*
bor, olim taburnus: quem Seruius Virgilium in georgicis exponens, campaniæ montem
eſſe dicit: qui uites ab induſtria cōtra naturā alat. Et idem ſuper uerſu item Virgilij Aenei-
dos XII. Ac uelut ingenti ſila ſummo'ue taburno. dicit taburnus mons eſt campaniæ. ual *Taburnus*
li autem ex monte taburno in iſclerum uergenti imminet collis pacis: & uallis quam iſcle-
rus efficit, dextrorſum habet lunatulam & ducentium. Superiusq; in monte eſt Airola no *Airola*
bile oppidū, comitatus titulo inſigne, duobus miliaribus à furculis caudinis diſtans. per-
tinent in hæc uſq; loca montes ardui, Capuæ ad aduerſam regionem imminentes: qui &
longiuſculo tractu ad Nolam urbem ferūtur, tiphata olim appellati: in quibus oppida ſunt *Tiphata*
Meronida, caſerta comitatu inſigne, magdalonum, & ſuperius duraganum: in proximaq; *montes*
ualle furculis caudinis ſuperiore argentum eſt: & infra marilianum uetuſti, ut diximus, no
minis oppidum. Proxime ad medium montem eſt cancellum oppidum, ſuperius forinū.
Sunt uero hi montes tiphata: de quibus ſic habet Liuius in ſeptimo. Nam Samnites omiſ-
ſis ſidicinis, ipſam arcem finitimorum campanos adorti, unde ęque facilis uictoria prædæ
atq; gloriæ plus eſſet, Tiphata imminentes Capuæ colles cum præſidio firmo occupaſ-
ſent: deſcendunt inde quadrato agmine in planiciem, quæ inter Capuam tiphataq; inter-
iacet. Et idem infra: prælium ad tipbata atrox, in quo oculos Romanis ardere dixerunt. Fu
ſi cæſiq; Samnites. Et libro XXIII. Hannibal ad tiphata caſtra babebat, qui raptim cur-
rens gracchum non inuenit. & infra: Inter Capuam caſtraq; Hannibalis, quæ in tiphatis
erant. & inferius Hannibal præſidio medio relicto in tiphatis, profectus cum exercitu
toto. & libro XXIIII. Hannibal profectus arpis, ad tiphata in ueteribus caſtris ſuper Ca
puam reſedit. Liuius item lib. XXXII. Cornelius Scipio Aphricanus, C. Aelius Pætus
ſub tipbatis capuæ agrum uendiderunt. Ad eiuſdem montis decliuia, quæ auerſa à Capua
regione in caudinæ uallis ſuprema deſinere incipiūt, Sarnum eſt oppidum, à ſarno fluuio *Sarnum*
ibi fontes copioſiſſimos habente dictum: in quibus fontibus ſcribit Plinius ligna & folia *Plinius*
quum ceciderint, in lapides dureſcere. Sed inter eos fontes & ueſeuum montem longe ſu-
pra à nobis deſcriptum, Nola eſt urbs uetuſtiſſima, & in hiſtorijs celebrata: quam Iuſtinus *Nola*
à Iapygis conditam fuiſſe aſſerit: cuius agrum eſſe fertiliſſimum Virgilius in bucolicis ſic
ſcribit: Talē diues arat Capua, & uicina Veſeuo Nola iugo: licet ora poſuerit pro nola: no
lanis, ſicut ſeruius ſcribit, iratus: quia eum aut hoſpitio non acceperant, aut aquulam nolu
erant ei concedere in ſuum agellum ueſeui radicibus ſubiectum deriuandam. Liuius in no
no. In campaniam reditum maxime ad nolam armis repetendā: quæ capta eſt à C. Liuio
conſule. & libro XXIII. Hannibal Capua recepta cum iterum Neapolitanorum animos
partim ſpe, partim metu nequicquam tentaſſet: in agrum nolanum exercitum duxit, Item
infra. M. Claudius proconſul ad eum exercitum, qui ſupra Sueſſulā nolæ præſideret miſ-
ſus. Item inferius: & nolæ ſicut priore anno, ſenatus Romanorum, plæbs Hannibalis erat.
Item inferius: eadem æſtate Marcellus ab nola, quam præſidio obtinebat. & inferius Han-
nibal præſidio modico relicto in tiphatis profectus cum cætero exercitu ire nolam pergit.
Et libro XXIIII. Aduentu Hannibalis nolana mota eſt plæbs. Liuius item libro IIII de
nonageſimo. Sylla nolam in Samnio recepit, & agros eius legionibus diuiſit. Si autem Li-
uius hoc in loco nolam in Samnitibus annumerat, minime mirandum, quod eo in ſociali
bello, quod tunc is ſcribebat, Nola uicinis Samnitibus ita obſtinate cōſenſerat: ut ex ea re-
gione haberi potuerit. Suetonius Tranquillus mortem Octauij Cæſaris Auguſti deſcri-
bens eum dicit à Capreis Nolam delatū in eodem cubiculo, in quo pater Octauius obijſ-
ſe: & cēturiones eū à Nola Bouillas humeris detuliſſe. Plinio uero Sarnus, deſcriptio cu-
ius bis ſupra à nobis eſt inchoata, in mare inferum cadit ad loca Annunciatæ nunc pro-
xima: ubi olim Pompeios fuiſſe oſtendimus. Isq; fluuius, de quo Virgilius in ſeptimo, &

qua

Sarnus qua rigat oppida Sarnus,& nocturnæ auræ editor à Lucano appellatus,nunc dicitur Scafati à scafis:quæ ibi tenentur uiatoribus in agrum nucerinum traijciendis. Nam proxima ad quatuor mille passus est urbs Nuceria: quam M. Cicero legem dissuadens agrariam, Rullo Cornelio propositam, queritur in decem uirorum libidinem peruenturam,his uerbis,Neapolim Pompeios Nuceriam suis præsidijs deuincient. Liuius autem libro XXII sic habet Nucerini Atellam quia id maluerant,Atellani Calatiam migrare iussi. Nuceriæ dextrorsum montes imminent, in quorum medio oppidum est à situ nomen nactum. Inter montes enim appellatur,uallisq́ his montibus sinistrorsum proxima sanctum Seuerinum habet nobile oppidum, à quo clara eius cognominis familia originem habet, ea'que uallis omnigenum fertilis frugum, uinis præsertim uermiculis abundat. Ad infimam uero eius uallis partem apud oppidum, quod Aqua malorum appellatur,fluuius est qui paucis delapsus passuum milibus hiatu terræ absorbetur: & post centesimi fermè passus spatium integer,& quantus fuerat in amplam scaturiginem euomitur. Cauaq́ urbs à situ appellata ualli & fluuio dextrorsum in monte imminet,sed à Nuceria urbe ad prædictas cauas progressi,montes dextrorsum linquimus celsos amplissimosq́ in mare inferum excurrentes,& promontorium facientes,quod Mineruæ cognomen priscis temporibus habuit:nunc ab amalphi oppido appellatum, cuius oppidi nomen nullo in ueteri loco inuenimus.primaq́ eius loci mentio nobis occurrit,ubi in historijs ostendimus, ad annum salutis quintum uigesimum undeciesq́ centenum Othonem imperatorem theotonicum ab Innocentio secundo pontifice Romano, contra Rogerium Siciliæ comitem fuisse uocatum: Rogerioq́ Italiæ continenti pulso Amalphim ciuitatem, & Riuellum cum castellis circũuicinis spoliatũ fuisse. Sed fama est qua Amalphitanos audiuimus gloriari, magnetis usum, cuius adminiculo nauigantes ad arcton diriguntur, Amalphi fuisse inuentum, quicquid uero habeat in ea re ueritas,certũ est id noctu nauigandi auxilium priscis omnino fuisse incognitum. Nam licet legamus Hispanos ad hesperi sideris directionem nauigasse in Italiam,unde sicut operis principio diximus,Italia hesperiæ appellationem habuit:nullum tamen ad eam rem cœlo nubibus obscurato à magnete, aut ab alio instrumento petebatur auxilium. ipsis uero in montibus amalphitanis uini oleiq́ feracissimis, qua in mare inferum desinunt,& meridianum excipiunt solem,regio est omnium Italiæ amœnissima cedri maliq́, quod arantium uocitamus,& punicorum cæterorumq́ malorum ferax,quibus Neapolitana urbs imprimis gaudet:suntq́ hoc in promontorio præter Amalphim oppida in mare pariter uersa, maius & minus nomine appellata: inde caput ursi,& ulterius ueterum uicus uillis amœnissimis habitatus. Post promontorium est Salernum urbs ad Silerim fluuium, oriturq́ is fluuius in appenino, qua in parte drumentum in mare superum currens, suos habet fontes. uallem nunc describi oportuit: quam Siler amnis sinistrorsum à mari ad appeninum oppidis alicubi castellis & uicis habitatam habet. Sed eam dexteram'que simul Lucaniæ regionis contiguæ descriptionem aggressuri describemus,ut montes Lucaniæ excelsos,& pleraq; insuperabiles melius ostendamus. Sunt enim illi, de quibus dicit Liuius in nono quum difficultates enumerans,quas inuenturus fuit Alexander magnus, si in Italiam traiecisset, interrogat,quis illi habitus fuisset Lucanos mõtes & saltus Apuliç cernenti. Sed iam Apuliæ manũ apponamus.

(Margin notes: Sarnus; Scafati; Nuceria; S.Seuerinus; Otho imperator; Salernum)

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS ITALIAE ILLVSTRA/tæ, Apulia Regio quartadecima

OPORTVIT supra samnitium regione ad Tiferni amnis dexteram à nobis expedita ad eiusdem fluuij sinistrã transire: & ibi inchoantem Apuliã exordiri: sed cõnexam, sicut ostensum est samnio campaniã prius describere coacti fuimus. Itaq; ad Apuliã finita campania rede/ *Apulia* undum est. eam regionẽ à duce eiusdem nominis sic appellatã Ptole/ mæus bifariã diuidit, ut Apulos, daunos & tifernos ad barium urbẽ, peucetios inde usq; ad salentinos esse uelit. Seruius uero in octauo Virgilij uerba exponens, Diomedis ad urbẽ, sic habet. Diomedes te/ nuit partes Apuliæ: & edomita omni Gargani montis multitudine in eodẽ tractu, multas condidit ciuitates, Beneuentũ, equitucium, & arpos quæ & argirippa est dicta: pars uero ad quã Virgilius facit, missum fuisse mesappũ, mesappia, & peucetia à fratre. Item daunia à dauno rege. Gesta in Apulis referre operosum esset: sed aliqua ex more nostro summa/ tim attingemus. Apuli prius bello q̃ amicitia Romanis noti fuerũt. Nam Liuius lib. VIII *Apuli* dicit. C. Sulpitio, Q. Aemilio cõsulibus, ad defectionẽ samnitiũ accessisse nouum Apuliæ bellũ: cuius tũc ager sit uastatus: & lib. IX. Publiũ consulẽ in Apuliã profectũ, aliquot ex/ peditionibus populos aut ui subegisse, aut cõditionibus in societatẽ accepisse. & infra: In/ clinatis semel in Apulia rebus, teatini quoq; apuli ad nouos cõsules, Q. Iuniũ Bubulcũ, Q. Aemilium Barbulã fœdus petitũ uenerũt, pacis per omnẽ Apuliã præstandæ populo Ro. auctores. Id audacter spondẽdo impetrauere ut fœdus daretur, neq; ut æquo tum fœdere, sed ut in ditione populi Ro. essent. sicq; apulia est perdomita. lib. autẽ X. Magnus motus seruilis eo anno in apulia fuit: tarentũ prouinciã L. Posthumius prætor habebat: is de pa/ storũ cõiuratione, qui uias latrocinijs pascuaq; publica infesta habuerãt, quæstionẽ seuere exercuit: ad septẽ milia hominũ cõdemnauit, multi inde fugerũt, de multis sumptũ est sup plicium. sunt prima apulorũ ad tiferni sinistrã oppida Campus marinus in littore: & intus *Campus marinus* decimo miliario Larinũ nouũ oppidũ alteri suffectũ, uetustissimo eiusdẽ nominis proxime ad duos mille passus demolito. de quo Liuius lib. XXII. post descriptã Hannibalis fugã *Larinum* ab agro falerno sic habet. Hannibal ex pelignis flexit iter retroq; Apuliã repetẽs, galeranũ peruenit: ad urbẽ dictator in larinate agro castra cõmuniuit. C. Cæsar in cõmentarijs. Inde Cæsar septẽ omnino dies ad corfiniũ cõmoratus, per fines marrucinorũ, frentanorũ, & la/ rinatum in apuliã peruenit. Quarto supra larini ueteris ruinas miliario est casacalenda op pidum, cui ad duos mille passus proximę sunt ruinæ Gerionis oppidi uetustissimi: de quo Liuius lib. XXII. quum ad gerionẽ iam hyeme impendente cõsisteret bellũ, Neapolitani oratores uenerũt Romã. & infra: q̃ diu pro gerionis apuliæ castelli inopis, tanq̃ pro car/ thaginis mœnibus pugnauit. Superius sunt: louenis cũ, morronũ, castellũ lineum, petrella, mons saganus Iacobi copiarũ ductoris egregij patria, à qua cognomen habet. inde coacta rochetta, ratinum, bussum, baranellũ, uinculatoriũ: quod à bouiano & tiferni amnis origi/ ne quinq; milia passus abest. Medioq; in montiũ à mari ad bouianũ tractu monti sagano ad sinistrã quarto proximũ est miliario campus bassus, à quo oppido patriã quoq; & cog/ *Campus bassus* nomen habet comites campi bassi: quorũ Carolus copias cũ prudentiæ & fortitudinis lau de ducit. A tiferno autẽ fluuius nũc fortorius uiginti milia passus in littore distat. Qui qui/ dem fluuius in mare se exonerat prope lacũ Lesinæ appellatũ, passus quadraginta milia in circuitu cõplexũ. Lesinaq; oppidũ quatuor à mari milibus distãs lacui cui dat nomẽ mille *Lesina* passibus est propinquũ. Intus autẽ quarto supra lesinã miliario proximũ est ad mille passus amni fortorio, & arduo in colle oppidũ, in regione egregiũ, Serra capriolla appellatũ. supe rius sunt oppida & castella: sanctus Iulianus, collis tortus, machia, petra cratelli, campus pe træ, geldonũ, & in summo circus maior, cui proximũ fortorius amnis habet ortũ. Ad sini/ stram uero fortorij sanctus Nicander oppidũ quinq; milia passus à mari distans lacui lesi/ næ imminet ad eã partẽ, quæ monti gargano est proxima. Interiusq; porcina oppidũ quin decim à fortorio duo à gargani montis radicibus milia passus abest: sextoq; supra forcinã miliario oppidum sanctus Seuerus, sexdecim à fortorio, & sex à gargano milibus recedit. Priusq; ultra procedamus Garganũ prisci præsentisq; nominis montẽ fama notissimũ de/ *Garganus mons* scribamus: is ad infimas radices in planiciem desinentes, ducentorũ milium circuitu patet.

Qua

Qua uero in parte ad occidentē solem uersa fortoriū amnē,& maris Adriatici sinum spe-
ctat,lacū habet uarrani appellatū, triginta milia passus in circuitu cōplexū:cui quidē lacui
castella circūimminent,caprinum,cognatū & sitella: & qua mons ipse in mare prominet
Rodium,ut nunc appellāt,oppidū inferiora obtinet:quod quidē promontoriū & oppidū
Ptolemæus Pliniusꝗ,& cæteri omnes prisci Tirium appellarūt:supra est oppidū uicus di-
ctum:& superius montis summitatē obtinet,præclarū sancti angeli oppidum:à quo mons
ipse præsentis temporis,ut plurimū nominationē habet.ornaturꝗ templo cū ędificijs,cæ-
teroꝗ apparatu,tum maxime ipsa religiositate cōspicuo:quod archāgeli Michaelis patro-
cinium apud deū nostrum imploraturi totius christiani orbis populi,maximo per uniuer-
sa anni tempora cōcursu frequentant.Qua uero Garganus spectat in orientē solem oppi-
dum est portuosum,nūc bestia olim uestice appellatū. Vnde ostendimus in historijs, Ale-
Alexāder III xandrum tertiū pontificem Ro.à Guilielmo secundo normannorū gentis rege adiutū sol-
papa uisse cū tredecim triremibus:ut pacē cū Federico primo imperatore pessimo cōpositurus,
Venetias nauigaret.Eoꝗ in loco,quū sit secundū Gargani promontoriū Ptolemæus adri
atici maris sinum finire:ac ionium mare asserit incboare.Qui etiā dicit Diomedis insulam
Gargano ad triginta milia passus è regione proximā esse. Estꝗ hæc insula: de qua beatus
S. Augustinus Aurelius Augustinus de ciuitate dei scribēs,aliqua dicit,quibus ab ipso transscriptis unus-
Diomedis quisꝗ pro auctoris grauitate fidem quā uolet,poterit adhibere.Diomedē ferunt deificatū:
aues & socios suos in aues esse cōuersos,nō fabuloso poeticoꝗ mendacio,sed historica attesta-
tione:quin etiā templum eius esse aiunt in insula Diomedica,non longe à mōte Gargano:
& hoc templum circumuolare atque incolere bas alites tam mirabili obsequio, ut aquam
impleāt & aspergant.& eo si græci uenerint,aut græcorū stirpe progeniti, nō solū quietas
esse,uerū & insuper aduolare.Si aūt alienigenas uiderint,subuolare ad capita cū grauibus
ictibus,ut etiā perhibeāt uulnerare.Nam duris & grandibus rostris satis ad hæc prælia per
hibentur armatæ.Eam uero insulā tremiti appellatā:& Diomedis,ut uidetur, templū illud
nunc inhabitant religiosi canonici regulares appellati:quos non minus hoc in loco ꝙ Ve-
netijs,sicut ostendimus,& fouit & auxit gloriosus pontifex IIII Eugenius: quorum uitæ
austeritas,& sanctimonia adeo cunctis est admirabilis:ut cū aduenis omnibus sint hospita
les ac munifici, à nullis uel perditissimis quarūcunꝗ gentiū & nationū piratis ullam hacte
nus acceperint læsionē:eorū nos quosdam narrare audiuimus,has aues Diomedis nomen
retinentes,magnitudine anseris insulā habere multas:sed omnino omnibus innocuas, nec
aliquod eis aut templo præstantes obsequiū.De gargano monte habent aliqua Virgilius
Iapygia & Seruius:quæ ad uniuersæ Apuliæ notionē plurimū faciūt.Nam quū Virgilius in nono
dicat,Gargani cōdebat Iapygis arces:exponit Seruius:Iapygia est pars Apuliæ, in qua est
mons Garganus:qui usꝗ in Adriaticum protenditur pelagus.Lucanus etiā dicit: Apulus
adriacas garganus exit in undas.Garganū montē adiacentiaꝗ oppida sarraceni per Gri-
moaldi Longobardorū regis tempora, ad annū salutis paulo plus septingentesimū cepe-
runt:quos idem rex expulit populis christianis ubiꝗ cōseruatis,ut nullā gens Longobar-
da in ducentis regnorū suorū annis talem præstiterint Italię operā.Ad annū exinde paulo
plus minus centesimū Carolus magnus imperator,& francorū rex sarracenos Garganum
opprimentes,quū expulisset:omnia pacifice possedit,quę ab ipso Gargano ad Cordubam
hispaniæ urbem intercedunt.Prius autē ꝙ exposita mari post Garganum montem prose-
quar,alia describam,quę ad amnem fortorium inchoaui.Supra sancti Seueri oppidū quar
to miliario est Turris maior castellū duodecim milibus à Fortorio recedens:& supra toti-
dem milibus à turri maiore abest castellutium oppidum, unde paruo distat spatio
mons rotanus:& supra est Cellentia,post oppidum sanctus Marcus: inde
Vulturaria:& proxime sancti oppidum quod dicitur Gau-
dij: supraꝗ id est Rossenum,superius for-
torij amnis fonti mons falco castel-
lum est proximum.

Italiæ illustratæ Blondi Forliuiensis Finis

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM, IOANNEM
HERVAGIVM, ET NICOLAVM EPISCOPIVM

FRO BEN